prædita. To. 3. pag. 996, lib. 9. de Hiſt. a-
nim. cap. 1, num. 4.

BREVITAS vitæ. Vide vita longa, & bre-
uis.

BRISSI ſunt de genere Echinorum, ac de-
gunt in alto mari, ac raro inueniuntur.
Tom. 3, pag. 806, lib. 5. de Hiſt. animal.
cap. 5, num. 2.

BRVCHI ſunt inſecta, & generantur ex a-
lijs bruchis. Tom 3, pagin. 851, lib. 5. de
Hiſt. anim. cap. 19, nu. 4.

Bruchi pariunt oua, & cum pepererint, mo-
riuntur: oua bruchorum, cum tempore
autumni multi imbres ingrucrint, corrũ-
puntur: at autumno ſicciore maior bru-
chorum naſcitur multitudo. Tom. 3, pag.
862, lib. 5, de Hiſtor. animalium, cap. 19,
num. 1.

Non apparet certa ratio, cur quibusdam
annis bruchi prodeant in magna copia,
alijs annis intereant. Ibid.

BRVMA. Quare quindecim circiter diebus
poſt brumam, hoc eſt poſt ſolſtitium hye-
male ſoleant excitari auſtri. Tom. 5, pag.
700, ſect. 26. prob. num. 13.

BRVTA. Quo pacto bruta animalia deter-
minẽtur ad ſe mouendum, & operandum

ſine

Digitized by Google

fine discursu. Tom. 4. pagin. 428, lib. de motu anim. capit. 4, num. 5.

In brutis imaginatio perinde se habet, ac intellectus in homine, ideoque statim, ac imaginantur esse ambulandum, ambulant. Ibid. pag. 431, cap. 5, num 9

Bruta per se sequuntur solum delectabilia gustus, & tactus, delectabilibus aliorum sensuum, vel nullo modo, vel per accidens solum afficiuntur. Tom. 5, pag. 725, sect. 28 prob. num. 7.

In brutis minoribus etiam magis, quam in maioribus apparet quædam humanæ artis, & cognitionis imago. Tom 3, pagin. 930, lib. 9. de Hist. anim. cap. 7. num. 1.

In brutis datur delatio, seu motus localis, intellectus non datur. Tom. 4, pag. 10, lib. 1. de part. anim. cap. 1. num. 28.

Bruta habent formam pomilionis, ac magis augentur secundum partem superiorem, quam secundum inferiorem, ideoque sunt hominibus dementiora, quia forma pomilionis impedit operationem cognoscendi. Tom. 4 pagin. 149, lib. 4. de part. anim. cap. 10, num. 11.
Vide Bestiæ.

BVBALVS. In sanguine bubali nullæ dantur fibræ, ideoque non perinde concrescit, ac sanguis animalium habentium fibras, tamè vel non cõcrescit minus, vel nõ multo minus, quam sanguis ouium. To. 3, pag. 771, lib. 3. de Histor. anim. cap. 6, num. 2.

Bubali habent cornua inutilia, ideoque licet contra quædam animalia minus ferocia cornibus se defendant, tamen contra ferociora fuga sibi consulunt. Tom. 4 pag. 81, lib. 3. de part. anim. cap. 2, num. 4.

Lac bubalum est crassissimum. Tom. 3, pag. 786, lib. 3. de Hist. anim. cap. 20, num. .

In lacte bubali plus casei est, quam in caprino. Ibid. pag. 787. num. 7.

BVBO est auis nocturna, aduncis vnguibus prædita, carniuora, noctuæ similis, sed magnitudine non inferior aquila Tom. 3, pag. 945, lib. 8. de Histor. animal. cap. 3. num. 1.

BVCCA. Vide Gena.

BVCCINVM. Buccina sunt animalia testacea, & habent carnem, vel quasi carnẽ penitus inclusam testa, itaut nulla pars appareat, excepto capite. Tom. 3, pagin. 801, lib. 4. de Hist. anim. cap. 4, nu. 2,

Buccina scabris testis sunt prædita. Ibidem pag. 802, num. 5.

Buccina habent quamdam promoscidem more muscarum, quæ promoscis habet figuram linguæ, & est ita dura, vt ea possint perforare testas aliorum animalium testaceorum, quibus vescuntur. Ibidem pag. 803. nu. 11.

Qualem ventrem, & gulam, & in qua parte habeant buccina. Ibid. num. 12.

Buccina generantur autumno abeunte. To. 3, pag 855. lib. 5. de Histor. anim. cap. 12, num. 2,

Buccina construunt quamdam fauaginem, quæ non est ipsorum fœtura, sed est quoddam veluti purgamentum. Ibidem pag. 441, cap. 15, nu. 2.

Buccina generantur, non ex fauagine, sed ex materia putrefacta, & tum facilius generantur, cum in materia putrefacta datur aliquod principium eiusdem generis Ibidem num 3.

Buccina ijsdem temporibus, & eodem modo generantur, ac purpuræ: prodeunt in pastum lingua exerta, ac diu viuunt. Ibid. pag. 843, num. 6.

Cancellus, seu paruus cancer ingreditur in parua buccina, eaque circumfert, atque in ijs alitur, & crescit, & cum creuerit, ingreditur in buccinum maius; & capacius, in eoque habitat tamquam hospes. Ibidem pag. 844, num. 19.

Buccina se abscondunt æstate, hoc est sub caniculæ origine diebus. Tom. 3. pag. 959, lib. 8 de Hist. anim. cap. 13. num 9, 10.

Buccina sunt testacea turbinata, & constant ijsdem partibus, quibus constant cochleæ. Tom. 4. pag. 128, lib. 4. de Part. animal. cap. 5. nu. 14.

Buccina sunt quodammodo biualuia, quia clauduntur quodam operculo, quod apponunt carni, in ea parte, qua caro non tegitur testa, ne in ea parte possint lædi. Ibidem pag. 129, num. 15.

Buccina nascitur per quamdã seminationẽ, siquidem emittunt quemdam humorem mucosum seminalem, ex quo nascuntur, licet talis humor non sit semen. Nascuntur etiam sponte ex materia putrefacta. Tom. 4. pag. 583, lib. 3. de Gener. animal. cap. 11, num. 5.

Buccina semper habent quoddam ouum, sed aliquando maius, aliquando minus, quod est ouum æquiuocè, cum nihil conferat ad generationem, sed solum sit signum bonæ nutritionis. Ibid. pag. 388, num 19.

BVLBVS est herba, quæ quia humore abũdat, suo tempore germinat etiam excisa.

To.

Digitized by Google

To. 5. pag. 652. sect. 20, prob. num. 18.
LIMIA. Vide fames canina.
LLÆ caulantur à spiritu bullam inflan-
e. Tom. 5, pag. 601, sect. 16, problemat.
um. 2.
are bullæ in aqua sint semisphæricæ. Ibi
lem num. 2.
are basis bullarum aquæ insidentium sit
lba, ac si tales bullæ illuminentur à so-
e, basis non inumbretur, licet aliæ partes
ullæ inumbrentur. Ibid. pag. 600, num. 1.
are aer bullis inclusus non madefiat. To.
, pag. 692, sect. 25. prob. num. 11.
TEO auis. Buteo est auis carniuora,
& aduncis ynguibus prædita, æqualis
niluo in magnitudine, & semper appa-
et. Tom. 3. pag. 945. lib. 8. de Hist. anim.
ap. 3. num. 1.
co est hostis rubetæ, & anguium, siqui-
lem rubetis, & anguibus vescitur. Tom.
. pag. 982, lib. 9. de Histor. anim. cap. 1.
um. 12.
mum, & præcipuum genus accipitrum
st, qui à Græcis vocatur oriorc hus, lati-
è à quibusdam dicitur Buteo. Ibidem
ag. 1008. cap. 37, num. 1.
TIRVM est pinguedo lactis instar olei.
om. 3, pag. 787, lib. 3. de Hist. anim. cap.
5. num. 7.
ZANII quâ arte magnam pecuniam
ompararint. Tom. 2. pag 807, lib. 2. Oe-
on cap. 1, num. 3.

C

ADAVERA, seu corpora mor-
tuorum sunt frigida, & sicca.
Tom. 4, pag. 669. lib. de Long-
git. & Brevit. vitæ, capit. 3.
num. 6.
Ægyptij mortuorum cor-
ra aromatibus condita conseruabant.
m. 2, pagin. 644, lib. 7. ad Eud. cap. 1.
m. 12.
e cadauera, dum putrescunt, malè o-
nt. Tom. 5, pag. 579, sect. 13. prob.
m. 4.
DERE. Quare potius cadimus curren-
, quam ambulantes. Tom. 5. pag. 501,
ct. 5. prob. num. 18.
IVS est simia caudam habens. Tom. 3,
g. 738, lib. 2. de Histor. animal. cap. 10,
m. 2, 5.
de Simia.
IAS est ventus spirans à puncto ori-
is æstiui. Tom. 3. pag. 605. lib. 2. meteor.
. 6, num. 5.
Quare Cæcias ad se reflectat, & nubes ad
se trahat, ideoque licet sit vehemens, non
inducat serenitatem. Ibidem pag. 608. nu.
11, & Tom. 5. pag. 696, sect. 26. prob. nu.
1, & 32.
Cæcias trahit ad se nubes, quia mouetur per
lineam circularem ita curuam, vt concа-
uitas respiciat cœlum, & redeat ad se ip-
sum. Ibid. 706, num. 32.
CÆCILIÆ sunt serpentes, in quibus datur
quædam rima, seu fissura. Tom. 3, pagin.
887. lib. 6. de Histor. animalium. cap. 13.
num. 6.
CÆCITAS Cæcus. Cæcus quo pacto possit
disputare de coloribus. To. 3, pag. 38, lib. 2.
physic. cap. 1. nu. 5.
Aliquando ex parentibus non cæcis nascũ-
tur filij cæci, aliquando ex cæcis nascun-
tur non cæci. Tom. 3. pag. 928, lib. 7. de
Hist. anim. cap. 6, num. 8.
Quadrupedes multifidæ, hoc est habentes
pedes scissos in multas partes, vt canis,
leo, vulpes, lynx, edunt in lucem filios
cæcos, in quibus extra vterum matris
palpebræ perficiuntur ita, vt possint ape-
riri. To. 4, pag. 526. lib. 2. de Gener. anim.
cap. 4. num. 46.
Qui nascuntur cæci non caluescunt, quia
abundant humore excrementitio capitis,
qui est materia capillorum. Tom. 5, pag.
748, sect. 31. prob. nu. 5.
CÆLATIVÆ Propositiones. Vide propo-
sitiones dialecticæ.
CÆLVM supremum non est in loco sim-
pliciter, sed solum secundum quid. Tom.
3. pag. 107, lib. 4. Physic. cap. 6, num 6.
Locus communis omnium non est. Cœlum
supremum, sed superficies concaua cœli
supremi. Ibid.
Licet quidam censeant dari aliquid extra
cœlum, tamen id est falsum, ac cœlum
omnia continet. Ibid. num. 5.
Cœlum, quia mouetur motu circulari, est
quinta substantia, ac neque constat ex e-
lementis, neque est elementum, sed est
corpus simplex, perfectius, ac diuinius
elementis. Tom. 3, pag. 292, lib. 1 de cœ-
lo, cap. 2, num. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.
Ostenditur cœlum non habere grauitatem,
neque leuitatem. Ibid. pag. 294, cap. 3, nu.
1, 2, 3, 4, 5.
Ostenditur cœlum esse ingenerabile, incor-
corruptibile, inaugmentabile, & inalte-
rabile. Ibidem pag. 296, num. 6, 7, 8, 9,
10, 11, 12.
Ostenditur cœlum, cum moueatur circula-
riter,

riter, non posse esse infinitum. Ibid. pag. 300, cap. 5, per totum.

Coelum sumitur tripliciter, primo pro prima sphoera; secundo pro corpore supero vsque ad elementa; tertio pro ipso vniuerso, & in hac tertia acceptione continet totam materiam, & omnia corpora sensibilia. Tom. 3, pag. 325, lib. 1. de coelo, cap. 10, num. 7,8,9,10,11,12.

Extra coelum nullum datur, neque dari potest corpus sensibile. Ibidem pag. 326, num. 9,10,11,12.

Extra coelum neque datur locus, neque vacuum, neque tempus. Ibidem num. 12.

Qualia sint entia, quæ dantur extra coelum. Ibidem pagin. 327, cap. 11, per totum.

Coelum est incorruptibile, & manet in supremo loco, in eoque mouetur sine vllo labore. Tom. 3, pag. 343, lib. 2. de coelo, cap. 1, num. 1,2,3,4.

Antiqui dixerunt coelum esse locum Deorum, seu substantiarum separatarum immortalium, ideoque debet esse immortale, & incorruptibile. Ibid. pagin. 344. num. 3.

Coelum cum non sit graue, non indiget aliquo Atlante sustinente, ne corruat, nec violenter mouetur, aut detinetur in loco supremo. Ibidem pag. 345, num. 5,6,7,8.

Ostenditur rationabile esse, vt in coelo detur sursum, & deorsum, ante, & retro, dextrum, & sinistrum. Tom. 3, pagin. 346, lib. 2. de coelo, cap. 2, num. 2,11,12,13.

Longitudo coeli est distantia à polo ad polum, ac polus antarcticus est sursum, arcticus est deorsum: latitudo est distantia ab oriente ad occidentem, & oriens est pars dextera, occidens est pars sinistra. Ibidem pag. 349, num. 14, 15, 16.

Respectu motus proprij stellarum polus arcticus est superus, antarcticus est inferus, occidens est pars dextera, oriens sinistra. Ibid. num 16.

Coelum habet pro fine motum perpetuum, adeoque circularem, ideoque debet esse corpus circulare. Tom. 3, pag. 351, lib. 2. de coelo, cap. 3, num. 1.

Affertur ratio, quare in coelo debeant esse plures sphoeræ, & plures motus. Ibidem pag. 350, cap. 3, per totum.

Ostenditur coelo ex eo, quod sit primum corpus, deberi figuram sphoericam. Tom. 3. pag. 353, lib. 2. de Coelo, cap. 4, per totum.

Motus coeli est mensura omnium motuum, ideoque est velocissimus omnium motuum, & minimo tempore ab eodem reuertitur in idem. Ibid. pag. 356, num. 9.

Cur coelum debeat circulariter moueri potius ad vnam partem, quam ad aliam. Tom. 3. pagin. 358, lib. 2. de coelo, cap. 5. per totum.

Ostenditur motum coeli esse perfectè regularem. Ibidem pag. 359, cap. 6, per totum.

Reijcitur opinio Pythagoreorum dicentiũ coelum per suos motus causare sonum quemdam harmonicum. Tom. 3. pagin. 368, lib. 2. de coelo, cap. 9. per totum.

Assignantur varij gradus corporum coelestium. Tom. 3, pag. 374, lib. 2. de coelo, cap. 12, num 8.

Etiam in coelestibus dantur tria principia per se, materia, forma, & principium motus, & quo pacto materia coelestium differat à materia corruptibilium. Tom. 3, pag. 517, lib. 2. de Gener. cap. 9, num. 2. 3.

Coelum per suum motum diurnum circularem, & perpetuum est causa, vt generationes, & corruptiones sint perpetuæ, & per motum obliquum Zodiaci est causa, vt generatio, & corruptio sibi mutuo succedant. Tom. 3, pag. 519. lib. 2. de Gen. cap. 10, num 1. 2. 3, 4.

Coelum includens astra, & omnia corpora, quæ circulariter mouentur, est principiũ actionum, & efficiens mutationum meteorologicarum, quarum elementa sunt principia passiua, & materialia. Tom. 3, pag. 530. lib 1. meteor. cap. 2. num. 1. 2.

Terra se habet ad totum coelum, sicut punctum ad circunferentiam sphoeræ. Ibid. pag. 531. cap. 3. num. 3.

Coelum vocatur æther, non quia ardeat, sed quia semper mouetur. Ibid. pagin. 551. num. 4.

Ostenditur locum supra lunam non esse plenum igne, vel aere, neque vllo elemento, sed esse plenum quinta substantia. Ibid. num. 5. 6. 7.

Ostenditur coelum licet non sit formaliter calidum, tamen calefacere inferiora per motum. Tom. 3. pag. 536. lib. 1. meteor. cap. 4. num. 7. 8. 9. 10. 11.

Ostenditur ex duobus signis coelum non esse formaliter calidum, neque igneum. Ibid. num. 11.

Ostenditur coelum, in quo nihil euenit fortuitum, & præter ordinem, factum esse non à casu, sed à natura operante propter finem. Tom. 4, pag. 12. lib. 1. de part. anim.

imalium, cap. 1. num. 30. 31.
t pauca poſſimus ſcire de corporibus
eleſtibus, tamen ijs paucis magis oble-
amur, quam cum multa ſcimus de in-
rioribus. Tom. 4. pag. 21, lib. 1. de part.
im. cap. 5, num. 2.
o inſufficienter aſſignauit rationem,
ropter quam cœlum debeat moueri cir-
lariter. Tom. 4, pag. 228, lib 1. de anima
ap. 8, num. 10.
pedocles docuit Deum eſſe cœlum, &
œlum conſtare ex quatuor elementis, &
x concordia congregante, non autem
x diſcordia ſegregante, ideoque cœ-
um eſſe incorruptibile. Tom. 4. pagin.
37. lib. 1. de Anima capit. 12. num. 8. &
om. 5. pagin. 72. lib. 3. metaph. cap. 6,
um. 9.
pedocles putauit cœlum non poſſe cor-
umpi corruptione particulari, ſed poſſe
orruptione generali, qua omnia redi-
antur ad chaos. Tom. 5, pag. 72, lib. 3.
etaph. capit. 6. num 9.
aminatur, vtrum motor cœli debeat eſſe
mmobilis, ac debeat non eſſe pars cœli,
eque intra cœlum. Tom. 4, pag. 420, lib.
e motu animal. capit. 2. num. 1. vſque
d 8.
tiqui per fabulam Atlantis, qui terræ ni-
itur, & cœlum circumuoluit, ſignifica-
unt motorem cœli innixi terræ, & hoc
ejcitur. Ibidem pag. 421, num. 6. 7. 8.
elum mouetur ab intellectu, & appetitu
ppetente bonum verum, & inuariabile,
deoque ſemper eodem pacto mouetur.
om. 4. pag. 427, lib. de motu anim. cap.
, num. 14.
nerationes, geſtationes in vtero, & vitæ
nimalium menſurantur circuitibus cor-
orum cœleſtium, ac præſertim ſolis, &
inæ. Tom. 4, pag. 631, lib. 4. de Gen. anim.
ap. 10, num. 3.
pora cœleſtia, & inferiora differunt ge-
re phyſico, quia non habent materiam
ommunem, adeoque non reſoluuntur in
biectum idem. Tom. 5. pag. 156, lib. 5.
etaph cap. 28. num. 12.
pora cœleſtia, quæ ſemper mouentur,
on ſunt in potentia ad moueri, ac non
oueri, ſed ſolum ſunt in potentia ad
ertos motus, ac non ſunt in poten-
a ad agere, & pati, nec habent vllam
clinationem ad quietem, ideoque
nt infatigabilia. Tom. 5. pag. 248. lib. 9.
etaph. cap. 10, num. 9. 10.
num mobile eſt primum principium, vt
moueatur motu circulari vno, & indiui-
ſibili, ideoque eſt prima magnitudo vna.
Tom. 5. pag. 254, lib. 10. Metaph. capit. 2,
num. 2
Corpora cœleſtia ſunt prima principia ſub-
ſtantiarum, ſeu corporum inferiorum:
corporum verò cœleſtium prima princi-
pia ſi ſunt animata, ſunt corpus, & anima
includens intellectum, & voluntatem,
vel ſi non ſunt animata, corpora cœleſtia
ſunt principia vt inſtrumenta, intellectus,
& voluntas intelligentiæ aſſiſtentis, vt cau-
ſæ principales. Tom. 5. pag. 327. lib. 12.
metaph. cap. 4. nu. 7.
Quot ſint cœli, & quot ſint motus, ac ſphœ-
ræ cœleſtes. To. 5. pag. 341. lib. 12. meta-
ph. cap. 8. num 3, 4 5, 6, 7.
Sphœræ cœleſtes ſunt propter aſtra delata,
ideoque nulla poteſt dari ſphœra, quæ ita
moueatur, vt nullum motum cauſet in
aliquo aſtro. Ibid. pag. 343. num. 9.
Videtur non poſſe dari plures cœlos & plu-
res mundos; alioquin poſſent dari plures
motores ſolo numero diuerſi. Ibidem
num. 10.
Terra videtur habere naturam fœminæ, &
eſſe quaſi mater eorum, quæ in terra gi-
gnuntur, cœlum videtur habere natu-
ram maris, & eſſe quaſi pater eorum, quæ
in terra generantur. To. 4, pag. 442, lib. 1.
de Gener. anim. cap. 2, num. 3.
CÆSITAS, Cæſij oculi. Pueri ab initio ha-
bent oculos cæſios, deinde accipiunt il-
lum colorem, quem ſeruare debent per
totam vitam, quia cæſitas eſt quædam
imbecillitas, oculi autem puerorum ſunt
imbecilli. Tom. 4, pag. 636, lib. 5, de
Hiſtor. anim. cap. 3. num. 13. 14, 21.
Noctua habet oculos cæſios: aliqui equi, &
homines habent vnum oculum cæſium,
alium alterius coloris, & propter quam
cauſam. Ibid. num. 13. 21.
Reijcitur opinio Empedoclis, qui docuit
oculos eſſe cæſios ex eo, quod plus habeat
ignis, quam aquæ, ideoque oculos cæ-
ſios propter abundantiam ignis, qui il-
luminat, nocte videre acutè, propter de-
fectum aquæ, cuius tranſparentia iuuat
ad videndum, die videre minus acutè.
Ibid. pagin. 637. num. 15, 16.
Oculi, qui habent humorem rariorem, ſunt
cæſij, quia ſunt magis tranſparentes. Ibid.
num. 17.
Oculi cæſij acutius vident nocte, quam die;
quia cum ſint rari, & tranſparentes, facilè
mouentur ab exigua luce noctis, & mo-

uentur vehementius, quam pars sit à magna luce diurna. Ibid. pagin. 638. nu. 18.
Oculi sunt cæsij ex eo, quod parum habeant humoris, ideoque sæpe laborant morbo, qui vocatur glaucoma, & oritur ex siccitate, ac raro laborant morbo lusciositatis, qui oritur ex abundantia humoris. Ibidem num. 19.
Homines, & equi albi solent habere oculos cæsios, quia color oculorum solet sequi colorem corporis, & color cæsius maximè accedit ad albedinem. To. 5. pag. 538. sect. 10. probl. num. 13.
CALCANEVS. Posterior pars pedis vocatur calx, siue calcaneus. tom. 3. pag. 716, lib. 1. de Hist. anim. cap. 15. num. 6. 10.
Quare peracto longo itinere, aut cursu, si quis conetur consistere, & erigi supra digitos pedum, talus, seu calcanei tremant, ac deorsum labantur, & totum corpus trahant deorsum. Tom. 5. pagin. 500, sect. 5 prob. num. 85.
In calcaneis sunt nerui. Ibidem.
CALCAR. Aues, quæ aduncis vnguibus sunt præditæ, carent calcari, at ex iis, quæ non habent vngues aduncos, aliquæ munitæ sunt calcari, & hæ solent esse graues, ac volare propè terram. Tom. 3, pag. 743. lib 2. de Hist animal. cap. 12. num. 5. & Tom 4. pag 167. lib. 4. de Part. animal. cap 12. num. 12.
Nulla auis aduncis vnguibus simul, & calcari armatur, quia auibus aduncis sufficit præsidium vngium, natura autem nihil facit frustra. Tom. 4, pagin 197, lib. 4 de part. animal cap. 12. num. 12.
Calcar sicut & alia arma natura dat solis maribus, non autem fœminis. Tom. 4. pag. 78, lib. 3. de Partib. animal. cap. 1, num. 6.
Calcaria auium non generantur ex sanguine menstruo, sed ex cibo aduentitio, ex quo animal augetur, quem cibum haurit tum à matre per vmbilicum, tum deforis per os. Tom. 4. pag: 535, lib. 2. de Gen. anim. cap. 4, num. 84.
CALCITRATIO. Animalia solidungula vtuntur cruribus posterioribus ad calcitrandum, adeoque vt armis ad pugnandū, ideoque debuerūt carere talis, quia sic inferunt ictum vehementiorem. To. 4, pag. 158. lib. 4. de part. anim. cap. 10. num. 37.
CALCVLI morbus. Calculi generantur in vesica ex excrementis siccis, ac terreis in vesicam descendentibus, & aliquādo sunt ita duri, vt nihil differre videantur à conchilijs. Tom. 3. pag. 780. lib. 3. de Hist. anim. capit. 15. num. 2.
Ex animalibus solus homo laborat calculo, quia cum collum vesicæ, ex quo egreditur vrina, habeat valde angustum, in vesica remanent partes terreæ. Tom. 5, pag. 539. sect. 10. prob. num. 42.
CALDARIA. Vide Hypocaustum.
CALEFACTIO. Corpus refrigeratum, ab eodem calore magis vritur, & maiori dolore afficitur, quia calor agit in carnem condensatam, & poros arctos. Tom. 5. pag. 776, sect. 37. prob. nu. 4.
Vide Calidum, Calor.
Calefactorium. Vide Hypocaustum.
CALIDVM. Traduntur regulæ ad discernendum, quænam corpora sint calida, vel frigida. Tom. 3. pag. 689. lib. 4. meteor. cap. 11, per totum.
Corpora aquea, licet vt plurimum sint frigida, tamen aliquando quia habent admistos spiritus igneos sunt calida, vt Lixiuium, vrina, & vinum. Ibid. num. 2, 4.
Corpora terrea vt plurimum sunt calida, quia cum concrescant virtute caloris, retinent multos spiritus igneos. Ibid. nu. 3.
Mista constantia pene aqualiter ex omnibus elementis solent esse calida, quia concocta sunt virtute caloris miscemis, ac terminantis humidum cum sicco. Ibid. num. 5.
Corpora densa, vt ferrum, possunt ab extrinseco fieri calidissima. Ibidem num. 6.
Aliqua sunt calida calore innato, & hæc sunt calida per se: aliqua sunt calida calore aduentitio, & hæc sunt calida quodammodo per accidens. Afferuntur eorum exempla. Tom. 4, pag. 37, lib. 2. de part. anim. cap. 2, num. 12.
Calidum calore innato lentius refrigescit, & magis est combustiuum, quam calidum calore aduentitio: at sæpe calidum calore aduentitio causat vehementiorem sensationem. Ibidem num. 13.
Cum dicitur aliquid esse calidum, debet explicari, quo pacto sit calidum. Ibidem pag. 38. nu. 19.
Possunt aliqua esse mutuo calidiora diuerso modo. Ibid. pag. 37. num. 13
Explicantur sex modi, quibus vnum dicitur altero calidius, & ostenditur impossibile esse, vt idem subiectum sit calidius omnibus sex modis. Ibid. pag. 36, nu. 10. 11.
Calida citius refrigerantur, si exponantur soli, quam si exponantur vmbræ, quia sol aperiens poros facit, vt calor euaporet.

'om.5, pag. 686, ſect.24. prob. num.13.
'ide Calor.
LIDA complexio. Qui habent complexionem calidam, & humidam, ſunt ita diſpoſiti ad effundendum ſemen, vt difficile poſſint illud continere, ne effluat. Tom. 5, pag. 506. ſect.5. prob. num. 31.
dacia, & fortitudo oriuntur ex caliditate, ideoque qui habent complexionem calidam, ſolent eſſe fortes, & audaces. Tom. 5, pagin. 585. ſect. 14. prob. nu. 8, & 16.
or augetur tum ex timore, tum ex ira, ed ex ira augetur circa cor, ex timore circa ventrem inferiorem. Tom. 5, pag. 19. ſect.27.prob. num.3.
i complexionem habent calidam, ſolent magnam vocem emittere, quia reſpirando trahunt multum aeris ad calorem refrigerandum, ac multum aeris emittendo faciunt vocem magnam. To. 5, pag. 551, ect.11. prob. num.3.
i habent complexionem calidam, etiami quieſcant, cibum concoquunt, & conuertunt in ſuam ſubſtantiam, ideoque quiete pingueſcunt, & euadunt pleniores: ſecus qui habent complexionem frigidam. To.5,pag.510, ſect.6. prob.nu.1.
imalia cartilaginea, licet concipiant ouũ, tamen non pariunt ouum, ſed animal excluſum ex defectu caloris; ſiquidem non poſſunt exiccare, & indurare putamen ouũ. Tom 4, pag. 449, lib.1. de Generat. anim. cap.9, nu.3.
imalia ſanguinea, quia ſunt calidiora, ſunt maiora exanguibus, & ex eadem ratione animalia progreſſiua ſunt maiora non progreſſiuis, & emittentia ſemen ſunt maiora non emittentibus ſemen. Tom. pag. 491. lib. 2 de Gener. anim. cap.1. num. 8.
LIDÆ regiones. Caliditas regionis confert ad hoc, vt animalia habeant vocem acutam, aut grauem, & quare. Tom.4. pag.659, lib.5. de Gen.anim. cap.7,nu.10.
i coluot loca vel nimis calida, vel nimis frigida, vt plurimum feris vultibus, & moribus ſunt præditi, quia intemperies regionis, ſicut corpori aufert debitum temperamentum, ſic facit, vt animus non bene ſe habeat. Tom.5, pagin. 585, ſect. 14. prob. num.1.
i viuunt in locis, ac regionibus calidis olent diutius viuere, quia habent corpora ſicciora, & quia vita conſiſtit in calido. Ibidem pag.595, num.9. 10.
Qui habitant regiones meridionales, & calidas, ſolent habere oculos nigros, quia habent corpora nigra, & oculi ſolent ſequi colorem reliqui corporis. Ibid pag. 586, nu.4.
Qui habitant regiones calidas quare ſolent eſſe ſapientiores, & prudentiores. Ibidem pag. 587, num.5.
Qui habitant loca calida ſunt antiquiores, quia incolæ regionum frigidarum pereunt propter diluuia. Ibid. num 15.
Qui habitant loca calida ſolent eſſe timidi, quia propter antiperiſtaſim habent complexiones frigidas, ex quibus ſequitur timiditas. Ibid. pag.585, num. 8. & pagin. 587, num. 16.
CALIDRIS eſt auicula coloris cinerei, ac variegata, quæ verſatur, ac victum quærit circa aquas. Tom. 3, pag 947, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap.3, num.7.
CALIGO dicitur decidentia nubis, ſiue excrementum nubis, quia cum nubes conuertitur in aquam, illud, quod eſt reſiduũ de nube, ac non potuit in aquam conuerti, decidit in partes terræ propinquiores, & fit caligo. To.3.pag. 554, lib.1. Meteor. capit. 10, num. 3.
Caligo cum ſit quædam nubes ſterilis, potius eſt ſignũ ſerenitatis, quã pluuiæ. Ibid.
CALIPPVS totam ſuam artem Rhetoricam deduxit ex conſequentibus bonis, aut malis, addens ſolũ aliqua ſpectantia ad poſſibile, & impoſſibile Tom.4. pag.817, lib. 2. Rhet. cap. 24, num. 15.
Calli. Vide Tethya.
CALLIDITAS eſt facultas naturalis, per quam homo poteſt iudicare, quid ſit faciendum in ordine ad finem intentum, eaque poteſt homo bene, & male vti. & in quantum dirigitur ad finem malum, eſt vituperabilis, & vocatur aſtutia, in quantum dirigitur ad finem bonum, eſt laudabilis. Tom.2 pagin 179. lib.6. Ethic. cap. 12. num 11. & pag.350. lib.1. magn.mor. cap 33, num. 10.
Prudentia non eſt calliditas, ſed non poteſt eſſe ſine calliditate. Ibid.
Calliditas, ſiue aſtutia veriatur præſertim in hoc, quod eſt alios fraudibus, & dolis circumuenire, ideoque negotiatores, oratores, & imperatores vocamus callidos, tibicines, & hiſtriones non vocamus callidos. To.5,pag.615, ſect. 18, prob. num 4. Vide Aſtutia.
CALLIPEDES tragicus reprehenſus eſt, quia vtebatur motibus, & geſtibus minus de-

decentibus Tom.1, pagin. 959, lib. Poet. cap.24 num.2.
CALLISTRATVS qui arte, portorio vendito, magnam pecuniam compararit. Tom. 2, pagin.815, lib.2. Oecon. cap. 1, num.22.
CALOR est quod per se congregat homogenea, per accidens disgregat heterogenea, & est qualitas actiua, atque vna ex primis qualitatibus tangibilibus. Tom. 3, pag.497. lib.2. de Gener. cap.2.num.1, 6.
Ignis est calidus,& siccus,sed magis calidus, quam siccus, aer est calidus, & humidus, sed magis humidus quam calidus. Ibidem pag.499, cap.3, num.2, & 9.
Calor, & frigus sunt qualitates actiuæ, humiditas, & siccitas sunt qualitates passiuæ. Tom. 3. pagin. 653 lib. 4, meteorol. cap.1, nu. 2, 3, 4.
Calor, & frigus terminant, & coagulant, immutant, humectant, exiccant, mollificant, indurant &c. Ibidem pagin.654, num.3.
Calor,& frigus,si modum seruent,sunt causa generationum, & perfectionum, si modum excedant, sunt causa corruptionum; ex motibus autem solis, & lunæ oritur, vt aliquando modum seruent, aliquando excedant. Tom.4. pag.631, lib.4. de Gen. anim. cap. 10, num.5.
Ad generationem naturalem, per quam generetur ens perfectum, requiritur, vt calor, & frigus dominentur materiæ, hoc est humido, & ficco, itaut possint humidum, & siccũ perducere ad perfectionem debitam: cum non possunt perducere, tum sequitur inconcoctio. Tom. 3. pag. 655. lib.4. meteor. cap. 2, num. 3.
Cum calor ambientis mouens subiectam materiam separat humidum à sicco, fit putrefactio. quæ est corruptio, qua calor naturalis extinguitur a calore extraneo. Ibid. num.3,4,5.
Effectus caloris est concoctio, seu digestio, & quo pacto. Tom 3. pagin. 657, lib.4. meteor. cap.3, num.1.
Quænam corpora,& quo pacto concrescant vel liquescant calore vel frigore. To. 3, pag. 668, lib.4 meteor cap.7. per totum, & cap 9. per totum.
Quo pacto sapores generentur, concurrente calore, qui vniat humidum cum ficco. Tom.4, pag. 347. lib. de sensu, & sensib. cap. 4, num.6.
Calor est magis proprius ignis, quam aeris. Ibidem.
CALOR vitalis. Necesse est, vt animalia, & plantæ habeant naturalem calorem,& innatum caloris principium, siquidem nõ possunt concoquere alimentum sine calore,& sicut alimentũ concoqui debet in variis partibus, sic calor debet pluribus partibus inesse. Tom.4, pag 41, lib. 2 de part. anim. cap. 3. num.3,4.
Operationes vitales præcipuè exercentur per calorem, cuius principium est cor, ideoque anima præcipuè debet residere in corde. Tom.4. pag 49, lib.2. de part. animal. cap. 7, num 5
Calor valde confert ad erectionem,ideoque homo, qui est valde calidus, est erectus, & quadrupedes viuiparæ sunt erectiores ouiparis,puta lacertis &c Tom.4.pag 99. lib. 3 de Part. animal. cap. 6. num. 8.
Anima nutrit corpus calore vitali vt instrumento coniuncto, per quod alimentum concoquit, ideoque omne animal debet habere calorem. Tom.4. pagin.260, lib.2. de anima, cap. 6, num. 11.
Calor vitalis cõducit ad magnitudinem, ad motum, & ad seminis emissionem Tom. 4, pagin, 491, lib. 2. de Gen. anim. cap 1, num.8.
Vita consistit in calore, & humido. Ibidem pag 474. num.18.
Calor vitalis dum materiam mollificat, vel indurat, disponit illam ad recipiendam formam carnis, vel ossis, & alias formas partium,sed non efficit carnem, & ossa, vel alias partes animalis, quæ efficiuntur a semine. Ibid. pag 500, num.31.
Calor vitalis, & viuificus efficit semina fœcunda, & non est calor igneus, sed habet naturam proportionalem calori solis, & stellarum. To.4, pag. 508, lib. 2. de Gen. anim. cap.3, num.10.
Calor igneus non generat vllum animal, calor vitalis generat. Ibid.
Ex partibus similaribus aliæ generantur calore, aliæ frigore, & quo pacto. Tom 4, pag.530. lib.2. de Gen.anim. cap.4, num. 59, 60,61,62,63.
Calor, qui est præcipuum instrumentum generantis, residet in excremento seminali tamquam in subiecto, & ita se habet ad formãdas partes geniti, sicut calor ignis ad coquendos cibos. Ibid. nu 64.
Reijcitur opinio Empedoclis docentis calorem vteri esse causam,cur generetur mas potius, quam fœmina. Tom. 4. pagin. 589, lib.4. de Gener.anim. cap.2, num.4, 6, 7, 8.

Ca-

Calor confert ad generationem maris, frigus ad generationem fœminæ, sed debent esse in certa mensura Ibid. pag. 599, cap. 2, num. 5.

Animal viuit per hoc, quod calor vitalis nutriatur humido, moritur per hoc, quod calor vitalis extinguatur ex defectu humidi. To. 4, pag. 669 lib. de longit. vitæ cap. 3. num. 69.

Quæ conditiones requirantur in calore, & humido ad hoc, vt animal diu viuat. Ibid. num. 7, 8, 9, 10.

Vt animal diu viuat, calor debet contineri in humido pingui, non autem aqueo, & phlegmatico, & vt humidum habeat debitam proportionem cum calore. Ibid. num. 9, 10.

Conseruatio caloris vitalis, qui primo est in corde, est causa vitæ, eiusdem corruptio est causa mortis. Tom. 4, pagin. 679, lib. de Iuu. & senect. cap. 2, num. 10.

Omnes partes animalium habent insitum calorem vitalem, qui primo est in corde, vel in aliquo proportionali cordi. Ibidem num. 8. 9. & pagin. 691. capit. 9, num. 1. 2.

Quo pacto calor vitalis corrumpatur per marcorem, eo quod consumpserit totum humidum, vel per violentiam. Ibid. pag. 679, capit. 3. num. 1.

Quo pacto senectus consistat in imminutione caloris vitalis, iuuentus in eiusdem vigore. Ibid. num. 2.

Quo pacto mors tum naturalis, cum violenta causetur ab extinctione caloris vitalis. Ibid: pag. 682, nu. 2.

Quo pacto calor vitalis extinguatur per suffocationem, ideoque ad eius conseruationem sit necessaria refrigeratio. Ibidem nu. 3. 4. 5.

Etiam plantæ vt viuant, debent conseruare calorem vitalem, & possunt exiccari, vel propter nimium frigus, vel propter nimium calorem, quo fiderantur. Ibidem pag. 681, num. 5.

Calor in nobis se habet sicut quoddam animal. Tom. 5, pagin. 722, sect. 27, probl. num. 10.

Calor vitalis extinguitur immodico vsu vini, & consumpto humido pingui, quo nutritur. Tom. 5 pag. 475, sect. 3. prob. nu. 5. A. B. & nu. 25 pag. 485.

CALVARIA, Græcè cranium, est os capitis, & est illa pars capitis humani, quæ pilis tegitur, & in ea pars anterior vocatur sinciput, pars posterior occiput, pars media dicitur vertex. Tom. 3, pag. 708, lib. 1. de Histor. anim. cap. 7, nu. 2 & pag 772. lib. 3, cap. 7. num. 2.

Caluaria in mulieribus solet vniri vnica commissura circulari, in viris tribus commissuris, sed inuentus est vir, cuius caluaria careret omni commissura. Ibid.

Caluaria, seu cranium hominis fero induratur, quia humiditas cerebri, quod in homine est ampliss. num, retardat indurationem cranij. Tom. 4, pag. 51, lib. 2. de part. anim. cap. 7, num. 11.

Homo habet in cranio plures iuncturas, quã alia animalia, & vir plures, quam mulier, quia cum habeat in corde multum caloris, & vir plus quam mulier, plus exhalationis debet expirare ex capite hominis, ac viri. Ibid. num. 12.

CALVITIES, Calui. Caluities est defluxus capillorum in capite. Tom. 3, pag. 777. lib. 3. de Histor. anim. cap. 11. num 5.

Nemo calueſcit in parte posteriori capitis, sed solum in anteriori, & quare. Ibidem & Tom. 4, pag. 648. lib. 3. de Gen. anim. cap. 3 num. 21.

Pueri, mulieres, ac spadones non calueſcunt, & nemo calueſcit ante ætatem aptam ad coitum, & quare. Ibid. & Tom. 4 pag. 618, lib. 3. de Gen. anim. cap. 3, nu. 20, 22.

Qui mentum habent bipartitum minus solent calueſcere: minus etiam calueſcunt qui habent varices: imo nonnulli, qui ceperunt esse calui, postquam varicibus ceperunt laborare, rursus facti sunt capillati. Ibid. Tom. 3, pagin. 778. num. 7.

Licet ex animalibus homo manifestissimè calueſcat, tamen quædam proportionalis caluities est passio communis animalium, & plantarum, cum animalibus defluant pili, auibus plumæ, plantis frondes. To. 4. pag. 648. lib. 5. de Gen. anim. cap. 3. num. 17.

Causa caluitiei est defectus humoris pinguis, & viscoſi, quo deficiente, defluunt pili, plumæ, ac frondes Ibid.

Caluities oritur ex eo, quod imminuatur humiditas cerebri, quæ est materia capillorum, & quia in spadonibus, & Eunuchis non imminuitur humiditas cerebri per effluxum seminis, ideo spadones, & Eunuchi non calueſcunt. Tom. 5, pag. 547. sect. 10. prob num. 56.

Qui nascuntur cæci non calueſcunt, quia nascuntur cæci ex nimia humiditate cerebri, quæ est materia capillorum. To. 5.

pag. 748, ſect. 31. problem. num. 5.
CALVMNIA. Vide Criminatio.
CALX, & aliæ res aduſtæ retinent aliquid caloris, quia cum feruore nimio exaruerint, ſemper retinent aliquid caliditatis. Tom. 4. pag. 38. lib. 2. de part. anim cap. 2. num. 17.
CALX pedis. Vide Calcaneus
CAMELVS. Deſcribitur Camelus tum bactrianus, qui duo habet tubera, tum arabicus, qui vnicum habet tuber, & explicantur eius partes. Tom. 3 pag. 730, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 1. num. 20.
Quia camelí habent plantas pedum carnoſas, ne dolore afficiantur in plantis, cum ducunt camelos ad bellorum expeditiones, calceant illos quodam genere calceorum, qui vocantur carbatinæ. Ibid.
Camelus, & leo ambulant pedatim, itant pes ſiniſter nunquam antecedat dextrum. Ibidem pag. 728, num. 15.
Camelus licet non ſit corniger, tamen non eſt vtrimque dentatus. Ibidem pag. 735. num 35.
Cameli quo pacto coeant, & quo pacto petant ſolitudines, cum debent coire. Tom. 3, pag. 729, lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 2. num. 8.
Camelus vrinam retro emittit: coire incipit triennis; in Arabia coit Menſe Septembri; gerit vterum duodecim menſibus, & eſt vniparus, ac fœmina iterum coit vno anno poſt partum. Tom. 3. pag. 840. lib. 5. de Hiſt. animal. cap. 14. num. 17.
Camelus fœtum gerit decem menſibus, parit tempore veris, & vnicum fœtum, qui ſugit lac per annum: poſtquam ſemel peperit, ſemper habet lac, donec iterum pariat: cameli lac eſt ſuauiſſimum, & bibitur ita, vt illi admiſceatur duplum, aut tripluma quæ: excedit annum quinquageſimum. vt plurimum viuit annis triginta: ſæpe excedit annum quinquageſimum, & aliqui viuunt annis centum. Tom. 3. pag. 910. lib. 6. de Hiſt. anim cap. 26, num. 1. & pag. 952, lib. 8, de Hiſt. animal. cap. 9. num. 2.
Cameli gaudent aqua turbida, ideoque antequam hauriant aquam fluuij, illam pede turbant. Poſſum quatuor dies ſine potu tranſigere, ac mox cum ad aquas peruenerunt, bibunt plurimum. To. 3. pag. 952, lib 8. de Hiſtor. anim. cap. 8. num. 2.
Cameli aliquando in rabiem aguntur. Tom. 3. pag 971. lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 22. num. 1.
Cameli nunquam cum matre coeunt, et cum aliquando à camelario deceptus camelus cum matre coiſſet, mox camelarium morſu peremit. Tom. 3. pag 1032, lib. 9. de Hiſtor. anim. cap 47. num. 1.
Cameli etiam fœminæ aliquando caſtrantur ad vſum prælíorum, & caſtrati euadunt longiores non caſtratis. Tom. 3. pag. 1037. lib. 9. de Hiſtor. animal. cap. 50, num. 9.
Cameli currunt celerius quam equi niſæi, quia longiores paſſus faciunt. Ibidem.
Camelus licet careat cornibus, tamen caret dentibus in maxilla ſuperiore, quia cum habeat corpus magnum, & veſcatur cibo duro, & ſpinoſo, magis indiget ventre multiplici ad ruminandum, quam dentibus maxillæ ſuperioris. Tom. 4. pag. 114, lib. 3. de part. anim. cap. 14, num. 3
Camelus habet linguam valde duram, & callolum. Ibidem.
Elephas, & camelus ſunt maximi animalium terreſtrium, & ſunt vnipari. Tom 4. pagin. 612, lib. 4. de Gener. anim. cap. 4. num. 16.
CAMESTRES. Oſtenditur ſyllogiſmum in Cameſtres neceſſario concludere. Tom. 1. pag. 119. lib. 1. Prior. cap. 6, num. 2, 3.
Cameſtres reducitur ad celarent, & eſt ſyllogismus imperfectus. Ibidem num 3, 4.
Cameſtres poteſt concludere plures concluſiones. Tom. 1, pag. 222. lib. 2. Prior. cap. 1, num. 7.
CAMMARI. Vide Gammari.
CANCELLARII. In ciuitate neceſſarius eſt magiſtratus cãcellariorum, & ſcribarum, apud quos ſcribi debent priuati contractus, ſententiæ iudicum, acta cauſarum, proceſſus &c. Tom. 2. pagin. 727, lib. 6. Pol. capit 8, num. 6.
CANCELLI, ſeu parui cancri conueniunt cum animalibus cruſtaceis in hoc, quod ſunt ſimiles lacertis, ac nulli teſtæ ſunt affixi; at conueniunt cum teſtaceis in hoc, quod ipſimet ingrediuntur in teſtas, & in ijs vitam ducunt. Tom 3. pag. 805. lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 4. num. 17.
Deſcribuntur cancelli, & eorum partes. Ibid. num 18.
Duo ſunt genera cancellorum, turbinarij, & naticarij. Deſcribitur vtrumque genus. Ibidem num 19.
Cancelli turbinarij ingrediuntur in teſtas turbinatas: cancelli naticarij ingrediuntur in teſtas naticum, ſeu neritarum, & cum naticibus ineunt ſocietatem. Ibidem num. 19, 21.

Can-

celli ; cum mare eſt quietum , à ſaxis ſoluti, liberè vagantur per mare, & cim quærunt : cum mare eſt turbatum , ad ſaxa recipiunt. Ibid. num. 11.

ellus eſt hoſpes , & cuſtos pinnæ , ſeu ruæ ſquillæ,& pinnam monet de præ , ac pinna monita claudit concham, & pit prædam, ac pinnæ,amiſſo cancello ſtode, celerius pereunt. Tom. 3. pag. 3. lib. 5. de Hiſtor. animal. capit. 15, m. 10.

elli veſcuntur ſimul cum pinnis. Ibid. m. 13, pag. 844.

cellus, qui eſt hoſpes concharum , geratur ex terra , & limo , ingreditur in nchas vacuas , & in parua buccina , & m creuerit, ingreditur in conchas maes. Ibid. num. 19.

elli habent vltimos pedes latos,quibus tafi palmulis vtuntur ad natandum. om. 4, pag. 142. lib. 4. de part. anim. cap. num. 2.

NCER. Licet alia animalia habeant du pedes anteriores , qui ſunt duces in otu, tamen cancri habent duces in moquatuor pedes anteriores. Tom. 3. pag. 6. libr. 1. de Hiſtor. animal. capit. 5. im. 12.

merantur varia genera cancrorum , qui m quartum genus animalium cruſtaceom. To. 3, pag. 795, lib. 4. de Hiſt. anim. p. 1, num. 1, 5.

cri habent decem pedes , connumerano forcipatos , & crura flectunt in obliqum. Ibid. num. 5.

nimalibus cruſtaceis ſolus cancer caret uda, & habet corpus rotundum. Ibid. im. 6.

pacto ſe habeant inteſtina cancrorum. id pag. 798 num. 13.

cribuntur partes cancrorum , & explintur alia ad ipſos ſpectantia. Tom. 3. g. 800. lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 3, im. 2, 3.

ri vt plurimum forcipem dextrum hant maiorem ſiniſtro , & quam ob caum. Ibid. nu. 2. & Tom. 4. pag. 142, lib. 4. part. anim. cap. 8. num 4.

pacto mas cancrorum differat à fœmi. Ibid. nu. 3. pag. 800. Tom. 3.

cri tempore verno mutant cruſtam, ſit ſerpentes pellem. Tom. 3. pag. 848, 5, de Hiſtor. anim. cap. 17, num. 7.

cri vtuntur brachijs forcipatis , non vt dibus ad ambulandum, ſed vt manibus capiendum , ac illa flectunt contrario modo , ad flectunt pedes . To. 4. pag. 141. lib. 4. de Part. anim. cap. 8, num. 2.

Cancer caret cauda, quia cum ſoleat ſe abdere intra cauernas , & vitam ducere in terra, cauda eſſet illi inutilis, cum non ſoleat natare. Ibid. num. 2.

Cancri heracleotici breuioribus pedibus ſunt prædiri, & quia non poſſunt ſibi conſulere velocitate motus , cruſta duriori fuerunt muniti. Ibid. nu. 2.

Cancris forceps datus eſt , non ad mordendum, ſed ad capiendum , & retinendum, ideoque vt validius capiant, mouent non inferiorem, ſed ſuperiorem partem forcipis. Tom. 4. pag. 162. lib. 4. de part. anim. cap. 11, nu. 10.

Cancri , quia habent oculos ita factos , vt reſpiciant ad latus, mouentur diametraliter verſus latus. Tom 4, pag. 202, lib. de inc. anim. cap. 12, num. 4.

Quare cancri debeant moueri verſus latus , & habere plures , quam duos pedes præuios ; & quare debeant pedes flectere eo pacto , quo eos flectunt quadrupedes ouiparæ. Tom. 4, pag. 205. lib. de inc. anim. cap. 16, num. 5. 8.

Cerui à phalangio, aut alio araneo, vel animalculo venenato icti, cancros edunt, eorumque comeſtio, quæ eſt admodum inſuauis, cenſetur etiam hominibus prodeſſe. Tom. 3. pag. 988, lib. 9. Ethic. cap. 5. num. 4.

Cancri ſaxatiles ſunt omniuori , ac etiam lapides, ligna, algulas,quin & ipſum ſtercus deuorant , & carnibus etiam veſcuntur. Tom. 3. pag. 941, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 2, num. 16.

Cancri licet ſint aquatiles, tamen ambulant. To. 3, pag. 698, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 13.

In Phœnicia dantur cancri tantæ velocitatis, vt ægrè eos, dum currunt, capratores conſequantur , qui idcirco vocantur hippeæ, ſeu equites: ſed hi propter inopiam pabuli nihil fere habent intus. To. 3, pag. 795, lib. 4. de Hiſtor. anim. cap. 2. num. 3.

CANDIDVM Vidè Album.

CANDIDVM oculi. Vide Albugo oculi.

CANICVLA piſcis. Caniculæ , vulgo piſces canes, ſunt generis muſtelini, ac concipiunt oua in media vteri parte prope ſpinâ dorſi. Tom. 3. pagin. 882, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 10, nu. 6.

Deſcribuntur caniculæ, earum vteus, ouà, & partus. Ibid.

Sola canicula ex piſcibus muſtelini generis

Digitized by Google

parit semel tantum in anno. Ibidem pag. 884. cap. 11. num. 2.

CANICVLA sydus. In exortu caniculæ præsertim prope bosphorum mare subuertitur, at tum plurimi capiuntur pisces. To. 3, pag. 961, lib. 8, de Hist. anim cap. 15, num 6.

Ortus canis, seu caniculæ, sicut causat ventos, pluuias, &c, sic potest causare, vel auferre morbos. Tom. 5. pag. 436. sect. 1. prob. num. 3. D.

Quare auster, ac multi alij venti excitari soleant circa ortum caniculæ, ac tum fieri soleat magna aeris immutatio. Tom. 5, pag. 700, sect. 26 prob. num 12. 13.

CANIS. Canes sunt iracundi, amatores, & adulatores. Tom. 3, pag. 701, lib. 1. de Histor. anim. cap. 1. num. 25.

Canes mutant dentes, sed non videntur mutare, quia non abijciunt antiquos, nisi subnati fuerint noui, & æquales. Tom. 3. pagin. 736, lib. 2. de Histor. anim. cap. 2, num. 1.

Canes non mutant dentes, nisi eos, qui vocantur canini, eosque mutant quarto post ortum mense; & hinc ortæ sunt variæ opiniones, an canes mutent dentes. Tom. 3, pag. 903, lib 6. de Hist. anim. cap. 20, nu. 9.

Canes habent dentes serratos. Tom. 3, pag. 735, lib. 2. de Histor. anim. cap 1, nu. 37.

Aetas canum discernitur ex dentibus, quia iunioribus insunt dentes albi, & acuti, senioribus nigri, & obtusiores. Tom. 3, pag. 736, lib. 2. de Histor. animal. cap. 2, num. 1. & pagin. 903. libr. 6. capit. 20, num. 9.

Canes tum mares, tum fœminæ vt plurimum coeunt anniculi, sed aliquando præsertim fœminæ coeunt octimestres, ac vterum gerunt sexaginta circiter diebus, acsi pariant ante sexagesimum, fœtus perfici non potest, ac non concipiunt nouam prolem, nisi mense sexto post partum. Tom 3 pag 838. lib. 5. de Histor. anim. cap. 14. num. 9.

Canes coire solent vsque ad annum duodecimum, sed aliquando habent facultatem generandi etiam anno decimo octauo, & vigesimo. Ibid. pag. 840, num. 16.

Explicantur aliqua spectantia ad coitum, generationem, partum, & lac canum. Tom 3. pag 902. lib 6. de Hist. anim. cap. 20. per totum.

Quo pacto ex mammis canum deprehendatur ætas apta ad coeundum Ibidem num. 6.

Canes plerumque pariunt quinque, vel sex filios, aliquando duodecim, aliquando vnicum. Canes laconicæ, vulgo leporariæ, seu racchi, parere solent octo, & cum laboribus exercentur, sunt ad generandum aptiores. Ibid. pag. 903, num 7.

Canes laconici mares viuunt annis decem, fœminæ quia minus laborant, duodecim. In cæteris generibus canum mares viuũt diutius, quam fœminæ, & vitam producunt quindecim, & aliquando viginti annis, ideoque rectè finxit Homerus canem Vlyssis mortuum fuisse ætatis anno vigesimo. Ibid. num 8.

Canes laborant tribus morbis, angina, rabie, & podagra: à rabie & angina interimuntur: à podagra difficile euadunt. Tom. 3. pagin. 971. libr. 8. de Hist. anim. cap. 22, num 1.

Omnia animalia, quæ mordentur à cane rabie laborante, in rabiem aguntur, & intereunt, excepto homine, qui sæpe mortem euadit. Ibid.

Ex cane, & lupo nascitur lyciscа: ex cane, & vulpe nascuntur canes laconici: canes indici dicuntur nasci ex cane, & Tigride, sed ita, vt solum qui oriuntur tertio partu, mansuescant. Qua arte obtineatur coitus canis cum tigride. Tom. 3, pag. 977. lib. 8. de Hist. animal. cap. 28, num. 12. & Tom. 4, pag. 540, lib. 2. de Gen anim. cap. 2, num 5.

Canes morbo quodam correpti vomitum sibi cient, deuorata quadam herba. Tom. 3. pag 989, lib. 9. de Histor. anim. cap. 6. num. 2.

Canes, cum lumbricis infestantur, tritici segetem comedunt. Ibidem pagin. 990, num. 9.

Canes vnico coitu generant quinque filios, & etiam plures. Tom. 4, pag. 463. lib. 1. de Gen. capit. 18. num. 14.

Canes non perficiunt partum, sed generant filios cœcos, in ijsque extra vterum palpebræ perficiuntur ita, vt possint aperiri. Tom. 4. pag. 256, lib. 2. de Gener. animal. cap. 4, num. 46. & pag. 608. lib 4. de Gen. anim capit. 4, num. 12.

Canis est multiparus, quia habet in vtero multos sinus, in quos semen diuiditur. Tom. 5. pag. 530 sect. 10. prob. num. 16. & pag. 548. num. 60.

Canis post partum efferatur, & sæuit, quia in partu emittit etiam alimentum vtile, & amittit naturalem dispositionem. Ibid. pag. 537. num. 37.

Ca-

Canes creſcunt, ſeruata eadem proportione partis ſuperioris, & inferioris. To. 3 pag. 735, lib. 2. de Hiſtor animalium, cap. 1. num. 38.

Canis eſt quadrupes, viuiparus, in vtraque maxilla dentatus, habens pedes multifidos, ac ſciſſos in digitos, & vnicum habens ventrem. Tom. 4, pag. 113. lib. 3. de part. anim. cap. 14. num. 2.

Venter caninus eſt paruus, ac non multo maior inteſtino, & intus eſt læuis. Ibid. pag. 116, num. 8.

Canis habet vterum in aluo. To. 4, pag. 452. lib. 1. de Gener. anim. cap. 13. num. 1.

Canes licet in cruribus poſterioribus habeant ſolum quatuor digitos, tamen in anterioribus habent quinque digitos, quia crura anteriora fungi debent officio manuum. Tom. 4, pag. 152, lib 4. de partib. anim. cap. 10. num 17.

Apud Indos dantur canes ſylueſtres. Tom. 5, pag. 540. ſect. 10. probl. num. 44

Quare canes mutare ſoleant pilum hybernum. Tom. 5, pag. 532, ſect. 10. Probl. num 23.

Canes, ſpirante zephyro, ſeu fauonio, minus odoratu percipiunt veſtigia feræ, quam ſectantur, quia zephyrus, cum ſpiret prope terram, halitus odoriferos aufert, & confundit. Tom. 5, pag. 303. ſect. 26, prob. num. 24.

In canibus laconicis fœminæ ſunt ſagaciores maribus. Canes pecuarij magnitudine, ac fortudine bellandi contra feras præſtant cæteris canum generibus. Canes, qui procreantur ex coitu moloſſorum, & laconicorum, præſtant magnitudine, & ſagacitate. Tom. 3. pag. 980. lib. 9. de Hiſt anim cap 1. num. 3.

Canes ſomniant, vt patet ex eo, quod dormientes latrant. Tom. 3. pag 822. lib. 4. de Hiſt. anim. cap 10, num. 3.

Canum ſeneſcentium vox euadit grauior. Tom. 3, pag. 837, lib 5. de Hiſt. anim. cap. 14. num. 6.

Canes laborant ijs animalculis, quæ vocantur cynoeſtæ, quas aliqui cenſent eſſe muſcas caninas. Tom. 3, pag. 864. lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 31. num. 4.

CANIS piſcis, vide Canicula piſcis.

CANICEPS, vulgo babuino, eſt ſimia cauda, maior, & validior ſimia communi, efferatior, ac dentibus firmioribus, & magis caninis præditus, ac faciem habens cani ſimiliorem. Tom. 3. pag. 738, lib. 2. de Hiſt. anim. cap 9. num. 1.

CANINA fames eſt quidam morbus, qui oritur ex eo, quod ventriculo deſit alimentum ſiccum: explicantur eius effectus, accidentia, & remedia. Tom. 5. pag. 515. ſect. 8. prob. num. 4.

Quare fames canina, ob quam ſtomachus deficit, inuadat homines potius tempore hyemis, quam æſtatis. Ibid.

CANITIES non eſt areſactio pilorum, ſiquidem plurimi pilorum naſcuntur cani, nihil autem naſcitur aridum, cum natiuitas opponatur ariditati, quæ eſt quædam mors. Tom. 3, pag. 776, lib. 3. de Hiſt. anim. 2. cap. 11. num. 3.

Pili caneſcunt, non ſolum in hominibus, ſed etiam in alijs animalibus, licet in alijs nõ appareat, excepto equo. Ibid.

Pili incipiunt caneſcere à ſummitate; omnes pili laborantium vitiligine, naſcuntur cani Ibid.

Aliqui ægrotantes euaſerunt cani, ac deinde renati ſunt ijs pili nigri. Ibid.

Pili ocyus caneſcunt operti, quam aperti, & in homine primo caneſcũt circa tempora, & prius in parte anteriore capitis, quam in poſteriore, & quam ob cauſam. Ibid. & Tom 4. pag 651. lib. 5. de Gener. anim. cap 4 num. 7.

Canities oritur ex eo quod cerebrum propter debilitatem non poſſit humorem, qui conuertitur in pilos, ſatis concoquere, ideoque tum pili euadunt albi Tom. 4, pag 619, lib. 5. de Gener. animal. cap. 1. num. 12.

Canities eſt quidam ſitus capillorum cauſatus ex putrefactione humoris propter defectum caloris, ideoque oritur in ſenibus, & eſt alba, quia ſitus corporum putreſcentium ſolet eſſe albus. Tom. 4, pag. 850. lib. 5. de Gener. animal. cap. 4. num. 4, 5.

Canities, quæ accidit ex morbo vitiliginis, cauſatur ex vitio cutis, ac cute curata, pili non prodeunt amplius cani. Ibidem num. 1. 2 3, 6.

Cur homo caneſcat manifeſtè, cætera animalia ſeneſcentia non caneſcant manifeſtè. Tom. 4 pag. 652. lib 5. de Gen. anim. cap 5. num. 1.

Cur equi licet minus manifeſtè caneſcant, quam homines, manifeſtius caneſcant, quam alia animalia. Ibid. num. 2.

Cur equi rufi, ſeu baij citius caneſcant, quã ſubnigri. Ibidem nũ. 3.

Quare aliqui capilli caneſcant in ſummitate, cum prope radicem non caneſcant. Ibi-

Ibidem pag. 653. numer. 6.
Ad retardandam canitiem capillorum confert illos inungere aqua mista cum oleo. Ibid, num. 5.
Canities est morbus, ac vitium pili; vitiligo est morbus, ac vitium cutis; & quia cum laborat cutis, laborat etiam pilus, non è conuerso, ideo qui laborant vitiligine, laborant etiam canitie, non è conuerso. Tom. 5. pag. 537, sect. 10. probl. num. 36.
Ex animalibus solus homo canescit, quia solus ita longo tempore viuit, vt habeat pilos deciduos. Ibidem pag. 549. num. 62.
CANTILENÆ. Monodiæ, seu solitariæ cantilenæ maiori voluptate audiuntur, cum canuntur ad vnicum instrumentum, quã cum ad plura, quia tum scopus earum fit manifestior, nec pluribus sonis offuscatur. Tom. 5, pag. 625, sect. 19. problem. num. 9.
Quare cantilenæ, quæ dicebantur leges, antiquitus non fierent cum strophis, & antistrophis. Ibidem pag. 625. num. 15.
Quare pleræque cantilenæ antiquitus vocarentur leges. Ibid. pag. 630, num 28.
Quare vt plurimum magis delectemur, audiendo cantilenas, quas scimus, quam cantilenas, quas ignoramus. Ibid. pag. 637. num. 5. 41
CANTVS. Qui laborant, vel paulo ante laborarunt febri, sunt inepti ad canendũ, quia calor febrilis exasperauit asperam arteriam, quæ est organum vocis. Tom. 5, pag 558, sect. 11. probl. num. 22.
Difficillimum est cantare per semitonia, quia in tali cantu oportet vocem simul intendere, & comprimere. Tom. 5. pagin. 621. sect. 19. prob num. 3.
Quare licet perhypate sit vox grauis, tamẽ qui canunt perhypate non minus defatigentur, & vocem perdant, quam qui canũt nete, & peranete, aut aliquam ex vocibus acutioribus. Ibidem num. 3.
Quare licet Perhypate, & hypate sint voces propinquissimæ, tamen perhypate canatur difficile, hypate facilè, Ibid. num. 4.
Immutatio, & varietas in cantu est valde tragica, quia aũt apta ad exprimendam varietatem affectuum Ibid. num. 6.
Cantus hominis, cæteris paribus, est suauior sono tibiæ, & lyræ. Ibid. num. 10.
Cantus imitatiuus est suauior non imitatiuo. Ibid. pag. 625. nu. 10.
Teretizatio est cantus, quo cantantur non verba, sed notæ. Ibidem num 10.
Qui grauius canunt, si absonent, facilius deprehendũtur, quã qui canunt acutius, quia grauius durat tempore maiori, quod est magis sensibile. Ibid. pag. 628, num. 21.
Quare cum multi simul canunt, facilius numeros seruent, & minus absonent, quam cum pauci. Ibid. pag. 628, num. 22. & pag. 640, num. 46.
Quare qui canunt, incipiant ab acuto, & desinant in graui, ita vt si quis contrarium faciat, ineptè facere videatur Ibid. pagin. 632, num. 33.
Omnes naturaliter delectamur cantu, rhythmis, melodijs, & symphonijs, quia omnes delectamur motibus ordinatis. Ibid pag. 635, nu. 38.
Difficilius est canere acutum, quam graue, quia dum canitur acutum, vox debet validè intendi. Ibidem pag. 634, num. 37.
CANTHARI, Cantharides. Cantharides veberius nascuntur autumno, quam hyeme, quia humoris abundantia illas interficit. Tom. 3. pag. 854, lib. 5. de Histor. animal. cap. 29, num 13.
Canthari, seu cantharides fiunt ex erucis fici, pini, pyri, ac sentis caninæ, ac tales cantharides, sicut generantur ex fœtidis, ita appetunt fœtida. Tom. 3. pag. 854. lib. 5. de Hist. anim. cap. 19, nu. 18.
Cantharides sunt animalia insecta, quæ si tangantur, & perterrefiant, cessant à motu, atque ita se contrahunt, & intra suas incisuras abscondunt, vt obdurescant. Tom. 4. pagin. 138, lib. 4. de part. anim. cap. 6. num. 6.
CAPELLA est auis, quæ circa aquas versatur, & victum quærit. Tom. 3 pag. 947. lib. 8. de Histor. animal. cap. 3. num. 8.
CAPILLI hominum sunt crassissimi, quia cutis capitis humani est crassissima, & abundat humore pingui, & est admodum rara, adeoque laxis meatibus prædita: sunt etiam longissimi, quia cerebrum hominis, cum sit multum, largam humoris copiam præbet. Tom. 4. pag. 644. lib. 5. de Gener. anim. cap. 3. num. 8, 9.
Capillorum rectitudo oritur ex humiditate, eorumdem crispitudo oritur, ex siccitate, ideoque Scythæ, Thraces, & qui habitant circa pontum euxinum, quia habent corpora humida, & habitant loca humida, habent capillos rectos, & promissos Æthiopes ex opposita ratione habent capillos crispos. Tom. 4. pag. 645. lib. 5, de Gen. anim. cap. 3. num. 10.
Plantis solent decidere frondes tempore hyemis, auibus, quæ latent, solent decidere

dere pennæ, at hominibus solent decidere capilli tempore hyemis, quia homines plus habent humoris pinguis, cui capilli adhæreſcunt, adeoque etiam tempore hyemis non deeſt humor ſufficiens ad capillos conſeruandos, Ibidem pag. 648, num 20.

Hominibus defluunt capilli propter ſenectutem, quæ eſt hyems ætatis. Ibid.

Capilli, ſi tegantur pilo, vel alio tegmine, caneſcunt, quia flatus aeris præſeruat à putrefactione. Tom.3. pag.652. lib. 5. de Gener. anim. cap. 5, num. 5

Capilli non poſſent prodire ex capite in tanta copia, niſi caput eſſet plenum poris. To.5. pag 461, ſect. 2. prob. nu. 6. & pag. 465, num. 17.

Homo, ablatis capillis, non mutilatur, quia ad mutilationem requiritur, vt pars, quæ aufertur, non poſſit regenerari. Tom. 5, pag. 155, lib. 5. metaph. capit. 27. num. 2.

Signum iracundiæ eſt, vt ambitus capillorum ſit floridus, & vt crines deorsum fluant. Tom.4. pagin.798. lib. Phyſiogn. cap. 6. num 11.

Ambitus capillorum ſurſum fluens eſt ſignum manſueti. Ibid.

Qui capillos capitis habent ſurſum erectos ſunt timidi, quia ex timore eriguntur capilli. Tom. 4. pag. 818, lib. phyſiogn. cap. 10, num 30.

Qui habent crines capitis iuxta frontem, ac ſupra naſum adnatos, ſunt liberales, quia talis apparentia decet. Tom.4, pagin.818. lib phyſiog. cap. 10, num 33.

Quare vellera omnia quo longiora ſunt, eo ſint duriora, capilli hominum quo ſunt longiores, eo ſint molliores. Tom.5 pag. 533. ſect. 10. prob. num. 25.

Populi ſeptentrionales habent capillos longos ſimul, & molles: meridionales habent capillos duros ſimul, & breues. Ibid. n. 25.

Capilli quo magis diſtant à cute, eo melius concoquunt alimentum. Ibidem num. 25.

Capilli oriuntur ex humore excrementitio capitis. tom. 5. pagin. 748. ſect 31 probl. num. 5.

Capilli euadunt criſpi propter craſſitudinem, & durities cutis. Tom. 5. pag. 767, ſect. 33. prob. num. 18.

Quare homines præditi capillis criſpis vt plurimum habeant naſos ſimos, Ibidem num. 18.

In corpore omnium mollium ſunt quidam villi, ſeu quædam capillamenta. Tom. 3, pag. 793, lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 1. num. 14.

Animalia teſtacea habent quædam capillamenta in orbem diſpoſita. To. 3, pag. 804, lib. 4. de Hiſtor. anim. cap. 4. num. 15.

CAPILLORVM caluities. Vide caluities.

CAPILLORVM canities. Vide canities.

Vide pili.

CAPITO piſcis, Vide cephalus.

CAPNEVM dicitur quædam vitis, quæ ſolet producere vuam albam, ſed ſæpè generat nigram. Tom. 4. pag. 610. lib. 4. de Gen. anim. cap. 4 nu. 14.

CAPPARIS. Quare capparis non naſcatur in locis cultis, ſed ſolum in incultis, & aruijs, ac præſertim prope ſepulchra. Tom. 5, pag. 646, ſect. 20. prob. num. 12.

Capparis recenseri debet inter plantas agreſtes, quæ nutriuntur alimento crudo, & excrementitio. Ibid.

CAPRA, Caper. Alcmæon putauit capras auribus ſpirare, quod eſt falſum. Tom 3. pagin. 711, lib. 1. de Hiſt. anim. capit. 11. num. 1.

Capra eſt quadrupes cornigera, & biſulca, ideſt habens pedes ſciſſos in duas partes. Tom. 3. pag. 731, lib 2. de Hiſtor. anim. capit. 1. num. 22. 23.

In genere caprarum plures dentes inſunt mari, quam fœminæ. Tom. 3. pagin 736. lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 3. num. 3.

In genere caprarum tum mares, tum fœminæ coeunt anniculæ, ac proles tum eſt præſtantior, cum à grandioribus, & ſenectuti propinquioribus generatur. Tom. 3. pag. 838, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 14, num. 7.

Caprarum hirci valde pingues ſunt parum apti ad generandum, ideoque vites, cum ſterileſcunt, dicuntur hircire Ibidem pag. 839, num. 13.

Fabæ, & quædam alia flatuoſa ita capris vbera diſtendunt, vt plurimũ lactis dent. Tom. 3, pag. 788. lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 21. nu. 3.

In monte Oeta paſtores caprarum, quæ coitum non ſunt paſſæ, vbera vrtica perfricant, & hac arte elicitur lac, non in minori copia, quam ex ijs, quæ coitum ſunt paſſæ. Tom. 3, pag. 786. lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 10. nu. 6.

In Lemno inſula geminis hircis, ſeu capris maſculis, ex mammis tantum lactis emulgebatur, vt ex eo caſeoli fierent, quod etiam proli maſculæ illius hirci ferunt accidiſſe. Ibid.

Capræ habent proprias voces significantes appetitum coitus. tom. 3, pag.820, lib.4. de Hist.anim. cap.9, num.8.

Capræ dormientes somniant. tom. 3. pag. 822, lib. 4. de Histor. animalium, capit. 10. num.3.

Capræ infestantur solo ricino, non autem pediculo. Tom. 3. pagin. 864, lib.5 de Hist.anim. capit.31.num 4.

In genere caprarum fœminæ emittunt vrinam crassiorem, quam mares: in genere asinorum è conuerso. Tom. 3, pag 899. lib.6, de Hist. anim cap 18, num. 17.

Capræ,cum vterum gerunt,plus comedunt, & magis pinguescunt. Ibid.num.19.

Explicantur aliqua spectantia ad coitum,& partum caprarum. Tom. 3, pag. 901, lib. 8. de Histor.anim cap.19 per totum.

Capræ vterum ferunt mensibus quinque, vt plurimum pariunt vnum fœtum, sed aliquando duos, vel tres, & cum abundant pastu, pariunt bis in anno. Ibid.nu.1.

Capræ viuunt annis circiter octo. Ibidem num. 2.

Ex quibus causis capræ pariant mares, aut fœminas. Ibid.num.3.

Capræ non sunt stabiles, ideoque pastores, licet soleant ouibus ducem præficere, tamen non solent ducem præficere capris. Ibid. num. 6.

Capræ vescuntur herbis: oues melius valent, quam capræ, sed capræ sunt robustiores ouibus. To.3.pag.953,lib.8. de Histor.anim.cap.o. num.1,3.

Capræ sunt valde stolidæ, ideoque si quis apprehenderit vnam ex capris per villũ dependentem ex barba, omnes aliæ capræ consistunt,atque in illum oculos stupidos defigunt. Tom.3. pag 986, lib.9.de Hist. anim. cap 3, num.2.

Capræ cubant per cognationes distributæ: ac pastores aiunt: sole ad meridiem diuergente, capras oculis non aduersis, sed auersis cubare. Ibidem num.3.

Capræ plus ruminant, quam oues, facilius accedunt,ad hominem, sed sunt impatientiores frigoris. Ibid. num. 3.

In Syria capræ habent auriculas vnius palmi, & quatuor digitorum, & quædam habent auriculas ita demissas,vt spectent ad terram. Tom.3. pag.976. lib.8. de Hist. anim. cap. 18, num.3.

In Cilicia capræ tondentur eo pacto, quo apud nos tondentur oues: in Ægypto licet quædam animalia sint maiora, quædam minora, quam in Græcia,capræ sunt æquales capris Græciæ. Ibidem num.4.6.

Caprimulgas est auis, quæ aduolans fugit caprarum vbera,&aiunt mammam,quam suxerit, exiccari, & capram excæcari. Tom. 3. pag. 103. lib. 9. de Histor. anim. cap. 30 num. 2.

Caprarum cornua sunt inutilia, ideoque licet capræ contra quædam animalia minus ferocia cornibus se defendant, tamen contra belluas ferociores, & pugnaciores fuga sibi consulunt. Tom. 4, pagin.81, lib.3 de part. anim. capit.2,nu.4.

Maxima pars caprarum, & ouium habent fel, & quædem in insula Naxo maxime felle abundant: at in alijs locis,vt in parte quadam agri apud Chalcidem Euboicam omnino felle carent. Tom. 4. pag. 120. lib.4. de part. anim.cap.1,num 3.

Capræ habent lienem rotundum. Ibidem num. 4.

Capra est minimum animalium cornigerorum nobis notorum. tom.4, pag.85, lib. 3. de part. anim. cap.2. num. 9.

Capræ,& alia animalia cornigera nõ vtrimque dentata habent plures ventres, & quare. Tom.4, pag. 114. lib. 3. de partib. anim. cap.14. num. 4.

Capra mammas habet inter femora,&quam ob causam. Tom. 4. pag. 155. libr. 4. de part. anim. cap. 10, nu.24.

Aliquando nascuntur capræ, quæ vocantur hircinæ, quia habent duplex genitale,alterum maris, alterum fœminæ: nata est etiam capra, quæ haberet cornu in crure. Tom.4. pag. 611, lib. 4. de Gener. anim. cap.4. nu.15.

Omnes capræ habent oculos eiusdem coloris, qui dicitur caprarius. tom. 4 pag. 636. lib.5 de Gener.anim.cap.1, num.13.

Capræ sunt coloris varij, non ex toto genere, sed in aliquibus individuis generis, cum multæ habeant colorem varium. To.4, pag.654. lib.5. de Gener.anim. cap. 6, num. 1.

Quare ex capris,& ouibus,quæ sunt animalia non maxima, proportionaliter emulgeatur multo plus lactis, quam ex hominibus, & bobus. Tom.5,pag.526,sect. 10.prob. num. 6.

In capris, & ouibus prædominatur humidum, quod efficit corpora mutabilia, ideoque facilè mutantur,& mutant colorem. Ibidem num. 8.

CAPRÆ sylvestres. In India dantur capræ tum sylvestres, tum vrbanæ. tom.4, pag. 1. lib. 1 de part. anim.cap.3,num.10.

Ca-

Digitized by Google

Capræ ſylueſtres in Creta ſagittis vulneratæ dictamum quærunt, quæ herba exiſtimatur habere vim eijciendi ſpicula. Tom. 3, pag 989, lib. 9 de Hiſtor. anim. cap. 6. num. 2.

CAPRÆ ſaltantes. Cum fumida exhalatio in longum protenſa magis quam in latum accenditur ita, vt videatur ſcintillare, generatur ignis, qui vocatur capra ſaltans Tom. 3. pag 539, lib. 1 meteor. cap. 5. num. 4.

Quare cauſetur apparentia capræ ſaltantis. Ibidem.

CAPRICEPS auis. Auis, quæ græcè dicitur ægocelaphus, latinè capriceps, felle caret. Tom. 3. pagin. 748, lib. 2. de Hiſt. animal. cap. 15, num. 9.

Capriceps gulam habet in inferiore parte paulo arctiorem. To. 3. pag. 754, lib 2. de Hiſt. anim. cap 17, num. 20.

CAPRIFICVS. Quo pacto ex pomis caprifici generentur culices ficarij. Tom 3. pag. 865 lib. 5. de Hiſt: anim. cap. 34. num. 5.

Agricolæ ficubus appendunt poma caprificorum, quia culices ficarij inſinuantes ſe ficubus immaturis faciunt, ne decidant. Ibidem num. 5.

Caprificus non fert fructum, ſed ſua propinquitate iuuat ficũ ad fructus maturandos, ideoque caprificus comparatur ad ficum, ſicut mas ad fœminam. Tom. 4. pag. 441, lib. 1 de Gener anim. cap. 1 num. 8. & pag. 565 lib. 3. de Generat. anim. cap 5. nu. 1.

CAPRIMVLGVS eſt auis montana paulo maior merula, ſed minor cuculo. Parit oua duo, vel ad ſummum tria, ſed moribus mollioribus eſt prædita. Tom. 3. pag. 1003, lib. 3 de Hiſtor. animalium, cap. 30. num. 2.

Caprimulgus aduolans fugit vbera caprarum. Aiunt vbi mammam ſuxerit, hæc exiccari, & capram excæcari. Interdiu parum videt, ſed nocte videt acutè. Ibid.

CAPTIONES. Vide fallaciæ.

CAPVT. Quæ ſint partes capitis humani. Tom. 3, pag. 709, lib. 1. de Hiſtor. anim. cap. 7, num. 2.

Inuentum eſt caput viri, cuius caluaria careret omni ſutura. Ibid. & pag. 772, lib. 3. de Hiſt. anim cap. 7, nu. 2.

Licet in omnibus animalibus caput ſit ſupra reliquas partes, tamen in ſolo homine caput eſt in ſuprema parte perpendiculariter incumbens partibus inferioribus iuxta ſitum vniuerſi. Tom. 3, pag. 717, lib. 1. de Hiſtor. anim: cap. 15, num. 10. & Tom. 4, pag. 59. lib. 2. de part. animal. cap. 10. num. 3.

In parte anteriore capitis eſt cerebrum, poſtrema pars capitis in omnibus animalibus eſt ſaltem partialiter inanis. Tom. 3, pagin 719, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 16, num. 2.

Ex animalibus quædam habent caput magnum, faciem paruam, quædam è contuerſo. Ibidem.

Omnia oſſa ligantur neruis, exceptis oſſibus capitis, quæ non neruis, ſed ipſorum oſſium futuris colligantur. Tom. 3, pagin. 770, lib 3. de Hiſtor. animal. capit. 5. num. 4.

Caput conſtat non quatuor, ſed ſex oſſibus, quorũ duo, quæ comparatione reliquorũ ſunt maiora, conſtituta ſunt circa aures. A capite protenduntur oſſa maxillaria. Tom. 3. pagin. 772, lib. 3. de Hiſt. anim. cap 7. num 2.

Caput animalium mollium conſtitutum eſt in medio pedum ſeu brachiorum. Deſcribitur. Tom 3. pag. 792. lib. 4, de Hiſt. anim. cap. 1, num. 11

Caput cancrorum non eſt ſatis diſtinctum, & eleuatum à pectore Tom 2. pagin. 800, lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 3, num. 3.

Capita virorum, & mulierum pediculis magis ſcatent, quam capita puerorum; atque ijs, qui pediculis laborant, capita minus dolent. Tom. 3. pag 863, lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 31. num. 2.

Sues laborare ſolent capitis dolore, & grauitate, à quo morbo difficulter curantur, ſed eo correpti tertio, vel quarto die ſolent interire. Solent porcarij huic morbo mederi vino naribus admoto illas lauando. Tom. 3, pag. 970, lib. 8. de Hiſt anim. cap. 21. nu. 2.

Caput hominis eſt macilentum, atque omni ferè carne exutum, quia cum cerebrũ debeat eſſe frigidiſſimum, vt refrigeret cor, caput hominis non debet circumdari multa carne, à qua cerebrum tepefieret. Tom. 4. pagin. 59, lib 1. de partib: anim cap. 9, num. 4, 7.

Etiam poſterior pars capitis, in qua non eſt cerebrum, debet eſſe macilenta, quia cum debeat eſſe erecta, non debet premi onere multæ carnis. Ibidem pagin 61, num. 11.

Reijcitur opinio dicentium, quod ſi caput hominis eſſet carnoſum, homo diutius viueret, ſed caro adempta eſt capiti, vt melius ſentiat. Ibid. pag 60, num. 5, 6.

Sen-

Sensorium visus, cum sit aqueum, debet esse in capite prope cerebrum; quod est aqueum; tria sensoria visus, auditus, & odoratus debent esse in capite, quia cum sint sensus puriores duobus reliquis, debent esse in capite, in quo sanguis à cerebro refrigeratus est purior, & synceriot. Ibid. pag. 61, num. 10.

Cerebrum debet esse in auteriori parte capitis, quia debet correspondere cordi, quod est in anteriori parte animalis. Ibid. pag. 62, num. 14.

Anterior pars capitis habet venas, posterior venis caret. Ibid. num. 14.

Caput potissimum est gratia cerebri, & in capite sunt sensoria plurium sensuum, quia caput est apissimum ad conseruandam integritatem, & tranquillitatem sensuum. Tom. 4, pag 147. lib. 4. de part. anim. cap. 10, num. 4.

Quo pacto, & propter quas causas in capite hominis disposita sint sensoria sensuũ. Tom. 4. pag. 62, lib. 2. de part. anim. cap. 10, num 15, 16, 17, 18.

Homo habet caput præ omnibus animalibus pilosissimum, tum quia cerebrum hominis eum proportionaliter sit maximum, indiget maiori præsidio pilorum; tum quia pili fiunt ex humore, cerebrum autem hominis est humidissimum. Tom. 4, pag 68, lib. 2. de partib. anim. cap. 13. num. 5.

Ostenditur contra aliquos caput abscissum non posse loqui, ac facilius esse, vt aliqui, abscisso capite, moueantur motu progressiuo. Ad locutionem enim requiritur, vt aer à pulmone per asperam arteriam mittatur ad os. Tom. 4. pagin. 110. lib. 3. de partib. anim. cap. 10, nu. 6. 7, 8.

Barbari vno ictu gladij summa celeritate caput abscindunt. Ibid. num 7.

Caput diuiditur in duas partes, hoc est in maxillam superiorem, & inferiorem. Tom. 4, pag. 161, lib. 4. de part. anim. cap. 11, num. 8.

In generatione fœtus statim post formationem cordis formatur caput, quod ab initio est maximum, quia continet cerebrum, quod ab initio est maximum, & humidissimum. Tom. 4. pag. 532, lib. 2. de Gener. anim cap. 4. num. 70.

Caput omnium animalium, & præsertim hominis sero solidescit propter maximá humiditatem cerebri. Ibidem pag. 533, num. 75.

Pueri multo tempore habent caput ponderosissimum propter magnitudinem, & humiditatem cerebri, ideoque multo tempore non possunt illud continere. Ibidem pag. 534, num. 77.

Quare ex capite, seu cerebro oriantur fluxiones. Tom. 4, pag. 50, lib. 2. de partib. anim. cap. 7. num. 7

Si caput, in quo vigent sensus, sit durum, homines solent esse hebetis ingenij. To. 4, pag. 792, lib. Physiog. cap. 4. num 4.

Qui caput ferunt ad dextram inclinatum, quasi eius pondere grauentur, solent esse molles. Tom. 4. pag. 797, lib. Physiog. cap. 6, num. 9.

Qui caput habent magnum, & capax, solent esse sensati, & sagaces. Tom 4, pag. 809, lib Physiog cap. 9, num. 24.

CAPTIVVS. Vide seruus.

CARABI differunt à cancris per hoc, quod cum cancri careant cauda, carabi habent caudam. Carabi debent habere caudam, quia cum sint natatiles, indigent cauda tamquam gubernaculo ad dirigendum cursum. Tom 4. pag 206. lib. de Inc. anim. cap. 6. num. 9.

CARBO. Carbonabilia sunt ea corpora, quæ plus habent terræ, quam aeris, seu fumi, qui videtur aereus. Tom 3, pagin. 654, lib. 4. meteor. cap. 9. num. 29.

Fumus differt à carbone per hoc, quod fumus semper est actu calidus, ac nunquam potest euadere frigidus, at carbo, si extinguatur, euadit frigidus. Tom. 4, pag. 38, lib. 2. de part. anim. cap. 2, num. 17.

Quidam ex antiquis distinxerunt tres ignes: carbonẽ, qui est ignis crassior, flammam, quæ est ignis subtilior, & lumen, quod est ignis subtilissimus. Tom. 4, pag. 267, lib. 2. de anima, cap. 10, nu 6.

CARCER. Munus custodiendi careceres non est dandum improbis, qui potius custodiendi essent in carceribus: & quia est munus necessarium simul, & odiosum, diuidi debet in plures, vt odium minuatur. Tom. 2. pagin. 717. lib. 6. Pol. capit. 8, num 7.

CARDVELVS est auis, quæ quærit victum in spinis, & in spinis dormit. Tom. 3, pag. 946, lib. 8 de Histor animalium, cap. 3, num. 3.

CARIA. In Caria colebatur Iupiter Hophosmius. To. 4 pag. 110, lib. 3. de partib. anim. cap. 10. num. 6.

CARICÆ Vide ficus.

CARINI pisces. qui etiam vocantur cyprini, sunt pisces fluuiatiles, qui non habent di-

diſcrimen ſexus; non generant ouum, neque ſemen; conſtant carne ſolida, & pingui; habent paruum inteſtinum, & in ratione cibi ſummopere commendantur. Tom. 3, pag. 825. lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 11, num 4.

CARMEN, ſeu cantum eſſe mortalibus dulciſſimum dixit Muſæus. Tom. 2, pag. 780, lib. 8. Pol. cap. 5. num. 7.

Quædam ex ſacris carminibus, ſeu melodijs habent vim afferendi quamdam delectabilem medicinam ijs, qui agitantur affectibus, eoſque purificandi, ideoque vocantur carmina expiantia, & purificantia. Tom. 2, pag. 787, lib. 8. Pol. cap. 7. nu. 4.

Carminum pedes conſtant ex ſyllabis, quæ habent quamdam proportionem, vel æqualis ad æquale. vel dupli ad ſimplex, vel aliquam aliam. To. 5. pagin. 636, ſect. 19. probl. num. 40

CARO, & quod eſt proportionale carni intercipitur inter pellem, & oſſa: poteſt ſecari ſecundum omnes dimenſiones, itaut recreſcat, & per hoc differt à vena, & neruis, quæ ſolum poſſunt ſecari ſecundum longitudinem, itaut coaleſcant. Tom. 3, pag 781, lib. 3. de Hiſt. animal. cap. 16. num. 1.

Cum animalia macreſcunt, abſumitur caro, cum largiore pabulo vtuntur, caro vertitur in pinguedinem. Ibid.

Quibus multum eſt carnis, ijs venæ arctiores, ſanguis robuſtior, viſcera parua: quibus parum eſt carnis, ijs venæ ampliores, ſanguis niger, viſcera magna, paruus venter. Pinguiore carne ſunt præditi qui ventrem habent paruum. Ibid.

Aliqua ex animalibus teſtaceis carent omni carne, vt Echini: aliqua carnem habent, ſed penitus incluſam teſta, itaut appareat ſolum caput, vt limaces &c. Tom. 3. pag. 801. lib. 4. de Hiſtor. anim. capit. 4. num. 1.

Animalia teſtacea habentia carnem differũt ab alijs per hoc, quod animalia teſtacea carnem habent intus, partem duram loco oſſis habent foris, cum alia animalia carnem mollem habeant foris, oſſa dura intus. Ibid.

Caro teſtaceorum biualuium, vel vniualuium ita adhæret teſtæ, vt non niſi per vim poſſit auelli: at caro turbinatorum eſt magis abſoluta. Ibidem pag. 802, nu. 8.

Vniuerſim in animalibus fœminæ carne humidiore, ac molliore ſunt præditæ, quam mares, Tom. 3, pag. 826, lib. 4. de Hiſt anim. cap. 11. num. 9.

Caro eſt quoddam principium tangendi neceſſarium animali, cum vel ſit ipſum organum tactus, vel ſit medium coniunctum. per quod ſit ſenſatio tactus. Tom. 4, pag. 52, lib. 2. de part. anim. cap. 8, num 1.

Caro non poteſt eſſe organum, neque medium coniunctum aliorum ſenſuum à tactu, quia ſolus tactus exigit medium craſſum, qualis eſt caro. Ibidem.

Caro eſt ipſum corpus animalis, quia ſenſus tactus debet eſſe diffuſus per totum corpus animalis. Ibidem.

Oſſa, vel aliquid oſſibus proportionale, data ſunt animali gratia carnis, vt ſua duritie carnem conſeruent, ſuſtinendo, vel defendendo Ibid. num 2, 3, 4.

Explicantur varij modi, quibus in varijs animalibus caro protegitur præſidio oſſium Tom. 4. pagin. 53. lib. 2. de part. animal. cap. 8. num. 5, 6, 7.

Caro datur circa oſſa, ijſque colligatur quibuſdam vinculis tenuibus inſtar fibrarum, ac natura proportionali modo ex oſſibus, & carne facit animal, ac ars ex limo molli, & aliquo duro facit ſtatuam luteam animalis. Tom. 4. pagin. 55, lib. 2. de part. anim. cap. 9. num. 5.

Quo caro eſt mollior, eo tactus eſt perfectior; & quia homo habet carnem molliſſimam, habet etiam tactum, & guſtum perfectiſſimum, cum guſtus ſit quidam tactus. Tom. 4, pag. 72, lib. 2. de part. anim. cap. 16, num. 6. & pagin. 73, cap. 17. nu. 2.

Viſcera differunt à carne per hoc, quod viſcera ſunt denſiora, & continentur intus, caro eſt rarior, & poſita eſt foris. Tom. 4, pag. 112, lib. 3. de partib. animal. cap. 13, num. 1.

Caro non videtur eſſe organum tactus, ſed medium coniunctum, per quod tangimus. Tom. 4, pagin. 182, lib. 2. de anima, cap. 15, num. 6, 7.

Caro non eſt vltimum ſenſorium diſcernens ſenſibilia plurium ſenſuum, cum ſolum diſcernat tangendo. Tom. 4, pag. 295, lib. 2. de anima, cap 19, num 3.

Caro non habens animam eſt æquiuocè caro, cum non poſſit facere officium carnis. Tom. 4, pag. 500, lib. 2. de Gen. animal. cap. 1, num. 31.

Caro, & quod eſt proportionale carni generatur ex puriſſimo alimento, hoc eſt ſanguine per meatus, ſeu poros venarum exudante, ac virtute frigoris concreſcente. Tom. 4, pag. 730, lib. 4. de Generatione

ne animalium, cap. 4. num. 6.
Signum, quod caro concrescat frigore, est, quod dissoluitur, & liquescit calore. Ibidem.
Caro dura significat hebetem, & obtusum; caro autem læuis, & mollis significat ingeniosum, & versatilem. Tom. 4. pagin. 792, lib. Physiog. cap. 4, num. 4.
Caro humidior, mollior, facile passibilis, ac non valde pinguis est signum ingenioſi, quia ingenium sequitur ex perfectione virtutis sensitiuæ. Tom. 4. pagin. 796. lib. Physiog. cap. 6, num. 3.
Qui sunt carnosi, & carne humida præditi solent esse mansueti. Tom. 4, pag. 798, lib. Physiog. cap. 6, num. 12.
Carnes putrescunt, quia ab ambiente alterantur, ideo si claudantur in vtribus valde inflatis diu conseruantur à putrefactione. Tom. 5, pag. 666, sect. 22. problemat. num. 4.
Quare dentes magis sentiant frigus, quam calorem, caro magis sentiat calorem, quam frigus Tom. 5 pag. 768, sect 34. prob. nu. 3.
Quare fricationes corporum conducant ad hoc, vt caro augeatur, adeoque corpora fiant carnosa. To. 5, pag. 776, sect. 37, prob. num. 3.
In senescentibus caro liuescit ex defectu caloris. Tom. 5. pag. 515, sect. 8. problem. num. 1.
Quare sol ceram, & oleum albefaciat, carnem autem denigret. Tom. 5, pag. 778, sect. 38. prob. num. 1, & pag. 780. num. 10.
CARNIVORA animalia, & viuiuora, quæ nimirum pascuntur ex animalibus viuis, pugnant tum inuicem, tum cum animalibus, quibus appetunt vesci: ideoque augures ex dissidijs, vel concordijs animalium carniuororum auguria petunt. Tom. 3 pag. 981, lib. 9. de Histor. anim. cap. 1. nu. 6.
Animalia carniuora, cum victum comparet pugnando, debent esse violentiora, & robustiora non carniuoris, ideoque habent ossa duriora, & robustiora. Tom. 4. pag. 56, lib. 2. de part. anim. cap. 9, num. 7.
CARTHAGINENSIS Respublica in quibus esset similis Reipublicæ Lacedæmonicæ. tom. 2, pagin. 577. lib. 2. Pol. cap. 9, num. 1. 2.
Respublica Carthaginensis licet iuxta suam institutionem esset temperata ex aristocratia, & politia communi, tamen in plurimis declinabat ad oligarchiam, & explicatur, quænam hæc essent. Ibidem num. 3, & sequentibus.
Quare in Republica Carthaginensi non orirentur seditiones popularium. Ibid. num. 10, pag. 580.
CARTILAGO est eiusdem penè naturæ cũ ossibus, ac solum ab ijs differt secundum magis, & minus; siquidem ossa sunt duriora, cartilagines molliores To. 3, pag. 774, lib, 3. de Histor. anim. cap. 8, num. 1. & Tom. 4. pag. 57, lib. 2. de partib. animal. cap. 11.
Sicut ossa præcisa non crescunt, sic cartilagines præcisæ non reparantur, nisi in pueris. Ibid. Tom. 3. pag. 771. num. 1. & To. 4, pag. 57, num. 11.
Cartilagines animalium terrestrium sanguineorum viuiparorum non sunt vacuæ, sed solidæ, neque habent intus medullam: at cartilago auium aquatilium, quæ est sub dorso loco spinæ, est caua, & plena humore proportionali medullæ. Ibid. Tom. 3, pagin 774, num. 1, & Tom. 4. pag. 57. num. 12.
Animalia gressilia viuipara habent quasdam cartilagines circa aures, & nares, ac circa extremitates ossium. Ibidem Tom. 3. pag. 774, num 1. & tom. 4 pagin. 57, num. 10.
Quibusdam piscibus loco ossium data est cartilago, vt conseruet, ac sustentet carnem. Tom. 4 pag. 52, lib. 2. de part. anim. cap. 8. num. 4.
Ne ossa mutuo inserta, dum mouentur, sua duritie se mutuo atterant, flexuris ossium insunt partes cartilagineæ molliores, quæ se habent quasi quoddam molle lectisternium ossium. Tom. 4, pagin. 55, lib. 2. de part. anim. cap. 9, num. 4.
CARTILAGINEA animalia intra se generant ouum, ac deinde pariunt in lucem animal ab ouo exclusum, excepta rana marina, quæ parit ouum, Tom. 3, pag. 704. lib. 1 de Hist. anim. cap. 5. nu. 2. & tom. 4, pag. 561, lib. 2. de Gen. animal. cap. 3, num. 1.
Ex piscibus cartilagineis illi, qui sunt lati, & caudati, pinnis carent, & natant flectendo latitudinem corporis. Tom. 3. pag. 704. lib. 1. de Histor. anim cap. 5, num. 7.
Ex piscibus cartilagineis quidam sunt asperi, quidam læues. Tom. 3, pagin. 745. lib. 2. de Hist. animal. cap. 13. num. 6.
Pisces cartilaginei magna ex parte carent appendicibus intestinorum tom. 3, pag. 753, lib. 2. de Histor. animal. cap. 17. nu. 18.

Ani-

Animalia cartilaginea habent duos vteros. Oua eorum generantur in ſuperiori vteri parte, mox lapſa in partem inferiorem latiorem animal excludunt. Tom. 3, pagin. 759. lib. 3. de Hiſtor. anim. cap. 1. num. 18.

Deſcribitur vterus cartilagineorum. Ibidem.

Piſces cartilaginei loco ſpinæ habent cartilaginem, quæ participat naturam quamdam mediam inter ſpinam, & oſſa. Tom 3, pag 773. lib. 3. de Hiſtor. anim. cap. 7, num. 7.

Animalia cartilaginea dormiunt, vt patet ex eo, quod aliquando deprehenduntur ita ſomno ſopita, vt poſſint manu capi. Tom 3. pag. 823 lib. 4 de Hiſt. anim. cap. 10. num. 1.

In genere cartilagineo fœmina eſt maior mare. Enumerantur aliqua cartilaginea, & explicatur, quo pacto coeant, & quo pacto fœmina differat à mare. Tom. 3. pag. 829, lib 5. de Hiſtor. animal. cap. 5, num. 1, 2, 4.

In piſcibus cartilagineis ſolet adipe pingueſcere iecur: ſolent etiam habere carnem pinguiſſimam, & adipem ſeorſim in ventre, ideoque ex talibus piſcibus liquefit oleum. Tom. 3, pag. 782, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 17, nu. 2.

Piſces cartilaginei in ſuperiori parte vteri continent oua complura, quæ in quibusdam ſunt maiora, in alijs minora: in inferiori parte continent animal excluſum. Sæpe eodem menſe coeunt, concipiunt, & pariunt: ſiquidem non pariunt ſimul omnia, quæ conceperunt, ſed paulatim, itaut diu durent in pariendo, & dum in parte ſuperiori vteri oua concipiunt, in inferiori fœtum concoquunt, & perficiunt. Tom. 3, pag. 883, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap. 10, num. 9.

Piſces cartilaginei, cum diutiſſimè fœtum ferunt in vtero, ferunt illum ſex menſibus & ſuperfœtant. Ibid pag. 884, cap. 11. num. 2.

Piſces cartilaginei, cum tempus pariendi inſtat, terram petunt, & littora, vt ibi fœtus ſuos collocent, tum captantes teporem, tum proli metuentes à piſcibus in alto degentibus. Ibid.

Piſces cartilaginei, cum ſint viuipari, minus ſunt fœcundi, quam piſces ouipari, ſed partus eorum ob magnitudinem facilius conſeruatur, quam oua piſcium. Inter piſces cartilagineos fœcundiſſima cenſetur rana marina, quæ eſt ouipara. To. 3, pag. 894, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 17, num. 7.

Piſces cartilaginei ſunt carniuori, habent os non in parte anteriore, ſed in inferiore, ideoque non poſſunt piſces uenari ore aduerſo irruendo, ſed vt piſces capiant, debent os ſurſum reſupinare. Tom. 3, pag 943, lib 8. de Hiſtor. animal. cap. 2. num 25, 27.

Omnes piſces cartilaginei degunt non prope littora, ſed in alto mari. Tom. 3. pag. 957, lib. 8. de Hiſtor. animalium cap. 13, num. 1.

Piſces cartilaginei ſe abdunt ſolum tempore hyemis, & diebus frigidiſſimis. Tom. 3. pag. 961. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 15, num. 6.

Animalia cartilaginea loco oſſium, ſpina cartilaginea, adeoque molliori ſunt prædita, tum quia partem materiæ terreæ abſumunt in facienda cute, quæ eſt duriſſima, tum quia cum moueantur mollius, mollioribus oſſibus indigent. Tom. 4, pag. 56, lib. 2. de Partib. animal. cap. 9, num. 9.

Animalia cartilaginea, & viperæ conueniunt in hoc, quod cum concipiant ouum, pariunt animal iam ab ouo excluſum. Tom. 4. pag. 120, lib. 4. de Gener. animal. cap. 1, num. 4.

Omnes piſces cartilaginei habent branchias detectas, & cum neque ſpinis, neque neruis iuuentur ad motum, mouentur motu pigro, & lento. Tom. 4, pag. 171. lib 4. de part anim. cap. 13, num 10.

Quo pacto piſces cartilaginei conueniant, & differant ab auibus quoad oua, & quoad modum generationis ex ouis. Tom. 4. pag. 562, lib. 3. de Gener. animal. cap. 3, nu. 2. 3. 4. 5.

Oua piſcium cartilagineorum, exceptis ouis ranæ marinæ, non ſunt dura, ſed molli cute teguntur, quia cum piſces cartilaginei ſint frigidiores auibus, non habent tantum calorem, vt poſſit ouorum putamen indurare more auium. Ibidem num 3.

Quare cum generatio auium ex ouo fiat ex extremitate acuta oui, qua adhærent vtero, generatio piſcium cartilagineorum fiat ex extremitate lata. Ibidem num. 4. pagin 562.

Licet in genere piſcium nõ cartilagineorum fœminæ ſpargunt ſua oua, & mares ſuũ ſemen, tamen in genere cartilagineorum,

Digitized by Google

neque fœminæ ſpargunt ova, neque mares ſemen, quia piſces cartilaginei non abundant ſemine, & genitura, ſed totum ſemen, & totam genituram conſumunt in coitu, adeoque nihil ſupereſt quod ſpargant. Tom. 4. pag. 570, lib. 3. de Gen. anim. cap. 7, num. 1, 2.

CARVLVS auis. Carulus, ſeu coruulus, eſt auis, quæ petit littora, & alitur animalibus à mari eiectis. Tom. 3. pag. 947. lib. 8. de Hiſtor. anim. capit. 3. num. 7.

CASEVS. Caſeus eſt pars lactis corpulentior, ideoque lac quo eſt craſſius, eo plus habet caſei. Lac animalium non in vtraque maxilla dentatorum, vt ouium, caprarum &c. coit, ideoque talia animalia cuſtodiuntur ad faciendum caſeum. Tom. 3, pag. 786. lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 20. num. 5.

Explicantur quædam alia ſpectantia ad caſeum. Ibid. pag. 787. num. 7

Animalia ruminantia multum habent lac, idque ad caſeum faciendum vtile. Tom. 3, pag. 788, lib. 3. de Hiſt. animal. cap. 21. num. 3.

CASTITAS Turtur, & columba vno mare ſunt contentæ, cum quo coeant, nec alium ſolent admittere. Tom. 3, pag. 991. lib. 9. de Hiſtor animal. cap. 7, num 8.

Cameli cum matre nunquam coeunt, & cum aliquando camelus deceptus coiſſet, mox errore detecto, camelarium morſu peremit. Tom. 3, pag. 1032. lib 9. de Hiſt. anim. cap. 47. num. 1.

Equus quidam cum deceptus coiſſet cum matre, errore detecto, ſe præcipitem dedit ex rupibus. Ibidem.

Teſtes præſertim extra ventrem poſiti dantur à natura equis, & quibusdam alijs animalibus viuiparis, vt motu fœminæ ſuis anfractibus retardent, adeoque animalia fiant caſtiora, ac difficilius ſemen emittant. Tom. 4, pag. 446. lib. 2. de Gener. anim. cap. 4. num. 4.

CASTRATIO Quibus modis animalia caſtrentur, & quo pacto in caſtratione teſtes ſurſum retrahantur, nec amplius emittant ſemen. Tom. 3. pag. 757, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 1. num. 12.

Taurus caſtratus dicitur ſtatim coiuiſſe, ac generaſſe. Ibid.

Qui caſtrantur, ex moribus quodammodo degenerant in fœminas, & quam ob cauſam. Tom. 3. pag. 930. lib. 8 de Hiſtor. anim. capit. 2. num. 9.

Caſtrantur ſolum animalia, quæ teſtes habent, & per caſtrationem vox quadrupedum mutatur in fœmineam. Tom. 3, pag. 1036, lib. 9 de Hiſtor. anim. cap. 50, numer. 2, 5.

Quo pacto galli per caſtrationem mutentur in cappones. Ibidem num. 3.

Hominibus caſtratis non naſcuntur pili poſtgeniti, at non decidunt congeniti. Ibid. num. 1.

Cerui caſtrati non emittunt cornua, at ij caſtrentur poſtquam cornua emiſerunt, cornua non decidunt. Ibidem nu. 6.

Quo pacto, & quo tempore caſtrentur vituli. Ibidem num 7.

Quo pacto aliquando caſtrentur fœminæ ſuum, & camelorum Ibid. nu. 8. 9.

Animalia caſtrata euadunt maiora non caſtratis. Ibid. num. 9.

Quare animalia caſtrata, ſicut quoad ſpeciem, vires, & mores mutantur quodammodo in fœminas, ita vocem quoque fœmineam acquirant. Tom. 4. pagin. 659, lib. 5. de Generat. animal. capit. 7. num. 10.

Vide Eunuchi.

CASVS, Caſualia. Caſus, & fortuna conueniunt in hoc, quod ſunt cauſa per accidens effectuum, qui raro ſequuntur ex actione facta propter alium finem. Tom. 3. pagin. 54. lib. 2. Phyſicor. capit. 7, numer. 14.

Caſus comparatur ad fortunam, ſicut genus ad ſpeciem, quia eſt cauſa per accidens effectuum, ſeu ſpectent ad ea, quæ operantur ex electione, ſeu non, fortuna eſt cauſa per accidens effectuum ſpectantium ſolum ad ea, quæ agunt ex electione Ibid. num. 14. 15.

Etiam bruta, & inanimata operantur caſu Ibid. num. 14.

Caſus reducitur ad cauſam efficientem. Ibid. nu. 16. pag. 55.

Caſus, & fortuna ſunt cauſæ per accidens, adeoque poſteriores cauſis per ſe, ac proinde non potuerunt eſſe cauſa mundi, & Coeli. Ibidem num. 18. & Tom 4. pag. 22. lib. 1. de Partib. animal. cap 1. num. 30. 31.

Caſualia, & fortuita, cum eueniant raro, non ſunt per demonſtrationem ſcibilia. Tom. 4, pagin. 365, lib. 1. Poſter. cap. 22. num. 1.

Reijcitur opinio Empedoclis dicentis animalia caſu eſſe ita conſtituta. Tom. 4, pag. 6, lib. 1. de part, animal. cap. 1. nu. 14. 15, 16, 17, 18.

Ex-

Explicatur differentia generationum naturalium, casualium, & artificialium. Tom. 5. pag. 184, lib. 7. metaph. capit. 8. num 2. 3.

Casualia fiunt præter intentionem, tum in naturalibus, tum in ijs, quæ procedunt ab intellectu. Ibid. num. 3.

Quare aliqua, quæ fiunt ab arte, possint etiam fieri casu, alia non possint. Tom. 5, pag. 190, lib. 7. metaph capit. 11. num. 1. 2. 3.

Causa per se debet præcedere causas per accidens, ideoque fortuna, & casus, cum sint causæ per accidens, non possunt esse primæ causæ Cœli, & mundi. Tom. 5. pagin. 305. lib. 11. Metaphysic. capit. 9. num. 15.

Vide Fortuna.

CASVVM locus. Casus sunt, qui dicuntur ab aliquo, eo pacto, quo à iustitia dicitur *iustè*. Tom. 1. pagin. 462. lib. 4. Topic. cap. 3, num. 14.

Locus a casibus est: si vnum ex ijs, quæ ab eodem denominantur, & cadunt, dicitur multipliciter, etiam aliud dicitur multipliciter. Tom. 1, pag. 439, lib. 1. Topic. cap. 13. num. 9.

Locus à casibus est: si vnus casus est proprius vnius casus, etiá alter casus est proprius alterius casus. & è conuerso, si vnus casus non est proprius vnius casus, nec alter casus est proprius alterius casus. Rursus si vnius oppositi casus nõ est proprius vnus oppositus casus, nec alterius oppositi casus erit proprius alter oppositus casus, & è conuerso. Tom. 1. pag. 524. lib. 3. Top. cap. 3. nu. 7.

Quando vnum principale est idem cum altero, casus, & coniugata vnius sunt idem cum casibus, & coniugatis alterius: puta si iustitia est idem cum fortitudine, iustus est idem cum forti &c. Tom. 1. pag. 563. lib. 7. Top. cap. 1. num. 2.

CASVS nominum, & verborum. Casus est pars locutionis, & casus sunt, per quos nomina, vel verba variantur ita, vt secundum diuersas desinentias diuersimodè significent. Tom. 1. pagin 936, lib. Poet. cap. 20. nu. 19.

Explicantur tres modi casuum. Ibid.

Casus obliqui proprie non sunt nomina, sed casus nominum. Tom. 1. pag. 69. lib. 1. Perihet. cap. 2. num. 3.

CASPIVM mare per subterraneum meatum exonerat se in pontum Euxinum. Tom. 3. pag. 566: lib. 1. Meteor. cap. 13. num. 11.

CATAPLASMA. vide Emplastrum.

CATARACTA, quam aliqui vocant mergulam, est auis, quæ totam gulam habet ampliorem. Tom. 3. pag. 754. lib. 2. de Histor. anim. cap. 17, num. 20.

Cataracta est auis accipitre minor, quæ venit prope mare, & aliquando se aquis immergit, & diu manet immersa. Tom. 3. pagin. 996. libr. 9. de Histor. animal. capit. 12, num. 3.

CATEGORIÆ: Vide prædicamenta.

CATELLI. Vide Canis.

CATHARRHI. Vide Fluxiones.

CATTVS Vide Mustela.

CAVCASVS. In Asia ex monte caucaso oriuntur plurimi, atque ingentes fluuij, & inter alios phasis. Tom. 3. pag. 565. lib. 1. meteor. cap. 13. num 8.

Caucasus est mons altissimus, & amplissimus omnium, quæ sunt in Asia ad orientem æstiuum, & explicantur quædam de eius altitudine, & amplitudine. Ibid.

Caucasus videtur tum ab ijs, qui nauigant in Ponto Euxino, tum ab ijs, qui nauigant in mari caspio: & tum mane, tum vespere illuminatur à sole vsque ad tertiam partem montis. Ibidem.

In monte Caucaso multæ habitant gentes. Ibidem.

CAVDA. Caudæ quadrupedum solent esse pilosæ, vel pilis expertes pro ratione reliqui corporis, cum sunt alicuius magnitudinis: nam quædam animalia habent paruas admodum caudas, quæ non sunt pilosæ pro ratione reliqui corporis Tom. 3. pag. 729, lib. 2. de Hist. animal. cap. 1. num. 19.

Aues caudam habent ex pennis constantem. Aues, quæ longis cruribus, & planis pedibus constant, breuem habent caudam, at quæ habent crura breuia, & pedes non latos, caudam habent longiorem. To. 3, pag. 742, lib. 2. de Histor animal cap. 12. num. 4.

Aues, quæ caudam habent maiorem, dum volant, gerunt pedes ad ventrem contractos: at quæ breuem habent caudam, dum volant, gerunt pedes ad caudam porrectos. Ibid.

Cauda si à serpentibus, & lacertis abscindatur, renascitur. Tom. 3, pag. 752. lib. 2. de Hist. anim. cap 17, num. 16.

Ex animalibus cruſtaceis solus cancer caret cauda. Tom. 3, pag. 746, lib. 4. de Hist. anim. cap. 2, num. 6.

Quædam aues, quæ motitant caudam, vo-

cantur motacillæ Tom. 3, pagin. 947, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 3, num. 7.

Natura in animalibus caudas longiores ornauit pilis: & quidem caudis, quorum caulis eſt breuior, vt equorum, dedit pilos longiores, caudis, quorum caulis eſt longior, dedit pilos breuiores, vt boum. Tom. 4, pag. 68, lib. 2. de part. anim. cap. 14, num. 4.

Natura animalibus valde piloſis minus dedit caudæ, animalibus piloſiotibus plus dedit caudæ. Ibidem nu. 4.

Ex animalibus, cruſtaceis locuſtæ caudam habent, quia cum debeant per mare vagari, debent vti cauda vt remo. Tom. 4, pag. 141, lib. 4. de part. animal. cap. 8, num. 2.

Homo caret cauda, at omnes quadrupedes etiam ouiparæ caudam habent, licet in quibusdam non ſit notabilis magnitudinis. To. 4, pag. 156, lib. 4. de part. anim. cap. 10, num 28.

Homo caudam non habet, quia materia, quæ in alijs animalibus conuertitur in caudam, in homine conuertitur in nates, & quia non indiget cauda ad muniendum oſtium excrementorum, quod ſatis clauditur natibus: ex oppoſitis rationibus qua drupedes debent habere caudam. Ibidem pag. 157, num. 33, 34.

Aliqua animalia vtuntur cauda ad abigendas muſcas, aliqua vt flagello ad homines verberandos. Ibid. num. 35.

Simia quare careat cauda. Ibid. num. 34

Explicantur aliquæ differentiæ piſcium quo ad caudam. Tom. 4, pag. 170, lib. 4. de part. anim. cap. 13, num. 2.

Serpentes habent caudam, ſed quædam longiorem, quædam breuiorem. Tom. 4, pagin. 163, lib. 4. de part. anim. cap. 11, num. 15.

Veſpertiliones carent cauda, quia cum habeant alas membranaceas, deberent etiam habere caudam membranaceam, quæ volatum impediret. Tom. 4, pag 175, lib. 4. de part. anim cap. 3, num. 19.

Cauda ex pennis confecta vocatur vropygium, & data eſt auibus, vt illa dirigant volatum, eo pacto, quo nauigia gubernaculo curſum dirigunt. Tom. 4, pagin. 194, lib. de Inceſſu animal. cap 8, num. 5. 6.

Volatilia, quæ carent cauda, vt veſpertiliones, vel illam habent ad volatum dirigendum ineptam, vt quædam aues, non poſſunt volatum dirigere. Ibidem.

CAVSA. Explicantur quatuor genera cauſarum, & ad ipſa reducuntur omnia, quæ communiter cenſentur cauſæ. Tom. 3, pag. 45, lib. 2. Phyſic. cap. 5, num. 1, 2, 3, 4, 5, & Tom. 5, pag. 11, lib. 1. metaph. cap. 3, num. 2, & pag 113, lib. 5. metaph. cap. 2, num. 1. 2, 3, 4.

Antiqui videntur agnouiſſe ſolum cauſam materialem. To. 5, pag. 11, lib. 1, metaph. cap. 3, num. 3.

Antiqui non potuerunt aſſignare vllam cauſam, quæ non reducatur ad aliquod ex quatuor generibus aſſignatis. Tom. 5, pag. 28, lib. 1. metaph. cap. 7, num. 9, 10, 11, 12, 13, 14.

Quæ ſit neceſſitas vltra materiam ponendi cauſam efficientem. Tom. 5, pag. 14, lib. 1. metaph. cap. 4, num. 1.

Antiqui admodum obſcurè locuti ſunt de cauſa efficiente mundi. Ibidem pag. 17, num. 5.

Ex antiquis aliqui poſuerunt primam cauſam efficientem eſſe aliquod corpus alij poſuerunt cauſam incorpoream, intellectum nimirum, vt Anaxagoras, amorem, vt Parmenides. & Meliſſus, vel amorem, & odium, vt Parmenides. Ibid. pag. 14, cap. 4 per totum.

Plato præ cæteris antiquis aſſignauit cauſam formalem. Tom 5, pagin. 23, lib. 1. metaph. cap. 7, num. 12.

Quo pacto antiqui aſſignauerint cauſam finalem. Ibid. num 13

Oſtenditur in nullo genere cauſæ poſſe procedi in infinitum, adeoque dari primam cauſam in quolibet genere. Tom. 5, pagin. 48, lib. 2. Metaph. cap. 2. per totum.

Diſputatur, vtrum omnia genera cauſarum ſint conſiderauda à metaphyſica. Tom. 5, pagin. 58, lib. 3 metaph. cap. 3, num. 1, 2, & 3, & pag 284, lib 11. Metaph. cap. 1, num. 1, 5.

Eiusdem rei poſſunt eſſe plures cauſæ per ſe, poſſunt aliqua eſſe ſibi inuicem cauſæ, & idem poteſt eſſe cauſa contrariorum, ſed diſſimiliter. Tom. 3, pag. 47, lib. 2. phyſic. capit. 5, num. 6, 7, 8, & Tom. 5, pag. 114, lib. 5. metaph. cap. 2. num. 5, 6, 7.

Cauſarum aliæ ſunt priores, aliæ poſteriores; aliæ per ſe, aliæ per accidens; aliæ vt potentes, aliæ vt actu agentes; aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ. Tom. 3, pag. 48, lib. 2. Phyſicor. cap. 5, num. 10, 11, 12, 13, & Tom. 5, pag. 115, lib. 5, metaph. cap. 1, nu. 9, 10, 11, 12.

Quo

Digitized by Google

Quo pacto quæſtioni *propter quid* reſpondeatur per varia genera cauſarum, & quæſtioni *quid eſt*, reſpondeatur per cauſam formalem. To. 5, pag. 215, lib 7. metaph. cap. 22, num. 2, 3, 4, 5.

Quo pacto aſſignari debeat materia, & aliæ cauſæ entium. Tom. 3, pag 228, lib. libr. 8, mesaphyſ. capit. 6, numer. 4, 5, 6, 7.

Proponuntur quædam diuiſiones effectiuũ, & cauſarum. Tom. 3, pagin. 51, libr. 2. Phyſic cap. 7, num. 1, 2, 3.

Cauſa per accidens quot modis dicatur. Tom. 3, pagin. 51, lib. 2. Phyſic. capit. 7, num. 3.

Oſtenditur cauſas eſſe ſolum quatuor aſſignatas, & phyſicam demonſtrare per omnes cauſas. Tom. 3, pag. 56, lib. 2. Phyſic. capit. 8, per totum.

Quo pacto phyſica debeat conſiderare cauſas, & reducere effectus naturales ad cauſas aſſignatas. Tom. 3, pag. 48, lib 2. Phyſ. cap. 5. num. 14.

Cauſæ intrinſecæ rerum naturalium ſunt materia, & forma, ideoque qui de rebus naturalibus agunt, ſummo ſtudio debent agere de materia, & de forma, & principalius de māteria, de qua parum egerunt antiqui. Tom. 4, pagin. 14, lib. 1. de Part. anim. cap. 1, num. 38.

Quo pacto ſit demonſtrandum per cauſam finalem, & per neceſſitatem materiæ. Ibidem num. 39.

Cauſa finalis, & formalis in rebus naturalibus ſolent coincidere, quia forma eſt finis. Tom. 4, pag. 339, lib. 1. de Gen. anim. cap. 1, nu. 1.

Medium demonſtrationis poteſt ſumi ex quolibet genere cauſæ. Tom. 1, pag 391, lib. 2. Poſt. cap. 6, per totum.

Quo pacto medium poſſit deſumi tum ex cauſa materiali, tum ex efficiente, tum ex finali. Ibidem pagin. 392. num. 2, 3, 4.

Explicatur, quo pacto demonſtratio poſſit fieri, tum ex cauſis, quæ ſunt ſimul cum effectibus, tum ex ijs, quæ non ſunt ſimul, tum ex cauſis, quæ cauſant directè, tum ex ijs, quæ cauſant circulariter, tum ex cauſis, quæ cauſant ſemper, tum ex ijs, quæ cauſant plerumque. Tom. 1, pag. 794, lib. 1. poſt. cap. 7, per totum.

Factum eſſe effectus, quo pacto ſe habeat ad factum eſſe cauſæ. Ibidem pag 396. nu. 7.

Vtrum quotieſcumque eſt effectus, ſit cauſa: vtrum eiusdem effectus poſſint eſſe plures cauſæ remotæ, vel proximæ: & quo pacto inter primam cauſam, ſeu medium, & inter effectum detur mutua conuertentia. Tom. 1, pagin. 407, lib. 2. Poſt. capit. 10, per totum.

Cauſæ agendi ſunt ſeptem: fortuna, violentia, natura, conſuetudo, voluntas, ſeu ratio, iracundia, cupiditas. Tom. 1. pag. 733. lib. 1. Rhet. cap. 10, nu. 4.

Cauſa efficiens. Vide efficiens.

Cauſa materialis. Vide materia, materialis.

Cauſa formalis. Vide Forma, formalis.

Cauſa finalis. Vide finis, finalis.

Cauſa prima. Vide Deus.

Cauſæ per accidens. Vide Caſus, Fortuna.

CEDROPOLIS erat quædam pars Thraciæ, in qua homines ſocietate quadam cum accipitribus inita, auiculas venabantur. Tom. 3, pag. 1008, lib. 9. de Hiſt. anim cap. 36, num. 3.

CELANTES, Dabitis, & Baralipton fundantur in virtute ſyllogiſmi concludendi plures concluſiones. Tom. 1, pag. 221, lib. 2. Prior. cap. 1, num. 4.

CELARENT. Oſtenditur ſyllogiſmum in celarent neceſſario concludere, & eſſe perfectum. Tom. 1, pag. 113, lib. 1. Prior. cap. 5, num. 2, 5, 17.

Celarent poteſt concludere plures concluſiones. Tom. 1, pagin. 221. lib. 2. prior. cap. 1. num. 5, 6.

CELERITAS. Vide Velocitas.

CELTÆ non erant obnoxij mulieribus, ſed apud illos palam permittebatur Veſus maſcula. Tom. 2, pag. 569, lib. 2. Polit. cap. 7, num. 3

CENSVS. Aliquando Reſpublicæ ex oligarchicis fiunt magis communes, vel è conuerſo, eo quod pecunijs multiplicatis, vel imminutis, cenſus fiat communior, aut minus communis. Tom. 2, pag. 686, lib. 5. Pol. capit. 8, num. 7.

Ad conſeruandas Reſpublicas cauendum eſt, ne ex mutatione pecuniæ cenſus fiat communior, vel minus communis. Ibidem.

Gubernatio, in qua ratum eſt quod videtur ijs, quorum cenſus ſimul ſumpti ſunt maiores, eſt tyrannica, & quo pacto ratio debeat haberi tum multitudinis, tum cenſus. To. 2, pagin 716, lib 6. Pol. cap. 4, num. 2, 3, 4.

Quo pacto Reſpublica poſſit ordinari ſecundum

dum censum. Tom. 2 pag. 723, lib. 6. Pol. cap. 6 num. 2.

CENTIPEDES. Dantur Scolopendræ, seu centipedes non solum terrestres, sed etiam marinæ. Tom. 3, pag. 746, lib. 2. de Histor. anim. cap. 14. num. 2.

Centipedes marinæ nascuntur in saxosis locis maris. Similes sunt terrestribus, sed paulo minores, atque rubicundiores, ac numero pedum copiosiores, sed cruribus gracilioribus præditæ: non nascuntur in locis maris valde profundis. Ibid.

Centipedes abscissæ diutius viuunt, ac pars, quæ fuerit abscissa, potest moueri in vtramque partem, hoc est tum versus caput, tum versus caudam. Tom. 3, pag. 810, lib. 4. de Histor. animalium capit. 7, num. 3.

Centipedes possunt moueri etiam pedibus imparibus, quia pedum multitudo supplet: at melius mouentur, cum hinc, & inde par est pedum numerus. Tom. 4, pagin. 187. lib. de Inces. animal. cap. 6. num. 2.

Centipedes marinæ, sicut & terrestres, alliciuntur, nidore: non mordent ore, sed toto corpore, vt vrticæ. Tom. 3, pagin. 1010, lib. 9, de Histor. animal. cap. 37, num. 7.

Centipeda marina, cum hamum deglutiuit, euomit quodammodo sua interiora, donec hamum eijciat, & hamo ejecto, iterum interiora recipit intra se. Ibid.

CENTRVM mundi nō debet esse punctum mathematicum, sed corpus physicum. Tom. 3. pag. 351, lib. 2. de cœlo cap. 3, num 3.

Ostenditur Socratem non sufficienter ordinasse suam ciuitatem, in qua omnia essent communia. Tom. 2, pag. 550, lib. 2. Polit. cap. 3, num. 6, 7, 8, 9, 10.

Examinatur, & reijcitur Ciuitas, & Respublica Platonis quoad leges, & quoad politiam, seu formam gubernationis. To. 2, pag. 553, lib. 2. pol. cap 4, per totum.

Ciuitas debet fieri vna vnitate ordinis per legem, & disciplinam. Tom. 3, pag. 551, lib. 2. pol. capit. 3, num. 6.

Ciuitas quantas diuitias debet habere. To. 2, pag. 562. lib. 2. pol. cap. 5, num. 10.

Ciuitas debet habere tantas diuitias, vt ex vna parte sufficiant ad vsum ciuium, & ad resistendum hostibus, ex alia parte si contingat, vt ciuitas capiatur ab hostibus, hostes ex victa ciuitate nihil lucrentur, eo quod facultates ciuitatis non excedant expensas necessarias ad illam expugnandam. Ibidem.

Ciuitas non potest esse felix, nisi omnes, vel plurimæ eius partes sint felices. Tom. 2, pagin. 553, lib. 2. pol. cap. 3, num 10.

In ciuitate condenda non debet solum considerari locus, in quo est condenda, & ciues, qui in ea debent habitare, sed etiam loca vicina, & eorum incolæ. Tom 2, pag. 555. lib. 2. pol. cap. 4. num. 5.

In politica statuendum est, quid sit ciuitas, & quid sit ciuis. Tom. 2, pagin. 584, lib. 3. pol. cap. 1, num. 1.

Vtrum cum mutantur habitatores ciuitatis, sit eadem ciuitas, & quandonam cum ijdem homines remanent in eodem loco, ciuitas sit eadem, vel diuersa. Tom. 2, pagin. 588, lib. 3, pol. cap. 2, num. 1, 2, 3.

Ciuitas est quædam societas, adeoque constituitur in ratione ciuitatis per formam societatis, & politiæ, ideoque mutatur, mutata forma politiæ, etiamsi remaneant ijdem habitatores. Ibidem pagin. 589, num. 3.

Dubitatur, quando nam aliquid sit factum à ciuitate, vel non. Tom. 2, pag. 587, lib. 3. pol. cap. 1, num. 8.

Ciuitas simpliciter dicta est multitudo sibi sufficiens eorum, qui habent habilitatem ad hoc, vt accipiant potestatem iudicandi, ac decernendi de ijs, quæ ad ipsam spectant. Ibidem pag. 586, num. 4.

Finis ciuitatis non est sola societas commutationum, neque sola societas bellica, neque solum viuere, sed bene viuere, ideoque qui plus cõferunt ad hunc finem sunt simpliciter digniores. Tom. 2, pagin. 601, lib. 3. pol. cap. 6 num 5, 6, 7, 8, & 9.

Vtrum expediat, vt in ciuitate dominentur multi, vel pauci, vel omnes. Tom. 2, pag. 603, lib. 3. pol. cap. 7, per totum.

Quo pacto debeãt in ciuitate dominari lex, vel homo. Ibid pag. 608, num. 15, 16.

Ostenditur optimam ciuitatem esse, in qua prævalent mediocres inter diuites, & pauperes. Tom. 2. pagin. 646, lib. 4. pol. cap. 11, per totum.

Cur licet gubernatio mediocrium sit optima, tamen paucæ ciuitates obtineant talem gubernationem. Ibidem pagin. 649, num. 12.

Enumerantur plures partes ciuitatis. Tom. 2, pag. 634, lib. 4. polit cap. 4, num. 3, 4, 5, 6, 7.

Præcipuæ partes ciuitatis videntur pauperes, & diuites, & quare. Tom. 2, pag. 635, lib. 4. polit. cap 4, num. 8.

Felicitas ciuitatis principaliter consistit in virtute, licet requirat tum bona corporis, tum bona externa. Tom 2. pag. 733, lib. 7. polit. cap. 1, num. 10.

Eadem proportionaliter est felicitas ciuitatis, & singulorum ciuium. Ibid. & cap. 2 num. 2, pag. 733.

Vtrum felicitas ciuitatis principaliter consistat in vita actiua, an in contemplatiua, & an consistat in dominatione. Tom. 2, pagin. 734, lib. 7 Politicorum capit. 2, a num. 3, vsque ad fin. & capit. 3, per totum.

Quæ multitudo requiratur ad ciuitatem optimam. Tom. 2, pag. 739, lib. 7. polit. capit. 4, per totum.

Multitudo ciuium, neque debet esse maior, & maior, neque minor, & minor, sed debet esse multitudo sufficiens ad viuendum, & bene viuendum, quæ facile pos-

sit esse mutuo perspecta, & cognita. Tom.2, pag.740, lib.7. pol. cap. 4, num. 6,7,8,9,10.

Ad ciuitatem duo requiruntur, vitæ sufficientia, & rectus ordo. Ibidem pagin.741, num.10.

Regio ciuitatis optimæ debet esse talis, vt afferat sufficientiam ad viuendum temperatè, & liberaliter, & debet esse ita dispositа secundum flumina, montes &c, vt difficile sit hostibus eam inuadere, facile sit accolis in regiones hostium irrumpere. To.2, pag 742, lib.7. Pol.cap.5, nu.1,2,3.

Propinquitas maris affert commoda, & incommoda, & vtrum expediat ciuitatem esse propinquam mari, & habere potentiam naualem. Tom.2, pagin.743, lib. 7. polit. cap.6, per totum.

Ciues ad optimam ciuitatem ex ijs instituendam debent esse tales secundum naturam, vt habeant complexionem ita temperatam, vt animo simul,& ingenio præstent. Tom.2,pag 744, lib.7. polit. cap.7, per totum.

Ostenditur non omnia, sine quibus ciuitas esse non potest, esse partes ciuitatis. To. 2, pag. 746, lib. 5. pol. cap. 8. nu.1, 2,3.

Conditiones hominum, sine quibus ciuitas esse non potest, reducuntur ad sex, quæ sunt agricolæ, opifices, bellatores, nummularij, sacerdotes, ac iudices de contractibus iudicantes:& examinatur,quænam ex dictis conditionibus debeant esse partes ciuitatis, Tom. 2, pag.747, lib.7. pol. cap.8, nu.4, & cap.9, per totum.

In ciuitate optima agricolæ, viles opifices, & mercatores non debent esse partes ciuitatis: diuites,Iudices,& Sacerdotes debent esse partes ciuitatis, qui debent esse ijdem, sed diuersa ætate. Ibidem pagin. 748, cap.9, per totum.

Quo pacto regio sit diuidenda in priuatam, & publicam, & quinam debeant esse custodes agrorum. Tom. 2, pag. 751, lib.7: Polit. cap. 11, nu.3,4,5.

Situs ciuitatis debet ita constitui, vt habeat communicationem, cum terra, & mari, ac debet esse opportunus ad sanitatem, ad necessitates vitæ, & ad bellicas opportunitates. Tom.2, cap.753,lib.7: Pol: cap.11, num.1.

In ciuitate, quæ gubernatur Monarchicè, vel oligarchicè debet esse arx:in ciuitate, quæ gubernatur democraticè, non debet esse arx, sed locus debet esse æqualis: in ciuitate,quæ gubernatur aristocraticè,nō debet esse arx, sed plures loci ardui, atque expugnatu difficiles. Ibid.p.794,n.2.

Qualia in ciuitate debeant esse, priuata ædificia, & quo pacto sint dispo nenda. Ibid. num.3.

Ostenditur ciuitatem, etiamsi militari gloria floreat,mœnibus esse cingendam.Ibid. num.4,5,6,7,8.

Quo pacto in ciuitate constituenda sint loca comessationum, ædes sacræ, & fora. To.2,pag.755,lib.7.Pol.cap.12,per totum.

Ad hoc, vt ciuitas bene se habeat, debet constare ex ciuibus virtute præditis, & habere sufficientiam bonorum externorum. Tom. 2, pag.757, lib.7. Pol. cap.13, num.1,2,3,4,5,6.

Ciues effici possunt virtute præditi, natura, consuetudine, & ratione, & quo pacto. Ibidem pag.759, num.6.

Qualis debeat esse disciplina ciuium, & vtrum debeat esse eadem disciplina imperantium,& parentium. To. 2,pag.760, lib.7. Pol. cap. 14, num.1,2,3,4.

Ostenditur ciues esse magis instituendos ad virtutes contemplatiuas, quam ad actiuas, & ad bene negotiandum tempore pacis, quam ad bene negotiandum tempore belli, & erasse respublicus græcorum,quæ ciues vnicè instituerunt ad virtutes belli. Tom.2, pag. 763, lib. 7. Pol. cap.14, num.6,7,8.

Ostenditur ciues esse instituendos in virtutibus belli, & pacis. Tom.2,pag.764, lib. 7. Pol. cap. 15. num. 1.

Ostenditur ciues prius esse instituendos secundum corpus, & appetitum, quam secundum animam, & rationē. Ibid.n.2,3.

In ciuitate,posita lege, non est necesse, vt Gubernator, & Princeps sit vbique præsens, sed vnusquisque facit quæ sunt illi præcepta, & ex consuetudine vnum sequitur post aliud, & ita ciuitas conseruatur, & bene se habet. Tom. 4, pag. 436, lib. de motu anim. cap.7, num.1.

CLANGA dicitur secundum genus aquilarum, quæ etiam dicitur planga, fortasse, quia alis plangit,ac secundum locū tenet, tum magnitudine, tum robore: vocatur etiā anātaria, quia venatur anates,eiusque Homerus mentionē facit,vt plurimū degit in saltibus Cōuallibus,& lacubus.To. 3, p.1004,lib.9.de Hist. anim.cap.32,n.2.

CLAMOR. Voces, quo sunt debiliores, eo sunt acutiores, ideoque qui simulant ex longinquo clamantes emittunt vocē acutam, To.5, pag.495, sect.5. prob. num.2.

CLAVDVS. Homo naſcitur claudus maximè omnium animalium, quia crura hominum vtpote molliora, cum mouentur in vtero, facilius læduntur Tom. 5, pag. 538. ſect. 10. prob num. 40.

Claudi ſolent eſſe ſalaces, & in Venerem proni, quia cum minus alimenti conuertant in tibias vitiatas, plus conuertunt in ſemen. Ibid. pag. 533, num 26.

Aliquando ex parentibus claudis naſcuntur filij claudi, aliquando etiam naſcuntur nõ claudi. Tom. 3, pag. 918, lib. 7. de Hiſt. anim. cap. 6, num. 8.

CLARVM, & obſcurum dicuntur de colore, & de voce, & tamen clarum, & obſcurum in voce differunt à claro, & obſcuro in colore. Tom 1, pag. 438, lib. 1. Top. cap. 13, num. 4.

CLAVVS. Prouerbio dicitur clauus clauum figit, quia praui adulantur tyrannis, alijſque prauis, ipſiſque ſunt prauorũ miniſtri. Tom. 2 pag 701, lib. 5. Pol. cap. 11, nu. 4.

CLAZOMENII. Quia ciuitas clazomeniorum eſt ita conſtituta, vt pars habitet in Cythro, pars in Inſula, ciues ſolent eſſe inuicem diſcordes, ac ſeditioſi. Tom. 2, pag. 672, lib. 5. Pol. cap. 3, num. 12.

CLEOMENES. Qua arte in Ægypto Cleomenes famis periculo conſuluerit, & ingens ſimul tributum exegerit. Tom. 1, pag. 821, lib. 2. Oecon. cap 1, num. 33.

Qua arte Cleomenes ſtipendia vnius menſis lucratus ſit. Ibid. pag 824, nu. 39.

CLEOPHON in mandrapulo tragædia qua qua arte vtatur. Tom. 1, pag. 645, lib. 1. Elenc. cap. 14, num. 3.

Homerus vt plurimum imitatur meliores, Cleophon imitatur ſimiles Tom. 1. pag. 895. lib. poet, cap. 1, nu. 12.

CLEPSYDRA vocatur inſtrumentum, quo agricolæ æſtate irrigant herbas, habens ex parte ſuperiore foramen maius, ex parte inferiore plura parua foramina. Hoc inſtrumentum, ſi impleatur aqua, & digito claudatur foramen ſuperius, aqua non egreditur ex foraminibus inferioribus, quia aer non poteſt ſubintrare ad implendum vacuum. Tom. 4. pag. 699, lib. de Iuuent: & ſenect. capit. 9, num. 2. & Tom. 5, pag. 606, ſect. 16. prob. num. 8. A. & pag. 460, ſect. 2. prob. num. 1.

Proponuntur, & ſoluuntur plura problemata circa clepſydram, & ingreſſum, vel egreſſum aquæ ex ipſa. Tom. 5, pag. 607. ſect. 16. prob. nu. 8.

CLERVS, quem quidam vocant pyrauſtam, eſt vermiculus ſpecie aranei, ac telam texens, qui nocet fauis apum, & facit, vt examen ægrotet. Tom. 3, pag. 974, lib. 8. de Hiſtor anim. cap. 27, num. 2.

Cleri oriuntur in pauimento aluearium, illiſque creſcentibus. totum alueare impletur quibusdam veluti telis areneorum, ac faui putreſcunt. Tom. 3, pag. 1022, lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 40, nu 34.

CLISTENES Athenis, tyrannis eiectis, vt augeret numerũ ciuium, plures aduenos, ſeruos, & inquilinos, conſcripſit in tribus, eoſq; publicæ adminiſtrationis participes fecit. To. 2, pag 587. lib. 3 Pol. cap. 10, n. 6.

Apud Sicyonios tyrannis Mironis mutata fuit in tyrannidem Cliſtenis. To. 2, pag. 709, lib. 5. Pol. cap. 12, num. 9.

Tyrannis Cliſtenis diu durauit, quia fuit valde humanus, & cum militari gloria floreret, non fuit facile contemnendus. Ibidem pagin. 707, num. 2.

Cliſtenes cum eſſet tyrannus, ſubiecit ſe iudicijs, ac fertur coronaſſe Iudicem, qui victoriæ ipſius contradixerat. Ibidem.

CLVNIS. Aues ſtãt, quia habẽt corpus leue, & clunem, hoc eſt partem poſteriorem lõgam, adeoq; æquilibrantem partem anteriorem. To. 4, pag 197, lib. de Inc. anim. capit. 9, num. 4.

COACTIO. Vide Violentia.

COAGVLVM, Coagulatio. Lac concreſcit calore, ſed addito coagulo. Tom. 3, pag. 671, lib. 4. meteor. cap. 7, num. 12.

Serum ſeparatur à lacte, vel moderato calore lac decoquendo, vel addendo coagulum. Addito enim coagulo conuenient, modico calore pars terrea ſeparatur à ſeroſa. Ibidem.

Corpora coagulantur, & concreſcunt calore, & frigore, quæ duæ qualitates actiuæ exercent ſuam operationem, coagulando, & incraſſando corpora. Tom. 3, pag. 673, lib. 4. meteor. cap. 8, num. 1.

Coagulatio, & concretio recipitur tanquam in ſubiecto in ſicco, & humido ſe mutuo terminantibus. Ibidem.

Halitus ſicci, & humidi ſunt principia coagulationis, ratione quorum humidum coagulatur ſicco. Ibid

Coagulum eſt lac igneũ, in ventriculo animaliũ lactantium coctũ à calore naturali, & ideo habet virtutem coagulãdi lac. To. 3, pag 787, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 21, n. 1.

Omnia animalia ruminantia habent coagulum: ex animalibus non dentatis in vtraq; maxilla lepores coagulo sũt præditi. Ibid.

Coa-

Coagulum quo eſt vetuſtius, eo eſt melius, & poteſt alui profluuiei mederi, quam vim medendi profluuiei vētris habet etiam coagulum leporis, ſed omnium optimum eſt coagulum hinnuli, ſeu ceruuli. Ibid.

Omnia animalia pluribus ventribus prædita habent coagulum, omnia animalia vnico ventre prædita carent coagulo, excepto lepore: animalia, quæ habent coagulum, habent illud adiunctum tertio vētri, qui vocatur omaſum. tom. 4, pag. 118, lib. 3. de part. anim. cap. 5, nu 1, 2.

Quare animalia vniuentria careant coagulo, excepto lepore, animalia autem multiuentria habeant coagulum. Ibid. nu. 3, 4.

Coagulum eſt lac habens calorem vitalem, per quem agit in lac, ſuo calore congregans partes homogeneas, & ſegregans heterogeneas, ideoque virtute coaguli coagulatur lac, eoque concreſcente, excernitur pars aquoſa, & humida, quæ dicitur ſeuum. Tom 4, pagin. 518, lib. 2. de Generat. anim. cap. 4, nu. 22

Semen maris ita ſe habet ad menſtruum fœminæ, ſicut coagulum ad lac. Ibid.

Vide concretio, concretum.

COCTA. Vegetabilia, quæ habent ſuccum acerbiorem, debent comedi cocta, quia per coctionem ſuccus eorum concoquitur, & fit dulcior. tom. 5, pag 643, ſect. 20. prob. nu. 4

COCHLEÆ, ſeu limaces ſunt primum genus animalium teſtaceorum. tom. 3, pag. 801, lib 4. de Hiſt. anim. cap. 4, nu 1

Cochleæ habent os paruis, acutis, & tenuibus dentibus præditum. Ibid. pag. 803, n. 11.

Dantur quædam cochleæ, quibus adhærent animalia ſimilia paruis gammaris, quæ cochleæ, licet ſint teſtaceæ, participant naturam gammarorum, quæ ſunt animalia cruſtacea. Ibid. pag. 806, nu. 12.

Cochleæ, ſeu limaces terreſtres ſe abſcondunt certis temporibus, & tunc muniunt ſe quodam tegumento ſuperimpoſito: abſcondunt autem ſe tempore hyemis. tom. 3. pagin. 859. lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 15. nu. 9, 10.

Deſcribuntur cochleæ, & partes earum. To. 4, pag. 128. lib 4. de part. anim. cap. 5, num. 14.

Ex animalibus teſtaceis ſolæ cochleæ viſæ ſunt coire, ſed nondum eſt ſatis exploratum, vtrum generentur ex coitu, vel alia ratione. Tom. 4 pag. 584. lib. 3 de Gen. anim. cap. 11. num. 11.

CODRVS electus eſt in regem, quia bello conſeruauit populū, ne in ſeruitutem hoſtium venirent. tom 2. pagin. 594, lib. 5. Pol. cap. 10, nu. 3.

COELVM. Vide Cælum.

COENSES tali. Facile eſt, vt quis ſemel rectè iaceat talos coenſes, ſeu ſeniones; at difficile eſt, vt millies rectè iaciat. to 3. pag 373, lib. 2. de cœlo cap. 12, nu. 6.

COGI. Vide violentia.

COGITATIO. Prima cogitatio eſt à Deo, quia ſicut Deus eſt primum mouens vniuerſum, ita Deus eſt primum mouens animam. tom. 2, pagin. 506, lib. 7. met. ad Eud. cap. 18, num. 2.

Cogitatione non poſſumus tangere infinitas partes magnitudinis, nec illas numerare. tom. 4, pag. 771. lib. de lin. inſecab. cap 2, nu. 9.

Quare ex animalibus ſolus homo, cum aliquid facit, cogitat valde diuerſa ab ijs, quæ facit To. 5, p. 745. ſect. 30. prob. nu. 11.

COGITATIVA. Pars cogitatiua materialis animæ vocatur ab Ariſtotele intellectus paſſiuus. Dicitur autē intellectus in quantum participat aliquid de intellectu, eo pacto, quo appetitus ſenſitiuus dicitur aliqualiter rationalis, in quantum poteſt parere rationi. tom. 4. pag. 310, lib. 3 de anim. cap. 4, nu. 8.

COGNITIO. Aliqui exiſtimarunt ſimile cognoſci ſimili, ideoque aſſeruerunt animam cognoſcitiuam nihil aliud eſſe, quā principium rerum. tom. 4, pag. 218, lib. 1. de anim. cap. 4, num. 10, 11, 12, 13.

Exiſtimantes ſimile cognoſci ſimile, dixerunt, quod quia anima cognoſcit omnia, conſtat ex omnibus principijs. tom. 4. pag. 221, lib. 1. de anima cap. 5, num. 12, & pagin. 236, cap. 11, num. 1.

Si ſimile cognoſcitur ſimili, vnumquodque multo plura ignorabit, quam cognoſcet. Ibidem pag. 237, num. 7.

Cognitio vniuerſalis ſpectat ad artem. tom. 5, pag. 4. lib. 1 metaph. cap. 1, num. 4.

Afferuntur varia genera cognitionum, quarum aliquæ ſunt communes brutis, aliæ ſunt propriæ hominis Ibid: nu. 3, 4.

Ex cognitionibus illæ maximè merētur nomen ſapientiæ, & ſunt honorabiliores, nō quæ ſunt magis vtiles, ac neceſſariæ, ſed quæ magis cognoſcunt cauſas. Ibid. nu. 5, 6, 7, 8, 9, 10.

Cognitio non tam eſt menſura rerum, quam menſuratur à rebus, at cognitio artis eſt menſura rerum faciendarum per artem.

To. 5, pag. 259, lib. 10. metaph: cap. 3, n. 5.
COITVS. Licet mulæ communes ſint ſteriles, tamẽ mulæ ſyriacæ generant ex coitu ideoque ſpecie differunt à mulis cõmunibus. Tom. 3, pag. 707, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 6, nu. 7.
Gallinæ coeũt, ac pariunt omnibus anni tẽporibus, exceptis brumalibus. Tom. 3, pag. 8, 6, lib. 5. de Hiſt. anim. cap. 13. num. 1.
Explicantur varij modi, quibus animalia coeunt To. 3, pag. 828, lib. 5. de Hiſt anim. cap. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. per tota.
Quibus temporibus animalia ſoleant coire. Tom. 3. pagin. 831, lib. 5. de Hiſt. animal cap. 8, num. 3, 4, 5, &c.
Qua ætate animalia ſoleant coire. tom. 3, pag 836, lib. 5. de Hiſt, anim cap. 14. per totum.
Formicæ coeunt, & pariunt quædam ouа. To. 3, pag. 660, lib 5. de Hiſt. anim. cap. 25, num. 1.
Aues differunt in eo, quod non eodem tempore coeunt, & pariunt: ex his gallinæ, & columbæ coeunt, ac pariunt indifferenter quolibet anni tempore. Tom. 3, pag 867, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 1, 2.
Columbæ habent hoc proprium, vt non coeant, niſi ſe mutuo fuerint oſculatæ. Tom. 3. pag. 872, lib. 6. de Hiſtor. anim. capit. 2. num. 17.
Columbæ domeſticæ coeunt intra annum, quo ſunt natæ, immo coeunt ſexto menſe à natiuitate: palumbes & turtures coeunt trimeſtres. Tom. 3, pagin. 876, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 4, num. 2, 3.
Explicantur quædam circa coitum boum, & plurium aliorum animalium Tom. 3, pag. 903, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 22, & capitibus ſequentibus.
Quo pacto coeant piſces, ac ſerpentes. To. 4, pag. 447, lib. 2. de Gen. anim. cap. 6, & 7. per totum.
Quo pacto coeant animalia cruſtacea, mollia, & inſecta. Tom. 4, pag. 454, lib. 1. de Gen. anim., cap. 14, 15, & 16. per tota.
Quare voluptas coitus ſit maxima. Tom. 4, pagin. 464, lib. 2. de Gener. anim. cap. 18, num. 17.
Animalia ſpecie diuerſa coeunt, dummodo habeant naturam affinem, magnitudinem penè æqualem, & æquali pene tempore fœtum geſtent in vtero, & enumerantur aliqua animalia ſpecie diuerſa, quæ inuicem coeunt. Tom 4, pagin. 540, lib. 2. de Gen. anim. cap 5, num. 5.
Oſtenditur apes generare ſuos fœtus ſine coitu. Tom. 4, pag. 575, lib. 2. de Gen. anim. cap. 9, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8.
Etiam aliqui piſces generant ſine coitu. Ibidem pag 575. num. 2.
Quo pacto vnico coitu poſſint generari plures fœtus. Tom. 4, pag 613, lib. 4. de Gen. anim. cap. 4, nu. 20, & ſequentibus.
Quia coeuntes oculos ſurſum attollunt, qui habent oculos ſurſum ductos, ſolent eſſe libidinoſi. To. 4, pag. 788, lib. Phyſiog. cap. 2. num. 3.
Quare ebrij non poſſint coire. Tom. 5, pag. 479, ſect. 3. prob. num 11, & pagin. 488, num. 32.
Quare ex animalibus quædam coeant ſemel ſingulis annis, alia ſæpius, quædam certis temporibus, quædam toto anno. Tom. 5, pagin 541, ſect. 10. probl. nu. 46.
Per coitum factum flantibus ventis auſtralibus ſæpius generantur fœminæ, quam mares, quia auſter reddit ſemen humidius, ideoque aptius ad generandas fœminas. To. 5, pag. 584. ſect 14. prob. num. 5.
COLARIS Auis deuoratur ab ægolio, ſiue vlula: & quia etiam aliæ aues aduncis vnguibus præditæ eandem colarim deuorant, ideo pro colari inter ſe, & cum vlula pugnant. Tom 3, pag. 982, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 12.
COLES, Colon. Coles in animalibus quid ſit. Tom. 3, pag. 714, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 14, num. 2.
Inteſtinum ab initio eſt anguſtum, ac deinde dilatatur in ea parte, in qua eſt inteſtinum, quod dicitur colon. Tom. 4, pagin. 116, lib. 3 de part ib. animalium cap. 14, num. 12.
COLLIQVAMENTVM. Nomine colliquamenti intelligitur quod fit ex reſolutione partium iam auctarũ, & à calore præternaturali liquefactarum, quale eſt quod cernitur in vrina tabeſcentium & ſupernatat inſtar olei. Tom. 4, pag. 468, lib. 1. de Gener. anim. cap. 18 num. 31.
Semen non eſt idem colliquamento, vt docuerunt antiqui, quia ſemen non eſt præter naturam, colliquamentum autem, cũ fiat ex colliquatione partium, eſt præter naturam, & tendit ad corruptionem animalis. Ibidem num. 32, 35, 36, 37.
Colliquamenta nullum habent locum à natura deſtinatum, in quem fluant, ſed effluunt ex corpore, quacumque parte viam inuenerint. Ibid. pag. 470, nu 37.
Plus colliquamenti fit in animalibus magnis, quam in paruis. Ibid. num. 36.

Col-

Colliquatio ſemper eſt damnoſa, & vocatur etiam gonorrhea. Ibid. pag 473, nu. 44. Vide gonorrhea.

COLLISIO eſt quædam modica diuiſio partium colliſarum. Tom. 5, pagin. 521, ſect. 9. prob. num. 4.

COLLOPES quid ſint, & quare circa idem iugum maiores colloper facilius mouean tur, quam minores. Tom 4, pag. 738, lib. quæſt. mechanic. quæſt. 17, nu. 1, 2, 3, 4.

Collopes habent rationem vectis, ideoque quo ſunt longiores, eo facilius mouent. Ibidem num. 2, 3, 4.

COLLVM. Deſcribitur collum, & eius partes. Tom. 3, pag. 713, lib. 1. de Hiſt. anim. cap 12, num. 1.

Non omnia animalia habent collum, ſed ea tantum, quæ habent illas partes, quarum gratia factum eſt collum, quæ partes ſunt gula, & guttur. Tom. 4, pag. 84, lib. 3. de part. animal cap. 3, num 1.

Quia collum eſt gratia gutturis, guttur eſt gratia pulmonum, animalia, quæ pulmonibus carent, vt piſces, carent etiam collo, & gula. Ibidem.

Aues quia habent pulmonem, habent etiam collum. Tom. 4, pag 164, lib. 4. de part. animal. cap. 12, num 3.

Vt plurimum in auibus longitudo, vel breuitas colli proportionatur longitudini, ac breuitati crurum, quia quæ habent crura longa, ſi collum haberent breue, non poſſent collo pertingere ad terram ad ſumendum cibum. Ibid.

Aues carniuoræ habent collum breue, & validum. Ibid.

Aues palmipedes, quia victum quærunt in aqua, habent crura breuia, vt ſint commoda ad natandum, & habent collum lõgum, adeoque vtile ad cibum quærendum intra aquam. Ibid

Animalia ſenguinea viuipara habent collum, ex ouiparis quæ habent pulmones, habent etiam collum, quæ carent pulmone, carent etiam collo. Tom. 4. pag 147, lib. 3. de Part. animal. capit. 10, num. 3.

Collum principaliter datum eſt gratia gutturis, ſeu aſperæ arteriæ, per quam reſpiramus, ſed ſuo complexu fouet etiam gulam. Ioidem pag. 148, nu 6.

Collum in cæteris animalibus conſtat ex pluribus oſſibus connexis, & eſt flexibile, in lupo, & leone conſtat vnico oſſe, & eſt inflexibile, quia natura vt daret lupo, & leoni collum robuſtius, non curauit, vt eſſet flexibile. Ibid. num. 6.

Qui habent clauem colli, per quam collum coniungitur pectori, bene ſoluram, ſunt ſenſu perfecto præditi, quia per illam facilè patet aditus ſpiritibus à cerebro deſcendentibus: ex oppoſita ratione qui habent clauem colli non bene ſolutam, ſunt inſenſati. Tom 4, pagin. 805, lib. Phyſiogn. cap. 9, num. 17.

Qui collum habent craſſum, quod eſt proprium maris, ſunt fortes, at qui habent collum gracile, quod eſt proprium fœminæ, ſunt imbecilli. Ibid. nu. 18.

Explicantur alia ſigna, quæ ſunt ex collo. Ibidem num 18.

Collum firmum, nec admodum carnoſum, quod ſit bene formatum, eſt ſignum fortitudinis. Tom. 4, pag. 795, lib. Phyſiog. cap. 6, num. 1.

Qui habent partes circa faciem, collum, & humeros graciliores ſolent eſſe ingenioſi. Ibid. pag. 796, nu 3.

Qui collum habent retrorſum piloſum, ſolent eſſe liberales, quia tale eſt collum leonis, quod eſt animal liberale. Tom. 4, pag. 812. lib. Phyſiogn. cap. 10, num. 26.

COLLVRIO. Collurio, ſeu Collyrio eſt auis, quæ eodem cibo cum merula vtitur, ac tempore hyemis potiſſimum apparet, ac magnitudine eſt æqualis perdaio, & viridi. Tom. 3, pag. 1001, lib. 9. de Hiſt. anim cap. 13, nu. 2.

COLOR, Colorata. Color eſt per ſe viſibilis, non quia viſibilitas includatur in definitione coloris, ſed quia color eſt cauſa viſibilitatis tanquam proprietatis. To. 4, pagin. 266, lib. 2. de anima cap. 10, num. 2.

Eſſentia, & definitio coloris conſiſtit in hoc, vt ſit motiuum diaphani in actu, hoc eſt actuati per proprium actum, qui eſt lumen, & ex hoc ſequitur viſibilitas tanquam proprietas. Ibid num. 3.

Diaphanum, quia eſt receptiuum coloris in ſua ſimilitudine, ex ſe non habet vllum colorem. Ibid. pag. 268, num 10.

Sicut color non poteſt videri niſi per diaphanum illuminatum, ita ſublucida non poſſunt videri, niſi per diaphanum tenebroſum, ideoque habent naturam contrariam colori. Ibidem nu. 11.

Color differt à lumine, quia non poteſt videri niſi per diaphanum aliũde illuminatum ideoque comparatur ad lumen, ſicut viſibile imperfectum, ad perfectum. Ibid. pag. 269, num. 12, 13, 14, 15.

Color eſt actus perſpicui in quantum perſpicuum eſt. Ibidem num. 13.

Color ſi ponatur ſupra potentiam viſiuam, non mouet ad videndum. Ibid.
Organum viſus non patitur niſi à colore, vel colorato, ac viſio neque eſt color, neque colorata. Tom. 4, pag. 292, lib 2. de anima cap. 18, num. 4.
Color eſt in extremitate corporis terminantis viſum, & eſt actus, per quem talia corpora terminant viſum, ideoque Pythagorici colorem vocabant apparentiam, quia eſt id, quod apparet in ſuperficie corporis terminati. Tom 4. pag. 340, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 3. num. 5.
Perſpicuum, ſeu diaphanum eſt ſubiectum proprium coloris, adeoque corpora eatenus colorantur, quatenus habent perſpicuitatem. Ibid. pagin. 341, num. 6.
Quo pacto colores prouenientes à luce extrinſeca, qui vocantur apparentes, differant à coloribus prouenientibus ab intrinſeco, qui vocantur reales. Ibidem.
Color per ſubiectum proprium definitur, *extremitas perſpicui in corpore terminato*: at definitio formalis coloris eſt *color eſt actus, per quem extremitas perſpicui in corpore terminato redditur potens mouere medium perſpicuum actu, & ſic cauſare viſionem.* Ibid. num. 7.
Corpora in quantum ſunt magis perſpicua, recipiunt colores clariores, in quantum ſunt minus perſpicua, recipiunt colores obſcuriores. Ibid. nu 6.
Color albus eſt, qui plurimum participat de luce: color niger eſt, qui pene totaliter caret participatione lucis: colores medij fiunt ex quadam mixtione colorum extremorum. Ibid. pag. 342. num. 8, 9.
Explicantur tres modi, quibus colores medij fiunt ex participatione, & mixtione colorum extremorum. Ibid. à nu. 9, vſque ad fin. capitis.
Quia album, & nigrum poſſunt miſceri, vel iuxta poni ſecũdum varias proportiones, fieri poſſunt varij colores medij: & quare aliqui colores medij ſint delectabiles viſui, alij non. Ibid. pag. 342, nu. 11, 12.
Quo pacto colores medij generari poſſint ex vera mixtione albi, & nigri, itaut quælibet pars coloris ſit mixta. Ibid. pagin. 345, num. 18.
Septem ſunt primæ ſpecies colorum, nimirum album, flauum, puniceum, purpureũ, viride, & cæruleum, & quo pacto habeant proportionem cũ ſeptem primis ſpecieus ſaporum. Tom. 4, pagin. 349, lib. de ſenſ. & ſenſib. cap. 4, num. 10.
Cornua, vngues, & vngulæ quoad colorem ſequuntur cutem, & pilos: dentes è conuerſo ſequuntur naturam non cutis, ſed oſſium. Tom. 3, pag. 774, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 9, num. 2.
Aliqua animalia diuerſarum aquarum potione mutant colores, & vel candida, vel nigra redduntur: ex potu Scamandri oriuntur agni rufi, ideoque Scamander cenſetur ab Homero vocari Xanthus. To. 3, pag 779, lib. 3 de Hiſt. anim. cap. 12, nu. 2.
Piſcis menula mas tempore coitus mutat colorem, & euadit nigrior: plures etiam alij piſces mutant colorem. Tom. 3, pag. 978. lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 30, num. 2.
Quare oculi habeant diuerſos colores. To. 4, pag. 636, lib. 5. de Gener. anim. cap. 1, num. 3. & ſeq.
Soluuntur variæ quæſtiones circa colores animalium. Tom. 4, pagin. 953, lib. 5. de Gen. anim. capit. 6. per totum.
In genere colorum albedo eſt color vnus, primus, perfectiſſimus, ac prima menſura cæterorum colorum. Tom. 5, pagin. 261, lib. 10. metaph. cap. 4, num. 5.
Colores acuti ſignificãt complexionem calidam, & ſanguineam; colores pallidi ſignificant complexionem frigidam, & phlegmaticam: colores medij ſignificant complexionem temperatam Tom. 4, pag. 792. lib. Phyſiogn. cap. 4, num. 1.
Color corporis ſqualliditor eſt ſignum fortitudinis, quia eſt proprius virorum, color ſubpallidus, & ſubalbus eſt ſignum timiditatis, quia eſt proprius mulierum. To. 4, pag. 795 lib. Phyſiog. cap. 6, nu. 1, 2.
Signum miſericordis eſt, vt puro, & albo colore ſit præditus. Ibid. pag. 798, num. 17.
Signum luxurioſi eſt, vt ſit albo colore præditus. Ibid. num. 19.
Proponuntur varia ſigna ex colore. Tom. 4, pag. 809, lib. Phyſiog. cap 10, nu. 1. & ſeq.
Qui rem exercent maritimam vt plurimum acquirunt colorem rufum, quia mare per ſuam ſalſedinem eſt calidum, & exiccatiuum, adeoque aptum ad cauſandum colorem rufum. Tom. 5. pag. 778, ſect. 38. prob. num. 2.
Qui currunt veſtiti, & qui vncti oleo incedunt, contrahunt colorem pallidum, quia non poſſunt liberè exhalare, & perflari. Ibidem num. 3.
Quare ex animalibus quædam mutent colorem, alia vt homines non mutent. To. 5. pag. 527, ſect. 10. prob. num. 7, 8.
COLON Vide Coles.

CO-

Digitized by Google

COLOSTRVM. Quare in lepore lac ſtringatur quaſi in quoddam coloſtrum. Tom. 4. pag. 118, lib. 3. de part. animal. capit. 15, num. 4.

COLOTA, ſeu colotula, quam aliqui dicunt eſſe ſpeciem lacertulæ, eſt hoſtis aſini. Nam cubat in aſinorum præſepibus, & ingrediens in nares aſini, impedit illũ, ne comedat. tom. 3, pagin. 983, lib. 9. de Hiſtor. animal. cap. 1. num. 18.

COLVBER. Vide ſerpens.

COLVMBACEVM genus. Explicatur quæ ſpectant ad coitum, & partum auium generis columbacei, hoc eſt columbarum, palumbium, & turturum. Tom. 3, pagin. 875, lib. 6 de Hiſtor. animal. cap. 4, per totum.

Explicantur quæ ſpectant ad ingenium, & mores auium columbaceorum. Tom. 3, pag. 891, lib. 9. de Hiſtor. animal. cap. 7, num. 3, & ſequentibus.

Vide columba, palumbes, turtur.

COLVMBVS, columba. Palumbes incolũt montes, at columbæ verſantur cum hominibus. Tom. 3, pag. 700, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 21.

Columba habet fel coniunctum inteſtino. tom. 3 pag. 748, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 15, num. 9.

Columbæ ſupra ventriculum habent ingluuiem, hoc eſt corium cauum, & amplum medium inter gulam, & ventriculum, in quo primo recipitur cibus non adhuc concoctus. tom. 3, pag. 754, lib 2. de Hiſt. anim. cap. 17, num. 19.

Columbæ tota æſtate pariunt. Tom. 3, pag. 836, lib. 5. de Hiſtor. animalium, cap. 13. num. 1.

Quinque ſunt ſpecies, vel quaſi ſpecies columbarum. Prima eſt, quæ à liuore dicitur liuia. ſecunda dicitur columba: tertiam ſpeciem conſtituunt palumbes, qui ſunt maximi in genere columbino: quartam ſpeciem conſtituit vinago, ſeu rupilia, quæ tenet ſecundum locum magnitudinis: quintam, & vltimam ſpeciem cõſtituit turtur. Ibid. num. 2.

Columbæ ſi locum habent tepidum, & cibum vberem, pariunt, ac pullos educant quolibet anni tempore. Ibidem.

Pulli columbarum, qui naſcuntur vere, præſtantiores ſunt, quam qui naſcuntur autumno: qui naſcuntur æſtate ſunt omniũ deterrimi. Ibid.

Columbæ coeunt, ac pariunt toto anni tempore. Coluba domeſtica parit decies vno anno, hoc eſt ſingulis ferè menſibus; aliæ genera pariunt bis ſingulis annis. Tom. 3, pag. 867, lib. 5. de Hiſt animal. capit. 1, num. 3. 4.

Ova columbæ habent putamina alba. Tom. 3, pag 869, lib. 6 de Hiſtor. anim. cap. 2, num. 2.

Columba habet facultatem oua in vtero retinendi etiam cum tempus pariendi venerit, ideoque ſiquid moleſtum ipſi euenerit, partum differt. Ibid. pag. 872, nu. 16.

Columbæ non coeunt, niſi ſe mutuo fuerint oſculatæ. Ibid. num. 17.

Columbæ etiam ex coitu pariunt quædam oua infœcunda, itavt nullus ex ijs naſcatur pullus. tom. 3, pag. 875, lib 6. de Hiſt. anim. cap. 3, num. 6.

Columbæ, & omnes aues generis columbini pariunt bina oua, vel ad ſummum terna: columbæ domeſticæ vt plurimum ex altero ouo excludunt marem, ex altero fœminam, ac prius marem, deinde fœminam, ac præterea poſtquam peperierint primum ouum, die ſequenti pariunt ſecundum. Tom. 3, pag. 876, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap 4. nu. 1. 2.

Columbæ ouis viciſſim incubant, tum mas, tum fœmina, itaut interdiu incubet mas, noctu fœmina. Ouum intra diem vigeſimum perficitur, & excluditur. Fouent pullos iam natos per aliquod tẽpus, eodem pacto, quo fouent oua. Fœmina poſt partũ eſt acerbior mare. Tum fœmina, tum mas columbarum coeunt ſexto menſe à natiuitate. Pariunt vno anno decies, vel etiam vndecies, & in Ægypto duodecies. Ibid. num. 2.

Columba domeſtica, emiſſo fœtu, intra trigeſimum diem coit. Ibid. num. 3.

Columba veſcitur frugibus, & apparet toto anno. Tom. 3, pag. 946, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 3. num. 6.

Ex auibus columbaceis, inſtante hyeme, tranſmigrant in alias regiones palumbes, turtures, ac liuiæ: at columbæ non diſcedunt, ſed apud nos hybernant. Tom. 3, pag. 956, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 12, num. 9.

Columbæ, & aliæ aues generis columbacei in pluribus vitam, & mores hominũ imitantur. Nam non coeunt cum pluribus, ſed vnus mas vni fœminæ lege quadam coniugij copulatur. Parturienti fœminæ mas adeſt, eamq; omni officio proſequitur, ac ſæpius fœminam pigriùs euntem ad nidum mas percutit, cogitque

Digitized by Google

que intrare. Tom. 3, pagin 991, lib. 9. de Hist. animal. cap. 7. num. 3, & 4.

Columbis ab ouis excluſis pater, vel mater terram præſertim ſalſuginoſam in os filiorum ingerit, vt ſic eos diſponat ad cibum ſumendum. Ibid. num. 5.

Columbæ ſunt pugnaces, & altera alterius nidum inuadit. Ibidem num. 6.

Proprium eſt columbarum, palumbium, ac turturum, vt cum bibunt, collum attollentes non reſupinent, niſi ſatis iam hauſerint aquæ. Ibid num. 7.

Columbæ viuunt annis octo etiam eæ, quæ obcœcatæ in aucupij vſum aluntur. Ibid. pag. 992, num. 10.

Columbæ ſe puluerant, & lauant Tom. 3, pag. 1035, lib. 9. de Hiſt. animal. cap. 49, num. 6.

Lien eſt admodũ paruus in columbis, qũia cum ſint admodum calidæ per calorem ventriculi concoquunt magnam partem excrementorum melancholicorum, quorum ſedes eſt lien. Tom. 4. pagin. 102, lib. 3. de part. anim. cap. 7, num 9.

Columbæ & aliæ auis altiuolæ corpore ſatis magno præditæ, ac non vncæ ſunt in venerem pronæ, ac multiparæ, quia cum non habeant magnos vngues, nec maximas alas, plurimum illis excrementi ſupereſt, quod conuertant in ſemen, vel humorem menſtruum. Tom. 4. pagin. 549, lib. 3. de Gener. animal. cap. 1, num. 7.

Columbæ, quia neque ſunt vniparæ, neque multiparæ, vt plurimum pariunt duo ona, ſiquidem duo ſunt medium inter vnum, & multa. Ibidem pag. 250, num. 12.

Columbæ ſæpius roſtra coniungunt. Tom. 4, pag. 569, lib. 5. de Gener. animal cap. 6, num. 3.

Columbæ, turtures, & palumbes edunt ona cum paruo luteo adeoque cum paruo alimento, ac non ſufficiente ad pullos perficiendos, ideoque ex ouis excludunt pullos imperfectos, ac cæcos. Tom. 4. pag. 623, lib. 4. de Generat animal. cap. 6, num. 4,

Ex auibus columbæ ſunt variæ quoad colorem, non quidem ex toto genere, ſed ſolum ſecundum aliqua indiuidua generis, ſiquidem aliquæ columbæ ſunt variæ. Tom. 4, pagin. 654, lib. 5. de Gen. anim. cap. 6. nu. 1.

COLVMELLA. In parte inferiore oris datur pars quædam habens figuram vuæ, quæ dicitur vuula, & vocatur etiam columella, quæ cum humore inflammata creſcit. poteſt etiam ſuffocare. Tom. 3. pag. 713, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 11. num. 9.

COMA. Comam alere honeſtum erat apud Lacedæmones, quia ſignum erat libertatis. Non enim eſt facile, vt qui comam alit, ſeruilibus miniſterijs ſe exerceat, cũ coma miniſterijs ſeruilibus afferat impedimentum. Tom. 1, pag. 728, lib. 1. Rhetor. cap. 9. num. 25.

COMBVSTIBILE eſt, quod poteſt reſolui in cineres; illa verò corpora ſolent in cineres reſolui, qæ concreuerunt, vel virtute ſolius calidi, vel virtute calidi ſimul, & humidi. Tom. 3, pagin. 683, lib. 4. Meteor. cap. 9 nu. 28.

Etiam quidam lapides ſunt combuſtibiles, ſed non ita facile, & ex lapidibus omniũ difficillimè comburitur carbunculus. Ibidem.

Ex combuſtibilibus aliqua ſunt inflammabilia, alia non, & quæ. Ibid. num. 29.

Ambuſtiones factæ ære candente citius ſanantur, quam factæ ferro candente, quia ferrum candens, vtpotè denſius magis lædit. Tom. 5 pag. 450, ſect. 1 problem. num. 36.

COMESSATIONES. Cretenſes inſtituerunt quaſdam comeſſationes communes. Tom. 2, pagin. 551, lib. 2. Politic. cap. 3, num. 6.

Comeſſationes melius fuerunt inſtitutæ apud Cretenſes, quam apud Lacedæmonios, quia cum apud Lacedæmonios ſinguli deberent ſoluere, apud Cretenſes fiebant ſumptibus publicis. Tom. 2, pag. 576, lib 2. Polit. cap. 8, num 4.

Plato in ſua Republica præcepit etiam comeſſationes mulierum. Tom. 2, pag. 583, lib. 2. Polit. cap. 10. num 5.

Publicarum comeſſationum inſtitutio eſt admodum antiqua. Nam non ſolum apud Cretenſes ſtatuta fuit, regnante Minoe, ſed etiam multo ante fuit in Italia per legem ſancita ab Italo Rege, qui videtur primus publicarum comeſſationum inuentor. Tom. 2, pag. 751, lib. 7. Politic. cap. 10. num. 1.

Expedit ciuitatibus bene inſtitutis, vt in ijs celebrentur publica conuiuia publicis ſumptibus, & vt omnes ciues ad ea admittantur. Tom. 2, pagin. 751, lib. 7. Polit. cap 10. num. 3.

Multitudo ciuium diſtribuenda eſt in varias comeſſationes; & quia vbis mœnia munienda ſunt turribus, aliquæ comeſſatio-

fationes in talibus turribus ſunt conſtituendæ. Tom. 2, pag. 755, lib. 7. Polit. cap. 12, num. 1.

COMESTIBILIA. Ex vegetabilibus quæ habent ſuccum concoctum poſſunt comedi cruda, quæ acerbum, & inconcoctũ, debent comedi cocta. Tom. 5. pagin. 643, ſect. 20. problem. num. 4.

Quæ ſunt ficciora melius comeduntur elixata, quia per elixationem fiunt humida: quæ ſunt humidiora melius comeduntur aſſata, quia per aſſationem exiccantur. Ibidem num. 5.

Vegetabilia, quæ habent ſuccum ita immitem, vt neque coctione miteſcant, ſunt incomeſtibilia. Ibid. pag. 644. num. 6.

COMETA. Proponuntur, ac reijciuntur opiniones antiquorum circa cometas. Tom. 3, pag. 542. lib. 1. Meteor. cap. 7, per totum.

Anaxagoras cenſuit cometam apparere ex eo, quod plures planetæ coniungantur ita, vt ſe tangant: Pythagorici dixerunt cometam eſſe vnum ex planetis, qui rarò apparet, quia rarò digreditur à ſole, eũque Hippocrates, & Æſchylus dixerunt aſſumere comam, attrahendo humorem, qui lumen ſolis reflectat. Ibidem num. 2, 3, 4.

Cometæ apparuerunt etiam extra Zodiacum, adeoque non ſunt planetæ, neque fiunt ex planetis ſimul coniunctis, vt dixerunt antiqui. Ibid. pag. 543, num 6.

Cometæ nunquam videntur ſine coma, quâ proinde non attrahunt ex vaporibus. Ibidem pag. 544, num. 7.

Falſum eſt cometas videri ſolum ad partes boreales, ſole exiſtente circa Tropicum Cancri, cum viſi ſint etiam in Zona torrida, & ad partes auſtrales, ac ſole exiſtente circa Tropicum Capricorni. Ibid. pag. 544, num 8.

Cometæ non fiunt ex concurſu plurium ſtellarum. vel planetarum. Ibidem pag. 545, num. 10, 11, 12.

Affertur hiſtoria cuiuſdam magni cometæ. Ibidem num. 11.

Proponitur ſententia Ariſtotelis de cometis. Tom. 3, pag. 555, lib. 1. Meteor. cap. 8, per totum.

Explicatur, quo pacto fiat cometa, qui eſt corpus lucidum, & igneum ſub cœlo, in regione ignis, & habens comam, vel caudam propter adiacẽtiam nouarum exhalationum. Ibid. num 5, 6.

Explicatur, quo pacto cometa appareat ex eo, quod aliquod ex ſyderibus fixis, vel errantibus congregẽt ſub ſe magnam copiam exhalationũ, eaſque ſecũ trahat, & ſic appareat comatum. Ibid. pag 547 n. 7.

Quo pacto moueantur cometæ. Ibid pagin. 548, num. 8

Oſtenditur cometas fieri per accenſionem exhalationis ſiccæ ex eo, quod ſint ſigna ſiccitatis, & ventorum. Ibidem num. 9.

Cur cometæ non appareant multi ſimul, neque frequenter: & cur vt plurimum appareant extra tropicos, & ſæpe in via lactea. Ibid. num. 10, 11, 12.

COMITAS, Comis. Vide Eutrapelia.

COMITIALIS morbus vocatur morbus ſacer, & Herculeus, quia Hercules narratur laboraſſe morbo comitiali. Tom. 5, pag. 734, ſect. 30. problemat. num. 1.

Qui laborant atra bile, facile incidunt in morbum comitialem. Ibidem pag. 739, num. 1, E.

Morbus comitialis ſolet cauſare vitium limitatis, ſeu peruerſionis oculorum; & quia homo vel ſolus, vel maximè in pueritia ſolet laborare morbo comitiali, ideo homo vel ſolus, vel maximè ſolet laborare limitate. To. 5, pag. 756, ſect. 31. prob. num. 27.

Homo ex animalibus, vel ſolus, vel maximè euadit ſtolidus, quia ſolus, vel maximè ab infantia laborat morbo comitiali, à quo cauſatur ſtoliditas. To. 5, pag. 542, ſect. 10. prob. num. 49.

COMMEATVS. Qua arte Timotheus Athenienſis exercitui penuria laboranti commeatum compararit. Tom. 2, pagin 816, lib. 2. Oecon cap. 1. nu. 23.

COMMENTATIONES. Vide meditationes.

COMMERCIA. Vide commutationes.

COMMISERATIO. Vide miſericordia.

COMMVNIA. In ciuitate eſt impoſſibile, vt nihil ſit commune, & vt omnia ſint communia tom. 2, pag. 542, lib. 2. Polit. cap. 1, num. 2.

Si omnia eſſent communia, omnia negligerentur. Nam homines maximè diligunt propria, ac circa ipſa adhibent maximam diligentiam: at communia parum diligunt, ac circa ipſa adhibent minorem diligentiam, quam deberent. Tom. 2. pagin. 545, lib. 2. Politic. capit. 2. num. 4.

Metaphyſica debet conſiderare communia, & explicare, quot modis dicantur. to. 5, pag. 86, lib. 4. metaph. cap 2, n. 11, 12, 13, 14.

COM-

Digitized by Google

COMMVNITAS vxorum. Vide vxorum communitas.
COMMVNITAS poſſeſſionum. Vide poſſeſſionum communitas.
COMMVS eſt lamentatio, & eiulatus communis chori, & hiſtrionum manentium in ſcena, & eſt pars non communis omnium tragædiarum, ſed aliquarũ propria tom. 1, pag. 915, lib. Poetic. cap 10. nu. 8.
COMMVTATIONES. Iuſtitia commutatiua verſatur circa commutationes, per quas bona ex vno transferuntur in alium. Tom. 2. pagin. 126. lib. 5. Ethic. capit. 2. num. 13.
Commutationes quædam ſunt voluntariæ, quædam inuoluntariæ, quædam clandeſtinæ, quædam violentæ, & quæ ſint. to. 2, pag. 127, lib. 5. Ethic. cap. 2, num. 13.
In commutationibus ſeruari debet æqualitas arithmetica. to. 2, pag. 131, lib. 5. Ethic. cap. 4, num. 2.
Iuſtum in commutationibus conſiſtit in talione, ſeu in hoc, quod par pari referatur ſecundum proportionem. Tom. 2. pagin. 135, lib. 5. Ethic cap. 5, num. 4, 5, 6.
Quo pacto quæ commutantur, redigantur ad æqualitatem per pecuniam. tom. 2, pag. 136. lib. 5 Ethic. cap. 7, 8, 9, 10, 11.
Commutationes quo pacto fiebant ab initio: & quo pacto ad eas introducta fuerit pecunia. To. 2, pag. 531, lib. 1. Politic. cap. 6, num. 4, 5, 6.
COMOEDIA imitatur oratione, harmonia, & numero, non ſimul, ſed ſeorſim. tom. 1, pag. 895, lib Poetic cap. 1. num. 9.
Comœdia differt à tragædia præcipuè per hoc, quod imitetur peiores Ibid. pagin. 895, num. 12.
Poeta nihil dicit ex perſona propria in comœdijs. Ibid. num. 13, 14.
Comœdia dicitur à pagis, quia comœdi cũ ignominia à ciuitatibus expulſi vagabantur per pagos. Ibid. pag. 896, num. 16.
Comœdiæ inuentionem ſibi vindicant Dores. Ibid. num. 16.
Exemplar comœdiæ dedit Homerus in Margite. Tom 1, pag 898, lib. poetic. cap. 2. num. 2.
Quo pacto comœdia fuerit paulatim perfecta, & aucta. Ibid. pag 899, num. 5, 7.
Comœdia eſt imitatio deteriorum non ſecundum quodlibet vitium, ſed ſolum ſecundum illos defectus, qui mouent ad riſum, & conſtituunt hominem ridiculum. Ibid. pag. 900, num. 7.
Comœdia ſerò in ciuitatibus fuit publico conſilio probata. Ibid.
Epicharmus, & Phormis Siculi fabulas comicas ſcribere incœperunt, ideoque comœdia videtur ex Sicilia in Græciam veniſſe. Ibid. num. 7
Athenis Crates primus, cum abieciſſet formam iambicam comœdiæ, quæ tota erat in vituperationibus, atque conuicijs, cœpit in vniuerſum ſtruere ſermones, & fabulas. Ibid. num. 7.
COMPAR eſt oratio, in qua æqualia membra ſunt, ita vt verbis totidem ferè verba, ac pene æqualia reſpondeant. & afferuntur eius exempla, & ſpecies. Tom. 1. pagin. 854. lib, 3. Rhetor. cap. 9, num. 9.
COMPARATIO. Afferuntur loca pro problematibus comparationum, in quibus quæritur, vtrum ex duobus ſit melius, & eligibilibus. tom. 1, pagin. 467, lib. 3. Topic. cap. 1, 2, & 3, per tota.
Afferuntur loca pro problematibus comparationum, in quibus quæritur, vtrum ſit magis, vel minus tale. tom. 1. pagin. 477, lib. 3. Topic. cap. 4. per totum.
Proponuntur tres conditiones requiſitæ ad hoc, vt aliqua ſint mutuo comparabilia. Tom. 3. pag. 217, lib. 7. Phyſicor. cap. 5, num. 5, 6, 7, 8, 9, 10.
COMPENSATIO. Quo pacto facienda ſit compenſatio in amicitia vtilitatis. Tom. 2, pag. 245, lib. 8. Ethicor. cap. 13, per totum.
Quo pacto facienda ſit compenſatio in amicitiis inæqualium. tom. 2, pagin. 248, lib. 8. Ethic, cap. 14, per totum.
Amicitiæ æqualium conſeruantur per cõpenſationem æqualem, & eiuſdem generis: amicitiæ inæqualium conſeruantur per compenſationem proportionalem, turbantur autem ex defectu vero, vel exiſtimato talis compenſationis. Tom 2, pag. 250, lib. 9. Ethicor. cap. 1. nu 1, 2, 3.
Qualis debeat eſſe compẽſatio proportionalis: vtrum debeat illam æſtimare, qui dat, an qui accipit. Ibidem pagina 251, num. 4.
Quo pacto debeat fieri compenſatio, cum cum amicus dat ſine pacto, vt æquale retribuatur Ibid. num, 5, 6, 7.
COMPLEXA. Quæ dicuntur, alia dicuntur ſecundum complexionem, vt *homo currit*, alia dicuntur ſine vlla complexione, vt *homo*. Tom. 1. pagin. 31, lib. Prædicament. cap 1, num. 4.
COMPLEXI termini. Vide termini.
COMPLEXIO. Colores acuti ſignificant com-

complexionem calidam, & ſanguineam: colores pallidi ſignificant complexionẽ frigidam, & phlegmaticam: colores medij ſignificant complexionem temperatam, ex qua ſequitur ingenium. Tom. 4. pagin. 792, lib. Phyſiog. cap. 4. num. 1.

COMPOSITIO. Triplex poteſt conſiderari compoſitio: prima per quam mixta componuntur ex elementis: ſecunda per quam partes homogeneæ, ſeu ſimilares componuntur ex partibus eiuſdem rationis: tertia, per quam partes diſſimilares, & heterogeneæ componuntur ex partibus homogeneis. Tom. 4. pag. 28, lib 2. de partib. animal. cap. 1, num. 2, 3, 4.

COMPOSITIO, & diuiſio. Secunda operatio intellectus eſt compoſitio, & diuiſio in eaque datur veritas, & falſitas. Tom. 4, pag. 310, lib. 3. de anima, cap. 5, nu. 1, 2.

Quo pacto verum, & falſum conſiſtant in compoſitione, & diuiſione, & quo pacto compoſitio, ac diuiſio, quæ dantur in rebus ſint cauſæ veritatis, ac falſitatis, quæ dantur in compoſitione, & diuiſione intellectuali. Tom. 3. pagin. 251. lib 9. metaph. cap. 13, num. 2, 3.

Non ſemper prædicata, quæ poſſunt prædicari coniunctim, poſſunt prædicari diuiſim, nec ſemper quæ poſſunt prædicari diuiſim poſſunt prædicari coniunctim, & quæ ſint regulæ, quoad hoc. Tom. 1. pagin. 88, lib. 2. Perihet. capit. 2, num. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.

Proponitur locus rhetoricus enthymematũ apparentium ex compoſitione, & diuiſione. Tom. 1. pag 823, lib. 2. Rhetor. capit. 25, num. 4

Vide fallacia, compoſitionis, & diuiſionis.

COMPOSITVM quo pacto debeat definiri. Tom. 1, pag. 556, lib. 6. topic cap. 3, nu. 1, & ſequentibus.

Propriè nõ fit materia, neque forma, ſed ſolum compoſitum. Tom. 5, pag. 187, lib. 7. metaph. cap. 9, per totum.

Solum compoſitum eſt hoc ens per ſe. Ibid. num. 4.

COMPRESSIBILIA. Vide preſſibilia.

CONCAVVM, & conuexum ſunt contraria, & medium inter ipſa eſt rectum, ideoque vt linea ex concaua fiat conuexa, prius debet fieri recta. Tom. 4, pag. 712, lib. Quæſt. mechanic. cap. 2 num. 4.

Omnia concaua magis reſonant. To. 5, pag. 153, ſect. 11. prob. num. 8.

CONTENTVS. Vide cantus, harmonia.

CONTEPTIO fœtus. Propounntur quædam indicia, quibus dignoſci poteſt mulieres concepiſſe. Tom. 3. pagin. 921, lib. 7. de Hiſtor. anim. cap. 3, num. 1.

Quas purgationes mulieres ſoleant emittere poſt conceptionem. Ibid. num. 2.

Mulieres ſolent dignoſcere ſe concepiſſe, ex quodam tremore inguinum. Ibid. pag. 922, num. 3.

Mas ſolet eſſe formatus die quadrageſima, fœmina die nonageſima. Ibid num. 5, & 8.

In mulieribus, recepto ſemine, ſtatim vterus clauditur, & manet clauſus vſque ad mẽſem octauum, quo aperitur. Ibid. pag. 921, num. 1.

Perdices dicuntur concipere, ſi aduerſæ maribus ſteterint, ventuſque inde afflet, vbi mares ſtant: dicuntur etiam concipere, audita voce marium. Tom. 3, pag. 830, lib. 5. de Hiſt. animal cap. 5, num. 7.

Signum, quod ſus conceperit, eſt, cum auriculas flaccidas demittit. Tom. 3. pag 840. lib. 5. de Hiſtoria animalium, capit. 14. num. 15.

Integer conceptus eſt, qui continet virtutem ſimul maris, & fœminæ, ideoque ſemen viuentium, in quibus non datur diſtinctio ſexus, eſt integer conceptus. Tom. 4. pag. 482, lib. 1. de Gen. anim. cap. 20, nu. 11.

Quæ requirantur ad conceptionem. Tom. 4, pag. 447, lib. 1 de Gener. animal. cap. 19, num. 13.

Signum, quod vaccæ, atque equæ conceperint, eſt cum fluxus meſtrui ceſſarunt ſpatio temporis bimeſtri, trimeſtri, quadrimeſtri, vel ſemeſtri. Tom. 3. pagin. 899, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap. 18, num. 16.

Vide pregnantes, generatio.

CONCHA. Conchæ, & alia animalia teſtacea duriori teſta teguntur, ideoque in parte extima habent tegmen durum, & firmum, intus continent carneam mollitiem. Tom. 3. pagin. 790, lib 4. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 4.

Dantur quidam polypi, qui dicuntur concharij, quia habitant in conchis: deſcribũtur. Ibid. pag. 794, num. 17.

Ex conchis aliquæ habent teſtas læues, aliæ ſcabras, aliæ etiam virgatas. Tom. 3. pag. 802, lib 4. de Hiſt. anim. cap. 4, num. 5.

Inter conchas, quæ teſtis adhærent, inuenitur quædam, quæ vocatur ſquillarum, quaſi parua ſquilla. Ibidem pag 805, num. 19.

Conchæ naſcuntur in locis arenoſis, ſeu ſabuloſis, ac generantur ex arena, ſeu ſabulo. Tom. 3. pag. 843, lib. 5. de Hiſtor anim. cap. 15, num. 9.

Con-

Conchæ differunt etiam ratione locorum, in quibus naſcuntur. Ibidem num. 14.
Concha, cuius flore pictores vtuntur, eſt valde craſſa, & florem ſuum continet non intra teſtam, vt purpuræ, ſed extra teſtã. Inuenitur in locis Cariæ adiacentibus. Ibidem num. 18.
Deſcribitur cancellus hoſpes concharum. Ibidem num. 19.
Conchæ, & omnia animalia oſtreacea, tum ſunt optima, quando vterum ferunt. Aliquando deprehenduntur prægnantes, licet aduertere non poſſimus, quandonam conchæ coeant. Tom. 3, pag. 978. lib. 8. de Hiſtor. animalium, cap. 30, num. 1.
Quidam dicunt conchas tenues, & aſperas obducere ſibi quamdam quaſi loricam duram, eamque eo fieri maiorem, quo cõchæ magis creſcunt, atque ex ea lorica quaſi ex quodam domicilio prodire. Tom. 3. pagin. 1013. lib. 9. de Hiſt. animal. capit, 37, num. 22.
Deſcribitur polypus nautilus, & eius concha. Ibid. num. 23.
Conchæ duobus dentibus muniuntur, ſicut animalia cruſtata. Tom. 4. pagin. 126, lib. 4. de part. anim. cap. 5, num. 8.
CONCHÆ tortiles. Vide vmbilici.
CONCIO. Proprietas democratiæ, ſeu Reipublicæ popularis eſt, vt concio ſit domina omnium, magiſtratus nullius, vel concio ſit domina rerum maximarum, magiſtratus minimarum. Tom. 2, pagin. 714, lib. 6. Pol. capit. 2, num 3.
CONCLVSIO vera poteſt ſequi ex præmiſſis falſis, & concluſio neceſſaria poteſt ſequi ex non neceſſarijs. Tom. 1. pag. 305, lib. 1. Poſter. capit 6, num. 6.
Ex veris non poteſt ſequi concluſio falſa, & ex neceſſarijs non poteſt ſequi concluſio non neceſſaria, ideoque ſi concluſio non eſt vera neceſſario, nec præmiſſæ ſunt veræ neceſſario. Ibid num. 7, 8.
Licet termini ſint finiti ſurſum, & deorſum, tamen concluſiones ſunt innumerabiles, ac quodammodo infinitæ. Tom. 1. pag. 368. lib. 1. Poſterior. cap. 24, num. 6.
Non omnes concluſiones inferuntur ex eiſdem principijs, ſed concluſiones neceſſariæ inferuntur ex principijs neceſſarijs, contingentes ex contingentibus. Ibidem num. 7, 8, 9 10.
Quænam concluſiones, per quas figuras, vel modos facilius probentur, vel impugnẽtur. tom. 1. pagin. 181, lib. 1. Prior, cap. 26, per totum.
Concluſio vniuerſalis affirmat ita difficillimè probatur, facillimè impugnatur. Ibid. num. 1, & 2.
Facilius probantur concluſiones particulares, quam vniuerſales, ac facilius impugnantur vniuerſales, quam particulares. Ibidem pag. 182, num. 3.
Concluſiones probandæ ex quibus terminis conſtare ſoleant. Tom. 1, pagin. 184, lib. 1. Prior. cap. 27, per totum.
Traduntur, & demonſtrantur regulæ ad oſtendendum, per quod medium probari debeant concluſiones tum vniuerſales affirmatiuæ, tum vniuerſales negatiuæ, tũ particulares affirmatiuæ, tum particulares negatiuæ. Tom. 1. pag. 186, lib. 1. Prior. cap. 28, per totum.
Concluſio vera quotmodis poſſit inferri ex præmiſſis falſis. Vide verum.
Concluſio falſa non poteſt inferri ex præmiſſis veris. Vide falſum.
An concluſio in probabilitate ſequatur vnam præmiſſam, vel omnes, & an poſſit eſſe probabilior præmiſſis. Tom. 1. pagin. 597, lib. 8. Topic. cap. 4. num. 22.
CONCOCTIO, & inconcoctio. Concoctio eſt effectus caloris, & tres ſunt eius ſpecies, maturatio, elixatio, & aſſatio. To. 3, pag. 657, lib. 4 meteor. cap. 3 nu. 1.
Quid ſit concoctio, & quæ eius cauſæ. Ibid. num. 2.
Concoctio conſiſtit in hoc, vt humidum fiat bene compactum, vnitum, atque incorporatum ſicco. Ibidem num. 2.
Explicatur, quandonam vinum, muſtum, tubercula, lippitudo, & vrina dicantur cõcocta. Ibid. pag. 658, num. 3.
Quæ concoquuntur fiunt craſſiora, & calidiora. Ibid. nu. 4.
Quid ſit inconcoctio, ſeu indigeſtio oppoſita concoctioni. Ibidem num. 5.
Sanguis purificatus facilè poteſt concoqui, & per concoctionem perfectam mutari in adipem, ſeu ſeuum: ſiquidem adeps, & ſeuum fiunt ex ſanguine perfecto, & concocto. Tom. 4, pag. 106, lib. 3. de part. animal. cap. 9. num. 6.
Animal cibum per os recipit, deinde in ventriculo concoquit, atque eijcit excremẽta inutilia. Tom. 4, pag. 113, lib. 3. de part. anim. cap 14, num. 1.
Corpora frigidiora tardiùs, ac difficilius cõcoquuntur, quam calidiora, ideoque in vtero tardius perficiuntur corpora fœminarum, quam maſculorum. Tom. 4. pagin. 624, lib. 4. de Gen. anim, cap. 6. nu. 7.

Quæ

Quæ ſunt magis concocta, ſunt ad comedendum ſuauiora, & quia alba vtpote calidiora ſunt magis concocta, ideo alba ſunt ad comedendum ſuauiora. Tom. 4. pag. 655, lib. 5. de Generat. anim. capit. 4. num. 4.

Concoctio, ſeu digeſtio non fit ſine calore: & quia animal non poteſt viuere, ac nutriri, niſi alimentum concoquat, ac digerat, ideò vita animalis non poteſt conſeruari ſine calore. Tom. 4, pag. 691. lib. de Iuuent. & ſenect. cap. 10, num. 1.

Ad cibum concoquendum melius eſt iacere corpore contracto, quam extenſo. To. 5, pag. 510. ſect. 6. prob. num. 3.

CONCORDIA. Ciuitas præcipuè continetur per amicitiam, & magis, quam per iuſtitiam, ideoque legumlatores magis curant de ſtabilienda amicitia, & concordia ciuium, quam de ſtabilienda iuſtitia. Tom. 2, pag. 221. lib. 8. Ethicor. capit. 1, num. 5.

Ad corcordiam non ſufficit, quod aliqui conueniant in eadem opinione, neque ad illam ſpectat, quod aliqui conueniant circa ſpeculabilia, ſed concordia videtur verſari circa operabilia communia, & præſertim conſiſtit in hoc, quod aliqui conueniant in electione quorumdam, quæ ſunt alicuius momenti, & quæ ſpectant ad omnes. Tom. 2, pagin. 261, lib. 9. Ethic. cap. 6, num. 1, 2, 3, & pag. 390, lib. 2. magnorum moralium, cap. 16. num. 1, & pagin. 483, lib 7. moralium ad Eud. cap. 9.

Amicitia ciuilis videtur eſſe quædam concordia. Ibid. pag. 261, num. 4.

Concordia datur inter bonos, nec poteſt dari inter prauos. Ibidem pag. 262, num. 5, & pag. 483. num. 1.

Concordia propriè dicta, & perfecta eſt cõſenſus voluntatum, & electionum circa gubernationem, per quam conſentiunt gratia boni communis, non autem gratia boni priuati. Ibidem pag. 483, num. 1.

Per communitatem vxorum ciuitas non euaderet magis concors, nec auferrentur diſcordiæ. To. 2, pag. 545, lib. 2. Pol. cap. 2, num. 1, 3.

Proponitur, ac reijcitur ſententia Empedoclis, qui docuit concordiam, & diſcordiam eſſe principia motiua, & effectiua generationum. Tom. 3, pag. 511, lib. 2. de Gener. cap. 7, num. 6, 7, 8.

Quo pacto concordia, ac diſcordia iuxta Empedoclem ſint cauſa generationum, & corruptionum. Tom. 5, pagin. 72, lib. 3. metaph. cap. 6. num. 9.

CONCRETI termini. Vide termini.

CONCRETIO, concretile, inconcretile.

Poſſunt concreſcere, & coagulari corpora humida, & aquea, & corpora partim terrea, partim aquea, & propter quam cauſam. Tom. 3. pag. 668, lib. 4. Meteor. cap. 7. num. 1.

Aer, & ignis non poſſunt concreſcere propter nimiam tenuitatem: ſola terra non poteſt concreſcere, quia ad concretionẽ requiritur humidum ad modum glutinis, ſola autem terra nihil habet humidi. Ibidem num. 1.

Aliqua corpora concreſcunt frigido, aliqua calido, non humido, ſed ſicco: quæ concreſcunt calore ſicco, liquefiunt aqua: quæ concreſcunt frigore, liquefiunt calore ignis. Ibidem num. 2.

Corpora aquea non concreſcunt calore, ſed ſolo frigore. Ibidem num. 4.

Aliqua corpora partim terrea, partim aquea concreſcunt calore, aliqua frigore. Ibid. num. 5.

Quædam corporea terrea ſimul, & aquea, ſed magis terrea, quam aquea, ſi concreſcant frigore exprimente calidum, & cum calido aliquid humidi, calore liqueſcunt: ſi tamen cum concreuerunt, expreſſum ſit totum humidum, non amplius liquefiunt calore niſi vehementiſſimo, ſed ſolum molleſcunt. Ibid. pag. 669, num. 6, & 7.

Ex corporibus, quæ concrescunt calore ſicco, aliqua non poſſunt amplius diſſolui, aliqua diſſoluuntur humido frigido, & afferuntur eorum exempla. Ibid. pag. 670, num. 8.

Quo pacto corpora concreſcant ratione caloris, aut frigoris, & quæ corpora ſint concretilia, vel inconcretilia. Tom. 3, pag. 675. lib. 4. Meteorol. capit. 9, num. 1, 2, 3, 4.

CONCVBITVS. Vide coitus.

CONCVPISCENTIA. Reijcitur error dicentium, quod quæ fiunt ex concupiſcentia, vel ira fiunt inuoluntariè. Tom. 2, pag. 59, lib. 3. Ethic. cap. 1, à num. 20, vſque ad finem.

Concupiſcentia eſt communis brutis, & differt ab electione. Tom. 2, pag. 60, lib. 3. Ethic cap. 2. num. 4.

Incontinẽtia concupiſcentiæ eſt peior, quã incontinentia iræ. Tom. 2. pag. 198, lib. 7. Ethic, cap. 6. nu. 1, 2, 3, 4, 5. & pag. 364, lib. 2 magnorum moralium, cap. 7, num. 16.

Qui

Qui operatur ex concupiſcentia, in nullo audit rationē, qui operatur ex ira, quodāmodo audit rationem. Tom. 2. pag. 198. lib. 7. Ethic. cap. 6. num. 1, 2. & pagin 364, lib. 2. magnorum moralium, cap. 7, num. 16.
Per concupiſcentiam magis ſumus iniuſti, quam per iram. Ibidem pag. 199, n. 4. & 5.
Quidam dicunt tres eſſe partes animæ, rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem. To. 4, pag. 318, lib. 3. de anima, cap. 8 n2.
Ad partem rationalem ſequuntur iraſcibilis, & concupiſcibilis. Ibid. pag. 319, nu 4.
Duo poſſunt diſtingui appetitus, rationalis, qui ſequitur rationem, & appetitus concupiſcentiæ ſequens phantaſiam, qui appetitus ſunt contrarij. Tom. 4, pag. 322, lib. 3. de anima, capit. 9 num. 6.
Concupiſcentia, & ira ſunt paſſiones communes animalium. Tom. 4. pag. 800 lib. Phyſiog. cap. 7, nu. 4. Vide cupiditas.
CONDALVS Mauſoli legatus, quibus artibus vteretur ad pecunias comparandas. To. 2, pag. 811. lib. 2. Oecon. cap. 2. nu. 14.
CONDENSATIO, Rarefactio. Ad condenſationem, & rarefactionem non ſunt neceſſaria vacua. Tom. 3, pagin. 120. lib. 4. Phyſic. cap. 11, per totum.
Quo pacto corpora poſſint condenſari, & rarefieri ſine vacuis. Ibid. p. 121, n. 7, 8, 9, 10.
Ad denſitatem ſequuntur grauitas, & durities: ad grauitatem ſequuntur leuitas, & mollities. Ibid. pag. 123, num. 10. Vide denſitas.
CONDIMENTVM eſt, quod quia in parua mole habet ſaporem vehementem, poteſt alios cibos condire. Tom. 5. pag. 644, ſect. 20. prob. num. 6.
CONDOLENTIA. Vide miſericordia.
CONFIDENTIA. Vide audacia.
CONFIRMATIO eſt, per quam cum rem proponendo, vel narrando propoſuimus, illam ſic, vel ſic ſe habere probamus. To. 2, pag. 881, lib. 3. Rhetor. cap. 17, num 1.
Confirmatio eſt ſecunda pars neceſſaria orationis. Tom. 1, pagin. 867. lib. 3. Rhet. cap. 13, nu. 1, & 2.
Traduntur præcepta in confirmatione obſeruanda. Tom. 1, pagin. 882. lib. 3. Rhetor. cap. 17, à nu. 5, vſque ad finem.
CONFVTATIO. Tum in deliberatione, tum in iudicio, qui prior cauſam dicit primo debet ſuam cauſam confirmare, deinde debet refutare, & ſoluere quæ poſſunt in contrarium afferri: ſi tamen plura ſint, quæ in contrariam in partem afferri poſſint, prius ſunt refutanda. Tom. 1, pag. 884, lib. 3. Rhetor. cap. 17, num. 15.
Qui ſecundo loco dicit prius debet refutare quæ ſunt ab aduerſario dicta, præſertim ſi videtur fidem apud auditores obtinuiſſe: deinde debet probare ſua. Ibidem.
CONGER, & ſcarus quatuor habent branchias, duas in latere dextro, duas in ſiniſtro, atque ex ſingulis lateribus vnam branchiam habent ſimplicem, aliam duplicem. Tom. 3, pag. 745, lib 2. de Hiſt. anim. cap. 13, num. 5.
Congri ſunt piſces læues. Ibidem num. 6.
Piſcis, qui dicitur conger, habet fel, non ad iecur, ſed ad inteſtina. To. 3. pag. 748, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 15, num 3.
Piſces longi, qui ſquammis teguntur, vt cōger, & muræna, non pariunt ouū arenidū. To. 3 p. 715, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 10, n. 2.
Congri fœtum intra ſe generant, & gerunt, & explicantur plura ſpectantia ad oua, & ad partum congrorum. Tom. 3. pag 895, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 17, num. 13.
Polypi, locuſtæ, & congri ſe in orbem vincunt. nam polypi vincunt locuſtas, locuſtæ vincunt congros, congri ſuperant polypos victores locuſtarum. Tom. 3. pag. 941, lib. 8. de Hiſt. animalium, cap. 2, n. 17.
Congri vincunt polypos, quia cum ſint læues, propter læuitatem non poſſunt à polypis apprehendi, ac retineri. Ibid. nu. 17.
Polypi ſæpe habent brachia exeſa, quia ea corroſa fuerunt à congris hoſtibus polyporum. Ibidem pag 942, nu. 19.
Congri nigri poſſunt dici piſces ambigui, quia degunt tum prope littora, tum in alto mari. Tom. 3, pag. 957, lib. 8, de Hiſt. anim. cap. 13. num. 1.
Conger ſolet ſe abſcondere certis temporibus. Tom. 3, pag. 961. lib. 8. de Hiſtor. animalium, cap. 15, num 3.
Sæpe mugiles, & congri viuunt, cauda abſciſſa, quia cauda mugilis abſcinditur à lupo, cauda cōgri abſcinditur à muræna. To. 3, p. 985. lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 2, n. 2.
Cōgri ſunt piſces lōgi, & carent pinnis, quæ ſolent adhærere parti ſupinæ. To. 4, pag. 171, lib. 4. de part. anim. cap. 13. num. 5.
CONIECTVRA. Quibus coniecturis poſſit oſtendi aliquid fuiſſe factū, vel non fuiſſe factum, eſſe faciendum, vel non eſſe faciendum. Tom. 1, pag. 801 lib. 2. Rhet. cap 19, à num. 13, vſque ad finem capitis.
CONIVGATA ſunt nomina, quæ dicuntur ab eodē, eo pacto, quo à iuſtitia dicuntur *iuſtus, iuſtum* &c. Tom. 1, pag. 862. lib. 2. top. capit. 3, num. 14.

Con-

Coniugata sunt etiam, quæ dicuntur ab aliquo vt illius effectiua, vel conseruatiua, ex. gr. sanatiuum est coniugatum à sanitate. Ibidem.

Coniugata stricte sumpta sunt nomina, & significant res, casus autem stricte sumpti sunt aduerbia, & significant modos actionum. Ibid.

Sumendo latius nomen coniugati, etiam casus sunt coniugata. Ibid.

Quo pacto ex vno eiusdem coniugationis possimus arguere ad reliqua: & quo pacto possimus etiam arguere ex coniugatis contrarij. Ibid. pagin. 462, num. 15, 16.

Proponitur locus ex coniugatis, & casibus in problemate generis. Tom. 1, pag. 494, lib. 2. topic. cap. 4, nu. 1.

Proponitur locus ex coniugatis, & casibus in problemate proprij. Tom. 1, pag. 524, lib. 5. top. cap 3, nu. 7.

CONIVGES, Coniugia. Potestas coniugalis est similis aristocratiæ. Tom. 2. pagin. 340, lib. 8. Ethic. cap. 10, nu. 6.

Prima societas naturalis est inter virum, & vxorem, & est ordinata ad finem generandi filios, & conseruandi speciem. To. 2, pag. 513. lib. 1. Pol. cap. 1, num. 4, 5, 6, 7.

Potestas viri in vxorem est naturalis, & in aliquo conuenit cum potestate politica, in aliquo differt. Tom 2. pag. 537, lib. 1. Pol. cap. 8, nu. 2.

In coniugijs duo sunt curanda: primo vt vir, & mulier non discrepent in potentia generandi: secundo vt filij neque nimis distent ab ætate patris, neque nimis sint patri propinqui. Tom 2 pag. 776. lib. 7. Pol. cap. 16, num. 1.

In coniugijs vir, & mulier non debent esse nimis adolescentes, ac vir debet esse viginti circiter annis maior muliere. Ibid. pag. 767, num. 2, 3, 4, 5, 6.

Puellæ circa annum decimum octauum, viri circa trigesimum sextum debent coniugio iungi. Ibid. pag. 768, num. 7.

Coniuges debent generationi vacare tempore hyemis, & flantibus ventis borealibus. Ibid. num. 8.

Vsque ad quam ætatem coniuges debeant generationi filiorum vacare. Ibidem pag. 769, num. 11.

Societas viri cum muliere est necessaria, nō solum ad conseruationem speciei, sed etiam ad commoditatem vitæ. Tom. 2, pag. 792, lib. 1. Oecon. cap. 3, nu 1, & 2.

Homine societas maris, & fœminæ est perfectissima. Ibid. nu. 1.

Quo pacto coniuges debeant inuicem se habere. Tom. 2, pagin. 803, lib. 1. Oecon. cap. 6. per totum.

Coniuges debent consentire in eo, vt omnia obsequia parentibus exhibeant, itaut vir parentibus vxoris non minus, quam proprijs, atque vxor vicissim parentibus viri non minus, quam proprijs inseruiat. Ibid. num. 2.

Coniuges debent curare, vt mutuo se superent in cura filiorum, ac domus totius. Ibid. num. 3.

Coniuges non solum debent se diligere, sed etiam venerari, & admirari. Tom 2, pag. 801, lib. 1. Oecon. cap. 9, nu. 1.

CONIVNCTIO est pars orationis, ac definiri potest vox non significatiua, quæ neque impedit, neque facit vocem vnam significatiuam ex pluribus vocibus aptam componi. Tom. 1, pag. 935, lib. Poetic. cap. 2, num. 6.

Coniunctio definiri etiam potest vox non significatiua, quæ ex pluribus quidē vocibus vnam, & ex significatiuis apta est facere vnam vocem significatiuam. Ibid.

Dantur tria genera coniunctionum, quarum quædam præponuntur, quædam postponuntur, quædam ponuntur in medio. Ibidem.

CONNEXIO Tragœdiæ. Vide nodus.

CONNIVERE. Grauiores aues conniuent, hoc est oculos claudunt, & aperiunt palpebra inferiore, cum homo conniueat potius palpebra superiore. Aues nocturnæ conniuent etiam palpebra inferiore Non solum aues sed etiam lacerti, aliaque animalia squallente cute contecta conniuēt palpebra inferiore. Tom 3, pag. 742. lib. 2. de Hist anim. cap. 12. num. 4

Affertur ratio, propter quam quædam aues grauiores, & quadrupedes ouiparæ conniuent palpebra inferiore. Tom. 4, pag. 65, lib. 1. de part. anim. cap. 13, num. 2, & 4.

CONON aduersa fortuna vsus omnes alios prætermittens ad Euagoram cōfugit, quia illum præstante virtute præditum existimauit. Tom. 1, pagin. 816, lib. 2. Rheton. cap. 24, num. 11.

CONSANGVINEI. Amicitia consanguinea est, quæ fundatur in consanguinitate, & sicut omnes consanguinitates fundantur in primo gradu, per quem coniunguntur parentes cum filijs, sic omnes amicitiæ consanguineæ fundantur in paterna, & filiali Tom. 2, pag. 242, lib. 8. Ethic. cap. 12, num 2.

Agitur de amicitia conſanguinea, & eius ſpeciebus. Ibid. cap.12. per totum.
CONSEQVENS dicitur, quod ſequitur neceſſario ex alio. Tom.1, pagin.186, lib.1. Prior. cap.28.initio.
Proponitur locus Rhetoricus enthymematum apparentium ex conſequenti. Tom. 1.pag.825. lib.2. Rhetor. cap.15, num.8
Si antecedens eſt poſſibile,etiam conſequens eſt poſſibile, non è cõuerſo: ſi conſequens eſt falſum, etiam antecedens eſt falſum, non è conuerſo, ſiquidem ex vero non poteſt ſequi falſum, ſed ex falſo poteſt ſequi verum, & ex impoſſibili poteſt ſequi poſſibile, & neceſſarium. Tom. 5, pag 239 lib.9 metaph. cap. 5, num 3.
CONSEQVENTIS fallacia. Vide fallacia.
CONSEQVENTER, ſeu deinceps ad aliud eſt, quod ita ad illud ſequitur, cum ordine ad aliquod primum, vt nihil medret eiuſdem generis. Tom.3, pag.156, lib.5. Phyſic cap.4,num.5. & Tom 5, pag 319, lib.11. metaph cap.13, num.5.
Conſequenter eſt veluti genus tangentis. Ibid. Tom.5, pagin.319, num.8.
CONSEQVENTIA. Proponitur locus ex antecedentibus,& conſequentibus in problemate accidentis. Tom.1,pag.455.lib.2. topic. cap.2, num.1
Traduntur, & demonſtrantur quatuor regulæ conſequentiarum. To.1,pag.217, lib 1, Prior. cap.12, num 16,17,18,19,20.
Quo pacto valeat, vel non valeat conſequentia à prædicato finito ad infinitum, & ab infinito ad finitum. Ibid. pag.213, à num.1. vſque ad 15.
CONSILIVM publicum debet eſſe accommodatum politiæ. Tom.2, pag.654, lib.4. Politic. cap.4, num.2.
Conſilium publicum habet poteſtatem decernendi de bello, & pace, de fœderibus ineundis, vel diſſoluendis,de legibus ſanciendis, vel abrogandis,de morte, de exilio, de publicatione bonorum, de reposcendis rationibus. Ibidem pagin. 655, num.3.
Quot modis poſſit conſtitui conſilium publicum, vt ſit accommodatum varijs politijs oligarchicis, vel democraticis. Ibid. pag.655, num.4, & ſequentibus.
Conſilium quo pacto mutari poſſit in laudem. Tom.1, pag. 730, lib.1. Rhet. cap.9, num.31
CONSOLATIO. Amicus conſolando præbet auxilium aduerſus triſtitiam verbis, & aſpectu, præſertim ſi ſit dexter: ad hoc autem auxilium ferendum iuuatur, quia cum cognoſcat mores amici, ſcit quibus delectetur Tom. 2, pag. 274, lib.9 Ethic. cap.11, num. 5.
CONSONANTES fiunt ex voce tanquam ex materiâ,& perguttur, & labia tãquam per inſtrumenta. Tom.3, pag. 818, lib.4. de Hiſt. anim. cap 9, nu.2.
Locutio fit ex vocalibus, & conſonantibus tanquam ex primis elementis. Ibid.
CONSONANTIA. Conſonantiæ, in quibus dantur proportiones aliquorum numerorum,ſunt delectabiles auditui, conſonantiæ carentes talibus proportionibus non ſunt auditui delectabiles. To.4, pag 342, lib. de ſenſ. & ſenſibili cap. 3, num. 12.
Explicatur proportio inter conſonantias delectabiles auditui, & colores delectabiles viſui. Ibid
Conſonantia conſiſtit in proportione numerorum in ſonis. Tom.5,pag.412,lib.14. metaph. cap 8, num.2.
Conſonantiarum cauſæ non poſſunt eſſe numeri ideales. Ibidem pagin. 415, num. 9, cap. 10.
Conſonantia conflata ex vocibus differentibus vocatur antiphonum, & eſt ſuauior conſonantia conflata ex vocibus vniſonis, quæ dicitur ſymphonum. Tom. 5, pag. 626, ſect. 19. prob. num.16, & pag. 636, num 39.
Quare poſſit componi conſonantia, quæ ſit bis diapaſon, at non poſſit componi conſonantia, quæ ſit bis diateſſaron, vel bis diapente. Ibid. pag.632 num.34.
Omnis conſonantia collocanda eſt aut in proportione multiplici, aut in ſuperparticulari. Ibid.
Vide ſymphoniæ
CONSONANTIA diapaſon, Vide diapaſon.
CONSONANTIA. diateſſaron. Vide diateſſaron.
CONSONANTIA diapente, Vide diapente.
CONSTANTIA. Vide tolerantia.
CONSVETVDO eſt ſim ilis naturæ, & eſt quaſi altera natura, quia ſicut natura facit, vt ſemper eodem modo operemur, ita conſuetudo facit, vt ſæpè eodem modo operemur. Tom. 1, pagin. 736, lib.1. Rhet. cap. 11, num 4.
Sicut quæ fiunt ſecundum naturam ſunt iucunda, ita quæ fiunt ſecundum conſuetudinem ſunt iucunda. Ibid.
Quia conſuetum eſt iucundum. ideo iucundum eſt eadem ſæpius agere. Ibid. pag. 704, num.16.

Facilius corriguntur qui ſunt incontinentes ex conſuetudine, quam qui incontinentes ex natura, quia facilius eſt mutare conſuetudinem, quæ eſt altera natura, quam mutare ipſam naturam. Tom. 2. pag. 109, lib. 7 Ethic. cap. 10, num. 5.

Vt homines euadant boni, debent à iuuentute aſſueſcere ad officia virtutis. Tom. 2, pag. 303, lib. 10. Ethic. cap. 9, nu. 7.

Ab adoleſcentia debent homines aſſueſcere delectari honeſtis, & dolere turpibus. Ibid. pag. 302, num. 5.

Conſueta moleſta eſſe deſinunt. Ibid.

Eorum, quæ ſæpe cogitauimus, facillimè reminiſcimur, quia conſuetudo reminiſcendi tranſit in quandam naturam. Tom. 4. pag. 381, lib. de mem. & reminiſ. cap. 3, num. 15.

Conſueta libentius audiuntur, & facilius admittuntur, & cum audimus inconſueta, videntur nobis minus veriſimilia conſuetis, quia ſunt minus nota. Tom. 4, pag. 53, lib. 2. metaph. cap. 3. nu. 1.

Aliquæ nationes propter conſuetudinem multa fabuloſa, & puerilia firmiùs credunt, quam ſi de ipſis haberent demonſtrationem, & ſcientiam. Ibidem.

Emplaſtra debent identidem mutari, quia aſſueta non ſentiuntur, neque ab illis fit paſſio. Tom. 5, pag. 855, ſect 1. problem. num. 46.

Medicamenta, quibus aſſueuimus, non habent amplius rationem medicamenti. Ibidem.

Conſuetudo ex vna parte auget habitum, ex alia non cauſat ſatietatem, ideoque cum facimus ea, quibus aſſueuimus, delectamur. Tom. 5, pag. 660, ſect. 11. prob. num. 14

Quare ex vna parte delectemur cibis, quibus aſſueuimus, ex alia parte ſi ijſdem cibis crebrius vtamur, cauſent faſtidium. Ibid.

Delectamur aſſuetis, ſed etiam quæ ſũt ſuauia propter conſuetudinem, vſu crebriore cauſant faſtidium, quia defatigant vires actiuas. Ibidem.

CONSVL, Conſulatus. Apud mileſios conſul erat plurimarum, & magnarum rerum potens, ideoque ſæpe conſul occupabat tyrannidem. Tom. 2, pag. 677, lib. 5. Politic. cap. 5, num. 3.

Conſules in quibusdam ciuitatibus quinam appellarentur. Tom. 2, pag. 728, lib. 7 Pol. cap 8, num. 8.

CONSVLTATIO, Conſultabile. Ex conſultationibus probatur libertas, & contingentia, quia ſruſtra conſultamus de ijs, ad quæ datur neceſſitas ante omnem noſtram conſultationem. Tom. 1, pagin. 78, lib. 1. Periherm. cap. 6, num 9.

Circa quæ verſetur deliberatio, ſeu conſultatio. Tom. 1, pag. 701, lib. 1. Rhetor. cap. 4. per totum.

Non conſultamus de neceſſarijs, neque de omnibus contingentibus, ſed ſolum de ijs, quæ ſunt in noſtra poteſtate, & ſi inueniamus aliqua non eſſe in noſtra poteſtate, à conſultatione deſiſtimus. Ibid. pag. 701, num. 1.

Conſultabilia ſunt quæ in noſtra ſunt poteſtate, ita vt licet non habeamus certum modum illa efficiendi, adhuc habeamus modos, per quos ſæpe eueniant Tom. 2, pagin. 63, lib. 3. Ethic. cap. 3, num. 6.

Diſciplinæ practicæ certiſſimæ non conſultant: ſolæ diſciplinæ non omnino certæ conſultant, & ex ijs, quæ minorem habent certitudinem, magis conſultant. Ibidem num. 3, & 4.

Scientiæ ſpeculatiuæ conſultant ſolum de modo, & ordine procedendi, ſcientiæ practicæ conſultant de modo efficiendi. Ibid. num. 5.

Quis ſit modus conſultandi. Ibid pag. 64, num. 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Conſultatio quo pacto ſe habeat ad electionem. Ibid pag. 65, num. 13, & 14.

Non conſultamus de fine, ſed de medijs, & ſi occurrat mediũ neceſſarium ad finem, quod non ſit in noſtra poteſtate, deſiſtimus à conſultatione. Ibid. pag. 64, num. 7, & 10.

Conſultatio alia eſt artificialis, alia inartificialis. Tom. 2, pagin. 437, lib. 2. moral. ad Eud. cap. 11, num. 2

In ordine ad quos fines homines ſoleant cõſultare. Ibid. num 3, & 4.

Præcipuum munus prudentiæ eſt poſſe bene conſultare, ideoque prudens eſt bene cõſultatiuus. Tom. 2, pag. 168, lib. 6 Ethic. cap. , num. 4.

Bonus conſultator eſt, qui poteſt ratiocinando conijcere, & inuenire, per quasnam actiones poſſit conſequi optimum finem, & ſummum bonum totius vitæ humanæ. Ibid.

Politicæ duæ ſunt partes, cõſultatiua, & decretiua: nam & deliberandum eſt de agendis, & præmiſſa deliberatione, ſtatuendum eſt, quid ſit agendum. To. 1, pag. 169, lib. 6 Ethic. cap. 8. num. 1.

Digitized by Google

Quo pacto fortuna possit esse causa, vt bene consultemus. Tom.2. pagin.505, lib.7. moral. ad Eud. cap.8. num.1, & 2.

Officium rationis est consultare, vtrum sit faciendum hoc potius, quam aliud. Tom.4, pag.124, lib.3. de anima cap. 10, num.4.

Vide deliberatio.

CONSVLTATIO bona. Vide Eubulia.

CONTACTVS. Ostenditur, quod ad agendum,& mouendum tum motu locali, tum motu alterationis, tum motu augmenti requiritur contactus agentis,& mouentis ad passum, & mobile. To.3, pag.208, lib.7. Physic. cap.3. per totum

Tangere proprie est, quod duo habentia situm, & magnitudines discontinuas sint simul secundum extrema, cum sint mutuo actiua, & passiua. Tom. 3, pag.475, lib.1. de Generat. cap. 14, num.6.

Explicantur quatuor conditiones requisitæ ad contactum. Ibidem pag. 474, num.2, 3, 4, 5.

Minus proprie dicitur etiam tangere quod mouet, & non mouetur. Ibid. pag. 475, num. 7.

Punctum indiuisibile habet vnicum modum tangendi, cum solum possit tangere secundum se totum: at linea habet duos modos tangendi, cũ possit tangere secundum se totam, & secundam extremitatem sui. Tom. 4, pag. 770, lib. de lineis insecab. cap. 3, num.8.

Terminus proprie non tangit id, cuius est terminus,nec vllam eius partem, sed pure illud terminat Ibidem pagin. 783, cap.5, num.3.

Punctum non tangit lineam, linea non tangit superficiem, ac superficies non tangit solidum. Ibidem num.4.

CONTAGIVM. Morbi pestilentiales sunt contagiosi,quia comparantur ad naturam sicut actiuum ad suum passiuum, & sicut ignis ad stupam. Tom. 5, pag. 439, sect.1. prob. num. 7.

Quare Phthisis, lippitudo, & scabies sint morbi contagiosi. To.5, pag.513, sect.7. prob. num 4

Omnes morbi, qui vitiant halitum, seu spiritum, sunt contagiosi. Ibidem num 4.

Vide pestis.

CONTEMPLATIO. Felicitas consistit principaliter in contemplatione. Tom. 2, pag. 293, lib. 10. Ethic. cap. 7. per totum.

Contemplatio est operatio optima, præstantissima, & iucundissima: potest esse maximè continua, indiget paucis adiumentis, maximè amatur propter se ipsam,& est quoddam otium, ideoque in ea principaliter consistit felicitas. Ibid. pag. 294, cap.7, nu. 3, & sequentibus, & cap. 8. per totum.

Vita contemplatiua videtur esse supra hominem. Ibidem pag.295, cap. 7, num 9, 10, & 11.

Deus & substantiæ separatæ sunt felices per contemplationem. Ibid. pag.498, cap 8, num.5, & 6.

Vtrum vita contemplatiua sit expetibilior actiua. Tom.2, pag.734, lib.7, Polit. cap. 2, num 5, & 6. & cap 3. per totum.

Contemplatio, & amor primi amabilis est vita quædam optima,& delectabilissima, quam nos paruo tempore participamus. Tom. 5, pag. 538, lib. 12. metaph. cap 7, num. 1.

Deus est beatissimus,quia semper habet perfectissimam contemplationem sui ipsius. Ibid, pag 339, num.4.

CONTEMPTVS est actus significatiuus opinionis, qua opinamur alterum nulla, vel parua æstimatione dignum videri. Tom. 1. pagin. 760, lib. 2. Rhetor. cap.2, num 3.

Tres sunt species contemptus, despicientia, incommodatio, & contumelia, & quid sint. Ibid. pag. 761, num.4.

Contemptus immeritus est causa iræ. Ibid. pag. 760, num.2.

Quosnam homines soleant contemnere. Tom.2, pagin 789, lib.2. Rhetor. cap.11, num. 9.

Cõtemptus est contrarius æmulationi, ideoque sicut æmulamur eos,qui bonis honorabilibus sunt cumulati,ita contemnimus eos, qui bonorum honorabilium sunt expertes. Ibidem

Homines censent se immerito contemni, cum parui penduntur ab ijs, à quibus existimant se debere magni fieri, hoc est ab inferioribus, vel ab ijs, à quibus existimant se debere recipere beneficia. To. 1, pag. 761, lib.2. Rhet. cap.2, num 5.

Aliquando ex contemptu causantur seditiones, & mutationes Rerumpublicarum, cum scilicet qui excluduntur à gubernatione, indignantes, & contemnentes eos,à quibus excluduntur,contra ipsos insurgunt. Tom. 2, pag. 760, lib. 5. Polit. cap.2, num.5

Vide Contumelia.

CON-

Digitized by Google

CONTENTIOSVS ſyllogiſmus. Syllogiſmi contentioſi, ſeu litigioſi ſunt, qui non procedunt ex proprijs artium, ſed ex cõmunibus, & per hoc differunt à ſyllogiſmis pſeudographis, qui procedunt ex proprijs artium. Tom 1. pag 635. lib. 1. Rhet. cap 10. num. 4.

Syllogiſmi contentioſi habent pro fine victoriam, & ſunt fallaces, ac iniuſti. Ibid. num. 5.

Contentioſi differunt à ſophiſticis per hoc, quod ſophiſtæ habent pro fine, vt videãtur ſapientes, contentioſi habent pro fine victoriam. Ibidem num. 6.

CONTIGVVM eſt genus continui, ſiquidem omnia continua ſunt contigua non è conuerſo To. 1, pag. 489, lib. 4 Top. cap. 1, nu. 10: & To. 3. pag. 156, lib. 5. Phyſ. cap 4, nu. 9. & To. 5, pag. 320, lib. 11. metaph. cap. 13, nu. 8.

Contiguum eſt, quod ita conſequenter ſe habet ad aliud, vt tangat illud. Tom. 3, pag. 156. lib. 5 Phyſ. cap. 4 num. 6.

Contigua, ſeu tangentia ſunt, quorum extrema ſunt ſimul. Tom. 5, pagin. 319, lib. 11. metaph. cap. 13, num. 2.

CONTINENS. Continentia. Incontinentia.

Continens eſt, qui licet habeat prauas cupiditates, quia ſcit illas eſſe prauas, non operatur iuxta cupiditates, ſed iuxta rationem: incontinens è conuerſo eſt, qui operatur contra id, quod recta ratio præſcribit. Tom. 2. pag. 183. lib. 7. Ethic. cap. 1. num. 6.

Continentia licet ſit habitus bonus in genere moris, tamen propriè non eſt virtus: incontinentia licet ſit habitus malus in genere motis, tamen propriè nõ eſt vitium. Ibid pag. 183. num. 1, 2, 6.

Quæ communiter admittantur circa continentiam, & incontinentia Ibid. pag 184, num. 6.

Proponuntur dubitationes circa continentiam, & incontinentiam. Tom. 2, pagin 184, lib. 7. Ethicor. capit. 2. per totum. & pag. 359. lib. 2. magn. moral. cap. 7, nu. 1, & ſequentibus.

Continentia, & incontinentia verſantur circa eandem materiam, circa quam verſantur temperantia, & intemperantia, hoc eſt circa voluptates guſtus, & tactus, & quo pacto continens differat à temperante, & incontinens ab intemperante. To. 2, pag. 189. lib. 7. Ethic. cap. 3, num. 2, 3, & 4. & pag. 367. lib. 2. magn. moral. cap. 7, num. 21, 23.

Verum, & quo pacto incontinentes operentur ſcientes nõ eſſe agendum id, quod agunt. Tom. 2, pagin. 188. lib 7. Ethicor. capit. 3. per totum. & pagin. 591, lib. 2. magnorum moralium capit. 7, num. 10, 11, 12.

Incontinens eſt ſicut ebrius, & propter vehementiam paſſionis valde imperfectè cognoſcit, quid ſit agendum. Tom. 2. pag. 190. lib. 7. Ethic. capit. 3. num. 8. & ſequentibus.

Continentia, & incontinentia ſimpliciter verſantur ſolum circa delectabilia neceſſaria guſtus, & tactus, circa alia delectabilia verſantur ſolum continentia, & incontinentia ſecundum quid. Tom. 2, pag. 192, lib. 7. Ethicor. cap. 4. per totum, & pag 363. lib. 2. mag. mor. cap. 7, num. 15.

Circa voluptates beſtiales datur ſolum quædam continentia, & incontinentia proportionalis. Tom. 2, pag. 196, lib. 7. Eth. capit. 5, num 3, 4, 5, & 6.

Quo pacto differant incontinentia humana, & incontinentia beſtialis, & circa quas voluptates verſentur. Ibid. pag. 195, cap. 5. per totum.

Incontinentia concupiſcentiæ eſt peior, quam incontinentia iræ, quia per incontinentiam concupiſcentiæ operamur magis irrationabiliter, & ex alijs rationibus. Tom. 2. pag. 198. lib. 7. Ethic. cap. 6, nu. 1, 2, 3, 4, 5, & 6, & pag. 364, lib. 2. magn. mor. cap. 7, num. 16.

Incontinentia beſtialis eſt minus nociua, ſed eſt horribilior, quam incontinentia humana. Tom. 2, pagin, 200. lib. 7. Ethic. cap. 6 num. 8.

Quo pacto continentia, & incontinentia differant à temperantia, & intemperantia, à tolerantia, & mollitie. Tom. 2, pag. 200, lib. 7. Ethicor. cap. 7, num. 1, 2, & 3, & pagin. 364. lib. 2. magnor. moral. cap. 7, num. 17, & 18.

Temperantia eſt melior, quam continentia, intemperantia eſt peior, quam incontinentia, ſed continentia eſt melior, quam tolerantia, incontinentia eſt peior, quam mollities. Tom. 2 pag. 202, lib. 7. Ethic. cap. 7, num. 4, & 5.

Iocoſitas non eſt ſpecies incontinentiæ. Ibidem pag 203, num 6.

Incontinentia eſt duplex, prima ex imbecillitate, ſecunda ex temeritate, quæ ſolet dari in ijs, qui ſunt acuti propter complexionem cholericam. Ibidem pag. 203, num. 7.

num. 7, & pag. 366, lib. 2. magn. moral. cap 2, num. 21.

Incontinens ex imbecillitate eſt peior, & minus curabilis, quam incontinens ex temeritate. Tom. 2. pag. 204, lib. 7. Ethic. cap. 8. num. 4. & pag. 209. cap. 10, num. 4. & pag. 366. lib. 2. magnor. moral. cap 7. num. 21.

Intemperans eſt peior incontinente: intemperans, & continens conueniunt in actionibus, & propter quam cauſam incontinentem poeniteat, intemperantem non poeniteat. Tom. 2, pag. 203, lib. 7. Ethic. cap. 8, per totum. & pag. 365, lib. 2 mag. mor. cap. 7. num. 19, 20.

In qua ratione perſiſtat continens, ac non perſiſtat incontinens. Tom 2, pagin 205, lib. 7. Ethic. cap. 9 num. 1, & 2.

Continens, & incontinens in quo conueniant, & diſconueniant à pertinaci. Ibid. pag. 206, num. 3, & 4

Quo pacto continentia ſit media inter duo vitia extrema. Ibidem pag. 207, num. 5, & 6.

Idem non poteſt ſimul eſſe incontinens, & prudens: quo pacto incontinentia ſe habeat ad prudentiam. Tom. 2, pag. 208, lib. 7. Ethicor. cap. 10. num. 1. 2, 3, & 4. & pag 367, lib. 2. magn. moral. cap. 7, num. 24.

Incontinens ex conſuetudine eſt magis curabilis, quam incontinens ex natura. Ibid. pag. 209, num. 5.

Incontinentes per intellectum practicum cognoſcunt, & imperant quid ſit agendum, & tamen illud non agunt, ſed operantur, & agunt ſecundum concupiſcentiam. Tom. 4, pag. 320, lib. 3. de anima cap. 8, num. 9.

Continentes appetunt, & capiunt, & tamē non operantur ſecundum appetitum, ſed ſecundum rationem. Ibid. num. 10.

Continens operatur ſecundum rationem, & ſecundum appetitum rationalem contra appetitum concupiſcentiæ: incontinens operatur ſecundum appetitum concupiſcentiæ, & ſecundum phantaſiam cōtra rationem, & contra appetitum rationalem. Tom. 4, pag. 321, lib. 3. de anima cap 9, num. 6.

Continentiam, & temperantiam maximè laudamus in iuuenibus, & diuitibus, quia ea maximè indigent. Tom. 5 pag. 714. ſect. 28. prob. num. 4.

CONTINGENS. Contingentia. Contingentiæ opponitur ſola neceſſitas abſoluta, non autem neceſſitas ex ſuppoſitione. Tom. 1, pag. 79, lib. 1. Periherm. cap. 6, num. 10, 11.

Contingentia datur, & probatur ex conſultationibus, ſiquidem de neceſſarijs nemo conſultat. Ibidem pag. 78, num 9.

Quo pacto propoſitiones de futuris contingentibus ſint determinatè veræ, vel falſæ. Tom. 1, pag. 76, lib. 1. Periherm. cap. 6. per totum.

Contingens, hoc eſt quod aliquando eſt, aliquando non eſt, ſi incipiat eſſe per generationem, deſinat eſſe per corruptionem, habet aliquam cauſam. Tom. 3. pagin. 254, lib. 8. Phyſic. cap. 9, num 3.

Explicatur, quo pacto, data ſerie cauſarum, quædam generentur neceſſario, quædam contingenter. Tom. 4. pag. 524, lib. 2. de Generat. animal. capit. 11, num. 3, 4, 5, 6, 7.

Futura contingentia non reducuntur ad aliquam cauſam per ſe, qua poſita, non poſſint non ſequi, vt docuerunt quidam antiqui. Tom. 5. pagin 303, lib. 11. metaph. cap. 9, num. 7.

Quod eſt in potentia ad eſſe, & non eſſe, eſt contingens. Tom. 5, pagin. 397. lib. 14. metaph. capit. 3. num. 11.

CONTINVVM. Quantitas diuiditur in continuam, & diſcretam. Quantitas continua eſt, cuius partes copulantur ad aliquem communem terminum. Sunt autem quantitates continuæ linea, ſuperficies, corpus, ſeu ſolidum, locus, & tempus. Tom. 1, pag. 40. lib. Prædicam. cap. 7, num. 1, 2, 4, 5, 6.

Continuum eſt ſpecies contigui, quia omne continuum eſt contiguum, non è conuerſo. Tom. 1, pag. 489, lib. 4. top. cap. 2. nu. 10, & Tom. 3, pag. 156, lib. 5. Phyſicor. cap. 4. num. 9. & Tom. 5. pag. 320, lib. 11. metaph. cap. 13, num. 8.

Continui diuiſio non eſt infinita actu, ſed potentia, ideoque numeri nō ſunt infiniti actu, ſed potentia, ac numerus maior, & maior non eſt ſeparatus, nec ſeparabilis à ratione continui, cum per ſolam diuiſionē continui poſſit numerus augeri in infinitum. To. 3. pag. 90, lib. 3. Phyſ. c. 11, n. 2.

Continuum eſt, cuius vtraque extrema quibus ſe tangunt, vnum, idemque fuerint facta, atque adeo partes continentur vno extremo, ac termino communi. To. 5, pag. 156. lib. 5. Phyſ. cap. 4. nu. 7. & Tom. 5. pag. 319. lib. 11. metaph. cap. 13, nu. 2.

Digitized by Google

Illa ſunt continuabilia, quæ poſſunt fieri vnum tactu, & continuatio eſt vltima in generatione, ſiquidem vt aliqua continuentur, debent ſe tangere. Ibid. n. 8, & 9.

Ex definitionibus contigui, continui, & conſequenter ſe habentis oſtenditur continuum non poſſe componi ex indiuiſibilibus. Tom. 3, pagin. 170, lib. 6. Phyſic. cap. 1. per totum.

Continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Ibidem num. 4.

Continuum ſi cõſtat ex partibus actu infinitis, pertranſiri non poteſt, ideoque conſtare debet ex partibus infinitis ſolum potentia. Tom. 3, pag. 269, lib. 8. Phyſic. capit. 13, num. 4, 5, 6, 7, 8.

Oſtenditur rationibus tum mathematicis, tum phyſicis, corpora non componi ex ſuperficiebus, lineis, & punctis indiuiſibilibus, adeoque continuum non conſtare ex indiuiſibilibus. Tom. 3, pag. 394, lib. 3. de cœlo, cap. 3. per totum.

Continuum ita eſt diuiſibile in infinitum, vt non poſſit habere omnes partes ſimul diuiſas, & ita ſimul habet potentiam ad omnem diuiſionem, vt non habeat potentiam ad omnem diuiſionem ſimul, ſiue ita habet ſimultatem potentiæ ad omnem diuiſionem, vt non habeat potentiam ſimultatis ad omnem diuiſionem. Tom. 3, pag. 450, lib. 1 de Gener. cap. 4. per totum. & Tom. 5, pag. 242, lib 9 metaph. cap. 7, num 4.

Verum, & quopacto qualitates ſenſibiles ſint diuiſibiles in infinitum, ſicut corpora continua, in quibus recipiuntur Tom. 4, pag. 258. lib. de ſenſu, & ſenſ. cap. 6, per totũ.

Proponuntur, & ſoluuntur rationes, quibus probatur continuum componi ex indiuiſibilibus. Tom. 4, pagin. 765, lib. de lin. inſec. cap. 1, & 2. per tota.

Numerus componitur ex indiuiſibilibus, at continuum componi non poteſt ex indiuiſibilibus. Ibidem pag. 770. cap. 2, nu. 4,

Tempus eſt eodem pacto continuum, ac diuiſibile in infinitum, ſicut magnitudo. Ibidem pag. 771, num. 8.

Oſtenditur rationibus mathematicis & phyſicis nullas dari lineas inſecabiles, ac proinde continuum eſſe diuiſibile in infinitũ. Tom. 4, pagin. 772, lib. de lineis inſecab. cap. 3. per totum.

Oſtenditur lineas, ac continuum non componi ex punctis indiuiſibilibus. Ibidem pag. 779, cap. 4, per totum.

Continua ſunt vnum per ſe, to. 5, pag. 123, lib. 5. metaph. cap. 6, num. 3.

Explicantur plures ſpecies continuorum, quæ ſunt continua ſe ipſis, vel per aliud, per artem, vel per naturam. Ibid. n. 3. & 4.

Continua per naturam ſunt magis vnum, quam continua per artem. Ibid. num. 3.

Quia in continuo non datur aliquid ſimpliciter indiuiſibile, quo poſſit menſurari, ſumitur vt prima menſura aliquid indiuiſibile ſecundum ſenſum. Tom 5, pag. 257. lib. 10. metaph. cap. 2, num. 3.

CONTRADICTIO, Contradictoria. Contradictoriè opponuntur, quæ ſe habent ſicut affirmatio, & negatio, ſicut eſſe, & non eſſe, & proprietas contradictoriorum eſt, vt de quocunque ſubiecto alterum ex contradictorijs ſit verum, alterum falſum. Tom. 1, pag. 59, lib. Prædicam. cap 12, num. 12.

Contradictio eſt affirmatio, & negatio inuicem oppoſitæ per hoc, quod ſint eiuſdem prædicati de eodem ſubiecto, non æquiuocè, & cũ alijs adiunctis lib. 1. Elenchorum, cap. 4, num. 8. Tom. 1, pag. 72, lib. 1. Periherm. cap. 4, num. 6.

Cõtradictio eſt affirmatio, & negatio eiuſdẽ de eodem nõ ſolum nominis, ſed rei non ſynomini, ſed omnino eiuſdem, & ſecundum idem, & ad idem, & ſimiliter, & in eodem tempore Tom. 1, pag. 616, lib. 1. Elench. cap. 4, num. 8.

Vni affirmationi opponitur contradictoriè vnica tantum negatio. Tom. 1, pagin. 74, lib. 1 Periherm. cap. 5, num. 5.

Ex propoſitionibus contradictorijs ſingularibus de futuris contingentibus nõ eſt neceſſe, vt altera determinatè ſit vera, altera falſa, ſed ſolum vt altera indeterminatè ſit vera, altera falſa. Tom. 1, pag. 76, lib. 1. Periherm. cap. 6, num. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.

Examinatur, vtrum ad aſſignandam contradictoriam enũciationi modali negatio debeat præponi modo, vel dicto. To. 1, pag. 90. lib. 2. Periherm. cap. 3, nu. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

Ex propoſitionibus oppoſitis contradictoriè poteſt non quidem in prima figura, ſed in ſecunda, & tertia fieri ſyllogiſmus concludens aliquid impoſſibile, & explicatur, quot modis fieri poſſit. Tom. 1, pag. 256, lib. 2. Prior. cap. 18, 19, 20. per tota.

Cum vnum contradictorium dicitur multipliciter, etiam aliud dicitur multipliciter. Tom. 1, pag. 439, lib. 1. top. cap. 13, nu. 7.

Proponitur locus ex contradictorijs in problemate accidentis. Tom. 1, pagin. 460, lib. 2. topic, cap. 3, num. 9.

Quid sit, & quo pacto valeat consequentia è conuerso in contradictorijs. Ibid. nu. 8.
Locus ex contradictorijs in problemate generis est: si assignatum genus conuenit assignatæ, speciei, contradictorium speciei conueniet contradictorio generis. Explicatur locus, & eius vsus. Tom. 1, pag. 495, lib. 4. topic. cap. 4, num. 6.
Primus locus ex contradictorijs in Problemate proprij est: si vnum ex prædicatis contradictorijs est proprium subiecti, alterum nō est proprium eiusdem subiecti. Secundus locus est: si vnum contradictorium est proprium vnius contradictorij, aliud contradictorium est proprium alterius, & si vnum non est proprium, nec aliud. Tertius est: quod est propriū vnius contradictorij, non est propriū alterius. Tom. 1. pag. 523, lib 5. top. cap. 3. num. 5.
Quo pacto ex ignorantia contradictionis videatur sophista cogere ad contradictionem, licet verè non cogat. Tom. 1, pag. 616, lib. 1. Elench. cap. 4, num. 8, 9, 10.
Quod contradictoria non possint verificari, est primum, & certissimum principium, quod licet ab Heraclito negatum fuerit ore, non potest negari mente. Tom. 5, pag. 89, lib. 4. metaph. cap. 3. nu. 6, & 7.
Quod contradictoria non possint verificari, non potest probari ostensiuè, potest probari redargutiuè. Tom. 5. pag. 90, lib. 4. metaph. cap. 4, nu. 1, 2, & 3. & pag. 293, lib. 11. metaph cap. 5, num. 1, & 2.
Afferuntur rationes ad probandum redargutiuè contradictoria verificari non posse. Ibid. pag. 91. à num. 3. vsque ad finem, & pag. 293, num. 3, 4, 5, 6, 7.
Etiam qui dicunt contradictoria verificari, de facto operantur, ac si non verificarentur. Ibid. pag 97, num. 16.
Error dicens contradictoria esse vera, est mutuo connexus cum errore dicente quidquid apparet esse verum. Tom. 5, pag. 98, lib. 4 metaph. cap. 5, num. 1. & pagin. 295. lib. 11. metap cap. 6, num 1.
Aliqui dixerunt contradictoria esse vera ex infirmitate intellectus, alij ex proteruia. Tom. 5. pag. 99, lib. 4. metap. cap. 5, nu. 2.
Quo pacto aliqui ex sensibilibus desumpserint occasionem errandi, & opinandi cōtradictoria esse vera. Ibid. pag. 99, nu. 3, & pag. 295. lib. 11. metap. cap. 6, num. 2, 3.
Ostenditur inter contradictoria non dari medium. Tom. 5. pag. 107, lib 4. metap. cap. 7, per totum.
Quia contradictoria potentia insunt in rebus sensibilibus, ac mutabilibus, aliqui putarunt illa simul inesse actu. Tom. 5. pag. 99, lib. 4. metaph. cap. 5, num. 3. & pag. 295, lib. 11. metaph. cap. 6, nu. 3, 4, 5.
Concessis contradictorijs, aufertur locutio, & homo euadit veluti planta. Tom. 5, pag. 93, lib. 4 metap. cap. 4, num. 8.
Contradictio est oppositio prima, & simplicissima, & quæ includitur in alijs oppositionibus, in eaque non datur mediū. Tom. 5, pag. 268, lib. 10. metaph. cap. 7, num. 2.
CONTRARIA, Contrarietas. Cōtrariè opponuntur, quæ hæc ipsa, quæ sunt, nullo modo ad se inuicem dicuntur, sed contraria sibi inuicem dicuntur. Tom. 1. pag. 56, lib. Prædicam. cap. 12, nu. 3.
Contraria differunt à relatiuis per hoc, quod relatiua dicuntur alterius oppositi, at contraria non dicuntur alterius, sed solum dicuntur contraria alteri. Ibidem.
Quænam contraria habeant, vel non habeant medium positiuum. Ibid. pag. 56 num. 4.
Afferuntur aliqua discrimina, per quæ contraria differunt à priuatiuis. Ibidem pag. 58, num. 8, 9, 10, 11.
Contrarium bono semper est malum. Ibid. pag. 60, num. 13.
Contraria non possunt simul inesse eidem subiecto. Ibid. pag. 60, num 14.
Contraria nata sunt fieri circa subiectum vnum specie. Ibid. num. 15.
Contraria vel sunt in eodem genere, vel in contrarijs generibus, vel ipsa genera sunt contraria. Ibid. num. 16.
Enunciationes contrariæ sunt affimatio, & negatio, per quas prædicatum affirmatur, & negatur vniuersaliter de eodem subiecto vniuersali: Tom. 1, pag. 73, lib. 1. Per. cap. 5, num. 2:
Enunciationes contrariæ non possunt esse simul veræ, sed possunt esse simul falsæ. Ibidem pag 74, num. 3.
Ex præmissis oppositis contrariè, vel contradictoriè potest fieri syllogismus, non quidem in prima figura, sed in secunda, & tertia concludens aliquid impossibile, & explicatur, quot modis fiat. Tom. 1. pag. 256, lib. 2. Prior. cap. 18, 19, 20
Quot modis possimus simul opinari contraria, & in hoc decipi Tom. 1, pag. 267, lib 2. Prior. cap. 26, per totum.
Vnde desumatur contrarietas opinionum. Tom 1, pag. 99, lib. 2. Periher. cap 4, nu. 1. & sequentibus.

Verum

Verum affirmationi veræ alicuius ſit contraria negatio falſa eiuſdem, vel affirmatio contrarij. Ibidem pag.98,cap. 4, per totum.

Cum vnum contrarium dicitur multipliciter, etiam aliud dicitur multipliciter. To. 1,pag.437,lib.1. Topic.cap.13,num.233.4.

Quod in quantum dicitur de vno habet cõtrarium, & in quantum dicitur de altero non habet contrarium, dicitur multipliciter.Ibid. pag.438,num.5.

Si duo contraria in quantum dicuntur de aliquibus habent medium, in quantum dicuntur de alijs non habent medium, dicuntur multipliciter. Ibid. pagin. 438, num.6.

Contrariorum eſt eadem diſciplina. Tom. 1, pag 448.lib.2. Topic. cap. 2, num. 4,& 5.

Contraria prædicata poſſunt ſex modis cũ ſubiectis contrarijs combinari. Tom. 1 pagin. 458,,lib.2. Topicor.cap.3.nu.1, 2.

Eidem plura poſſunt eſſe contraria. Ibidem 459,num.

Idem ſubiectum eſt contrariorum ſuſceptiuum. Ibidem pagin.460,num.7.

Si ſubiecto ineſt vnum contrarium, impoſſibile eſt aliud ineſſe.Ibid.pag.459,nu.5.

Si ſubiectum non eſt ſuſceptiuum vnius contrarij,neque eſt ſuſceptiuum alterius. Ibidem pag.460,num.7.

Si ad vnum contrarium ſequitur vnum cõtrarium,ad aliud contrarium ſequitur aliud contrarium, vel eodem ordine, vel commutato. Ibidem pag. 461,nu.10,11.

Proponuntur loca ex contrarijs in problemate accidentis.Ibid pag.459,num.2,3,4, 5,6,7,10,11.

Proponuntur loca ex contrarijs in problemate generis. Tom.1 pagin. 492. lib. 4. Topic.cap.3,a num.8,vſque ad 15.

Cum vnum contrarium eſt proprium vnius contrarij, aliud contrarium eſt proprium alterius contrarij. Tom. 1. pag.522, lib. 5. Topic. cap. 3, nu.2.

Ex contrarijs neutrum debet definiri per alterum,ac contraria debent ſimiliter definiri. Tom.1, pag 153, lib.6.Topic.cap. 2,num.2.

Rationabile videtur, vt contraria conſtituantur contrarijs differentijs. Tom.1. pag. 569, lib. . Topic. cap. 1,num.24.

Cum contraria ſunt in eodem genere,conſtituuntur per differentias contrarias, at cum contraria ſunt in diuerſis generibus, nil prohibet eamdem differentiam prædicari de vtroque cõtrario.Ibid pag.569, num.5.

Quot ſint conbinationes generis, & differentiæ contrariorum. Ibidem pagin.570 num. 26.

Cum vni contrariorum ineſt vnum contrarium, alteri contrariorum inerit alterum contrarium. Tom. 1, pag.812, lib.2,Rhet, cap. 24, num. 1.

Examinatur, vtrum definitio vnius contrarij poſſit demonſtrari per definitionem alterius contrarij. Tom.1. pag.383.lib.2. Poſter. cap.4, num. 4,5,6.

Contrariorum eſſentia, ac definitio eſt contraria.Ibidem num 5.

Afferuntur quinque modi, quibus in diſputatione petitur contrarium. Tom.1, pag. 600,lib. 8. Topic,capit.4, num.35,36,37. 38, 40.

Omnes antiqui poſuerunt principia contraria, ſed alij vniuerſaliora,alij minus vniuerſalia.To.3, pag.20,lib.1.Phyſicor.cap. 5,num.1,4, 5.

Affertur ratio, propter quam principia debent eſſe contraria.Ibid.nu.2,3.

Duo contraria ſunt principia rerum naturalium, & præterea ſubiectum commune contrariorum eſt tertium principium.To. 3, pag. 23, lib.1. Phyſic. cap.8, num.8,& ſequentibus.

Vna tantum eſt prima contrarietas. Ibidem pag.25,num.14.

Principia vno modo ſunt contraria, alio modo non ſunt contraria. Tom.3.pag.29, lib.1.Phyſic cap.9,num.13,14.

Inter contraria datur medium negatiuum, quod includit negationem vtriuſque. Tom. 3, pag. 337, lib. 1. de Cœlo,cap. 14, num. 10.

Ad contraria datur ſimultas potentiæ, ſed non datur potentia ſimultatis. Ibid pag. 336 num. 5.

In quolibet genere ſi datur vnum contrarium, datur aliud.Tom.3, pag.370, lib.2. de cœlo,cap.3,nu.1,5.

Inter aliqua contraria dantur plura media. Tom 3, pag. 438,lib.4. de cœlo,capit.6, num. 9.

Falſa eſt ſententia Parmenidis,quod ex cõtrarijs ſemper alterum ſit ens, alterum non ens. Tom.3, pagin.461, lib.1.de Gen. cap. 7, num. 11.

Contraria ita differunt ſpecie, vt ſint eiuſdẽ generis. Tom. 3, pagin. 477. libr. 1. de Generat. cap.15, num. 7.

Contraria non poſſunt facere vnum, niſi detur aliquid ipſa continens. Tom.4.pag. 238, lib.1.de anima,cap.12, num.10.

Vnus

Vnus sensus est vnius tantum contrarietatis. Tom. 4. pagin. 282, lib. 2. de anima, capit. 15, num. 3, 4, 5.

Quo pacto vnus sensus possit simul percipere contraria. Tom. 4. pagin. 296, lib. 2. de anima, cap. 19, num. 6, 7, 8, 9, & pagin 365, lib. de sensu, & sensibili, cap. 8, numer. 10, 11.

Contraria secundum esse reale non sunt obiectaria secundum esse intentionale. Ibid. num. 9.

Pythagorici posuerunt decem combinationes contrariorum principiorum, & contrariarum differentiarum, quarum altera spectat ad perfectionem, altera ad imperfectionem. Tom. 5. pag. 21, lib. 1. Metaph. capit. 5, num. 5, 6.

Vnum contrarium non potest mutari in aliud, nisi ratione subiecti communis. To. 5, pag. 31, lib. 1. Metaph. cap. 8, num. 8.

Quo pacto idem possit esse causa contrariorum. Tom. 5, pagin. 114, lib. 5. Metaph. cap. 2, num. 7.

Contraria impropriè sunt, quæ non possunt eidem inesse, licet differant genere. Contraria propriè sunt, quæ plurimum differunt, cum sint in eodem genere, vel in eodem susceptiuo, vel sub eadem potentia rationali. Contraria secundaria sunt, quæ habent habitudinem ad ea, quæ sunt contraria primario. To. 5, pag. 132, lib. 5. Metaph. cap. 10. num. 3, & 4.

Subiectum, seu materia prius, & principaliter recipit contrarum, quod se habet vt habitus, quam contrariũ, quod se habet vt priuatio. Tom. 5, pag. 229. lib. 8. metaph. cap. 7, num. 3.

Potentiæ rationales sunt effectiuæ contrariorum, quia contraria possunt esse simul intentionaliter in anima. At potentiæ irrationales ex opposita ratione non possunt esse effectiuæ contrariorum. To. 5, pag. 235, lib. 9. Metaph. cap. 3, num. 3, 4, 5, & pag. 240, cap. 6, num. 5.

Potentia se habet simul ad contraria, non quidem potentia simultatis, sed simultate potentiæ. Tom. 5, pag. 240, lib. 9. metaph. cap. 6 num. 5.

Contrarietas definitur differentia maxima, & perfecta eorum, quæ ita sunt in eodem genere, vt sint inuicem transmutabilia. Tom. 5, pagin. 265, lib. 10. Metaph. cap. 6, num. 1.

Aliæ definitiones contrariorum reducuntur ad ailatam. Ibidem pag. 266, num. 4.

Ostenditur proprietatem contrariorum esse, vt vnum sit contrarium vni, adeoque in singulis generibus non posse dari plura contraria. Ibidem pagin. 266, nu. 3.

Contrarietas propria est oppositio priuatiua, non qualiscunque, sed perfecta, per quam scilicet priuatio excludat a subiecto habitum perfectè cum summa distantia ad habitum in eodem genere. Tom. 5. pag. 267, lib. 10, metap. cap. 7. nu. 1, 3, 4.

Oppositio contraria differt à contradictoria per hoc, quod inter contraria datur medium, inter contradictoria non datur. Ibid. pag. 268. num. 2.

Ex contrarijs semper vnum comparatur cum alio, sicut imperfectum, ac deficiens cum perfecto. Ibid. pag. 269, nu. 4.

Quo pacto licet vnum sit contrarium vni, tamen æquale opponatur, tum magno, tum paruo. Tom. 5. pag. 269, lib. 10. metaph. cap. 8, per totum.

Media sunt eiusdem generis, ac contraria sunt contrariorum media, & media ita componuntur ex contrarijs, vt participent de vtroque contrario. Tom. 5. pagin. 275, lib. 10. metaph. cap. 10, per totum.

Differentiæ contrariorum sunt simplices. Ibid. pag. 276, num. 6.

Ostenditur differentiam specificam esse quandam contrarietatem. Tom 5. pag. 277, lib. 10. metaph. capit. 11, per totum.

Verum, & quæ contrarietas inducat differentiam numericam. Tom. 5, pag. 280, lib. 11. Metaph. cap. 12, per totum.

Ostenditur contrarietatem in materia, seu potentia inducere differentiam genericam. Tom. 5, pag. 281, lib 10. metaph. cap. 13, per totum.

Metaphysica speculatur omnia contraria, quia omnes contrarietates reducuntur ad vnam primam. Tom. 5, pag. 290, lib. 11. metaph. cap. 3, per totum.

Contraria non possunt eidem subiecto simul inesse, quia omnis contrarietas includit priuationem: neque potest eidem subiecto inesse simul contrarium, vel medium, quia vtrũ contrariũ includit priuationem alterius, & mediũ includit priuationem vtriusque contrarij. Tom. 5. pag. 298, libr. 11. metaph. cap. 7, num. 3, & 4.

Mutatio debet esse ex contrario in contrarium. Tom 5. pag. 317. lib. 11. metaph. cap. 12, num. 17.

Ad mutationem vtria contraria requiritur subiectum commune, quod sit in potentia ad vtrumque contrarium. Tom. 5, pag. 322, lib. 12, metaphysic. cap. 2. num. 2, & 3.

Digitized by Google

& pagin. 349, cap. 10, num. 5.
Oſtenditur contra antiquos non omnia eſſe contraria, ac prima omnino principia non eſſe contraria, alterum bonũ, alterum malum. Ibidem pag. 349, num. 1, & ſequentibus.
Prima principia ſubſtantiarum mobilium non poſſunt eſſe contraria, quia primis principijs non poteſt dari prius, datur autem prius omnibus contrarijs. To. 5, pag. 392 lib. 14. metaph. cap. 1. per totum.
Ex quibuſdam contrarijs neceſſe eſt, vt alterum conueniat enti. Tom. 5, pag. 430, lib. de Xenoph. cap 8, num. 15.
CONTRARIETAS motus. Vide motus.
CONTVMELIA eſt ſpecies contemptus, & definitur, *per quam alter leditur, ac dolore afficitur in ijs, ex quibus patienti ſequitur dedecus, non vt damnum inferens aliquid commodi conſequatur, neque quia aliquid mali ſit paſſus, ſed vt delectetur dedecore, & malo patientis*. Tom. 1. pag. 761. lib. 2. Rhetor. cap. 2, num. 4.
Iucundum, eſt contumeliam inferre, quia qui contumeliam inferunt exiſtimant ſe excellere ijs, quibus inferunt contumeliam. Ibidem.
Ad contumeliam reducitur dehonoratio. Ibidem.
Contumelia poteſt eſſe cauſa ſeditionum, & mutationum in politijs, quia ſuperbia gubernantium prouocat homines contra gubernantes, & contra Rempublicam, quæ patitur gubernantes cæteris contumeliam inferre. Tom. 2, pag. 669, lib. 5. Polit. cap. 3, num. 1.
Contumelia quia priuat honore, eſt maior iniuria, quam furtum, quod priuat pecunia. Tom. 5, pag. 733. ſect. 29. problem. num. 16.
Quare furto ſtatuta ſit pœna capitalis, contumeliæ autem, quæ eſt maior iniuria, ſtatuta ſit ſolum pœna pecuniaria. Ibidem.
CONTVMELIOSI. Primum ſignum hominis contumelioſi eſt, vt habeat labrum ſuperius eleuatum: ſecundum eſt, vt ſit pronus. Tom 4. pagin. 798, lib. Phyſiog. cap. 6, num 16.
Eſſe contumelioſum eſt propria paſſio canis, vtpote qui omnibus animalibus etiam maximis inſultat, & contumeliam infert. Tom. 4. pag. 800, lib Phyſiog. cap. 7, numer. 4.
Qui habent labrum ſuperius prominens, ac gingiuas prominentes ſunt contumelioſi, quia habent labra ſimilia labris canum. Tom. 4, pagin. 807, lib. Phyſiog. capit. 9, num. 19.
CONVERSATIO. Afferuntur rationes, propter quas amici delectantur conuerſatione, ſeu conuictu amicorum. Tom. 2 pagin. 275, lib. 9 Ethic. cap. 12. per totum, & pag. 270, cap. 9, num. 9, & ſequentibus.
Homo eſt animal ſociale, adeoque ordinatum ad conuerſandum, & viuendum cum alijs, ideoque etiam felix indiget amicis, cum quibus conuerſetur. Tom. 2. pag. 268. lib. 9. Ethic. cap. 9. nu. 4.
Qui conuerſantur cum probis fiunt meliores, quia aſſueſcunt lætari, & triſtari ſicut oportet. Tom. 5, pagin. 729, ſect. 29. Prob. num 10.
Vide conuictus.
CONVERSIO Propoſitionum. Afferuntur, & demonſtrantur regulæ de conuerſionibus propoſitionum de ineſſe. Tom. 1. pag. 109. lib. 1. Prior. cap. 2. numer. 2, 3, 4, 5, 6.
Vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua conuertuntur ſimpliciter: vniuerſalis affirmatiua conuertitur per accidens: particularis negatiua non conuertitur. Ibidem.
Afferuntur, & demonſtrantur regulæ de conuerſione propoſitionum de neceſſario. Tom. 1. pag. 110, lib. 1. Prior. cap 3. per totum.
Afferuntur, & demonſtrantur regulæ de conuerſione propoſitionum modalium. Tom. 1, pagin. 111. lib. 1. Prior. cap. 4, per totum, & pag. 140, cap. 13, nu. 4, 5, 6, 7.
CONVERSIO terminorum. Afferuntur ſex regulæ circa cõuerſionem terminorum in ſyllogiſmo. Tom. 1, pag. 271. lib. 2. Prior. cap. 27, per totum.
Quare difficile aduertatur, an termini ſint conuertibiles. Tom. 1, pagin. 321, libr. 1. Poſterior. cap. 12, num. 12.
CONVERSIO Syllogiſmi. Conuerſio ſyllogiſtica eſt, per quam ex oppoſito concluſionis, & altera præmiſſa euertitur reliqua præmiſſa, probando oppoſitum ipſius. Tom. 1 pagin. 241. lib. 2. Prior. cap. 8, num. 1.
Quot modis poſſit fieri ſyllogiſmus conuerſiuus in prima, ſecunda, & tertia figura. Ibid. pag 240, cap. 8, 9, 10, per tota.
CONVEXVM, & concauum ſunt contraria, ac medium inter ipſa eſt rectum, ideoque vt linea ex concaua fiat conuexa, vel è conuerſo, prius debet fieri recta tom. 4 pag.

pag.712, lib. Quæſt. Mechan.cap.2.nu.4.
CONVICIVM. Quidam ioci coniuncti ſunt cum conuicio,& oporteret,vt legislatores, ſicut prohibent quædam conuicia, ita prohiberent quoſdam iocos. To. 2, pag. 117,,lib. 4. Ethic. capit.8, num 5.
CONVICTVS. In mutuo conuictu quidam peccant per exceſſum,eo quod in omnibus volunt eſſe iucundi, in nullo moleſti, & hi ſunt blandi, vel adulatores: alij peccant per defectum, & iſti ſunt morоſi; aliqui mediocriter ſe habent, & iſti ſunt affabiles.Tom.2, pag.111,lib.4.Ethic. cap.6,per totum.
Conuiuere eſt præcipuus actus amicitiæ,& qui ſunt parum apti ad conuiuendum delectabiter, ſunt parum apti ad amicitiã. Tom. 2,pag.229, lib.8. Ethic. cap.5.num 4, & 5
Conuictus amicorum quare ſit delectabiliſſimus. Tom.2, pagin. 275. lib.9.Ethic. cap. 12. per totum.
Vide conuerſatio.
CONVIVIA. Vide comeſſationes.
CONVS. Quare conus,ſeu pyramis rotunda, dum propellitur, moueatur circulariter circa cuſpidem coni, tanquam circa centrum immotum. Tom.5, pag.604.ſect. 16. prob. num. 5. A.
Conus conſtat ex circulis minoribus, & minoribus.Ibid.
CONVVLSIONES. Infantes præcipuè qui ſunt magis corpulenti ſolent laborare conuulſionibus præſertim in pleniluniis,& ſi conuulſiones incipiant à neruis ſcapularum, parua ſpes eſt de infantium vita, & ſalute. Tom.3. pag.933. lib.7, de Hiſt. anim. cap.12, num 1.
Conuulſiones in infantibus cauſat, atque auget primo potus vini, ſecundo cibi flatuoſi. Ibidem.
COQVVS per ſe facit delectabile, per accidens ſalubre. Tom. 5, pag. 165, lib. 6, meteph.cap.2,nu. 5.
COR. Deſcribitur cor, eius ſitus,figura, magnitudo, ac ſinus. Tom.1,pag. 722,lib. 2. de Hiſtor. animalium,cap.17,nu.1,2.
Cor habet tres ſinus, ſeu concauitates:habet membranam pinguem, & craſſam, per quam annectitur, & copulatur venæ magnæ, & aortæ: definit in cuſpidem: cuſpis autem in omnibus animalibus habentibus pectus dirigitur ad pectus,& in carentibus pectore, vergit in anteriorem partem: cuſpis cordis, vt plurimum eſt carnoſa, ac denſa: in ſinibus autem cordis inſunt neruuli. Ibid num.1.
In cæteris animalibus cor ſitum eſt in medio pectoris, in homine vergit ad partem ſiniſtram:non eſt magnum, neque longũ, ſed habet aliquid rotunditatis,ita tamen, vt definat in cuſpidem. Ibidem num.2.
Maximus ſinus cordis eſt in parte dextra, minimus in ſiniſtra, mediocris in medio: omnes ſinus per quædam foramina ſunt peruij pulmoni, & à corde ad pulmones feruntur meatus perpetui, per quos accipitur ſpiritus, qui tranſmittitur ad cor. Ibidem num 2.
Cor per ſinum maximum coniungitur venæ magnæ, per ſinum mediocrem coniungitur aortæ Ibid.
Cor continet ſanguinem, non in venis, ſed in ipſa ſubſtantia, atque in ſinu medio continet ſanguinem puriſſimum. Ibidem pag.723, num 4.
Omnia animalia ſanguinea habent cor, & quoddã genus boũ habet in corde quoddã oſſiculum, quod datur etiam in corde ceruorum. Tom. 3. pagin. 747, lib.2. de Hiſtor. animal. cap.15, num.2,3.
Mucro,ſeu cuſpis cordis in omnibus animalibus cõuerſus eſt ad partem anteriorem, ſiue ad pectus,piſcibus exceptis, in quibus mucro cordis conuerſus eſt ad caput, atque ad os, ita vt cordis extremitas in piſcibus coaptetur ad id, quod branchias dexteras, atque ſiniſtras coniungit inter ſe. Tom. 3, pagin. 749. lib.2. de Hiſtor. anim.capit.17,num.1.
Deſcribitur cor, & eius ſinus,& oſtenditur venas originem ducere à corde: explicatur, quo pacto vena maior oriatur ex ſinu maximo, aorta oriatur ex ſinu medio. Tom.3. pag.764, lib.3. de Hiſt: anim. cap.3, num 7, 8,9, & 10,
Oſtenditur etiam neruos originem ducere à corde. Tom. 3, pag. 769, lib. 3. de Hiſtor. anim. cap 5, num.2.
In animalibus ſanguineis principium actionum, & paſſionum eſt cor, in animalibus exanguibus tale principium eſt aliquid proportionale cordi. Tom. 4, pag. 32, lib. 2. de partib. animalium, capit. 2, num. 16.
Cor eſt pars quodammodo ſimilaris, quodammodo diſſimilaris, quia diuiditur in partes eiuſdem rationis quoad ſubſtantiam, ſed diuerſæ rationis, quoad figuram. Ibid.
Cor conſtat ex ſubſtantia ſanguinea, cum ſit principium venarum, alatur ſanguine,

ne, & habeat vim faciendi ſanguinem, ac omnia viſcera videntur conſtare ex eadem ſubſtantia, ac cor. Ibid nu. 17.

Cor eſt calidiſſimum, & quia operationes vitales præcipuè exercentur per calorem, ideo anima præcipuè debet reſidere in corde. Anima tamen non eſt cor, ſed cor eſt inſtrumentum, ſine quo anima non poteſt exercere ſuas operationes. Tom. 4, pag. 49, lib. 2. de part. animalium, cap. 7, num. 5.

Cerebrum datum eſt animali ad refrigerandum, & temperandum calorem cordis. Ibid. num. 6, & pag. 60, cap. 10, num. 7.

Cor neceſſarium eſt animalibus ſanguineis propter ſanguinem, & eſt principium venarum, quæ originem ducunt à corde, ſiquidem ſubſtantia cordis apparet venoſa. Tom. 4, pag. 88, lib. 3. de part. animal. cap. 4, num. 4.

Sicut cor eſt præcipua pars animalis, ita obtinet præcipuum locum, hoc eſt medium, vt manifeſtiſſimè patet in homine. Ibid. nu. 5.

Oſtenditur cor eſſe principium venarum. Ibid. pagin. 89, num. 6, & ſequentibus.

Venæ tranſmeant, & tranſeunt per alia viſcera, ſed non per cor. Ibid. num. 8.

Cor eſt primum in generatione: ſtatim apparet ſanguinolentum: eſt principium lætitiæ, ac triſtitiæ, atque omnium ſenſuum, & affectuum, ideoque eſt etiam principium vitæ, ac ſanguinis. Ibid. numer. 10. 11.

Sanguis primo eſt in corde, tanquam in ſede, & vaſe. Ibid. pagin. 90, nu. 13.

Nullum animal ſanguineum caret corde, ac cor in animalibus incipit primo viuere, moueri, ac palpitare. Ibid. nu. 14.

Deſcribitur figura, ſitus, nerui, & oſſa cordis. Ibidem pag. 91, num. 16, & ſequentibus.

In corde ſunt plures nerui, quia cor eſt principium motuum ſpontaneorum, qui fiunt, intendendo, ac remittendo neruos. Ibid. pag. 91, nu. 20.

Cor eſt quaſi quoddam parvum animal ſitum in medio animalis maioris, ſe ipſum mouens, & ſic cauſans motum in toto animali. Ibid. num. 20.

Cor in animalibus caret oſſe, præterquam in equo, & in quibuſdam generibus boũ, in quibus cor propter magnitudinem indiget tulcimento alicuius oſſis. Ibidem num. 21.

Cor animalium maiorum habet tres ventriculos: cor animalium minorum habet duos ventriculos: cor animalium minimorum habet vnicum ventriculum, & affertur ratio horum. Ibidem pagin. 92, num. 22.

Ventriculus dexter cordis continet ſanguinem plurimum, & calidiſſimum, ideoque dextra pars corporis eſt calidior, quã ſiniſtra: ventriculus ſiniſter continet ſanguinem minorem, & frigidiorem: ventriculus medius continet ſanguinem mediocrem quoad calorem, & copiam, ſed puriorem, quia cum ſit principium, debet continere ſanguinem maximè purũ & temperatum. Ibid. pag. 92, num. 23.

In Corde apparent quædam commiſſuræ ſimiles commiſſuris, quæ videntur in capite, ſed plures, minuſque manifeſtæ, & animalia, quæ prædita ſunt ſenſu meliore, habent cor commiſſuris magis diſtinctum, animalia, quæ ſenſu hebetiori ſunt prædita, habent cor commiſſuris minus diſtinctum. Ibidem num. 24.

Corda differunt magnitudine, & paruitate, duritie, & mollitie, atque ex differentijs cordium oriuntur etiam differentiæ quo ad mores, & ſenſus. Ibidem pagin. 93, num. 25.

Animalia ſenſu hebeti prædita habent cor durum: animalia meliori ſenſu prædita habent cor mollius. Ibid.

Animalia, quæ proportionaliter habent cor magnum, ſunt timida, quia habent cor frigidius: animalia, quæ habent cor minus, ſunt audacia, quia habent cor calidius, quod confirmatur etiam inductione. Ibid. num. 25.

Cor, quod eſt principium vitæ, nullum poteſt pati vitium graue, abſque eo, quod animal moriatur, ideoque hoſtiæ, quæ ſacrificantur, licet quoad alia viſcera inueniantur vitiata, tamen quoad cor nũquam inueniuntur vitiatæ. Ibid. pagin. 93, num. 27.

Cor licet videatur ſimplex, tamen verè eſt diuiſum in plures ventriculos. Tom. 4, pag. 100, lib 3. de part. animal. capit. 7, num. 1, 3.

Cor eſt neceſſarium ad hoc, vt ſit fons caloris, qui calor eſt fomes naturæ, & eſt velut arx totius animalis. Tom. 4, pag. 102, lib. 3. de part. animalium, cap. 7, num. 7.

Organum tactus, & guſtus cum ſit terreum, adeoque frigidum, vt habeat debitam temperiem, debet eſſe propinquum cordi,

di, quod est fons caloris, licet sentiat per carnem, tanquam per medium coniunctum. Tom. 4, pag. 339, lib. de sensu, & sensib. cap. 2. num. 19.

Paruus motus localis, vel alteratiuus factus in corde est principium motus, & alterationis multò maioris in cæteris partibus. Tom. 4, pag 430, lib. de motu anim capit. 5, num. 6.

Virtus motiua animæ primo est in corde, vel in parte proportionali, quia spiritus, qui dat robur, & virtutem motiuam cæteris partibus, ad quas diffunditur, est innatus cordi, vel parti proportionali. Tom. 4, pag. 43[illegible], lib. de motu anim. cap. 6, num. 9.

Cor quia continet humiditatem vitalem, seu spiritum, est veluti quoddam animal separatum, ideoque potest se mouere. Tom. 4, pagin. 437, lib. de motu animal. cap. 8, num. 3.

Cor, quod est principium mouendi in cæteris partibus, & partes, quæ accipiunt vitam à corde, mutuo se mouent, & alterant. Ibid. num. 4.

Motus inuoluntarij manifestissimè causantur in corde Ibid. num. 2.

In fœtu, apparente corde, pulmo, & aliæ partes maiores latent, adeoque signum est, quod cor formetur prius, quam aliæ partes. Tom. 4, pag. 497, lib. 2. de Generat. anim. cap. 1, num. 2[illegible].

In animalibus cor, vel aliquid proportionale cordi, est principium augmenti, ideoque primo debet generari cor, vel pars proportionalis cordi. Tom. 4, pag. 501, lib. 2 de Gen. anim. cap. 1, num. 35.

Primum principium generationis est cor, vel pars proportionalis cordi: cor autem, quod est valde propinquum septo transuerso, communicat ipsi virtutem immediatam generandi fœtum, vel semen. Tom. 4. pag. 514, lib. 1. de Gener. animal. cap. 4, num. 11.

Ex anatomia constat in animalibus sanguineis primo formari cor: & ratio est, quia cor est principium alimenti, ac totius incrementi omnium partium. Tom. 4, pag. 519, lib. 2, de Gener. animalium, cap. 4. num 26.

Quo pacto cor alatur, antequam per venas vmbilicales trahat alimentum ex vtero matris. Tom. 4, pagin. 521, lib. 4. de Gen. anim capit. 4, num. 31, 32.

Cor sicut est id, quod primo generatur, sic est id, quod vltimo deficit, ac desinit viuere. Tom. 4, pag. 525, lib. 2. de Generat. anim. cap. 4, num. 44.

Cor est simul principium, & finis præcipuus reliquarum partium, ideoque debet primo fieri, & vltimo corrumpi. Ibid. pag. 718, num. 53.

Mas primo differt à fœmina per hoc, quod mas habet cor perfectè calidum, ac perfectè concoctiuum alimenti, fœminæ autem habent cor, imperfectè calidum, & imperfectè concoctiuum. Tom. 4, pagin. 596 lib. 4. de Gener. animalium, cap. 1, num. 25.

Nullum animal, quod ex natura sua debeat habere cor, caruit corde. Tom. 4, pagin. 610, lib. 4 de Gener. animalium, cap. 4, num. 15.

Cum dubitatur, vtrum animal, quod videtur constare ex pluribus animalibus, sit vnũ, vel multiplex, dicendum, quod iuxta sententiam asserentem cor esse principiũ vitæ, si animal prædictum sit vnico corde, est vnicum, si autem præditum sit duplici corde, sunt plura animalia coniuncta. Tom. 4, pag. 617, lib. 4. de Gener. animal. cap. 4. num 36.

Quia virtus sensitiua primo est in corde, vel in parte proportionali, omnes meatus sensuum terminantur ad cor, vel ad partem proportionalem. To. 4, pag. 641, lib. 5. de Gener. anim. cap. 2. num. 3.

Quia sensorium auris est aereum, ideo meatus audiendi terminatur ad eamdem partem cordis, in qua cor per spiritum innatum in quibusdam animalibus causat pulsum arteriæ, in alijs respirationem. Ibid.

Ratio, cur audientes voces addiscamus loqui, formando similes voces, est, quia vox audita terminatur ad cor, in eoque efficit quemdam motum, quem experimur, ideoque mouentes cor simili motu formamus similem vocem. Ibid. pag. 642, num. 4.

Cum oscitamus, vel respiramus, non perfectè audimus, quia vt perfectè audiamus, pars cordis, ad quã terminatur vox, debet esse quieta, cum autem oscitamus, aut respiramus, pars illa cordis mouetur, vt aerem moueat, & pellat. Ibid.

Cor, quod est in medio animalis, est principium venarum, & sanguinis, qui est vltimum alimentum animalis, ideoque est principium nutritionis, & vltimo perficit alimentum. Tom. 4. pagin. 677, lib. de Iuuent. & senect. cap. 1. num. 1.

Sensus communis primo est in corde, ideo-

Digitized by Google

quæ omnes ſenſus particulares terminantur ad cor, quod eſt primum principium ſentiendi. Ibidem num. 2, & 7.

Principium caloris vitalis, & naturalis primo eſt in corde, ideoque infrigidatis alijs partibus, remanet vita, & calor poteſt recuperari, infrigidato corde, non remanet vita, ac calor recuperari nequit. Ibidem pag. 679, nu 9.

Conſeruatio caloris vitalis qui eſt in corde, eſt cauſa vitæ, corruptio eiuſdem eſt cauſa mortis. Ibid. num. 10.

Sicut in corde eſt principium venarum, ſic eſt principium ſanguinis, quod eſt vltimũ alimentum animalis, adeoque eſt principium alimenti, ac nutritionis. Tom 4, pag. 691, lib. de Iuuent. & ſenectute, cap. 10, num. 2.

Animalia indigent refrigeratione propter feruorem cordis: hanc autem refrigerationem animalia, quæ non ſolum habent cor, ſed etiam pulmones, obtinent per reſpirationem. Tom. 4, pag. 702, lib. de Iuuent. & ſenect. cap. 13. num 9.

Quia pulmones per quaſdam arterias ſunt connexi cum corde, aer tractus à pulmonibus poteſt peruenire ad refrigerandum cor. Ibidem.

Animalia habentia pulmonem magis ſanguineum, habent cor magis calidum, ideoque crebriore indigent reſpiratione. Ibid.

Quo pacto in piſcibus branchiæ quoad ſitũ ſe habeant ad cor, ita vt aquam accipiẽtes, ac reddentes poſſint refrigerare cor. Ibid. pag 703, num. 10.

Quo pacto orificium cordis, ex quo calor effluit, habeat proportionaliter eundem ſitum in animalibus terreſtribus, ac in piſcibus. Ibid.

Cor eſt medium animalis, quia in eo coniunguntur pars ſuperior, & inferior. Tom. 4, pagin. 703, lib. de Iuuent. & ſenectute, capit. 14. num. 2.

Cor ſolet deficere, & mori ex eo, quod calor vitalis non refrigeretur. Ibidem numer. 8,

Animalia reſpirantia ſuffocantur in aqua, quia refrigerant cor per attractionem aeris. in aqua autem non poſſunt aerem attrahere: piſces ſuffocantur in aere, quia refrigerant cor per attractionem aquæ, in aere autem non poſſunt aquam attrahere. Ibidem pag 706, nu. 1.

Piſces vt refrigerent cor attractione aquæ, ſemper mouent branchias: animalia reſpirantia, vt refrigerent cor attractione aeris, ſemper mouent pulmones. Ibidem pag. 706, num. 13.

Tres ſunt paſſiones cordis, palpitatio, pulſus, & reſpiratio. Tom. 4, pag. 706, lib. de Iuuent. & ſenect. cap. 15, nu. 1.

Palpitatio definitur *caloris in corde exiſtentis compulſio, & conſtrictio ob refrigerationem, quæ à materia excrementitia, atque inutili, aut ab alio quodam tabifico humore cauſatur.* Ibid num. 2.

Palpitatio cordis aliquãdo accidit ex morbo, quem vocant tremorem, vel ex alijs morbis: aliquando accidit ex metu, & poteſt eſſe tanta, vt animal moriatur. Ibidem num 2.

Quid ſit pulſus cordis, quo cor perpetuo pulſat, & cauſat pulſum etiam in arterijs, & quare duret, quandiu animal viuit. Ibid. num. 3, 4.

Pulſus cordis eſt validior in iunioribus, quã inſenioribus, quia iuniores vtpote calidiores ſuo calore magis ſanguinem rarefaciunt, eumque efficiunt ſpumoſiorem, ac proinde magis ebullientem. Ibid. nu. 5.

Venæ arteriales pulſant, quia originem ducunt à corde. Ibid num. 6.

Pulſus definitur *humoris alterantis inflatio, ſeu alterna dilatatio, & compreſſio vltimæ tunicæ cordis cauſata à ſanguine ebulliente propter calorem.* Ibid. num. 7

Cor quia eſt principium, vt aliæ partes nutriantur, magis nutritur, ac magis indiget alimento, quam cæteræ partes. Ibid. pag. 708, num. 8.

Sanguis in corde calefactus, dum ebullit, & inflatur, attollit, & inflat ipſum cor. Ibid. num. 10.

Cor, & pulmones habent conſtitutionem, & figuram ſimilem follibus. Ibidem numer. 10.

Cor, dum propter feruorem ſanguis attollitur, attrahit aerem frigidum, à quo refrigeratur: dum refrigeratus deprimitur, foras emittit aerem calefactum. Ibid pag. 708, num. 11

Reſpiratio eſt ingreſſus aeris, per quam cor dum elevatur ſanguine ebulliente, attrahit aerem frigidum, à quo refrigeratur: exſpiratio eſt *emiſſio aeris, per quam cor dum deprimitur propter detumeſcentiam ſanguinis refrigerati, foras emittit aerem calefactum.* Ibid. pag. 708, num. 12.

Quare reſpiratio, & inſpiratio fiant per totã vitam, & quo pacto modo proportionalĩ in piſcibus fiat ſemper branchiarum elevatio,

natio, & depreſſio ad cor refrigerandum. Ibid pag 708, num. 13, & 14.

CORAX quo pacto cõpoſuerit ſuam artem rhetoricam ex fallacia veriſimilis *ſecundum quid*, & cũ addito, ad veriſimile ſimpliciter, & ſine addito. Tom 1, pagin. 826, lib. 2. Rhetor. cap. 25, num. 11.

CORDVLVS. Ex animalibus nobis notis vnum tantum datur, quod reſpirat quodammodo aquam, ac cibum quærit in terra, qui vocatur cordulus, ſeu cordula. Is caret pulmone ad reſpirandum aerem, ſed eſt præditus branchijs ad reſpirandã quodammodo aquam, & eſt quadruper, itavt ſit idoneus ad ambulandum per terram. Tom. 3, pag. 939, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 2, num 8.

Corduli, quia licet habeant branchias, pinnis carent, ideo pedibus ſunt inſtructi, & caudam habent latam, & amplam, qua vtuntur ad natandum loco pinnularum. Tom. 4, pag 170, lib 4. de part. animal cap. 13, num. 3.

CORINTHII arbitrati ſunt ſe contumelia affectos à Simonide poeta, cum cecinit, *de Corinthijs autem non conqueritur Ilium*. Tom. 1, pagin. 713, lib. 2. Rhetor. capit. 6, num. 15.

CORNIGERVM. Vide Cornua.

CORNIX. Pleræque aues poſtquam pullos enutrierunt, nullam eorum curam gerũt, excepta cornice, quæ aliquanto etiam tempore pullis ſuis iam volantibus cibũ prouidet, & filios prope matrem volantes mater volans paſcit. Tom. 3, pagin. 878, lib. 6. de Hiſtor. animalium, capit. 6, num. 5.

In genere cornicum ſolæ fœminæ ouis incubant, aſſidueque in opere incubandi perſeuerant: interim fœminas mares aluntur, ac cibum eis afferunt, atque ori ingerunt. Tom. 3, pagin 879, lib. 6 de Hiſtor. anim. cap. 8, num.

Cornices petunt littora, & aluntur animalibus à mari eiectis, ſiquidem cornices ſunt omniuoræ, & veſcuntur cibo cuiuſlibet generis. Tom 3, pag. 947, lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 3. num. 7.

Cornix, & noctua ſunt inimicæ. Quia enim noctua interdiu parùm videt, cornix circa tempus meridiei deuorat oua noctuæ: noctua autem noctu comedit oua cornicis. Tom. 3, pag. 982, lib. 9. de Hiſtor. animal. cap 1, num. 11.

Cornix interficit autem, quæ dicitur tympanus. Ibidem pag. 982, num. 12.

Cornix, & ardeola ſunt inuicem amicæ. Ibid. pag. 984, num. 24.

CORNVA, cornigera. Quadrupedes cornigeræ vt plurimum ſunt biſulcæ, & habent pedes ſciſſos in duas vngulas. Nullam vidimus quadrupedem bicornem ſimul, & ſolidiungulam, ſeu habentem pedes non ſciſſos, ſed vnica vngula præditos. Ex vnicornibus etiam paucæ ſunt ſolidiungulæ, vt aſinus indicus. Vnicornis, & biſulca eſt oryx animal Africæ. Tom. 3, pagin. 731, lib. 2. de Hiſtor. animalium, cap. 1, num. 23.

Dantur aliquæ quadrupedes iubatæ, ac bicornes, itaut duo cornua habeant in ſe inflexa, qualis eſt Bonaſus, qui gignitur in Paxonia, & in Media. Ibidem pag. 732, num. 2.

Omnia animalia propriè cornigera ſunt quadrupedia, licet aliqua non quadrupedia habeant aliquid ſimile cornibus, eo pacto, quo Ægyptij dicunt ſerpentibus thebanis extare aliquid ſimile cornibus. Ibid. num. 25.

Cornua cerui tota ſunt ſolida. Cornua aliorum animalium maiori ex parte ſunt caua, ſed in extremitate ſunt ſolida. Ibidem num. 25, & pagin. 774, lib. 3. de Hiſtor. animalium, cap. 9, num. 3.

Pars interior, & concaua cornuum videtur naſci ex corio: pars exterior, & conuexa videtur naſci ex oſſe. Ibidem pagin. 731, num. 25.

Ceruus à bimatu ſingulis annis amittit cornua, quæ deinde renaſcuntur: alia animalia nunquam amittunt cornua, niſi illis per vim mutilentur. Ibid. nu. 25.

Animalia cornigera non ſunt vtrinque dentata, ſed carent dentibus maxillæ ſuperioris. Ibidem pag. 735, num. 35.

Omnes quadrupedes cornigeræ, atque vna maxilla dentatæ habent quatuor ſinus, & quaſi ventres: deſcribuntur tales ventres. Tom. 3, pag. 750, lib. 2. de Hiſtor. animal. cap. 17, nu. 7, 8, 9, 10, 11.

Nullum animal cornigerum eſt ſimpliciter paruum. Ibidem pag. 751, nu. 13.

Animalia cornigera habent vterum infra ſeptum tranſuerſum. Tom. 3. pagin. 758, lib 3. de Hiſtor. animal. cap. 1, num. 14.

Cornua calore molleſcunt, ſed non liquantur, niſi calor ſit vehementiſſimus. To. 3, pag. 669, lib. 4. meteor. cap. 7, num. 6.

Cornua dicuntur æquiuocè de ijs, quæ ſolum habent figuram, ac de ijs, quæ habent eſſentiam cornu: ſunt autem cornua partes.

partes durę. Tom. 3, pag. 696, lib. 1 de Hiſt. anim. cap. 1, nu. 8.

Cornua quoad colorem ſequuntur cutem, & pilos, ideoque animalia nigro corio tecta, habent cornua nigra, animalia albo corio tecta, habent cornua alba. Tom. 3, pag. 774, lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 9. num. 2.

Cornua potius hærent corio capitis, quam oſſibus, ideoque in Phrygia, & alibi dantur boues, qui mouendo corium, mouent cornua, eo pacto, quo quædam animalia mouent aures. Ibidem pag. 774. num 3.

Cornua habent naturam terream, & ſiccam, ideoque animalia cornigera habent temperamentum terreum, & non habent adipem, ſed ſeuum, quod differt ab adipe per hoc, quod quia eſt magis terreum, & ſiccum, cogitur, & frangitur. Tom. 4, pag. 45, lib. 2. de partib. animal. capit. 3. num. 4.

Cornua data ſunt animalibus præſidij gratia, & habent naturam oſſium. Tom. 4, pag. 45, lib. 2. de partib. animalium capit. 9. num. 13.

Licet nomen cornu tribuatur toti, & partibus, tamen partes verè non habent eſſentiam cornu, quia cum non habeant figuram totius, non ſunt arma, eo pacto, quo pars gladij non eſt gladius. Ibidem num. 13.

Cornua ſunt arma, ſiue inſtrumenta, quibus animalia vtuntur ad pugnandum: & quia limaces, & quædam animalia non viuipara, licet habeant aliquid ſimile cornibus, tamen eo non vtuntur ad pugnandum, ideo ſolum metaphoricè habent cornua. Tom. 4, pag. 80, lib 3. de part. anim. cap. 2, num 2.

Omnia animalia multifida, ac digitata carent cornibus, quia habent alia præſidia ad pugnandum. Ibidem pagin. 81, numer. 3.

Pleraque animalia biſulca, & quædam ex digitatis ſunt cornigera. Ibidem numer. 4.

Cerui, bubali, & capræ habent cornua parum vtilia ad pugnandum, ideoque vtuntur pernicitate, & alijs præſidijs. Ibid. num. 4.

Bonaſi cum habeant cornua reflexa, atque in orbem collecta, tuentur ſe non cornibus, ſed ſtercore calidiſſimo. Ibid. num. 4.

Animalia ſolidungula, vt equi &c, quia pugnant calcibus, vt plurimum carent cornibus, excepto aſino indico, qui eſt ſimul ſolipes, & corniger. Ibidem numer. 4.

Animalia cornigera vt plurimum habent duo cornua, ſicut habent duas partes, alteram dextram, alteram ſiniſtram: dantur tamen animalia vnicornia, vt oryx, & aſinus indicus. Ibid. num. 5.

Animalia vnicornia habent cornu in medio capitis, vt ita ſit præſidio tum parti dextræ, tum ſiniſtræ. Ibid. num. 6.

Vngulæ, & cornua videntur eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, ideoque rationabiliter accidit, vt pleraque animalium fiſſipedorum, hoc eſt habentium vngulas fiſſas in duas partes, habeant etiam cornu fiſſum in duas partes, adeoque duplex. Ibid. pag. 81, num. 6.

Cornua, & vngulæ videntur fieri ex eadem materia, ideoque quia natura multum materiæ abſumit in faciendis vngulis ſolidis, animalibus ſolidungulis dat vnicum cornu. Ibid. num. 6.

Reijcitur Momus, qui apud Æſopum reprehendit naturam, quod cornua affixit capiti, non autem armis taurorum. Ibid. pag. 82, num. 7.

Oſtenditur cornua non potuiſſe conſtitui in alia parte, quam in capite. Ibidem num. 7.

Cornua ceruorum ſunt decidua, quia cum ceruis ſemper ſuppetat materia tereſtris, ex qua cornua creſcant, ſi non deciderent, euaderent adeò magna, vt præ pondere ferri non poſſet. Ceruę etiam cum ſint valde terrei, expurgantur, & leuantur per nouorum cornuum generationem Ibid num. 8.

Cornua aliorum animalium, excepto cerno, magna ex parte ſunt caua, quia ſi eſſent totaliter ſolida, nimio pondere animal aggrauarent: deſinunt tamen in mucronem ſolidum, quia mucro ſolidus eſt validior, & aptior ad ictum. Ibid. pag. 82, num 8.

Omnia animalia cornigera carent dentibus in maxilla ſuperiore, quia natura ex materia terrea, ex qua facere potuiſſet dentes maxillæ ſuperioris, facit cornua. Ibid. pag. 83, num. 9.

Quare ceruæ licet careant dentibus ſuperioris maxillæ, tamen habeant cornua. Ibid. num. 10.

Animalia cornigera ſunt valde terrea, ac ſolent eſſe magna, ſiquidem minimum

cornigerorum nobis notorum eſt capra: ide o habent multa excrementa terrea, ex quibus natura facit cornua. Ibidem num. 9.

Cornua generantur ex partibus terreis alimenti per hoc, quod poſtquam parum caloris, & humoris fuerint adepta, humore ſimul cum calore euaporante, concreſcant, ac dureſcant, ideoque igne molleſcunt quidem, ſed non liqueſcunt. Tom. 4, pagin. 530, lib. 2. de Generat. animal. cap. 4, num. 61.

Cornua non generantur ex ſanguine menſtruo, ſed ex cibo aduentitio, ex quo animal augetur, ideoque oriuntur in animalibus iam formatis, ac vocantur partes non ſpermaticæ. Ibidem pag. 535, num. 83.

CORONA. Vide Area.

CORPVS eſt ſpecies continui. Poteſt enim in corpore, ſeu ſolido ſumi aliqua ſuperficies intermedia, ad quam copulentur partes corporis, tanquam ad terminum communem. Tom. 1, pagin. 40, lib. Prædicam. cap. 7, num. 4.

Corpus cum definitur, quod eſt terminatum ſuperficie, non poteſt eſſe infinitum. Tom. 3, pag. 79, lib. 3 Phyſicor. cap. 8, num. 1

Oſtenditur non poſſe dari corpus ſenſibile infinitum. Ibidem pag. 79, cap 8. per totum.

Omne corpus ſenſibile ex ſua natura eſt aptum eſſe in aliquo loco naturali. Ibidem pag. 81, num. 5.

Per antiquos omne corpus ſenſibile, vel eſt graue, vel leue. Ibidem pagin. 84, num. 1.

Corpus ſolidum eſt magnitudo diuiſibilis ſecundum tres, adeoque ſecundum omnes dimenſiones, & eſt magnitudo perfecta Tom. 3, pagin. 188, lib. 1 de cœlo, cap. 1, num 3, 5. & tom. 5, pag. 126, lib. 5. metaph. cap. 6, num. 12.

Omne corpus eſt mobile. Tom. 3, pagin. 29, lib 1. de Cœlo, cap. 2, num. 2.

Corpora alia ſunt ſimplicia, alia mixta, & corporibus ſimplicibus conueniunt motus ſimplices, corporibus mixtis conueniunt motus mixti. Ibidem pag. 291, num. 4.

Oſtenditur nullum corpus neque quod mouetur motu circulari, neque quod mouetur motu recto, & quod vniuerſaliter nullum corpus poteſt eſſe infinitum. Tom. 3, pagin. 300, lib. 1, de cœlo, capit. 5, 6, 7. per tota.

Oſtenditur, quod extra cœlum nullum poteſt dari corpus ſenſibile. Tom. 3, pagin. 326, lib. 1. de cœlo, cap. 10, num. 9, 10, 11, 12.

Corpus naturale ſupra corpus mathematicum, quod dicit trinam dimenſionem, addit naturalitatem, ſeu mutabilitatem ſenſibilem. To. 3, pag. 394, lib. 3. de cœlo, cap. 3. num. 3.

Neceſſe eſt, vt omnibus corporibus ſimplicibus conueniat aliquis motus naturalis, & vni corpori conueniat vnicus motus naturalis. Tom. 3. pag. 398, lib. 3. de cœlo, cap. 4, num. 1, 2, &c.

Corpora ſunt finita ſolum ſpecie. Tom. 3, pagin. 408, lib. 3. de cœlo, capit. 8, numer. 5

Repugnat corpus immobile, ac merè mathematicum. Tom. 3. pag. 415, lib. 3. de cœlo, cap. 11, num. 3.

Omnia corpora viuentia etiam plantarum ſunt organica, hoc eſt habent varia organa & inſtrumenta ad exercendas operationes vitales. Tom. 4, pag. 244, lib. 2. de anima cap 1. num. 9

Corpus eſt poſterius definitione, quam anima, cum non poſſit definiri niſi vt inſtrumentum animæ. Tom. 5. pag. 197, lib. 7. metaph. cap. 14. num. 14.

Omne corpus ſenſibile eſt in loco. Tom. 5, pagin. 311, lib. 11. metaphyſic. capit. 11. num. 10.

Corpora non primo componuntur ex punctis, neque reſoluuntur in puncta. Tom. 4, pag. 782, lib. de lineis inſecab. capit. 4, num. 15.

Animæ non ſunt omnino impaſſibiles à corporibus, ſed paſſiones animæ proportionantur diſpoſitionibus corporis. Tom. 4, pagin. 787, libr. Phyſiogn. capit. 1, num. 1.

Ex forma corporis à Peritis dignoſcitur, quale ſit vnumquodque animal quoad paſſiones animæ. Ibidem pagin. 787, num. 4.

Corpus, & anima mutuo compatiuntur. Tom. 4. pag. 799. lib. Phyſiogn. cap. 7, num. 1, 2, 3.

CORPVSCVLA. Vide Atomi.

CORRVPTIBILE dicitur tripliciter: primo, quod cum ante eſſet, poteſt deinde non eſſe, ſeu definat per propriam corruptionem, ſeu definat ſine propria corruptione: ſecundo quod poteſt definere per propriam corruptionem: tertio

tio quod potest facile corrumpi. Tom. 3. pagin. 333, lib. 1. de cœlo, capit. 13, num. 4.

Generabile, & corruptibile dicuntur ad conuertentiam, & repugnat aliquid generabile esse incorruptibile, & aliquid corruptibile esse ingenerabile. Tom. 3. pag. 335, lib. 1. de cœlo, cap. 14, num. 13, 14 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22.

Repugnat aliquid esse incorruptibile, & nunquam corrumpi. Ibidem pagin. 341, num. 14.

Corruptibilium, & incorruptibilium an possint esse eadem principia. Tom. 5, pag. 71, lib. 3. metaph. cap. 6, num. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11. & pag. 288, lib 11. metaph. cap. 2, num. 4.

Quo pacto assignanda sit materia, & aliæ causæ corruptibilium, & incorruptibilium. Tom. 5, pagin. 228, lib. 8. metaph cap. 6, num. 6.

In corporibus corruptibilibus datur materia, quæ est potentia ad formas substantiales, & priuationes Ibid. nu. 6

Corruptibile, & incorruptibile habent contrarietatem, in ratione materiæ, ideoque differunt genere. Tom. 5. pagin. 781, lib. 10. metaph. cap. 13, num. 1, 2, 3.

Corruptibilia, & incorruptibilia quo pacto possint conuenire, & differre in hoc, quod componantur ex potentia, & actu. Tom. 5. pag. 727, lib. 12. metaph. capit. 4, num. 8.

Corpus corruptibile ratione loci potest quidem magis durare, sed non potest reddi perpetuum. Tom. 4. pagin. 666, lib. de longitudine vitæ, capit. 2, num. 6, 7, 8, 9.

CORRVPTIO. Tempus non est per se, seu solum per accidens causa generationis, & corruptionis, & cur magis videatur causa corruptionis, quam generationis. Tom. 3, pagin. 140, lib. 4. Physic. cap. 18, num. 1, 2, 3.

Cum res videntur corrumpi, & non apparet causa manifesta corruptionis, tum corruptio tribuitur tempori. Ibidem num. 3.

Corruptio est mutatio contradictoria à subiecto in non subiectum. Tom. 3, pagin. 149 lib. 5. Physicor. capit. 2, num. 3 & Tom. 5, pag. 314, lib. 11. metaph. cap. 12, num. 7.

Corruptio simplex est mutatio ab esse simpliciter, & substantiali, ad non esse simpliciter: corruptio secundum quid est mutatio ab esse secundum quid, & accidentali ad non esse secundum quid. Ibidem.

Corruptio proprie non est motus, sed solum est mutatio, quæ ideo opponitur generationi, quæ proprie non est motus. Ibid. To. 3. pag. 150, nu. 6. & To. 5, pag. 315, lib. 11. Metaph. num. 10.

Ex corruptionibus quædam sunt naturales, quædam violentæ, ideoque dicimus aliquos mori morte naturali, aliquos mori morte violenta. Tom. 3, pagin. 167, lib. 5. Physic. cap. 9 num. 2.

Aliquæ corruptiones sunt inter se contrariæ. Ibid. num. 3.

Corruptio non potest esse infinita, quia incipit ab esse, & terminatur ad non esse. Tom 3. pagin. 203, lib. 6. Physic. cap. 13. num. 2.

Corruptio vnius est generatio alterius, ideoque generationes, & corruptiones sunt perpetuæ. Tom. 3. pagin. 456, libr. 1. de Generatione, capit. 6, per totum.

Corruptio simplex est, cum id, quod corrumpitur, est ens simpliciter, & est magis ens, quam id, quod generatur; vel cum id, quod corrumpitur, est magis sensibile, quam id, quod generatur. Tom. 3. pagin. 457, lib. 1. de Generat. cap. 7. per totum.

Licet idem possit mouere se ipsum, non potest se ipsum corrumpere. Tom. 4, pagin. 415, lib. de motu animal. cap. 3, num. 9

Quod est primum in ordine generationis, rationabiliter est vltimum in ordine corruptionis, & è conuerso, quia natura currit, & recurrit eadem via. Tom. 4, pag. 525, lib. 2. de Gener. animal. cap. 4, num. 44.

Formæ accidentales, quæ habent contrarium, corrumpuntur per se per introductionem contrarij, corrumpuntur per accidens, corrupto subiecto. Tom. 4. pag 665, lib. de longitud. vitæ, capit. 2, num. 4.

Aliquando minus corrumpitur per accidens à maiori, eo pacto, quo flamma maior per accidens corrumpit minorem. Ibid. pag. 667, num. 9

Quod corrumpitur, quando corrumpitur, est. Tom. 5, pag. 317, lib. 11 metaph. cap. 12, num. 19.

Vide Generatio.

CORTEX. Vide Cutis squallida.

Digitized by Google

CORVSCATIO. Vide Fulgur.

CORVVS non ſolum parit duo oua, vt quidam aſſerunt, ſed etiam plura: viginti circiter dies incubat, ac pullos adultos nido expellit. Tom. 3. pag. 878, lib 7. de Hiſt anim. cap.6, num.3.

Corui in regionibus paruis, in quibus cibus non ſuppetit pluribus, bini tantum degunt, ac ſuos pullos cum poſſunt volare, primo expellunt è nido, deinde ex tota regione: pariunt oua quatuor, & etiam quinque. Tom. 3. pagin. 1003, libr. 9. de Hiſtoria animalium capit. 31, num. 1.

Quo tempore hoſpites Mediæ in Pharſalo interiere, corui reliquerunt terram atticam, & Peloponneſum, quaſi ſenſu quodam præuiderent quæ erant ventura. Ibidem.

Corui raro cernuntur coire, ſed frequenter cernuntur roſtra coniungere, ideoque Anaxagoras, & alij quidam cenſuerunt coruos ore coire. Reijcitur hæc ſententia. Tom.4, pag.568, lib. 3. de Generat. anim. cap.6, num 1,2,3.

Corui ſunt parum fœcundi, & parum proni ad libidinem. Ibidem pagin 569, num. 8.

Animalia, quæ reducuntur ad genus coruorum, ſunt cæteris caſtiora, & raro coeunt. Tom.3. pagin.700, lib. 9. de Hiſtor anim. cap.1, num.22,

Coruus habet fel coniunctum inteſtino. To. 3. pag. 748. lib. 2. de Hiſt. anim cap 15. num.9.

Coruus aliquando vehementiore frigore mutat pennas nigras in albas. Tom.3.pag. 779, lib.3. de Hiſtor. animalium cap.10, num 1.

Coruus habet gulam ampliorem in ea parte, qua coniungitur ventriculo. Tom.3. pagin.754, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap.17. num.20.

Coruus eſt hoſtis tauri, atque aſini, ideoque aduolans eos ferit, ac oculos effodit. Tom. 3, pag. 983, ib. 9. de Hiſt. animal. cap.1, num.16.

Coruus amicus eſt vulpi, & inimicus Aeſaloni, & cum vulpes ab Aeſalone eſt vulnerata, coruus opem fert vulpi contra communem hoſtem. Ibid. pag 984, num.21.

Viſus eſt aliquando coruus albus, ſiquidem aliquando per accidens, ſed raro mutat colorem. Tom.4, pag.654 lib.5. de Gen. anim. cap.6, num.2.

Vocatur coruus quædam auis, quæ verſatur circa fluuios, & lacus, ac magnitudine ſimilis eſt ciconiæ, ſed breuioribus, quam ciconia prædita eſt pedibus: eſt palmipes, & apta ad natandum, & ſola inter aues aquaticas facit nidum in arboribus. Tom. 3. pagin 947. lib 8. Hiſtor. anim. cap. 3, num.8.

CORVVLVS Piſcis. Coruulus piſcis, qui dicitur etiam coracinus, ſeu graculus, latet tempore hyemis, ideoque capitur ſolum certis temporibus, quia alijs temporibus latet. Tom.3, pag. 960, lib.8. de Hiſt. anim. cap. 15, num.2.

Sicciores anni conferunt coruulis, pluſquam cæteris piſcibus, quia ſunt tepidiores. To. 3, pag. 967, lib.8. de Hiſtor. animal cap. 19, num.2.

Coruulus optimus eſt ad comedendum, cum vterum gerit. Tom.3, pag 929. lib.8. de Hiſt. anim. cap.30, nu 3.

Coruuli ſunt piſces gregales Tom. 3, pag. 985, lib.9. de Hiſtor. animalium cap. 1, num 1.

CORYCVS, & Philamnon erant duo athletæ, quorum neuter facile ſuperabatur ab altero, ideoque Philamnon dictus eſt iugum gerere cum Coryco. Tom.1, pag. 862, lib.3. Rhet. cap 11, num. 9.

COSMORVM Magiſtratus apud Cretenſes habebat eandem vim, ac magiſtratus ephororum apud Lacedæmonios, ac ſolum numero differebant, nam ephori erant quinque, Coſmi decem. Cum regia poteſtas apud cretenſes ſublata eſt, imperium militare, quod erat apud reges, translatum eſt ad Coſmos. Tom 2. pag. 575. lib.2 Pol. cap.8, num 4.

Coſmi non poterant aſſumi niſi ex certis familijs, ac ij ſolum poterant eligi in Senatores, qui fuerant Coſmi. Ibid pag.576. num 6.

Remedium Cretenſium contra nimiam potentiam Coſmorum erat, quod ſeditione facta illos expellebant, ac cogebant magiſtratum abdicare. Ibidem pagin. 577, num. 9.

COSSI. Aues, quæ vocantur Piti Martij, veſcuntur Coſſis, hoc eſt vermibus quibuſdam craſſis, qui naſcuntur in ligno, & dum eos venantur, adeo arbores excauant, vt coſſos tandem deijciant. To. 3, pagin. 994, lib.9 de Hiſt. anim. cap.9, num.2.

COSTÆ. In hominis pectore dantur duæ coſtæ communes parti tum inferiori, tum ſuperiori. Aliqui dicunt quosdam homines, qui vocantur lignei, ſeu turduli habere ſolum ſeptem coſtas, ſed id videtur falſum. Tom. 3, pag 715, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 15, num. 1.

Serpentes tot habent coſtas, quot menſes habent dies, hoc eſt triginta. Tom. 3, pagin. 752. lib. 2. de Hiſt. animal. cap. 17, num. 16.

Coſtarum duo ſunt genera. Coſtæ ſuperiores etiã ex parte anteriori coeunt, & coniunguntur in pectore: at coſtæ inferiores non coeunt, nec coniunguntur in ventre, vt nimirum venter cibo poſſit intumeſcere, ideoque nullius animalis venter tegitur oſſibus. Tom. 3, pag. 772, lib. 3 de Hiſt. animal. cap. 7, num. 3.

COTAVIA. Ænoſidemus cum depopulatus fuiſſet oppidum, quod vocabatur Cotauia, dicitur ſcripſiſſe Geloni ſe ipſum præueniſſe, cum alioquin Gelo eam Vrbem depopulaturus fuiſſet. Tom. 1, pag. 746, lib. 1 Rhet. cap. 12, nu. 23.

COTTI Piſces. Dantur quidam piſces fluuiatiles, qui græcè dicuntur bæti, & latinè ab aliquibus vocantur cotti, ac ſub ſaxis degunt. Piſcatores ad hos piſces venandos ſaxa, quibus latent, percutiunt vt ſonitu audito, & capite grauati prodeant, & ſic capiantur. Tom. 3, pag. 815, lib. 4. de Hiſtor. animalium capit. 8, numer. 15.

COTVRNICES habent fel coniunctum inteſtino. Tom. 3, pag 748, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 15, num. 9.

Coturnix hoc habet à cæteris auibus peculiare, vt ſimul ingluuie ſit prædita, & prope ventriculum gulam amplam, & laxam habeat, ac vt præterea ingluuies valde diſtet ab ea parte gulæ, quæ ventri eſt propinqua. Tom 3, pag. 754, lib. 2. de Hiſt. animal. cap. 17. num. 22, 20.

Coturnices, dum pugnant, vocem edunt, & in genere coturnicum vis canendi data eſt tantum maribus. Tom. 3, pag 810, lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 9, nu. 9.

Coturnices non nidis, ſed feſtuculis circumſtructis filios abſcondunt, & munium. Tom. 3, pag. 868, lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 1, num. 6.

Coturnices quia ſunt aues imbecilliores, quam grues, citius præſentiunt mutationes temporum, ac citius transmigrant, & transmigrare incipiunt menſe Auguſti, cum grues transmigrare incipiant menſe Septembri. Tom 3, pag 955, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 12, nu. 5.

Coturnices pinguiores ſunt, cum autumno inſtante ex locis calidis transmigrant ad frigida, quam cum inſtante vere, ex frigidis transmigrant ad calida. Ibidem num. 6.

Coturnices diſcedunt à noſtris regionibus, nec apud nos hyemem tranſigunt, niſi paucæ, quæ hybernant in locis apricis. Tom. 3, pagin. 956, lib 8. de Hiſtor. anim. cap. 2, num 9

Coturnices cum tempore autumni ex locis altis deſcéderunt in alias regiones abituræ, ſi cœlum ſit ſerenum, vel aquilonium, ſociantur, ac proſperè iuuin iter faciunt: flante auſtro, graueſcunt ita, vt non poſſint expeditè volare, & edunt quemdam clamorem, ideoque ex auſtro aucupes ſumunt occaſionem coturnices venandi. Ibidem pag. 956, num. 10.

Coturnices cum ad nos veniunt, carent duce, cum abeunt, habent ducem ex auibus ſpecie diuerſis, hoc eſt ligulam, ortygometram, noctuinam, & cynchramum, qui noctu ſuo cantu coturnices reuocat ad iter: ideo aucupes cum audiunt vocem cynchrami, deprehendunt coturnices abituras Ibid. num. 10.

Coturnices non eodem loco, in quo pariunt oua, illis incubant, ſed ea huc, illucque transferunt, ne locus à venatoribus deprehendatur. Tom. 3 pag. 953, lib. 9. de Hiſt. anim. cap 8, num. 2.

Coturnices nidos ſuos humi conſtituunt. Ibidem pag. 994, num. 8.

Coturnices nidos in locis ſublimibus non faciunt, ſed facta area in loco aprico, & vepribus quibusdam congeſtis, vt ſint munimentum contra accipitres, & aquilas, ibi ſua oua deponunt, atque incubando fouent. Cum pullos excluſerunt, ſecum ducunt, vt pulli cum parente paſcantur, ac pullos natos ſub ſe aliquando fouent, more gallinarum. Tom. 3, pag. 992, lib. 9. de Hiſt. animal. cap. 8, num. 1.

Coturnices coeundi libidine eo dementiæ deueniunt, vt venatoribus ſe ſponte offerant, & in eorum capitibus conſidant. Ibidem pag. 994, num. 8.

Coturnices paluſtres, quarum digiti ſunt coniuncti, ſunt valde pauidæ, ideoque qui habent digitos valde coniunctos ſolent eſſe pauidi. Tom 4. pag. 804, lib. Phyſiog. cap. 9, nu. 2

Digitized by Google

COTYLIDONES. Vide Acetabula.
COTYS trax qua arte pecunias ad exercitum alendum pararit. Tom. 2. pag. 819, lib 2. Oecon. cap. 9, num. 27.
COXA. Prima pars cruris dicitur coxa, quæ est anceps, quia os coxæ terminatur à quodam clauo, & in parte summa, & in ima. Tom. 3, pag. 716, lib. 1. de Histor. anim. cap. 15, nu. 6.
In hominibus suffragines, hoc est partes, per quas crura coniunguntur thoraci, flectuntur in partem contrariam, ac coxæ. Tom. 3 pagin. 727, lib. 2. de Histor. anim. cap. 1, num. 11.
Homo habet coxas, ac tibias valde carnosas. Ibidem pag. 731, num. 22.
Cum quis patitur dolores dorsi, & coxarum, solent medici sanguinem elicere ex venis malleorum, ac poplitum. Tom. 3. pagin. 763, lib. 3. de Histor. anim. cap. 3, num. 1.
Coxa non eminens, sed contracta est signum fortitudinis, quia mulieres solent habere coxas eminentes, viri contractas. Tom. 4. pag. 795, lib. Physiog. cap 6, num. 1.
Qui coxas habent neruosas, & ossea sunt fortes, quia tales coxæ conueniunt maribus: at qui habent coxas carnosas sunt molles, quia tales coxæ per se conueniunt fœminis. Tom. 4. pag. 804. lib. Physiogn. cap. 9. num 6.
CRABRONES reducuntur ad genus apum. Licet cum habent ducem, & regem, nidificent sub terra, adhuc cum rege, seu duce amisso, errant palantes, ac vagi, in aliquo loco sublimi cellis se xangulis fauos extruunt, non ex cera, sed ex quadã materia corticea, & arenacea. To 3. pag 859, lib 5. de Histor. anim. cap. 22, num. 1.
Explicantur alia circa mel, & fœtus crabronum. Ibidem nu. 1.
Crabrones generantur ex vermibus, qui recenter nati cibum sumunt, & excrementa eijciunt: deinde formam mutant, & intra quosdam folliculos se claudunt, in quibus neque cibũ sumunt, neque emittunt excrementa, & tum appellantur nymphæ: demum folliculo abrupto, euolant mutati in crabrones. Tom. 3, pag. 852, lib. 5. de Hist animal. cap. 19. num. 6.
Crabrones sunt insecta fauificantia gregalia Tom. 3. pagin. 1015, lib. 9. de Hist. anim. cap. 40, num. 1.
Crabrones non vescuntur floribus, vt apes, sed carnibus, & in fimetis solent versari, vt ibi maiores muscas venentur, quarum capite abscisso, reliquum corpus secum ferunt. Vescuntur etiam fructibus dulcibus. tom. 3, pag. 1028, lib. 9. de Hist. anim. capit. 42, num. 1.
Duces crabronum maiori proportione excedũt reliquos crabrones, quam duces apum suas apes: sub terra construunt sua aluearia: non emittunt colonias more apum, sed cum multiplicantur, faciunt aluearia ampliora. Ibid. num. 2.
Quare ſi quis papyrum, ſeu cartham complicatam in volumen cylindricum ſecuerit ſectione parallela baſi, & deinde volumen euoluat, inueniet, cartham fuiſſe ſectam per lineam rectam: ſi autem ſecuerit ſectione obliqua, inueniet cartham fuiſſe ſectam per lineam tortuoſam. Ibid. pag 604, num 6.

CYMINDES. Chalcis auis ab Ionibus vocatur Cymindes. Tom. 3. pag 997, lib 9. de Hiſtor. anim. capit. 12. num. 5.

CYNCHRAMVS Auis. Coturnices, cum ad nos veniunt, carent duce, cum abeunt, habent ducem præſertim cynchramum, qui noctu ſuo cantu coturnices reuocat ad iter, ideoque aucupes, cum audiunt vocem cynchrami, deprehendunt coturnices abituras. Tom. 3, pag. 953. lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 8, nu. 2.

CYNOCEPHALVS Vide Caniceps.

CYPRINVS piſcis. Cyprinus habet quatuor branchias ex latere dextro, & totidem ex ſiniſtro atque omnes duplices. To. 3. pag. 745, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 13. num. 5.

Cyprini, quem Veneti Rainam vocant, pariunt quinquies, vel ſexies vno anno, ac potiſſimum ſub certorum ſyderum exortu. Tom. 3, pag. 888, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 14, num 2.

Cyprinus, & alij piſces eiuſdem generis vadis ſe intrudunt, vt ibi pariant, & ſæpe ſingulas fœminas tredecim, vel quatuordecim mares ſequuntur. Tom. 3, pag. 889, lib. 6 de Hiſt. anim cap. 14, num. 6.

Cyprinus cuſtodit oua fœminarum, ſed tum ſolum, cum illa vnum in locum congregata repererit. Cyprinorum autem generatio ex ouis perficitur admodum tardè, & eorum oua creſcunt vſque ad magnitudinem milij. Ibidem pagin. 889, num. 5.

Cyprinus tonitruo conſopitur, itaut euadat ſtupidus. Tom. 3, pag. 698, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 20, nu. 1.

Cyprini palatum habent ita carnoſum, & molle, vt niſi diligenter inſpexeris, videatur lingua. Tom. 4, pag. 75, lib. 2. de part anim. cap. 7, num. 9.

CYPSELVS, Cypſelidæ. Cypſelus Corinthi cum eſſet ductor populi, tyrannidem occupauit. Tom. 2, pag. 693, lib. 5. Polit. cap. 10, num. 2

Cypſelidarum donaria inſtituta fuerunt ad otium, & quietem populorum auferendam. Tom. 2. pag. 701, lib. 5. Polit. cap. 11, num. 4.

Cypſelus triginta annis potitus eſt rerum, eiuſque, & filiorum tyrannis durauit annis ſeptuaginta tribus. Tandiu autem durauit, quia Cypſelus erat popularis, & cum gratia apud multitudinem valeret, ſine vlla cuſtodia perſeuerauit. Tom. 2, pagin 707, lib. 5. Politicorum capit. 12, num. 3.

Cypſelus occupata Tyrannide Corinthiorum, qua arte ſe geſſerit. Tom. 2, pag 807. lib. 2. Oecon cap 1, num. 1.

CYRENÆ. Antiquis temporibus in agro cyrenenſi non erant ranæ vocales. Tom. 3, pag. 971, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap. 28, num. 2.

In cyrenenſi agro lupi coeunt cum canibus, & ex tali coitu naſcuntur canes, qui vocantur laconici. Ibidem pag. 977, num. 12.

CYRVS inſurrexit contra Aſtyagem, cuius modum viuendi, & potentiam contemnebat, quaſi eius virtus militaris conſenuiſſet, ipſe autem in delicijs viueret. Tom. 2, pagin. 697 lib. 5. Polit capit. 10, num. 9.

CYTISVS. In animalibus cytiſo, quem aliqui vocant trifolium, veſcentibus, lac augetur. Cytiſus tamen dum floret, non eſt ad veſcendum vtilis, quia inflammat. Tom. 3, pag. 788, lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 22, num 3.

Digitized by Google

D

DABITIS, Celantes, & Baralipton fundantur in virtute ſyllogiſmi ad concludendas plures concluſiones. Tom. 1. pag. 221. lib. 2. Prior. cap. 1, numer. 4.

DACTYLI. Pedes heroici, hoc eſt Dactyli, & Spondæi habẽt proportionem parem, & faciunt numerum maieſtate plenum, ac parum accommodatũ ſolutæ oratio-ni. Tom. 1, pag. 848, lib. 3. Rhet. cap. 8, num. 3.

DÆDALVS. Philippus comicus narrat Dædalum feciſſe ſtatuam ligneam, illique infudiſſe argẽtum viuum, quod quia eſt inquietum, erat cauſa, vt ſtatua ſemper moueretur, itaut videretur mouere ſe ipſam. To. 4. pag. 224, lib. 1. de anima, cap 7, num. 1.

DÆMONES iuxta Platonicos habent corpora aerea, & ſunt viuentia ingenerabilia, & progreſſiua. Tom. 1, pagin. 327, lib. 3. de anima, cap. 11, num. 4.

Non eſt negandum aliqua ſomnia immitti à Dæmonibus, quorum natura alia eſt à natura diuina. Tom. 4, pag. 414, lib. de Diuinatione per ſomnium, capit. 2, numer. 1.

DAMA recenſetur inter animalia quadrupeda viuipara, quæ felle carent. Tom. 3, pag. 748, lib. 2. de Hiſtor. animal. cap. 15. num. 6. & Tom. 4, pagin. 120, lib. 4. de part. anim. cap. 2. num. 3.

In ſanguine Damæ non dantur fibræ, ideoque ſanguis damarum non perinde concreſcit, ac ſanguis animalium fibras habentium. Tom. 3, pag. 771, lib. 3. de Hiſt. animal. cap. 6, num. 2. & Tom. 4. pag. 42, lib 2. de partib. animalium capit. 4, num. 1.

Sanguis damarum cum effluxerit, non concreſcit, Tom. 3, pag. 783, lib. 3. de Hiſtor. anim. cap. 19, num. 6.

DAMNATI. In democratia deberet ſanciri lex, vt bona damnatorum non diſtribuantur populo, ſed inter ſacra referantur, vt ex vna parte ciues à delictis compeſcantur metu amittendi bona, ex alia populus non ſit nimis pronus ad diuites in iudicijs condemnandos. Tom. 2, pagin 721, lib. 6. Politicorum capit. 5, num. 2.

DANVBIVS. Iſter, ſeu Danubius per Ariſtotelem oritur ex Pyrenæo, & per totam pene Europam decurrit in Pontum Euxinum. To. 3, pag. 565, lib. 1. meteor. cap. 13, num. 8.

Nilus, & Danubius quia longiſſimo terrarum tractu decurrunt, ſunt maximi fluuiorum ingredientium in mare mediterraneum. Tom. 3, pag. 582, lib. 2. meteor. cap. 2, num. 18.

DARII Oſtenditur ſyllogiſmũ in Darij neceſſario concludere. Tom. 1, pagin. 115, lib. 1. Prior. cap 5, num 9, 10.

Syllogiſmus in Darij eſt perfectus. Ibidem pag. 118, num. 17.

Darij quo pacto reduci poſſit ad Celarent, & Barbara. Tom. 1. pag. 130, lib. 1. Prior. cap. 8. num 5, 6, 7.

DARIVS. Seſoſtres, & Darius moliti ſunt perfodere ſpatium illud terræ, quod intercipitur inter mare rubrum, & mediterraneum: at ab incepto deſtiterunt, quia inuenerunt mare rubrum eſſe altius ea parte Ægypti, quæ irrigatur à Nilo. To. 3, pagin. 571, lib. 1. meteorolog. cap. 14 num. 9.

DASQVILLI, quos aliqui vocant duſcillos, ſunt piſces, qui veſcuntur cœno, & ſtercore. Tom. 3, pag. 942, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 2, num. 21.

DATISI. Oſtenditur per reductionem ad Darij ſyllogiſmum in Datiſi neceſſario cõcludere, Tom. 1, pag. 126, lib. 1. Prior. cap. 7, num. 10.

DEAMBVLATIO. Vide Ambulatio.

DEBILE. In animalibus partes debiles frigeſcunt, & humore implentur. Tom. 5, pag. 524. ſect. 9. prob. num. 11.

Quare qui ſunt debiles, & imbecilles emittunt vocem acutam. Tom. 5, pagin. 558, ſect. 11. prob. num. 21.

DEBITOR, Debitum. Comaturale videtur eſſe, vt debitor non amet eum, cui debet, immo potius nollet eum eſſe. Tom. 2, pagin. 262, lib. 9. Ethic. cap. 7. num. 2.

DECEM. Vide denarius numerus.

DECENTIA. Vide decorum.

DECEPTIO in opinione quid ſit, & quot modis poſſimus in opinione decipi, opinantes contraria. Tom. 1, pag 267, lib. 2. Prior capit. 26, per totum.
Vide fallacia.

DECHANNICVS fuit auctor, & princeps coniurationis in Archelaum, eiuſque necis, quia Archelaus tradiderat Dechannicum verberandum Eurypidi poetæ, qui erat infenſus Dechânico ob ſcomma à Dechannico ſectatum aduerſus inſuauitatem oris

oris Eurypidis. Tom. 2, pagin.698, lib.5. Polit. cap.10, num.8.

DECIMÆ. Babylone antiqua lex erat,quæ tamen abierat in desuetudinem, vt solueretur decima pars omnium , quæ in vrbem importabantur : has autem decimas exigens Antimenides Rhodius magnam pecuniam comparauit. Tom.2.pagin.823, lib.2. Oecon. cap.1, num.34.

DECORVM. Vt elocutio sit decora , debet esse pathetica, morata , ac rebus accommodata. Tom. 1, pag. 845, lib 3. Rhetor. cap.7, num 1.

Vt elocutio sit rebus accommodata, neque de magnis loquendum est humiliter, neque de humilibus magnificè Ibid.nu.2.

Vt oratio sit affecta , debet esse accommodata affectibus, quos exprimit;vt sit morata, debet esse accommodata vnicuique generi , & habitui , puta si agamus cum agricolis , vel opificibus, debet esse accommodata agricolis, & opificibus : si agamus cum senibus, vel iuuenibus,debet esse accommodata senibus,vel iuuenibus. Ibid. pag.846, num.3,4.

In oratione Pathetica, seu affecta nomina prisca, peregrina, composita, & Epitheta possunt liberalius adhiberi. Ibid.pag.847, num.8.

Traduntur aliqua præcepta circa orationem moratam, & affectam. Ibid. pag.846. nu. 5,6,7,8.

Poeta vt in fabula constituenda , & per elocutionem exornanda decorum seruet,debet sibi ponere ob oculos res,ac si agerentur in scena. Tom 1, pagin.927, lib. Poet. cap 14, nu.1,2.

Poeta vt in exprimendis affectibus seruet decorum , debet conari vt eorum , quos repræsentat , formas , & figuras induat. Ibidem pag.928, nu.3.

DEFATIGATIO oritur ex eo, quod actio, vel passio sint contra potentiam , & inclinationem oppositam Tom. 5, pagin. 248, lib 9. metaph. cap. 10, num.10.

Corpora cœlestia non defatigantur ex perpetuo motu , quia nullam habent potentiam , & inclinationem ad oppositum . Ibidem num. 10.

Potentiæ irrationales agendo non defatigantur,quia nõ sunt potentiæ ad non agere:at potentiæ rationales defatigãtur,quia sunt potentiæ ad non agere. Ibid. num.11.

Cum diu ambulamus per loca plana , & æqualia, magis defatigamur , quia semper laborant eædem partes. Tom.5.pag.498, sect. 5.probl. num. 10, 23, 37.

Quare cum ascendimus, magis defatigentur tibiæ, quam femora , cum autem descendimus, magis defatigentur femora, quam tibiæ. Ibid. pag.502, num.19,24,26.

Defatigatio causatur à superfluitatibus defluentibus ad aliquam partem. Ibidem pag.504, num.26.

Breues deambulationes , per quas frequenter retrocedimus , valde defatigant, quia frequenter sistere , & moueri in partem contrariam est valde laboriosum. Ibidem pagin.507, num.33.

DEFENSIO est pars generis iudicialis , & definitur iniuriarum,delictorumque, quæ in accusationem , vel suspicionem venerint , dissolutio. Tom. 1. pag. 732, lib. 1. Rhet. cap 10,num.1.

DEFINITIO . In definitione essentiali debent sumi solæ differentiæ per se, non autem differentiæ per accidens , ac debent sumi solæ differentiæ , quæ faciunt aliud, non autem quæ faciunt alteratum. Tom. 1. pag. 13, lib. Prædicab. cap.4, nu.4,6,7.

Definitio,quæ est principium demonstrationis , differt à suppositione per hoc , quod suppositio est positio affirmans,aut negãs prædicatum de subiecto : at definitio est positio non continens talem affirmationem, vel negationem. Tom.2, pag. 294, lib. 1. Post cap.2, num. 12. & pagin. 315. cap. 11, num 3.

Definitio differt etiam à suppositione per hoc, quod ad suppositionem non sufficit, vt suppositum intelligatur , & debent esse propositiones vel vniuersales , vel particulares: at ad definitiones sufficit, vt definitum intelligatur,& neque sunt vniuersales, neque particulares. Ibid. pag. 315, cap.11, num. 3.

Definitio non potest esse corruptibilium . Tom.1. pag. 309, lib.1. Posterior. cap.8, num. 2.

Definitio vel est principium demonstrationis, vel est conclusio demonstrationis,vel est demonstratio solo situ differens Ibid. num.2.

Definitio quo pacto explicet causas rei. Ibidem num 2.

Definitio non potest inferri nisi per primam figuram , quia prædicatur de definito affirmatiuè , & vniuersaliter. Tom. 1, pag. 327, lib.1. Post. cap. 14, num. 2.

Definitio aufert æquiuocationem terminorum: & quia in mathematicis non ponuntur termini , nisi per definitionem illos

Digitized by Google

ponendo ob oculos, ideo in mathematicis non inuenitur fallacia æquiuocationis, ſicut in dialecticis. Tom.1.pag.319, lib.1. Poſt. cap.12, nu.9.

Definitio eſt medium demonſtrationis. To. 1. pag.376, lib.2. Poſt. cap.2, num.1.

Vtrum eiusdem ſecundum idem poſſit eſſe definitio, & demonſtratio. Tom. 1, pag. 576, lib.2. Poſt. cap.2, per totum.

Per demonſtrationem non demonſtratur quid ſit res, ſed ſuppoſita definitione,demonſtrantur paſſiones. Ibidem pag 377, num. 7.

Vtrum definitio rei poſſit de ſubiecto demonſtrari per medium conuertibile, vel per viam diuiſionis. To 1, pag.778, lib.2. Poſt. cap.3. per totum.

Vtrum definitio rei poſſit demonſtrari ex ipſa definitione definitionis, vel ex definitione contrarij Tom. 1. pag. 382, lib. 2. Poſt. cap.4. per totum

Reſoluitur quæſtio, & explicatur, quo pacto definitio ſe habeat ad demonſtrationem. Tom.1, pag.385, lib.2. Poſt.cap.5, per totum.

Poteſt vna definitio oſtendi per aliam, puta definitio per cauſam materialem, & formalem poteſt demonſtrari ex definitione per cauſam finalem. Ibid.pag.385, num. 1, 2, 3.

Poteſt aliquando definitio elici ex demonſtratione. Ibid. pag. 387, num 4,5,6,7.

Definitio non ſemper innoteſcit per demonſtrationem, ſed aliquando eſt primum principium. Ibidem pag.389, num.9, 10.

Definitio alia eſt quid nominis, alia quid rei. Ibidem num 11.

Definitio quid rei quo pacto ſit vna. Ibid. pag.390, nu. 12, 13.

Quænam definitio ſit principium demonſtrationis, quænam ſit concluſio demonſtrationis,& quænam ſit demonſtratio ſolo ſitu differens. Ibidem pagin.12, 13, 14, 15,16.

Traduntur regulæ ad venandam definitionem explicantem, quid ſit res. Tom. 1. pag.799. lib 2. Poſt. cap. 8. per totum.

Definitio, ſeu terminus eſt oratio explicans, quid ſit res. Tom.1, pagin.425, lib.1. top. cap.4. num.2.

Explicationes nominum reducuntur ad definitionem Ibid. num 3.

Ad problema definitionis reducuntur quæſtiones, quibus quæritur, an aliquid ſit idem, vel diuerſum. Ibid. nu.3.

Definitio eſt vnum ex prædicatis, circa quæ verſatur dialectica. Tom.3,pag.424, lib.1. topic. capit. 3, num. 2.

Omnia alia prædicata dialectica reducuntur ad definitionem. Tom.1, pag.417, lib. 1. topic. cap.5. per totum.

Non ſufficit ad dialecticam tradere artem de definitione. Ibidem num.3

Proponuntur loca ex definitione ad oſtendendum aliqua dici multipliciter. Tom. 1, pagin. 421, lib. 1. topic. cap. 13, num. 12, 13

Definitio conuenit cum proprio per hoc, quod eſt conuertibilis cum re, differt per hoc, quod definitio explicat quid ſit res, proprium autem eſt extra eſſentiam rei. Tom. 3. pagin. 513. lib. 5. topic. capit. 2, num.14.

Afferuntur quinque modi, qnibus euerti poteſt definitio. Tom. 1. pagin. 531, lib. 6. top. cap.1, num.2,3.

Afferuntur loca ad probandum definitionem eſſe obſcuram, vel redundantem. Tom. 2. pagin. 532, lib. 6. topic. cap. 1. à num.5. vſque ad 18.

Definitio non debet continere nomina ambigua,vel metaphorica:non debet vti nominibus, vel modis loquendi inſuetis, ac debet manifeſtare, cuius rei ſit definitio. Ibidem nu.5,6,7,8,9 10,11,12.

Superfluum in definitione eſt omne id, quo ablato, explicatur ſufficienter, quid ſit definitum. Ibidem pag 535. num 14

In definitione nihil debet addi, quod non conueniat omnibus contentis ſub definito: idem nomen non debet ſæpius repeti, ac non debet poni vniuerſale ſimul, & particulare. Ibidem nu. 16,17,18.

Afferuntur loca ad probandum orationem allatam non eſſe definitionem. Ibid. pag. 537, à num. 19, vſque ad finem capitis.

An, & in quo ſenſu definitio debeat eſſe per priora, & notiora. Ibidem num. 19, 20, 21, 22.

Deſcriptiones per notiora nobis, quæ non ſunt priora, & notiora ſecundum ſe, non ſunt veræ definitiones. Ibid pagin 538, num. 21.

Eiusdem rei non poſſunt dari plures veræ definitiones. Ibidem pag. 537. num.19.

Entia mathematica cum abſtrahant à motu, non debent definiri per motum. Ibidem pag.539, num.23.

Afferuntur modi ad oſtendendum, quod definitio allata non eſt per priora. Ibid. pag.539, nu.23,24,25,26.

Res

Digitized by Google

Res debet definiri per genus proprium, & proximum, vel si definitur per genus remotum, debēt ordinatim enumerari omnes differentiæ diuidentes tale genus. Ibidem pag. 544, nu. 31, 32.

Afferuntur loca topica ad examinandum, quales differentiæ poni debeant in definitione. Tom. 1, pag. 542, lib. 6. topi. cap. 2, à nu. 1. vsque ad 14.

An, & quo pacto res possit definiri per negationem. Ibid. pag. 543, nu. 3, 4, 5.

Quod est natum factum ad aliquem vsum, debet definiri per talem vsum. Ibid. pag. 547, num. 17.

Res debet definiri per primum subiectum. Ibid. num. 18, 19.

Definitio, ac definitum debent omnino cōuenire in tempore Ibid. pag. 548, nu. 20.

Si definitio suscipit magis, & minus, etiam definitum debet suscipere magis, & minus: definitio, & definitum debent simul intendi, ac remitti, ac necesse est, vt de omnibus, de quibus magis dicitur definitio, magis dicatur definitum, & vt omnibus, quibus similiter inest definitio, similiter insit definitum. Ibidem pag. 548, num. 20, 21, 22, 23, 24, 25.

Definitio rei non debet assignari per disiunctionem duorum. Ibidem pagin. 549, num. 26.

Relatiua quo pacto debeant definiri. Ibidem pagin. 550, num. 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34.

Opposita priuatiuè, & contrariè quo pacto debeant definiri. Ibidem pag. 553, num. 37, 38, 39, 40.

Æquiuoca non debent definiri vnica definitione. Ibid. pag. 554, num. 43.

Definitio æquimembris quid sit, & an sit bona. Tom. 1. pag. 556, lib. 6. topic. cap. 3, num. 2.

Proponuntur loca pro definitione compositorum. Ibidem pagin. 556, num. 1, 2, 3, 4.

Quod est per se eligendum, non debet definiri vt actiuum, & effectiuum alterius. Ibidem pag. 559, num. 11.

Proponuntur loca pro definitione totius. Ibid. pag 559, à num. 12. vsque ad finem capitis.

Definitio raro probatur per syllogismum, sed plerumque supponitur vt principium, præsertim a mathematicis. Tom. 1, pagin. 568, lib 7. Topicorum capit. 1, num 18.

Definitio est oratio explicans quid sit res, & constat ex genere, ac differentia. Ibid. pag. 569, num. 20.

Proponuntur loca ad probandam definitionem desumpta ex oppositis, ex coniugatis, & casibus, ex similibus, & ex magis, & minus Ibid. pag. 568. à nu. 21, vsque ad finem.

Definitio difficilius construitur, seu probatur, quam destruatur, siue impugnetur. Tom. 1, pag. 572. lib. 8. topic. cap. 2, num. 2, 3, 4, 5.

Problema definitionis est omnium difficillimum, ad construendum, sed omnium facillimum ad destruendum. Ibid. pag. 573, num. 9, 10, 11.

Omnia loca, quæ valent ad destruenda alia problemata, valent etiam ad destruendam definitionem. Ibid pag. 574, num. 10.

Ex ignorantia definitionis etiam in mathematicis oritur difficultas demonstrandi quædam, quæ posita definitione, facillimè demonstrantur. Tom 1. pag. 586, lib. 8. topic. cap. 2, num. 17, 18.

Proponitur, & explicatur locus Rhetoricus ex definitione. Tom. 1, pagin. 815, lib. 2. Rhet. cap. 24. num. 7.

Quod includit alterum in sua definitione, non includitur in definitione illius. Tom. 3. pagin. 14, libr. 1. Physicorum capit. 4, num. 12.

Definitio est primum principium tum in speculabilibus, tum in agibilibus. Tom. 3, pagin. 64. lib. 2. Physicorum capit. 10, num. 4.

Nisi diuidamus differentiam superiorem per inferiores per se conuenientes, facimus definitionem vnam solum per accidens, & coniunctione, non autem vnam per se. To. 4, pag. 20, lib. 1. de Part. anim. cap. 3, num. 12

Proponitur difficultas ex eo, quod ex vna parte cognitio quidditatis, ac definitionis videtur prærequiri ad cognoscenda accidentia, & causas accidentium, ex alia parte cognitio accidentium videtur prærequiri ad cognoscendum, quid sit res Tom. 4, pag 212, lib. 1. de Anima cap. 2, num. 10.

Explicatur diuersus modus, quo definit physicus, ac quo definit dialecticus. Tom. 4, pagin. 215, lib. 1, de Anima capit. 3, num. 1,

Definitiones, quibus res naturales definiuntur per solam formam, non sunt physicæ, sed dialecticæ, cum physica cōsideret formas prout in materia: definitiones definientes,

entes, per ſolam materiam, vel per materiam ſimul, & formam, ſunt phyſicæ, ſed quæ definit per ſolam materiam eſt imperfecta, quæ per materiam ſimul, & formam eſt perfecta. Ibidem pagin. 215, num. 1, 2, 3.

Definitio rei debet ita aſſignari, vt per ipſam poſſit reddi ratio de paſſionibus, & operationibus rei. Tom. 4, pag. 219, lib. 1. de Anima cap. 9, num. 4.

Principium totius ſcientiæ eſt definitio explicans quidditatem ſubiecti. To. 4, pag. 242, lib 2. de anima cap. 1, num. 1.

Non ſolum debemus afferre definitionem explicantem, quod definitum eſt hoc, ſed etiam definitionem explicantem propter quam cauſam definitum ſit hoc. Tom. 4, pag. 247, lib. 2. de Anima cap. 3, num. 1.

Vt ſit poſſibilis definitio, debet non poſſe dari proceſſus in infinitum in prædicatis quidditatiuis. Tom. 5, pag. 52, lib. 2. metaph. cap. 2, nu. 11, 12, 13.

Definitio dicitur terminus, quia cognitio incipiens ab accidentibus ſenſibilibus terminatur ad eſſentiam, & definitionem rei. Tom. 5, pag. 147, lib. 5. metaph. cap. 17, num. 2.

Definitio dicitur falſa, tum quando nulli poteſt conuenire, tum quando non conuenit illi, cui applicatur. Tom. 5, pag. 157, lib. 5. metaph. cap. 29, num. 3.

Quo pacto vnius ſit vnica definitio, vel plures definitiones. Ibidem pag. 158, num. 4.

Definitiones phyſicæ ſunt definitiones quidditatum inſeparabilium à materia ſenſibili, non ſolum ſecundum eſſe, ſed etiam ſecundum rationem. Definitiones mathematicæ ſunt definitiones quidditatum abſtrahentium à materia ſenſibili ſecundum rationem, non ſecundum eſſe. Definitiones metaphyſicæ ſunt definitiones quidditatum abſtrahentium à materia ſenſibili ſecundum eſſe, & ſecundum rationem. Tom. 5, pag. 162, lib. 6. metaph. cap. 1. nu. 4.

Sola ſubſtantia definitur ſimpliciter, & propriè, accidentia definiuntur ſolum definitione ſecundum quid. Tom. 5, pag. 176, lib. 7. metaph. cap 5, per totum.

Quid ſit definitio per additamentum, & quo pacto accidentia copulata definiantur per additamentum. Tom. 5. pagin. 178, lib. 7. metaphyſicorum cap. 6, per totum.

Quo pacto definitio partium ſit prior, vel poſterior definitione totius, ac debeat poni in definitione totius. Tom. 5, pag. 193, lib. 7. Metaph. cap. 14, per totum.

Cum materia eſt pars ſpeciei, debet poni in eius definitione, cum non eſt pars ſpeciei, non debet poni in eius definitione. Tom 4, pagin 195, lib. 7. metaph. cap. 14, num. 8.

Materia non in ſingulari, ſed in vniuerſali debet poni in definitione totius. Ibid. pag. 197, nu 15.

Quo pacto licet definitio conſtet ex partibus, hoc eſt ex genere, & differentia, tamen ſit vna. Tom. 5. pagin. 203, lib. 7. metaph. cap. 16. per totum.

In veris definitionibus nihil aliud ponitur, quam genus, & differentiæ. Ibidem pag. 204, num. 7.

Singularia definiri non poſſunt, ſed ſolum vniuerſalia definiuntur. Tom. 5, pag. 210, lib. 7. metaph. cap. 19, num. 1. & pag. 390, lib. 13. cap. 11, num. 4.

Oſtenditur ideas Platonicas definiri non poſſe. Ibidem pagin. 210, cap. 19. per totum.

Sol, & luna in ſingulari definiri nequeunt, & eorum definitiones peccãt in pluribus. Ibid. pag. 211, num. 8.

Quo pacto partes eſſentiæ, ac definitionis faciant vnum. Tom. 5, pagin. 230, lib. 8. metaph. cap. 8. per totum.

Prima, & ſimplicia ſunt indefinibilia, alioquin procederetur in infinitum in definitionibus. Tom. 5, pag. 241, lib. 9. metaph. cap. 7. nu. 2.

Scientiæ ſupponunt definitionem ſubiecti, eaque tamquam principio vtũtur ad ſuas demonſtrationes. Tom. 5, pag. 299, lib. 11. metaph. cap. 8, num. 2.

Priora definitione ſunt, quæ includuntur in definitione aliorum, non è conuerſo. Tom. 5, pag. 357, lib. 13. metaph. cap. 2, num. 17.

Quare Socrates quæſiuerit definitiones. Tom. 5. pag. 362, lib. 13. metaph. cap. 4, num 2.

DEFVNCTI. Vide mortui.

DEINCEPS. Vide conſequenter.

DELATIO. Vide motus localis.

DELECTABILE Obiectum conueniens eſt delectabile, obiectum diſconueniens eſt dolorifcrum, & quæ poſſunt affici delectatione, poſſunt etiam appetere obiectũ delectabile. Tom. 4, pag. 258, lib. 2. de Anima cap. 4, num. 2.

Vide delectatio, iucundum.

DE-

DELECTATIO, Delectabile. Delectatio, ſeu voluptas imperfecta conſiſtit in quodam tranſitu ſenſibili ad ſtatum naturæ conuenientem. Tom. 1, pagin. 736, lib. 1. Rhet. cap. 11, num. 1.

Quo tranſitus fit citius, eo delectatio eſt maior, & ideo potus eſt delectabilior cibo. Ibid. num. 1.

Quænam cauſent delectationem. Vide Iucunda.

Felicitas ab aliquibus ponitur in delectationibus guſtus, & tactus. Tom. 2, pag. 10 lib. 1. Ethic. cap. 5, num. 1.

Felicitas quo pacto conſiſtat in virtute cum delectatione. Tom. 2. pag. 21, lib. 1. Ethic. cap. 8, num. 6.

Felicitas eſt delectabiliſſima. Ibidem numer. 6.

Vita ſecundum virtutem eſt per ſe iucundiſſima. Ibid. num. 6.

Signum virtutis acquiſitæ eſt, cum quis delectatur operationibus ſecundum virtutem. Tom 2, pag. 38, lib. 2. Ethic. cap. 3, per totum.

Delectatio eſt præcipuum motiuum, à quo homines in ſuis actionibus regulantur, ideoque præcipuum negotium virtutis conſiſtit in hoc, vt bene circa delectationes diſponamur. Tom 2, pag. 40. lib. 2. Ethic. cap. 3, nu. 9, 10, 11.

Delectationes guſtus, & tactus ſunt propria materia temperantiæ, magis tamen tactus. Tom. 2. pagin. 112, lib. 3. Ethic. cap. 10, num 4, 5, 6.

Delectabilia neceſſaria ſunt delectabilia corporea, quæ requiruntur ad conſeruationem individui, & ſpeciei, hoc eſt cibus, & potus, ac venerea, & quia ſunt cõmunia brutis, non ſunt homini expetenda propter ſe, ſed propter neceſſitatem. Tom. 2. pagin. 193. lib. 7. Ethic. cap. 4, num. 2.

Delectabilia non neceſſaria ſunt, quæ ſunt bona, & delectant, licet ſine ipſis poſſimus viuere, vt victoria, diuitiæ &c. Ibidem pag. 193, num 2.

Circa delectabilia neceſſaria verſatur continentia, & incontinentia ſimpliciter, circa non neceſſaria verſatur continentia, & incontinentia ſecundum quid. Ibidem pagin. 193, capit. 4, per totum, & lib. 2. magnor. moralium, pagin. 363, capit. 7, num. 11.

Alia ſunt delectabilia ſecundum naturam, & circa illa verſantur habitus humani: alia ſunt delectabilia non ſecundum naturam, ſed ex laſione, & circa illa verſantur vitia beſtialia. Tom. 2, pagin. 195, lib. 7. Ethic cap. 5, per totum.

Oſtenditur tribus rationibus in morali agendum eſſe de voluptate, & triſtitia. Tom. 2. pag. 209. lib. 7. Ethic. cap. 11. num. 1, 2, 3, 4. & pag. 368, lib. 2. mag. mor. cap. 8, num. 1.

Proponuntur, & ſoluuntur rationes, quibus oſtenditur nullam voluptatem eſſe bonam, vel ſaltem nullam eſſe optimam. Tom. 2, pag. 210. lib. 7. Ethic. cap. 11, nu. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13. Et capit. 12, per totum, & pag. 368, lib. 2. magnorum moralium capit. 8, à num. 1 vſque ad 10.

Diſtinguuntur quatuor genera delectationum. Tom. 2, pagin. 211, lib. 7. Ethicor. cap. 12, num. 2.

Alia ſunt delectabilia, quia ſunt bona, alia quia explent indigentiam. Ibid. pag. 211, num. 3.

Non omnis delectatio eſt generatio, ſed quædam ſequitur ex operatione naturæ iam perfectè conſtitutæ, ideoque delectatio malè definitur generatio ſenſibilis. Ibidem cap. 11, num. 3, 4, & pagin 369, lib. 2. magnor. moral. capit. 8, num 7, 8, 9.

Delectationes, quæ ſequuntur ex operatione prudentiæ, non impediunt, ſed augent prudentiam, & aliquas delectationes prudens, ac temperans proſequitur. Tom. 2, pag. 213, lib 7. Ethicor. cap. 12, num 6, 8.

Oſtenditur delectationem eſſe bonam, & aliquam eſſe optimam, & ad felicitatem requiri. Tom. 2, pag. 213, lib. 7. Ethicor. cap. 13. per totum.

Quare homines nomine voluptatis intelligant corporeas, & non appetant delectationem optimam. Ibid. pag 215, num. 10, 11, 12, 13.

Quo pacto voluptates corporeæ ſint bonæ, & quare videantur appetibiles magis, quam ſint. Tom. 2, pagin. 216, libr. 7. Ethicorum capit. 14. à numer. 1. vſque ad 11.

Cur delectationes intellectuales ſint meliores corporeis. Ibidem pag. 218, num. 12, 13, 14, 15.

Delectatio vera, & perfecta eſt de bono operationis: delectatio per accidens eſt de iis, quæ conducunt ad producendos habitus naturales. Tom. 2, pag. 221, lib. 7. Ethic. cap. 13, num. 3.

Licet delectationes imperfectæ sint generationes sensibiles, delectatio pura, & perfecta est operatio habitus secundum naturam non impedita. Ibidem pagin. 212, num. 4.

Quare nihil idem delectet nos semper, & quare mutatio sit homini delectabilissima. Tom. 2, pag. 219, lib. 7. Ethic. cap. 14, num. 13, 14, 15, 16.

Ad hæc videndum non conducit asserere, quod omnes delectationes sunt pravæ. Tom. 2, pag. 277, lib. 10. Ethicor. cap 1, num. 4.

Proponitur opinio Eudoxi, quod voluptas sit per se bona, & optima, eiusque rationes. Tom. 2, pagin. 278, lib. 10. Ethic. cap. 2, num. 1, 2, 3, 4.

Proponitur opinio Platonis, quod voluptas non solum non sit summum bonum, sed neque sit bona, & quo pacto Plato improbarit rationes Eudoxi. Ibid. pag. 279, num. 5, 6, 7.

Rejiciuntur rationes, quibus Plato ostendebat delectationem non esse bonam. Tom. 2, pagin. 280, lib. 10. Ethic. cap. 3, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Ostenditur non omnem voluptatem esse bonam. Ibid. pag. 285, num. 8.

Quæ voluptates suscipiant magis, & minus, & quo pacto voluptas sit aliquid definitum, ac determinatum. Ibidem pag. 280. num 2.

Delectatio ex Platone est generatio, per quam impletur indigentia naturæ: dolor est generatio, per quam natura remanet indigens. Ibid pag. 281, num. 4.

Ostenditur delectationem non esse motum, neque generationem, Ibidem pag. 281, num. 4, 5. & pag. 283, cap. 4, num 1, 2, 3, 4. & pagin. 369, lib. 2. magnor. moral. cap. 8. num. 8.

Delectatio potest perfici in instanti, & potest esse perfecta non solum in toto tempore, sed in qualibet parte temporis, ideoque non est motus, neque generatio. Ibid. pag. 284, num. 2, 3, 4.

Delectatio est perfectio operationis cognoscitivæ, vel appetitivæ, eamque perficit in genere causæ formalis, & est perfectio consequens ad hoc, ut operatio bene se habeat in suo genere. Ibidem pagin. 285, num. 5, 6, 7, 8.

Delectatio definitur ultima perfectio operationis intentionalis elicitaliter perfectæ per hoc, quod procedat à potentia bene disposita circa præstantissimum suum obiectum. Ibidem pag. 285, num. 4.

Cur delectatio aliquandiu duret, sed non possit esse continua: cur noua delectent vehementer, deinde non delectent ita vehementer: & cur delectatio apperatur ab omnibus. Ibidem pagin. 286, num. 9, 10, 11.

Delectationes, quæ consequuntur ex operationibus specie differentibus, differunt specie. Tom. 2. pagin. 287, lib. 10. Ethic. cap. 5, num. 1, 2, 3, 4, 5.

Delectatio est propria operationis, ex qua consequitur. Ibid. num. 2.

Quare operatio delectabilior auertat ab operatione minus delectabili. Ibid. pag. 288, num. 3.

Delectationes differunt in bonitate, & malitia, puritate, & immaterialitate proportionaliter ac obiecta. Ibidem pag. 289, num. 5, 6, 7.

Non eadem sunt delectabilia hominibus diuersimodè dispositis, ac illa censenda sunt verè delectabilia, quæ sunt delectabilia viro probo. Ibidem pag. 290, num. 9, 10.

Omnia animalia habent aliquam propriam delectationem, ac illæ delectationes sunt propriè humanæ, quæ consequuntur ex operationibus propriè humanis. Ibid. pag. 290, num 8, 1.

Probus maximè delectatur non ludicris, sed seriis, ac secundum virtutem. Tom. 2, pag. 292, lib. 10. Ethic. cap. 6, num. 6, 7.

Delectatio est actus consequens perfectam operationem naturalem alicuius cognoscentis, & appetentis circa proportionatum obiectum. Explicatur ex quibus sequatur delectatio. Tom. 5, pag. 348, lib. 12. metaph. cap. 7, num. 2.

Ex sensatione, qua percipimus delectabilia, sequitur delectatio, ex sensatione, qua percipimus molesta, sequitur tristitia. Tom. 4, pag. 313, lib. 3. de Anima cap. 6, num. 2.

Delectari, ac tristari est agere sensitiua mediocritate, hoc est sensu communi circa obiectum per sensum apprehensum vt bonum, vel malum. Ibidem pag. n. 314, num. 5.

DELIBERATIO, Deliberatiuum genus. Tria sunt genera dicendi, deliberatiuum, iudiciale, & demonstratiuum, & desumuntur ex tribus generibus auditorum, quæ sunt deliberator, iudex & spectator. Tom. 1, pagin. 699, lib. 1. Rhetor. cap. 3, num. 1.

Ge-

Generis deliberatiui duæ ſunt partes, ſuaſio, ac diſſuaſio. Ibid. num. 2.

Finis generis deliberatiui eſt, vt oſtendat aliquid eſſe vtile, vel perniciosum, ac reſpicit tempus futurum. Ibidem pag. 700, num. 3, 4, 5.

In genere deliberatiuo ſumendæ ſunt propoſitiones; ſeu loca de vtilibus, ac perniciosis. Ibid. num 6.

In publicis actionibus deliberari ſolet præſertim de quinque: primo de pecunijs, ac reditibus: ſecundo de bello, & pace: tertio de cuſtodia regionis: quarto de ijs, quæ importantur, & exportantur: quinto demum de legum poſitione, & abrogatione. Tom. 1, pag. 701, lib. 1. Rhet. cap. 4, per totum.

Finis deliberantium eſt felicitas, & eius partes: & explicatur quæ debeat orator ſcire circa felicitatem, & eius partes. Tom. 1. pagin. 704, lib. 1 Rhetor. capit. 5. per totum.

In genere deliberatiuo non debemus ſectari elocutionem valde exquiſitam, & minutam, ſed ſolum debemus curam ponere in quibuſdam magis eminentibus, quæque ab imperita multitudine perſpici poſſunt, quia multitudo, ad quam dirigitur genus deliberatiuum, orationem contemplatur quodammodo à longe. Tom. 1, pag. 866, lib. 3. Rhetor. cap. 12, num. 6.

Phantaſia eſt communis omnibus animalibus, at vis deliberatiua eſt hominis propria, quia per deliberationem conſultamus, vtrum faciendum ſit hoc, vel aliud, quod eſt officium rationis. To. 4, pag. 324, lib. 3. de anima, cap. 10, num. 4.
Vide conſultatio.

DELICATI, guloſi, ac vinolenti dicuntur qui cibo, & potui nimis, ac præter rationem indulgent. Tom. 2, pag. 419. lib. 2. mor. ad Eud. capit. 5, num 24.

DELINEATIVA. Iuuenes erudiendi ſunt in facultate delineatiua, vt per illam reddantur apti ad pulchritudinem corporum contemplandam. Tom. 2, pagin. 776, lib. 8. Polit. capit. 3 num. 4.

DELIQVIVM. Multi dum fuerunt in magnis deliquijs, viderunt quædam phantaſmata, qualia vident ſomniantes, ideoque poteſt dubitari, vtrum qui patiuntur talia deliquia tum dormiant, & ſomnient. Tom. 4. pag. 394, lib. de ſomno, & vigil. cap. 4. num. 5.

Senſus aliquando ligantur propter deliquium. Tom. 4. pag. 391, lib. de ſomno, & vig. cap. 2, num. 8.

DELPHIN. Ex animalibus aquaticis delphin eſt viuiparus, & caret branchijs, ſed habet quamdam fiſtulam in fronte. Tom. 3, pag. 703. lib. 1. de Hiſtor. animal. cap. 5, num. 1.

Delphin audit, & tamen nullus in eo appareret meatus, ſeu auris exterior. Tom. 3, pagin. 712 lib. 1. de Hiſtor. anim. cap. 11. num. 2.

Delphino genitale ineſt intus. Tom. 3, pagin. 732, lib. 2. de Hiſtor animalium, capit. 1, num. 31.

Delphinus, licet ſit animal aquatile, tamen non concipit ouum, ſed animal, ideoque habet mammas, non in parte ſuperiore, ſed in inferiore, ac prope genitale. Tom. 3, pag. 744, lib. 2. de Hiſtor. animalium, cap. 13, num. 2.

In mammis delphini non extant papillæ, ſed loco papillarum habet duos tubulos, ex quibus efflunt lac, quod ſugitur à catulis ſequentibus parentem. Ibid.

Ex animalibus, quæ carent pedibus, delphin teſtes habet non ad lumbos, ſed ad ventrem. Tom. 3, pag 755, lib 3 de Hiſt. anim. cap. 1. num. 5.

Delphin teſtes habet non extra ventrem, ſed intra ventrem. Ibid. pagin 557 num. 10.

Piſcatores poſtquam lembis totum delphinorum gregem cinxerunt, ſtrepitu ex mari excitato efficiunt, vt delphini territi erumpant omnes ad littora, ibique capite grauati propter ſtrepitum capiuntur. To 3, pag. 814, lib. 4. de Hiſt animal. cap 8, num. 9.

Delphini habent ſenſum auditus. Ibidem

Delphini & audiunt, & ſtrepitu terrentur, & acutè odorantur, & tamen nulla organa auditus, vel odoratus in eis exterius apparent. Ibid. pag. 816, num 19.

Delphin quia habet pulmonem, & aſperam arteriam, edit propriam vocem, & dum in aerem emergit, ſtridet, ac gemit. Tom. 3 pag. 819, lib. 4. de Hiſt. anim. capit. 9, num. 6

Delphini, balænæ, & alia animalia, quæ prædita ſunt quadam fiſtula ad reſpirandum, conſiſtunt prope ſuperficiem aquæ, & fiſtula extra aquam extante, dormiunt per fiſtulam reſpirantes, ac nonnulli teſtantur ſe audiuiſſe delphinum ſtertentem. Tom. 3, pag. 823, lib. 4. de Hiſtor. anim. cap. 9, num. 6, & pag 835, lib. 6 cap. 12, num 3.

Delphini quo pacto coeant. Tom. 3. pagin. 839,

829, lib. 5. de Hiſtor. animalium, cap. 5, num. 3.

Delphin ab initio non ouum, ſed animal gignit: pleruinque parit vnicum fœtum, ſed aliquando duos: lac habet, ac ſuos filios paruos intra ſe recipit, ac fouet: celeriter creſcunt, & diu viuunt. Tom. 3, pagin. 885. lib. 6. de Hiſtor. anim. capit. 12, num. 1, 2, 3, 4.

Delphin eſt animal ambiguum inter terreſtria, & aquatilia, ſiquidem reſpirat aerem, cum habeat pulmonem, & etiam quodammodo reſpirat aquam per fiſtulam. Tom. 3. pag. 738. lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 2, num. 5, & Tom. 4, pag. 98, lib. 3. de part. anim. cap. 6, num. 4.

Delphin ita eget reſpiratione aeris, vt ſi capiatur retibus, adeoque non poſſit caput ex aqua attollere ad reſpirandum, cito ſuffocetur: at ſi extrahatur ex aqua diutius viuit, reſpirans, & anhelans. Idem delphin dormiens roſtrum exerit extra mare, vt aerem reſpiret. Ibid. Tom 3. pag. 938 num. 5.

Delphini ore ſurſum reſupinato piſces venantur, & ideo piſces facilius ab ijs effugiunt. Tom. 3, pagin. 913, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 2, num. 27.

In ponto euxino nulla eſt bellua marina præter delphinum, & phocænam, & ipſe delphinus in ponto euxino non eſt magnus. Tom. 3, pag. 958, lib. 8. de Hiſt. animalium, cap. 13, num. 3.

Delphini ſunt manſuetiſſimi, & pueros adamant. Ferunt delphino circa Cariam capto, ingentem delphinorum multitudinem veniſſe ad portum, ac delphino recepto, abijſſe. Viſus eſt etiam delphin mortuus ab alijs delphinis efferri. Tom. 3. pagin. 1033, lib. 9. de Hiſt. animalium, cap 48, num. 1.

Mira eſt delphinorum velocitas, præſertim dum piſces inſequuntur. Ibid. nu. 2.

Delphini ſæpè in terram proſiliunt. Ibid.

Delphini mares, ac fœminæ coniugationem agunt. Ibidem num. 3.

Delphinos paruos ſemper comitatur aliquis ex grandioribus cuſtodiæ gratia. Ibidem num. 1

Ex animalibus aquatilibus delphin, qui eſt viuiparus, habet oſſa. Tom. 4, pag. 54, lib. 2. de part. anim, cap. 9, num. 8.

Delphinus felle caret. Tom. 4. pagin. 121, lib 4. de part. anim cap. 2, nu 3.

Delphin cenſetur diu viuere, quia felle caret. Ibid. pag. 122, num. 8.

Delphin, & alia cete branchijs carent, ſed quia habent pulmonem, adeoque reſpirant aerem, habent fiſtulam, vt aquam, quam dum cibum ſumunt, accipiunt, ore eructent, ac fiſtulam habent in anteriore parte capitis. Tom. 4, pag. 174, lib. 4. de part. anim. cap. 13, num. 16.

Delphin, & alia cete, cum ſint valde magna, debent eſſe valde calida, ideoque debent habere pulmonem ad refrigerandum calorem Ibidem pag. 175, num. 17.

Delphini teſtes habent intus, quia cutem habent valde duram. Tom. 4, pag. 451, lib 1. de Gen. anim. cap. 12, num 3.

DEMAGOGI, hoc eſt ductores populi in extrema democratia adulantur populo, ac ſunt ſimiles adulatoribus tyrannorum. Tom 2, pagin. 637, lib. 4. Pol. capit. 4, num 15.

Demagogi habent auctoritatem apud populum, quia populus ipſis fidem habet, tãquam amatoribus populi. Ibidem.

DEMOCRATIA eſt politia, in qua magiſtratus diſtribuuntur indifferenter, ideoq; diſtribuuntur ſorte. Tom. 1. pagin. 723. lib. 1. Rhetor. cap. 8 num. 3.

Democratiæ finis eſt libertas. Ibidem nu. 4.

Democratia eſt politia praua in quam degenerat reſpublica communis, & deſcribitur *gubernatio multorum referentium gubernationem ad vtilitatem pauperum, & egenorum.* Tom. 2. pag 598, lib. 3. Pol. cap. 5, num 4.

Non eſt de eſſentia democratiæ, vt dominentur multi, ſed ſolum vt dominentur pauperes, qui ſolent eſſe multi Ibidem pag. 599, num. 6, 7, 8, 9, & pag. 632, lib. 4. Polit. cap. 4, num. 1.

In Democratia pauperes, qui æquales ſunt diuitibus in libertate, exiſtimant ſe eſſe ſimpliciter æquales, ac debere participare æqualiter de bonis communibus. Tom. 2. pag. 600, lib. 3. Pol cap. 6, num. 2, 3.

Quinque ſunt ſpecies democratiæ, Prima, in qua omnes omnino cenſentur æquales, ac præualet multitudo: ſecunda in qua omnes, qui attingunt certum cenſum, qui eſt valde paruus, ſunt capaces magiſtratuum, qui non attingunt, ſunt incapaces, & quia plerique attingunt, plerique ſunt capaces: tertia, in qua omnes ſunt capaces magiſtratuum, dummodo ex aliqua cauſa, puta ex delicto non redditi ſint inhabiles, dominatur autem lex: quarta, in qua omnes ſunt capaces, dummodo ſint ciues, dominatur autem lex;

quin-

Digitized by Google

quinta demum, in qua omnes sunt capaces, dominatur autem non lex, sed multitudo, quæ prævalet legi. Tom. 2, pagin. 637, lib 3. Politic, cap. 4, num 11, 12, 13, 14, 15.

Quinta species democratiæ merito reprehenditur, & vix videtur politia. Ibidem pag. 637, num. 15.

Afferuntur rationes assignatarum specierũ democratiæ. Tom. 2, pagin. 639, lib. 4. Polit. cap. 6, num 1, 2, 3, 4.

Gubernatio democratica convenit multitudini, in qua pauperes propter multitudinem sunt potentiores divitibus. Tom. 2, pag. 651, lib. 4. Pol. cap. 12, num. 2.

Leges fauentes democratiæ eo tendunt, vt pauperes dominentur, ideoque constituunt mercedem pauperibus iudicia, & cõciones frequentantibus; divitibus verò non frequentantibus nullam pœnam cõstituunt, vt soli pauperes frequentent, adeoque dominentur. Tom. 2. pag 653, lib. 4. Pol. cap. 13, nu. 6.

Respublicæ constitutæ ex equitibus, & peditibus vocari possunt democratiæ, quia plures participant de gubernatione. Tom. 2, pag. 654, lib. 4. Politic. cap. 13, num. 10.

Consilium, in quo omnes determinant de omnibus, est maximè proprium domocratiæ, quæ affectat hãc omnimodam æqualitatem, per quam omnes possint de ombus decernere. Tom. 2. pag. 6, 5, lib. 4 Pol. cap. 14, num. 5.

Explicantur varij modi consilij, qui accõmodantur varijs democratiæ speciebus. Ibidem pag. 655, num 5, 6, 7, 8.

In democratia, in qua multitudo dominatur etiam legibus, expedit, vt cogantur frequentare conciones tum diuites, proposita pœna, si absint, tum pauperes, proposita mercede, si adsint. Ibid. pagin. 657, num. 11.

Proponuntur quædam obseruanda in alijs speciebus democratiæ. Ibid. pag. 657, numer. 12, 13.

In democratijs, in quibus omnes deliberant de omnibus, non datur aliud consilium particulare. Tom. 2, pag. 661. lib. 4. Polit. cap. 15, num. 6.

Magistratus curam habens honestatis mulierum, & puerorum non convenit democratiæ, quia mulieres, & pueri pauperum propter egestatem coguntur foras exire ad sua negotia peragenda Ibid.

Democratiæ convenit, vt omnes constituant magistratus ex omnibus, seu sorte, seu electione, seu partim sorte, partim electione. Ibid. pag. 662. nu. 9.

Democratiæ conueniunt illi modi eligendi iudices, per quos iudices eligãtur ex omnibus seu sorte, seu ex electione, seu partim sorte, partim electione. Tom. 2, pag. 664, lib 4. Pol. cap. 16, num. 5.

Democratia præcipuè intendit libertatem, & æqualitatem arithmeticam, quæ consistit in hoc, vt omnes per vices æquales præsint, ac subsint. Tom. 2. pag. 713, lib. 6. Pol. cap. 2. nu 2.

Proponuntur duodecim proprietates democratiæ spectantes ad magistratus, conciones, iudicia &c. Ibidem pagin. 714, num. 3.

Iustissimus modus obtinendi æquum in democratia est, vt id sit ratum, quod videtur maiori parti pauperum, & maiori parti diuitum: si verò contrarium videatur maiori parti pauperũ, ac maiori parti diuitum, id sit ratum, quod videtur ijs, quorum census prævalet. Tom. 2, pagin. 715. lib. 6. Pol. cap. 3. per totum.

Ex quatuor populis desumuntur quatuor species democratiarum, quæ sunt democratia agricolarum, democratia pastorũ, democratia opificum, & forensium, ac democratia mercenariorum. Tom. 2, pag. 717. lib. 6. Pol. cap. 4. num. 1.

Democratia agricolarum est optima, illique propinqua est democratia pastorum. Ibidem num. 2.

Quo pacto sit instituenda, ac legibus firmãda democratia agricolarum, & pastorum. Ibid. pagin. 718. num. 3, 4, 5, 6.

Democratiæ opificum, forensium, & mercenariorum sunt multo deteriores democratijs agricolarum, & pastorum, & quo pacto possint constitui, ac legibus firmari. Ibidem pagin. 719, num. 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Quo pacto, & quibus legibus extrema democratia possit ita legibus firmari, vt reddatur diuturna. To. 2, pag. 720, lib. 6. Pol. cap. 5. per totum.

DEMOCRATIÆ mutatio, & corruptio. Quo pacto, & propter quas causas democratia mutetur in oligarchiam, in tyrannidem, & in extremam democratiam, in qua voluntas populi prævalet legibus. Tom. 2. pag. 676, lib. 5. Politic. capit. 3, per totum.

Democratiæ destruuntur tum per excessus, tum per defectus. Tom 2, pag. 691, lib.

5.

Digitized by Google

5. Politic. cap. 9, num. 6.
Quædam leges, quæ videntur populares, ſeu democraticæ, verè non ſunt populares. Ibidem.
DEMOCRITVS. Ex antiquis ſolus Democritus accuratè tractauit de omnibus mutationibus. Tom. 3, pagin. 447, lib. 1. de Gener. animal. cap. 2, num. 2.
Democritus quare aſſeruerit in qualibet parte ſimul eſſe plenum, & vacuum, ſiue ens, & non ens. Tom. 5, pag. 99. lib. 4. metaph. cap. 5, num. 3.
Democritus cenſuit intellectum eſſe quemdam ſenſum. Ibid. pagin. 101, nu. 6.
Democritus dixit aut nihil eſſe verum, aut eſſe nobis ignotum. Ibidem pagin. 100, num. 5.
DEMONSTHENES. Demades agens contra Demonſthenem dixit Demonſthenis adminiſtrationem fuiſſe cauſam omnium malorum, ſiquidem poſt illam accidit bellum. Tom. 1, pag. 825, lib. 2, Rhet. cap. 15, num. 9.
DEMONSTRATIO. Scientia fit, & acquiritur per demonſtrationem, per quam quod non eſt per ſe notum fit notum, & quodammodo demonſtratur intellectui, & ponitur ob oculos mentis, ideoque demonſtratio eſt neceſſaria ad ſcientiam, & ſicut datur ſcientia, ſic datur demonſtratio. Tom. 1, pag. 287, lib. 1. Poſt. cap. 1. num. 1.
De præmiſſis demonſtrationis debet præcognoſci, quod ſunt, ſeu quod ſunt veræ: de prædicato concluſionis debet præcognoſci quid ſit, ſeu quid ſignificet nomẽ: de ſubiecto concluſionis ad perfectam demonſtrationem debet præcognoſci, tũ quod eſt, tum quid eſt. Ibidem pag. 288. num. 2, 3, 4.
Concluſio demonſtranda antequam demõſtretur, ſcitur confuſè, & in vniuerſali, at non ſcitur diſtinctè, & in particulari. Ibidem pag 289, nu. 5.
Demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientialis, hoc eſt faciens ſcire. Tom. 1, pagin. 291, lib. 1. Poſt. cap. 2, num 3.
Demonſtratio eſt *ſyllogiſmus conſtans ex propoſitionibus veris, primis, & immediatis, notioribus, prioribus, & cauſis concluſionis.* Ibidem pagin. 291, num. 1, & ſeq.
Oſtenditur impoſſibilem eſſe demonſtrationem circularem, penquam aliqua per ſe mutuo probentur. Tom 1, pagin. 295, lib. 1. Poſt. cap. 3, per totum.
Ex definitione ſcientiæ oſtenditur demonſtrationem conſtare debere ex præmiſſis neceſſarijs. Tom. 1, pag. 297. lib. 1. Poſt. cap. 4, num. 2, & pagin. 304. cap. 6, num. 2, 3, 4, 5.
Quo pacto demonſtratio vtatur modis dicendi per ſe. Ibid. pag. 299, num. 7. 8.
Demonſtratio per ſe eſt de ſubiecto, cui primo conuenit prædicatum. Ibidem pagin. 300, num. 13.
Demonſtratio conſtare debet ex propoſitionibus, ſeu præmiſſis per ſe. To. 1, pag 303, lib. 1. Poſt. cap. 6, num. 1.
Demonſtratio conſtare debet ex principijs proprijs, & eiuſdem generis. Tom. 1, pag. 306, lib. 1. Poſt. cap. 7. per totum.
Demonſtratio debet eſſe de perpetuis, ac nõ de corruptibilibus. Tom. 1. pag. 309, lib. 1. poſt. cap 8, per totum.
Demonſtratio non debet conſtare ex principijs communibus. Tom. 1, pag. 310, lib. 1. Poſt. cap 9, per totum.
Demonſtratio propter quid eſt, in qua concluſio demonſtratur per cauſam proximam, & immediatam: demonſtratio quia eſt, per quam concluſio demonſtratur per cauſam ſolum remotam, & mediatam, vel per aliquid, quod licet ſit immediatè connexum cum concluſione, non eſt eius cauſa, ſed potius effectus, aut ſignum. Tom. 1, pagin. 322, lib. 1. Poſter. capit. 13, num. 1.
Quo pacto demonſtratio propter quid, & demonſtratio quia poſſint mutuo conuerti. Ibid. pagin. 322, num. 1, 2.
De varijs modis demonſtrationis quia. Ibidem num. 2, 3, 4.
Quo pacto demonſtratio propter quid, & demonſtratio quia differat in varijs ſcientijs, ita vt demonſtratio propter quid ſpectet ad ſcientiam ſubalternantem, demõſtratio quia ſpectet ad ſcientiã ſubalternatam. Ibidem pagin. 325, nu. 8.
Ad demonſtrationem aptiſſima eſt prima figura. Tom. 1. pag. 326, lib 1. Poſt. cap. 14, num 1, 2, 3.
In demonſtrationibus non poteſt procedi in infinitum, neque ſurſum, neque deorſum, neque quoad media, neque in affirmatiuis, neque in negatiuis. neque in prædicatis ſuperioribus, & ſuperioribus, neque in ſubiectis inferioribus, & inferioribus. Tom. 1, pag. 337, lib. 1. Poſt. cap 16. per totum.
Demonſtratio conſtare debet ex tribus terminis. Ibid. pag. 338, num. 1.
Demonſtratio alia eſt affirmatiua, alia negati-

gatiua. Ibidem pag.338,num.2.
In demonſtratione ſumi debent præmiſſæ immediatæ, ac quæ ſint veræ per ſe, & non ſolum per accidens. Ibidem pagin. 338, num.3.
Oſtenditur demonſtrationem vniuerſalem eſſe perfectiorem particulari, demonſtrationem affirmatiuam eſſe perfectiorem negatiua, & demonſtrationem oſtenſiuã eſſe perfectiorem demonſtratione per impoſſibile. Tom.1, pag. 354, lib.1. Poſt. capit 18, 19, 20. per tota.
Demonſtratio oſtenſiua eſt, in qua directè per ſyllogiſmum concluditur concluſio vera, & intenta. Demonſtratio per impoſſibile eſt, in qua ex oppoſito concluſionis veræ, & intentæ infertur concluſio manifeſtè falſa, & impoſſibilis, & quia ex vero non poteſt ſequi falſum, infertur oppoſitum concluſionis intentæ eſſe falſum, adeoque concluſionem intentam eſſe veram. Ibidem pagin. 360, cap. 20, num. 2
In quo conueniant, ac differant demonſtratio oſtenſiua, ac demonſtratio per impoſſibile. Ibidem pag. 361,num.3.
Demonſtratio negatiua per cauſam remotam non commodè fit in prima figura, ſed in ſecunda. Tom. 1. pagin. 324, lib. 1. Poſt. cap.13, num.6.
Eadem concluſio demonſtrari poteſt per plura media, non ſolum ſubordinata, & eiuſdem generis, ſed etiam non ſubordinata, ac diuerſi generis. Tom.1,pag.364, lib.1. Poſt. cap. 11, num. 7.
Diſputatur, vtrum eiuſdem ſecundum idem poſſit eſſe definitio, ac demonſtratio. Tom. 1, pagin. 375, lib. 2. Poſt. cap.2 per totum.
Demonſtratio non demonſtrat quid ſit res, ſed ſuppoſita definitione, demonſtrat paſſiones. Ibid. pag. 377,num.7.
Vtrum definitio rei poſſit de ſubiecto demonſtrari per medium conuertibile, vel per viam diuiſionis. Tom.1,pagin 378,lib. 2 Poſt cap 3. per totum
Vtrum definitio rei poſſit demonſtrari per definitionem definitionis, vel per definitionem contrarij. Tom. 1,pag.382, lib.2. Poſt. cap.4, per totum.
Reſoluitur quæſtio, & explicatur quo pacto definitio ſe habeat ad demonſtrationem. Tom.1,pag. 385, lib 2.Poſter.cap.5, per totum.
Explicatur, quo pacto demonſtratio poſſit fieri, ſumendo medium ex quolibet genere cauſarum. Tom.1, pagin. 391, lib.2. Poſt. cap. 6. per totum.
In demonſtratione per cauſam efficientem, & finalem termini diuerſo modo ſunt diſponendi. Ibid.pag.393,num.5.
ECHINVS. Echini ſunt animalia teſtacea, & carent carne, ac loco carnis habent quoddam nigrum. Tom 3. pagin. 801, lib. 4. de Hiſt. animal. cap. 4, num. 2, & pag. 806, cap. 5, num. 1.

Echini teguntur quodam tegmine ſpinoſo ſimili tegmini caſtanearum, & ab Ariſtotele vocantur herinacei marini ab alijs cardui marini. Tom. 3, pagin. 806. lib. 4. de Hiſtor. anim. cap 5, num. 1.

Enumerantur ſex genera echinorum. Ibid. pag. 805, num. 2, 3, 4, 5, 6.

Echini, qui vocantur eſculenti, habent intra ſe quædam, quæ vocãtur oua ſatis magna, & apta ad hoc, vt comedantur, ac talia oua

oua in ipsis statim à natiuitate inueniuntur. Ibid.nu.2.

Enumerantur partes, & quædam accidentia echinorum. Tom.3,pag.807,lib.4. de Histor. anim. cap. 5,à num. 7. vsque ad finem. & Tom.4, pag. 130,lib. 4. de partib. anim.cap.5.num. 17.

Echini esculenti mouentur frequentius, & velocius, quam alij. Ibidem pagin. 807, num 8.

Echini habent caput, & os in ima parte, & obuersum terræ,exitum autem excremẽti in parte suprema. Ratio est, quia cum cibum quærant in humo,debent habere os obuersum humo,exitum autem excrementi in parte contraria ori, adeoque in suprema. Ibidem num.10.

Echini habent quinque dentes intus cauos, atque inter dentes paruam carnem, quæ fungitur officio linguæ in saporibus gustandis. Huic quasi linguæ continuatur gula,deinde venter distinctus in quinque sinus, qui coeunt ad exitum excrementi. Ibidem num. 11. & Tom. 4, pagin. 130. lib. 4. de partib.animalium, capit.5, num. 17.

Echini vtuntur spinis loco pedum,siquidem spinis innixi localiter mouentur. Ibidem pagin.808, num.13.

Quoddam genus vrticarum à saxis absoluitur, atque echinos, in quos incidit,corrodit. Tom.3,pag.809, lib.4.de Hist.anim. cap.6. num.4,

Ex animalibus testaceis se mouentibus motu progressiuo echini videntur carere sensu odoratus. Tom.3, pagin. 818, lib. 4. de Histor. animal. cap.8, num.25.

Echini licet præsertim temporibus veris, & autumni inueniantur ouis pleni, tamen nullo tempore carent ouis: præcipue autem ouis abundant in plenilunijs, nec non in diebus tepidis, exceptis echinis freti pyrrhei, qui tempore hyemis magis commendantur, ac licet sint minores,adhuc sunt ouis pleni. Tom.3, pag.835.lib. 5. de Histor. animal.capit.12,num.2.

Stella marina est maximo detrimento echinis freti pyrrhei. Tom.3, pag. 844, lib. 5. de Hist.anim. cap.15,num.16.

Echinus omnium maximè à natura munitur, quippe qui testa vndique spinis circumuallata tegitur. Tom.4, pag. 129, lib. 4. de part.animal.cap.5, num.5.

Oua chinorum verè non sunt oua,sed sunt quædam pinguedo.Tom.4,pag.131,lib.4. de partib.anim. cap.8, nu.19,20,

Echini habent oua à natiuitate,atque in plenilunijs habent oua pleniora, non quia in plenilunijs vberius pascantur, vt quidam putant, sed quia in plenilunijs noctes sunt calidiores propter maiorem lucem lunæ. Ibidem pag.131,num.20.

Echini quia carent sanguine valde læduntur à frigore, ideoque magis vigent æstate, quam hyeme, præter quam in freto Pyrrheo, in quo hyeme propter discessum piscium ex eo freto pascuntur vberius. Ibidem nu. 20.

Quare echini habeant oua,dentes,& ventres in numero dispari,hoc est quinario.Ibid. pagin.131, num.21,22,23,24.

Echini calidiores habent oua maiora, quia melius concoquunt alimentum:sunt etiã mobiliores ad cibum quærendum. Ibid. pag.132, nu.25.

Echini non habent testam, quæ formet vnũ tantum semiglobum, vt alia testacea, sed quæ formet integrum globum. Ibid.pag. 131, nu 22,& pag.141,cap.7, num.2.

Echini habent caput in medio. Ibidem num. 22.

Aliquibus echinis pelagicis vtuntur medici ad curandum morbum stranguriæ, qui consistit in hoc,vt vrina guttatim stillet. Tom.4, pag.647, lib.5. de Gen.anim.cap. 3, num. 14

Echini pelagici oriuntur in gurgitibus altis per passus sexaginta, & plures. Ibidem num. 14.

Aculei echinorum sunt valde magni, quia cum parum habeant caloris, parum cibi concoquunt, ac pene totum conuertunt in excrementum, ex quo fiunt aculei:habent aculeos valde duros instar lapidis, quia degunt in gurgitibus profundissimis, adeoque frigidissimis; frigus autem habet vim indurandi.Ibidem num 14.

ECHO fit, cum aer incurrens in aliquod solidum, non dissoluitur, sed redit ad auditum eodem pacto figuratus, & formatus. Tom.5, pagin. 558, sect. 11.problem. num.23,& pag.568.num.51.

Quare aliquando vox non dissoluatur, sed fiat echo, aliquando dissoluatur, & non fiat. Ibid.

Vide resonantia.

ECLIPSIS lunæ definitur definitione explicantes omnes causas: *defectus luminis in luna propter interpositionem terræ inter solem, & lunam.* Tom. 5. pag. 228. lib. 8. metaph. capit.6. num.7.

Definitio, qua eclipsis lunaris definitur, de-

defectus luminis in luna, ex interpositione terræ, est demonstratio solo situ differens, cum contineat subiectum, prædicatum, & medium demonstrationis. Tom.1. pagin.388, lib. 2. Post.cap.5, num.1.

In eclipsi lunæ apparet vmbra sphærica, quia terra est rotunda. Tom.3.pagin.390, lib.2 de cœlo, cap.16, num.9.

Quare aliquando circa tempus lunarium eclipsium fiant terræmotus, & sex horis ante eclipsim fiant venti. Tom. 3. pagin. 616, lib. 2. meteor. cap.8, numer. 17, & Tom. 5, pagin. 702, sect. 26. problemat. num. 20.

ECLIPSIS solis. Sol cum eclipsatur, apparet lunaris propter sphæricitatem lunæ. Tom.3, pag.371, lib.2.de cœlo, cap.11. num.2.

Quare sol eclipsatur, si eius vmbra excipiatur per foramina cribri, vel per aliquid simile, eius lumen non sit rotundum, sed lunulatum. Tom.5, pag.598, sect.15. problem. num.10.

ECLIPSIS stellarum. Stellæ fixæ, & planetæ superiores nunquam eclipsantur propter interpositionem terræ, quia ad ipsas non pertingit vmbra terræ. Tom. 3, pag. 550, lib. 1. meteor. cap.19, num.6.

ECNEPHIÆ. Vide procellæ.

EDENTES. Vide cibus.

EDVCATIO. Ad conseruationem Reipublicæ ciues sunt educandi, & instituendi iuxta politiam ciuitatis, in qua viuunt, Tom. 2. pagin.692, lib.5. Politico.capit. 9, num 7.

Ad hoc, vt ciues rectè educantur, ponendæ sunt leges. Tom.2, pag. 302, lib. 10. ethic. cap.9, num 5,6,7.

Cura educandorum iuuenum in sola Lacedæmonum ciuitate, & in alijs paucis fuit adhibita, in alijs neglecta. Ibidem pagin. 303, num.8.

In Republica Lacedæmonica eodem pacto educabantur filij pauperum, ac filij diuitum, & in hoc videbatur popularis. Tom.2. pag. 645, lib. 4. Politic. capit.9, num.5.

Filij si rectè educentur, probi euadent, si si autem non rectè educentur, periculum est, ne euadant mali, cum damno etiam parentum. To.2, pag.799, lib.2. Oeconom. cap 8, nu 1.

EDVCATIO puerorum. Vide puerorum educatio.

EDVCATIO iuuenum. Vide iuuenum educatio,

EDVCATIO ciuium. Vide ciues.

EFFECTIO. Vide actio.

EFFICIENS causa est, *vnde primum principium mutationis, & quietis*. tom. 3, pag. 46. lib. 2. Physic. cap. 5. num. 4,

Ad causam efficientem reducuntur pater, semen, medicus, consiliator &c. Ibidem, pagin.47, num.9.

Fortuna, & casus reducuntur ad causam efficientem. Tom. 3, pag.55, lib.2. Physic. cap.7. num.16.

Vide agens, causa.

EFFRATIO Animalia, quæ dum pariunt, emittunt excrementa superflua, ac retinent alimentum vtile, remanent in naturali dispositione, ac non efferantur: at quæ emittunt alimentum vtile, non retinent naturalem dispositionem, ideoque efferantur. Tom. 5. pag.537, sect. 10. probl. num.37.

EFFLATIO, seu exsufflatio est *emissio exigui spiritus ore compresso*, & differt ab exhalatione, quæ est *emissio multi spiritus ore deducto*. Tom. 5, pag.770, sect.34. problem num.7.

Cum efflamus, sentimus aerem frigidum, quia pauco halitu calido mouemus multum aerem frigidum. Ibid.

EFFLVVIA corpusculorum. Quare licet ex corporibus ægrotorum assiduè emanent effluuia corpusculorum, tamen non alleuientur, nisi sudauerint. To.5, p.466. sect. 38, prob.nu.1.

EFFLVXIONES mulierum. Vide menstrua.

EFFOETÆ. Vide sterilitas, sterilis.

EIVSDEM loci Vide idem.

ELATERIVM. Quare elaterium, hoc est succus cucumeris asinini moueat tum ventrem superiorem, seu ventriculum ad vomitum, tum ventrem inferiorem. Tom. 5. pagin. 452, sect. 1. problemat. numer. 42.

ELECTIO, eligibile. Ethica sicut agit de virtute, quæ est habitus electiuus, ita debet agere de electione. Tom.2 pag.60, lib. 3. ethic. cap.2, nu.1.

Bonus, & malus magis constituuntur tales per internam electionem bonam, vel malam, quam per externam operationē. Ibid.num 2.

Voluntarium est genus electionis siquidem omne, quod agit ex electione, agit voluntariè, non è conuerso: nam pueri agunt voluntariè, & tamen non agunt ex electione & quæ facimus sine deliberatione, facimus voluntariè, & tamen non faci-

Digitized by Google

mus ex electione. Ibidem num. 2.
Ostenditur electionem neque esse concupiscentiam, neque iram, neque voluntatem, neque opinionem. Tom. 2, pagin. 60. lib. 3. ethic. capit. 2, num. 3, 4, 5, 6, 7, 8.
Voluntas est ipsius finis, & potest etiam versari circa impossibilia, & quæ non pendét à nobis: at electio est mediorum, & non potest versari circa possibilia, neque circa ea, quæ non sunt in nostra potestate. Ibid. pagin. 61. num. 6. 7.
Eligendo efficimur boni, vel mali. Ibidem num. 7.
Eligere idem sonat, ac seligere vnum ex alijs, ideoque electio est appetitus supponens consultationem, & comparationem plurium eligibilium. Ibidem pagin. 62, num. 9.
Electio definiri potest *appetitus præferens alijs aliquid ex ijs, quæ conducunt ad finem, ex deliberatione, qua propositum fuit vt præferendum.* To. 2. pag. 66, lib. 3. ethic. cap. 3, num. 15.
Electio quid sit, vel non sit, & quo pacto se habeat ad consultationem. Tom. 2, pagin. 328. lib. 1. mag. moral. cap. 16, per totum.
Electio non est appetitus, neque concupiscentia, neque ira, neque opinio, sed est *prælatio, per quam propositis duobus saltem obiectis, eligimus vnum præ alio*, & est *appetitus consultatiuus eorum, quæ conducunt ad finem, & sunt in nostra potestate*. Tom 2, pagin. 433, lib. 2. mor. ad eud. capit. 10. per totum.
Electio non conuenit omnibus animalibus, sed est propria hominis. Ibidem pagin. 435, num. 14.
Virtus rectificat etiam electionem. Tom. 2, pagin. 439, lib. 2. mor. ad eud. capit. 12, per totum.
Sumus laudabiles magis propter electionem, quam propter actionem. Tom. 2, pagin. 441, lib. 2. moral ad eud capit, 12, num 8.
Eligimus non finem, sed media. Tom. 2, pagin. 437, lib. 2. moral. ad Eud. capit. 11. num. 11.
Electio est quidam appetitus, qui sequitur ex consultatione, ideoque includit tum intellectum, tum appetitum. Est etiam electio vnum ex principijs mouentibus. Tom. 4, pagin. 426, lib. de motu animal. capit. 3, num. 11.
Licet homines sint laudabiles, & vituperabiles præcipuè propter electionem, tamen quia non possumus scire, qualis sit electio, ex externis actionibus, arguimus, quales homines sint, boni, vel mali. Tom. 2. pag. 441, lib. 2. mor. ad eud. cap. 12, nu. 8.
Idem est consultabile, & eligibile, at dicitur consultabile, antequam sit determinatũ, quid, & quomodo sit agendum ad obtinendum finem: cum verò omnia fuerint per consultationem definita, dicitur proximè eligibile. Tom. 2, pag. 65, lib 3. ethic. cap. 3, num. 13.
Eligibile est *appetibile in ordine ad finem, quod appetibile sit in nostra potestate, & sit consultabile, & per consultationem proponsibile vt alijs præferendum.* Ibid. pag. 66, n. 14.
ELIGIBILE, eligibilius. Vide bonum, melius.
ELEDONA. Quidam polypi vocantur eledonæ, & differunt ab alijs, primo quia diuersa crurum prolixitate sunt præditi: secundo quia habent in cruribus vnam tantum seriem acetabulorum, seu iuncturarum, cum alij habeant duplicem. Tom. 3, pag. 794, lib. 4. de Hist. anim. cap. 1, nu. 17.
ELEGINI pisces. Elegini sunt quidam pisces gregales. Tom. 3, pag. 985, lib. 9. de Hist. animal. cap. 2. num. 1.
ELEMENTA sunt corpora simplicia, & primo, & per se mouentur motu recto. Tom. 3, pagin. 292, lib. 1. de cœlo, cap. 2, num. 3.
Ostenditur nullum corpus, quod moueatur motu recto, adeoque nullum elementum esse infinitum. Tom. 3, pag. 307, lib. 1. de cœlo, cap. 6, per totum.
Non possunt dari alia elementa, quam quæ sunt in hoc mundo, & elementa alterius mundi essent eiusdem rationis, ac ista, & mouerentur ad idem centrum, & ad eamdem circunferentiam. Tom 3. pagin. 318, lib. 1. de cœlo, cap. 8, n. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.
Elementa mouẽtur ad loca determinata. To. 3, pag. 221. lib. 1. de cœlo, cap. 9, n. 1, 2, 3.
Ostenditur necesse esse, vt dentur elementa, quæ sint generabilia, & corruptibilia. To. 2, p. 351, lib. 2. de cœlo, cap. 3. n. 3, 4, 5, 6, 7, 8.
Ostenditur elementa constituere molem sphœricam. Tom. 3. pag. 356, lib. 2. de cœlo, cap. 4. num. 7, 10, 11.
Reijcitur opinio Platonis dicentis, quod elementa ante constitutionem mundi mouebantur motibus inordinatis. Tom. 3, pag. 400, lib. 3. de cœlo, cap. 4, n. 5, 6, 7, 8.
Elementum corporum definitur *illud corporum, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus ineſt potentia, vel actu, ipsa*

verò est indiuisibile in specie diuersa. To. 3, pag 405, lib. 3 de Cœlo, capit. 7, nu 3.

Ostenditur necesse, esse, vt dètur aliqua corpora, quæ sint elementa cæterorum. Ibid. pag. 406 num. 4.

Anaxagoras dixit elementa esse, lignum, carnem, &c. at terram, ignem esse mista. Empedocles melius docuit elementa esse terram, ignem &c, carnem, ossa &c esse mista Ibid. pag 406, num. 6, 7.

Ostenditur elementa non esse infinita, sed solum finita. Tom. 3, pagin. 407, lib. 3. de cœlo, cap. 8. per totum.

Reijcitur opinio Anaxagoræ docentis infinita corpora homogenea, puta carnem, ossa &c, esse elementa. Ibid. pag. 407, numer. 2, 3, 4, 5.

Reijcitur opinio Democriti dicentis elementa esse infinitas atomos. Ibidem pag. 408, nu. 6, 7, 8, 9, 10,

Reijcitur opinio eorum, qui dixerunt elementum esse vnicum, puta ignem, vel corpus medium inter ignem, & aerem, ex quo per rarefactionem, & condensationem fiant reliqua corpora, & ostenditur elementa esse plura. To 3, pag. 409, lib 3. de cœlo, cap. 9. per totum.

Elementa, seu corpora simplicia non constituuntur in sua specie per figuras, puta ignis per figuram pyramidalem, aer per octoedram, siue octobasium, aqua per icosoedram, siue viginti basium, terra per cubicam. Tom. 3, pag. 419, lib. 3. de cœlo, cap. 13, per totum.

Referuntur sententiæ antiquorum, qui posuerunt vnum elementum, vel plura, finita, vel infinita. Tom. 3, pag. 443, lib. 1. de Gen. cap. 1, per totum.

Referuntur, ac reijciuntur opiniones antiquorum circa materiam elementorum, & ostenditur dari vnam materiam omnium elementorum, eamque esse separabilem a qualibet contrarietate, sed semper affici aliqua contrarietate. Tom. 3, pag. 493, lib. 2. de Gener. cap. 1, per totum.

Quo pacto mista generentur ex elementis. Tom. 3, pagin. 513, lib. 2. de Gener. cap. 8. num, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8.

Ostenditur mista perfecta constare ex omnibus quatuor elementis. Ibidem pagin. 516, nu. 9, 10.

Cur ex elementis solus ignis videatur nutriri. Ibidem 516, nu. 21.

Quatuor elementa, quæ mouentur motu recto, sunt causæ passiuæ, & materiales mutationum meteorologicarum, quarum cœlum est causa efficiens, & actiua. Tom. 3. pagin. 531, lib. 1. meteorol. capit. 1, num 2. 3.

Quodlibet elementum potentia continetur in quolibet alio elemento. Tom. 3, pagin. 531, lib. 1. meteor capit. 3, num. 2.

Quam proportionem magnitudinis habeant elementa, præsertim aer ad reliqua. Tom. 2, pagin 531, lib 1. meteor. cap. 3, num. 3. 4, 5, 6, 7.

Quo pacto elementa, præsertim aer, & ignis disponantur sub corpore cœlesti. Tom. 3. pagin. 532, lib. 1. meteorol. capit. 4, num. 4. 5.

Quo pacto quatuor elementa sint ordinata in suis locis. Tom. 3, pag. 577, lib. 2. meteor. cap 2. num. 4.

Prima compositio est per quam mista componuntur ex elementis. Melius tamen diceretur. quod mista non componuntur ex elementis, sed ex eorum virtutibus, siquidem elementa non remanent actua liter, sed solum virtualiter in mistis. Tom. 4. pagin. 28, lib. 2. de part. animal. capit. 1, num. 2.

Elementa habent pro fine partes similares, & respectu earum habent rationem materiæ. ideoque sunt priora generatione, sed posteriora natura, quam partes similares. Ibid. pag. 29, num. 5.

Empedocles quia posuit prima principia rerum esse quatuor elementa, docuit animam constare ex quatuor elementis, quod etiam asseruit Plato. Tom. 4, pagin. 218, lib. 1. de anima, capit 4, num. 10, 11.

Reijcitur opinio dicentium, omnia elementa esse animata, ac præsertim aerem. Tom. 4. pagin. 230, lib. 1. de anima, cap. 13. per totum.

Duo sunt elementa maximè passiua, aer, & aqua: & quia sensus vtpotè passiui debent tribui elementis maximè passiuis, ideo sensus præcipuè tribuuntur aeri & aquæ. Tom. 4. pag. 289, lib 2. de anima, capit 17, num. 4.

Animalia debent habere corpora mista, ac non possunt habere corpora purè elementaria, puta aerea, vel ignea, vt dixerunt Platonici. Tom. 4, pag. 329, lib. 3. de anima, cap. 12, num. 5

Quidam antiqui dixerunt, quod sicut corpora constant ex elementis, ita sentiuntur elementis. Tom. 4, pag. 334, lib. de sensu, & sensib. cap. 2, num. 1.

Elementa pura non sunt odorosa. Tom. 4. pag.

pag. 351, lib. de ſenſu, & ſenſibili, capit. 5, num. 3.

Elementa quia habent virtutes contrarias, in ſe inuicem agunt, & ſe mutuo corrũpunt, ideoque ſunt ſibi inuicem cauſa generationis, & corruptionis. Tom. 4, pag. 665, lib. de longitud. vitæ, cap. 11 num. 1.

Ex quo fundamento Empedocles docuerit quatuor elementa eſſe principia entium, ex quibus ſegregatis, vel coniunctis omnia fiant. Tom. 5, pag. 14, lib. 1. metaph. cap. 3, nu. 9.

Oſtenditur neque vnum ex quatuor elemẽtis, neque omnia eſſe principia entium. Tom. 5, pagin. 30, lib. 1. metaph. cap. 8, num 5, 6, 7, 8.

Principia, & elementa an ſint rationes vniuerſales, an partes componentes. tom 5, pagin. 65, lib. 3. metaph. cap. 4, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Vtrum magis ſint elementa genera communiora, an ſpecies ſpecialiſſimæ. Tom 5, pagin 68. lib. 3. metaph. capit. 4, num. 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, & lib. 11, cap. 1, num. 14.

Elementum eſt id, *ex quo quippiam componitur indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem*. Tom. 5, pagin. 116, lib. 5. metaph. cap 3, num. 1.

Elementum reducitur ad cauſam materialem. Ibidem pagin. 114, cap 2, num. 8.

Elementa vocum ſunt litteræ, quia non poſſunt diuidi in plures ſonos ſpecie diuerſos: at ſyllabæ, quia poſſunt diuidi, nõ ſunt elementa. Ibidem pagin. 116, capit. 3, num. 2.

Quænam in phyſicis ſint elementa corporũ, in geometricis ſint elementa demonſtrationum. Ibid. pag. 116, num 3, 4.

Vniuerſalia in quo ſenſu ab antiquis dicerentur elementa ſingularium. Ibidem num. 5.

Quo pacto metaphyſica conſideret elementa. tom. 5, pag. 186, lib 11. metaph. cap. 1, num 11. 12.

Ad rationem elementi non requiritur, vt careat partibus eiuſdem rationis, ſed requiritur, & ſufficit, vt careat partibus diuerſæ rationis. tom. 4. pagin. 770, lib. de lin. inſecab. cap. 2, num. 7.

ELEMENTORVM generatio, & tranſmutatio. Ex quolibet elemento poteſt fieri quodlibet aliud elementum. tom. 3, pag. 412, lib. 3. de cœlo, cap. 9, num. 6.

Impoſſibile eſt, vt elementa ſint ſempiterna, adeoque ſunt generabilia, & corruptibilia. Tom. 3, pagin. 413, lib. 3. de cœlo, cap. 10, nu. 2.

Corruptio elementorum non fit per diſſolutionem in partes, vt dixerunt antiqui, ſed per mutationem formarum ſubſtantialium. Ibid. pag. 413, nu. 3, 4, 5.

Elementa generantur ex ſe mutuo. Tom. 3, pagin. 414, lib. 3. de cœlo, cap. 11, numer. 1, 2, 3.

Elementa neque poſſunt generari ex non corpore, neque ex alio corpore, quod nõ ſit elementum. Ibidem pag. 414, num. 2, 3.

Elementa generantur ex ſe mutuo, non per ſegregationem, ſed per tranſmutationem. Tom. 3. pag. 415, lib. 3. de cœlo, capit. 11, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

Elementa non tranſmutantur inuicem per transfigurationem, neque per reſolutionem in ſuperficies, vt docuit Plato. Ibid. pag. 417, num. 8, 9, 10, 11, 12, 13.

Quodlibet elementum generari poteſt ex quolibet elemento. Tom. 3, pag. 501, lib. 2. de Gener. cap. 4, nu. 2.

Cæteris paribus elementum facilius tranſmutatur in elementum ſymbolum, quam dyſſimbolum. Ibidem pagin. 501, numer. 2. 3.

Cum duo elementa diſsymbola tranſmutant ſe mutuo in vna qualitate, vtrumque tranſmutatur in elementum tertium. Ibidem pag. 503, num. 5.

Elementa ſymbola non poſſunt ſe mutuo tranſmutare in elementum tertium. Ibid. pag. 504, num. 3.

Oſtenditur materiam communem omnium tranſmutationum non eſſe vllum elementum, neque vllum corpus actuale, ſed aliquid, quod eſt in potentia quodlibet corpus actuale, & non poteſt eſſe ſeparatum ab omnibus formis, & qualitatibus ſenſibilibus. Tom. 3, pag. 504. lib. 2. de Gen. cap. 5. per totum.

Reijcitur ſententia eorum, qui dixerunt elementa media, hoc eſt aerem, & aquam eſſe tranſmutabilia, elementa autem extrema, hoc eſt terram, & ignem eſſe intransmutabilia. Tom. 3, pagin. 507, lib. 2. de Gener. cap. 6, per totum.

Reijcitur opinio Empedoclis, qui dixit omnia quatuor elementa eſſe inuicem intranſmutabilia, litem, & amicitiam eſſe principia mouentia, & animam conſtare ex elementis. Tom. 3. pag. 509, lib. 2. de Gener. cap. 7, per totum.

Nullum elementum ſeu extremum, ſeu medium poteſt eſſe principium materiale,

ex

ex quo fiant alia elementa. Ibid. pag. 509, num. 2, 3.

Oſtenditur tranſmutationem elementorum non poſſe procedere in infinitum. Tom. 3, pagin. 508, lib. 2. de Gener. cap. 6, num. 4, 5, 6, 7.

ELEMENTORVM virtutes motiuæ. Oſtenditur aliquod elementum, hoc eſt terram eſſe ſimpliciter graue, aliquod, hoc eſt ignem eſſe ſimpliciter leue, alia duo eſſe grauia, & leuia ſecundum quid. Tom. 3. pagin. 435, lib. 4. de cœlo, capit 6, per totum.

Miſta ſunt grauia, vel leuia ratione elementi prædominantis Tom. 3, pag. 436, lib. 4. de cœlo, capit. 5. num. 1. 2.

Oſtenditur, quod ſicut ſunt quatuor differentiæ corporum grauium, & leuium, ſic ſunt quatuor differentiæ corporum elementarium, adeoque quatuor ſunt elementa. Tom. 3. pag. 441, lib. 4. de cœlo, cap. 8. per totum.

ELEMENTORVM qualitates. Oſtenditur principium formale elementorum eſſe primas qualitates tangibiles, calorem nimirum, frigus, humiditatem, & ſiccitatem, vel potius formas exigentes tales qualitates. Tom. 3, pag. 496, lib. 2. de Gen. cap. 2. per totum.

Qualitates ſenſibiles non ſpectantes ad tactum non ſunt principia formalia elementorum. Ibid pag. 496, num. 1.

Ex quatuor combinationibus poſſibilibus primarum qualitatum infertur elementa eſſe quatuor, & explicatur, quo pacto primæ qualitates elementis diſtribuãtur. Tom. 3, pag. 499. lib. 2. de Gen. cap. 3. per totum.

ELEMENTA vocum. Vide litteræ.

ELENCHVS. Vide redargutio.

ELEPHANTVS. Elephanti licet ex ſua natura ſint feri, tamen facile manſuefiũt. Tom. 3, pag. 700, lib. 1. de Hiſt. animal. cap. 1, num. 19, & 25.

Elephantus quia non poteſt vti cruribus, & pedibus anterioribus loco manuum habet naſum prælongum, & validum, eoque vnicus inter animalia vtitur loco manus, ſiquidem naſum multipliciter mouet, eoque cibum & potum ſumit. To. 3, pag. 712, lib. 1. de Hiſt. animal. capit. 11, n. 6, & pag. 726, lib. 2. de Hiſt. anim. c. 1. n 3.

Elephantus naſum, ſeu promoſcidem retro flectit, & porrigit inſidenti rectori. Tantã habet in promoſcide vim, vt ipſa arbores extirpet, eademque cum per aquas incedit, reſpirat. Summa pars promoſcidis eſt cartilaginea, ideoque poteſt quidem curuari, ac flecti, at non poteſt plicari, cum aliæ partes promoſcidis poſſint etiam plicari. Tom. 3, pagin. 726. lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 3.

Elephantus licet habeat duas tantum mammas, & in hoc conueniat cum homine, tamen illas non habet in pectore, ſed paulo infra pectus Tom. 3, pagin. 726, lib. 2. de Hiſt. animal. cap. 1, num. 5.

Licet aliqui dicant, quod elephantus neque poteſt flectere crura, neque poteſt ſubſidere, tamen experientia conſtat vtrumq; eſſe falſum. Propter onus tamen non poteſt flectere ſimul vtrumque crus, ac ſuper vtrumque reclinari, ſed ſolum flectit vnum crus, atque in vno ſolum latere reclinatur, incumbens alicui parieti, vel arbori. Ibidem pag. 727, num. 7.

Elephantus crura poſteriora flectit antrorſum, vt homo, ita vt cauitas ſit retrorſum. Ibidem pag. 727, num. 7.

Elephanti ſunt minus hirti, ac piloſi, quam cæteræ quadrupedes Tom. 3, pagin. 729, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 1, num 19.

Elephantus habet teſtes non foris conſpicuos, ſed intus circa renes conditos, ideoque initum celerius agit, To. 3. pagin. 732, 1, de Hiſt. anim. cap. 1, num. 31.

Elephantus habet vtrimque quatuor dentes, quibus conficit cibũ, atque in farinæ ſpeciem molit. Habet præterea alios duos dentes extra os prominentes, qui in maribus ſunt grandiores, ac reſimati, hoc eſt ſurſum auerſi, in fœminis ſunt minores, ac deorſum conuerſi. Statim ac natus eſt, habet dentes, licet nõ ſtatim appareant, fortaſſe quia ab initio ſunt parui. Tom. 3, pag. 737, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 2, nu. 6.

Elephantus habet linguam valde exiguam, ac recedentem verſus gulam, itaut vix videri poſſit. Ibid. pag. 737, num. 7.

Elephanti iecur caret felle: inciſo tamen elephanti iecore in ea parte, cui ſolet adhærere fel, fluit ex illo humor aliquando magis, aliquando minus felleus. Tom. 3. pag. 748, lib. 2. de Hiſt anim. cap. 15, nu. 8.

Inteſtinũ elephanti eſt ita ſinuoſum, vt videatur continere quatuor aluos. Non datur in elephanto receptaculum cibi, ſeu ventriculus ab inteſtino diſtinctum. Elephanti habent viſcera ſimilia viſceribus ſuũ, excepto iecore, quod eſt ſimile iecori boũ, ſed quadruplo maius iecore boum. Solus elephãti lien multo eſt minor, quã vide-

Digitized by Google

videretur exigere proportio cum reliquo corpore. Tom. 3. pagin. 751. lib. 2. de Hist. animal. cap 17, num. 13.

Elephantus habet in pedibus quinque digitos ruditer expressos, ac fine vnguibus: habet etiam crura anteriora multo maiora cruribus posterioribus, & in posterioribus cruribus habet paruos malleolos. Tom. 3. pag. 726, lib. 2. de Histor. anim. cap. 3. num. 3. & pag. 774, lib. 3. de Hist. animal. capit. 9, num. 4.

Elephantus non naribus, seu promoscide, sed ore emittit vocem quamdam spirabũdam, qualem emittunt homines, cum simul spirant, & loquuntur: at per nares, seu promoscidem sonat raucum quid sono tubæ haud absimile. Tom. 3. pagin. 821, libr. 4. de Histor. animalium cap. 9, num. 12.

Elephanti coituri petunt solitudines, & quo pacto cocant. Tom. 3, pag. 829. lib. 5. de Hist. anim. cap. 2, nu. 7.

Elephas fœmina coire incipit anno ætatis duodecimo, cum celerrimè, ac decimo quinto, cum tardissimè: mas coit anno quinto, vel sexto sub initium veris. Quam semel impleuit, non amplius attingit. Elephas fœtum gestat in vtero duobus annis. Est animal vniparum, ac vno partu parit vnicum fœtum, magnitudine vituli bimestris, aut trimestris. Tom. 3, pag. 840. lib. 5. de Histor. anim. cap. 14, num. 18.

Elephanti libidine, & coitu efferantur, ideoque Indi suis Elephantis non solent coitum permittere, quia si coeant, in furorem acti casas Indorum euertunt, & alia mala inferunt. Aiunt elephantos libidine efferatos pabuli copia mitigari, & plagis cõpesci, ideoque Indi alios Elephantos immittunt in eos, qui libidine furunt, vt illos cædant. Tom. 3, pag. 896, lib. 6. de Hist. anim. cap. 18. nu. 1.

Elephanti incipiunt coire anno ætatis vigesimo. Aliqui asserunt illos in vtero ferre per annum, & sex menses, alij per tres annos: nõ enim satis obseruatum est quando coiuerint, & conceperint. Parit fœmina clunibus demissis, & cum signis doloris. Pullus elephanti non promoscide, sed ore fugit lac, ac statim editus videt, & ambulat. Tom. 3, pagin. 910 lib. 8. de Hist. anim. cap. 27. num 1.

Elephanti quantum comedant, & bibant. Tom. 3. pagin. 952, lib. 8. de Hist. animal. cap. 9. num. 1.

Elephantos quidam asserunt viuere annis ducentis, vel trecentis, alij centum viginti, & maximè florere anno septuagesimo. Ibid. num. 2, & pag. 1032, lib. 9. cap. 46. num. 2.

Elephanti dicuntur esse immunes ab alijs morbis, sed flatibus infestari. Tom. 3, pagin. 971, lib. 8. de Histor. animalium, cap. 22. num. 1.

Quibus morbis laborent Elephanti, ac de eorum remedijs. Tom. 3, pag. 973, lib. 8. de Hist anim. cap. 26. per totum.

Si spiculum hæserit in corpore Elephanti, ac oleum biberint, vel tirtami radicem in vino decoctam, dicuntur spiculũ ejicere. Ibidem pag. 974. nu. 6.

Elephanti inter se pugnant, ac se mutuo dentibus feriunt. Elephas victus redigitur penitus in potestatem victoris, itaut victoris vocem non ferat. Tom. 3. pag. 985, lib. 9. de Histor. animal. cap. 2, nu. 26.

Explicantur alia spectantia ad pugnas elephantorum, ad eorum vires, & ad modum eos capiendi, & captos curandi. Ibidem num. 26.

Elephantus si curetur, euadit mitissimus, & regem etiam adorare condiscit. Valet sensu, & ingenij sagacitate. Fœminam, quam impleuerit, deinceps non tangit. To. 3. pag. 1031, lib 9. de Histor. animal. cap. 46, num. 1.

Elephas dicitur esse impatiens hyemis, ac frigoris. Amat amnes, ac prope ripas fluminum degit, ideoque dici potest animal riparium. Licet natare propter corporis pondus non possit, tamen per aquas ingreditur, dummodo eius promoscis extet ex aqua ad respirandum. Ibidem pag. 1031, nu 2.

Elephantus vtitur promoscide, seu naso ad odorandum, ad respirandum, & etiam vt manu ad sumendum cibum, & potum, & ad arbores amplectendas, & eradicandas. Tom. 4. pag. 70, lib. 2. de part. anim. cap. 16, num. 2.

Promoscis Elephanti debuit esse valde longa, vt dum manet in aqua, illam extra aquam efferendo respiret. Ibid. num. 2.

Promoscis elephanti debuit esse mollis, & flexilis, quia cum sit valde longa, nisi esset flexilis, impediret, ne cibum ex terra sumeret. Ibid. pag. 70, nu. 3.

Quare elephas habeat duas tantum mammas, easque sub armis, non autem inter femora. Tom. 4, pagin. 154, lib. 4. de part. anim. cap. 10, num. 22.

Si-

Sicut natura elephantis dedit naſum, quo vtuntur loco manus, ita quibuſdam inſectis dedit linguam, qua vtuntur loco oris, ſiquidem lingua exugunt, & accipiunt humorem, quo aluntur. Tom. 4, pag. 164, lib. 4. de partib. animalium, cap. 12. num. 1.

Elephanti habent teſtes intus, quia eorum cutis eſt inepta ad hoc, vt ex ea fiat burſa circa teſtes extra poſitos. Tom. 4, pagin. 45, lib. 4. de Gen. animalium, cap 12, num. 13.

Cteſias Nidius ſcribit ſemen elephanti obdureſcere, ita vt euadat ſimile electro: ſed id eſt falſum. Tom. 4, pag. 504, lib. 2. de Gener. animal cap. 2, num. 10.

Elephas, & camelus, qui valde excedunt alia animalia terreſtria, ſunt vnipari, ac vno partu pariunt vnicum fœtum. Tom. 4. pag. 611, lib. 4. de Gener. anim. cap. 4, num 16.

Elephas qui eſt maximus animalium terreſtrium, licet ſit multifidus, tamen eſt vniparus. Ibidem pagin 612. num. 19.

Elephantus viuit diutius, quam homo. Tom. 4, pagin. 630, lib. 4. de Generat. anim. cap. 10, num. 1.

Elephantus quia eſt maior cæteris animalibus, multo longiori tempore geſtatur in vtero, ſiquidem geſtatur annis duobus. Ibidem num. 2.

Antiquitus dicebatur elephantos nullam habere flexuram in ea parte, qua crura coniunguntur coxæ. Sed hoc eſt falſum: ſiquidem elephanti dum mouentur, vere flectunt crura, ſed exigua flexione ideoque minus attentè illos conſideranti, videntur crura non flectere. To. 4. pag. 190, lib. de Inc anim. cap. 8. num 10.

Animalia, quæ diutiſſime viuunt, ſunt terreſtria ſimul, & ſanguinea, qualia ſunt homo, & elephas. Tom 4, pag. 668, lib de longit. vitæ. cap. 3. num 3.

ELIENSIVM Reſpublica propinqua erat oligarchiæ, in quantum vnus tantum aſſumebatur ad magiſtratum. In ea tamen facta eſt mutatio faciens democratiæ; ſiquidem coacti ſunt omnes adeſſe in creatione magiſtratuum, cum antiquitus non cogerentur. Tom. 2. pagin. 666. lib. 5. Polit. cap. 1, num. 3.

ELIQVABILE, Eliquatio. Vide liquabile, liquatio.

ELIS Reſpublica. In Elide Republica cum eſſet oligarchica, pauci eorum fiebant ſenatores, ſiquidem ſenatores erant perpetui, ac ſolum nonaginta, & habebant magnam potentiam, ac ſimilem ei, quam habent ſenatores Lacedæmonij. Tom. 2, pagin. 680, lib. 5. Politic. capit. 6. num. 8.

ELIXATA. Per elixationem corpora reddunt humidiora, per aſſationem ficciora; ideoque ſicca ſunt meliora ad comedendum, ſi elixentur, humida, ſi aſſentur. Tom. 5. pag. 643, ſect. 20. problemat. num. 5.

ELIXATIO. & inquinatio. Elixatio, quæ eſt ſecunda ſpecies concoctionis, eſt cõcoctio *à calore exiſtente in humido, humiditate bene terminata, & conſiſtente.* Tom. 3. pag. 661. lib 4. meteor. cap. 4, num. 6.

Quo pacto modo proportionali carnes cõcoquantur in olla, & cibus in ventriculo. Ibidem numer. 6. 14.

Explicatur diſcrimen inter elixationem, & frixionem. Ibidem pag. 661. num. 7.

Aſſata ſunt magis humida humiditate pingui, quam elixata. Ibid. nu 7.

Quænam ſint elixabilia, & propter quos ſines. Ibid. pagin 661, num. 8, 9.

Quid ſit inquinatio, hoc eſt imperfecta, & mala elixatio, & quo pacto fiat in ſtomacho. Ibidem pag 662, num 10.

ELOCVTIO ſecundum ſe eſt res leuis, ſed oratori eſt ſummè neceſſaria, quia auditores propter quamdam improbitatem non ſunt contenti rebus, ſed requirũt etiam lenocinia verborum. Tom. 1, pag. 831, lib. 3. Rhet cap 1, num 4.

Elocutio aliquid confert etiam ad ſciẽtias, quia etiam ad ipſas refert, quo pacto res exprimantur; ſed multo magis confert ad oratoriam, quæ tota pendet à phantaſia, & ad auditores refertur Ibidem. nu. 4.

Ad actionem multum confert natura, non multum ars: ad elocutionem è conuerſo plurimum confert ars: & orationes ſcriptæ magis valent propter elocutionem, quam propter ſententias, ſicut quæ recitantur, magis valent propter actionem, quam propter res. Ibid. num 4

Elocutio poetica prius fuit inuenta, quam oratoria, quia cum homo maximè imitetur elocutione, poeſis, quæ eſt ars imitatiua, inuenit elocutionem poeticam ad imitandum factam: ac primi oratores ſectati ſunt elocutionem poeticam. Ibid. pagin. 831, nu. 5.

Elocutio poetica differre debet ab oratoria. Ibidem num. 5.

Elocutio debet eſſe perſpicua, & decora

ad

Digitized by Google

ad reddendam illam perſpicuam conferunt nomina propria: ad reddendam non humilem, ſed ornatam, & excultam conferunt nomina peregrina. Tom. 1. pag. 833, lib. 3. Rhet. cap. 2. num. 1, 2.

Quibus nominibus ſit vtendum ad reddendam elocutionem perſpicuam, & decorã. Ibid. pag. 833, cap. 2. per totum.

Periculum eſt, ne oratores, dum volunt reddere elocutionem peregrinam, reddant illam frigidam: & explicantur quatuor capita, ex quibus elocutio poteſt reddi frigida. Tom. 1. pag 838, lib. 3. Rhetor. cap. 3. per totum.

Elocutio oratoria penè tota debet conſtare ex nominibus proprijs, & ex translatis, quia ſic erit perſpicua, & peregrina. Tom. 1, pag. 835, lib. 3. Rheior. cap. 2, num. 5.

Quo pacto orator debeat efficere elocutionem peregrinam, & quo pacto in hoc differat à poeta. Ibidem pagin. 834, numer 3, 4, 5.

Elocutionis ſeptem ſunt virtutes. Prima eſt, vt ſit emendata: ſecunda vt ſit grandis: tertia vt ſit decora: quarta vt ſit numeroſa quinta vt ſit periodica: ſexta vt ſit vrbana: ſeptima vt habeat energiam, ac de ſingulis agitur. Tom. 1. pag. 842. lib. 3. Rhet. cap. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11. per tota.

Elocutio emendata conſiſtit in hoc, vt ſeruemus regulas loquendi. Tom. 1, pagin. 842, lib. 3. Rhet. cap. 5. num. 1.

Quænam requirantur ad elocutionem emẽdatam. Ibidem pagin 843, num. 2, 3, 4, 5.

Vt elocutio ſit emendata, debet poſſe facile legi, & pronunciari Ibid. num 6.

Elocutio per quæ fiat grandis, & magnifica, per quæ tenuis, & conciſa. Tom. 1. pagin. 844, lib. 1. Rhetor. capit. 6. per totum.

Vt elocutio ſit decora, primo debet eſſe pathetica: ſecundo debet eſſe morata: tertio debet eſſe accommodata rebus: & quo pacto poſſit fieri talis. Tom. 1, pagin. 845, libr. 3. Rhet. cap. 7 per totum.

Diuerſis generibus diuerſa conuenit elocutio. Tom. 1, pag. 864. lib. 3. Rhetor. cap. 12, num. 2.

Orationibus ſcriptis cõuenit elocutio quædam exquiſitiſſima: orationibus, quæ debent recitari, conuenit elocutio minus exquiſita, ſed exprimens mores, & affectus. Ibidem num. 2, 3.

Quænam elocutio conueniat generi deliberatiuo, iudiciali, & demonſtratiuo. Ibid. pag. 866, num. 6, 7, 8.

ELOCVTIO numeroſa. Vide numerus.

ELOCVTIO periodica. Vide Periodus.

ELOCVTIO vrbana. Vide vrbana.

ELOCVTIO habens energiam. Vide energia.

ELOCVTIO poetica. Vide dictio.

ELOQVENTIA. Vide rhetorica.

ELVVIONES. Vide diluuia.

EMBRYO. Vide fœtus, conceptus.

EMPEDOCLES, & Homerus conueniunt ſolum in ratione verſificatorum per carmina hexametra, in ratione poetæ non conueniunt, ideoque nomen poetæ conuenit ſoli Homero, qui imitatur: Empedocles non tam eſt poeta, quam phyſicus, quia non imitatur, ſed ſcribit carmina hexametra de rebus naturalibus. Tom. 1. pagin. 893, lib. Poet. cap. 1. num. 8.

Afferuntur carmina Empedoclis, quibus docuit res aliquando moueri, aliquãdo quieſcere; moueri quidem, cum vel concordia congregat, & ex multis facit vnum, vel diſcordia diſgregat, & ex vno facit multa: quieſcere verò temporibus quibuſdam medijs. Tom. 3. pag 226, lib. 8. Phyſic. cap 1, num. 5.

Empedocles Agrigentinus docuit mundum aliquando generari, aliquando corrumpi, & hanc viciſſitudinem generationum in æternum duraturam. Tom. 3. pagin. 329, lib. 1. de cœlo, cap. 12. num. 2.

Empedocles docuit ſubſtantiam omnium corporum eſſe ſempiternam, ac ſolum nunc diſponi vno modo à lite, nunc alio modo ab amicitia, dum elementa aliquãdo ſeparantur, aliquando congregantur. Ibid, pagin. 330, nu. 11.

Empedocles docuit quatuor elementa eſſe inuicem intransmutabilia: amicitiam, & litem eſſe principia mouentia, & animã conſtare ex elementis. Examinatur, & reijcitur hæc opinio. Tom 3. pag. 509, lib. 2. de Generat. anim. cap. 7. per totum.

Empedocles licet ex profeſſo non quæſierit cauſam formalem, tamen aliquando eius mentionem facit, vt cum dicit naturam miſti non eſſe elementa, ſed elementorum rationem, & proportionem. Tom. 4. pag. 14, lib. 1. de partib. animal. cap. 1, num. 38.

Parmenides docuit fœminas eſſe calidiores viris: Empedocles è conuerſo docuit viros eſſe calidiores fœminis, To. 4, pag. 35, lib 2. de partib. animal cap. 2. nu. 8.

Affertur carmen Empedoclis, in quo vocat plan-

Digitized by Google

plantis aliisque, propter proportionem inter istam plantarum, & omnem. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. & 284. & 285. num. 18.

EMPEDOCLES, ejusque opinio Empedocli, qui docuit cuncta humanum materiam effingia primum ex quatuor elementis, ab illis iterum resolvi. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18.

EMPEDOCLI, ejusque opinio Empedocli, qui docuit cuncta humanum materiam effingia primum ex quatuor elementis, ab illis iterum resolvi, & ad ea redire, ut ex ea vivunt animantia, ita ex animantium corporibus generatur ager, & nascitur frugifera, generans humana. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. & 284. & 285. num. 18.

ENIUS Ennodius, qui in quodam loco carmine hoc vocavit pro album. Tom. 9. pag. 291. & 292. & 293. & 294. & 295. num. 19.

EPIGENIUS putavit ovulum effe cadum, ex, quod naturam pia quis, quam aperuit, ita ovum quoque ex ea quod humanum pius aspice, quod ignis. Accipiter, ut ovum in Ovo, ita & Gregarius ovo. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18.

ERASISTRATUS Empedocli, quibus docet viventem fieri per hoc, quod ignis elementa in animalia quod ex ea, quibus, Justus eminentia. Reputat hac ratione. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18. Erasistratus. num. 19.

ERASISTRATUS Empedocli, inquit docet ignibus concretionis ex diebus humana, & veluti calidum, ex quibus frigidum. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. & 284. & 285. num. 18.

EMPLASTRUM. Cataplasma, seu emplastrum debet esse calefactionem humectans & humectans, & humectans animantes nunquam. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. & 284. & 285. num. 18.

ENEIS habere identicum unum, quam ab illa non ne pede: Ideo pag. 291. num. 19.

ENEUS Ager est medicamentum, quod a vitium vitriolum miscetur, habet non exiguum humorem, & quandoque mixtus est oculum, ut confusa ad horum vulnera. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18.

ERASISTRATUS. Vide similia.

ENCOLYUS. Loco enconium & grandi, quod ex ea, quod, quod ista ab ea esse exponit ejusdem Englandus pag. 291. num. 19.

ER quæ quia fabricatum mentum accommodum est oculos crebrum vulnera liant ager, habitus, habitudinem, proprietatem, proprietatis mixtis, per quam quæ crebrum vulnera, per quam quæ crebrum vulnera, per quam fecerat. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18. pag. 284. & 285. num. 19.

ERIGERON. Erigeron, ejusque in parte Arcturus, quæ, quæ ejus principia, quæ ejus principia, quæ ejus principia. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18.

ERRIGIS. Errigis hanc marginem, cum quo vocibus Englandus. Tom. 9. pag. 291. & 292. & 293. & 294. & 295. num. 19.

Non enim atmosphæræ habent errigim, & illis ut ipsum. Tom. 9. pag. 291. & 292. & 293. & 294. & 295. num. 19.

Afferens enim atmosphæræ errigim, proprium ita mirum. Ibid. num. 19.

END. Finis enim ex ea quæ quidem in hoc, quod fit, est, fed ob eluentem vulnerati, fed ex quæ est, vel ex quæ aliquid quem hæc est ex quæ, ut Aristoteles de ea. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. & 284. & 285. num. 18.

Aliquam plures gradus enim. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18. pag. 284. & 285. num. 19. Solutæ aliquam, plures gradus enim. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18.

Repletur quæ Parmenides, ac Melissi, qui humanum nihil est, ac Melissi, qui propter relationis humanæ. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18. pag. 284. & 285. num. 19. de Generatione. num. 18.

Diligere cuncta humanum, & ex ea quæ ea ejus cum ea, non pecudes ad pecudes eum, ideo ad ea quæ ea ejus. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18.

Diligere cuncta humanum, & ex ea quæ ea ejus cum ea, non pecudes ad pecudes eum, ideo ad ea quæ ea ejus. Tom. 9. pag. 281. & 282. & 283. num. 18.

Et

tiam. Ibid pag.83,cap.2,nu.1, 2.
Ens, & vnum sunt idem re,sed differunt ratione, ac simul generantur, & corrumpuntur. Ibidem pagin. 84, cap. 2. num, 4, 5, 6, 7.
Ens per accidens quot modis dicatur. Tom. 5, pag.127, lib.5 metaph. cap.7 num.1.2.
Ens per se dicatur tot modis, quot dicuntur prædicamenta.Ibidem pag.128, num.3.
Ens, & non ens aliquando significant verum, & falsum. Ibidem pagin. 128, numer. 4.
Ens dicitur tum potentia,tum actu. Ibidem num. 5.
Ostenditur neque metaphysicam, neque aliam scientiam, vel artem agere de ente per accidens in particulari, sed circa illud versari sophisticam. Tom. 5, pagin. 164.lib. 6. metaph. cap 2, num.2,3,7, & pagin 302, lib 11. cap.9, num. 1 6.
Ens per accidens est quasi non ens, eiusque non datur vna generatio, & corruptio. Ibid. pag.164, num.3, & pagin.302, lib. 11. capit.9, num.3.4,5,6.
De causis, natura, & necessitate entis per accidens in vniuersali. Ibidem pagin.164, num. 4,5,6, & pagin.303, lib.11. capit.9, num. 4.
Effectus per accidens non reducuntur ad ad aliquam causam per se, ex qua necessario sequantur quadam necessitate fatali. Ibidem pag. 165,num.8,& pagin. 303, lib.11.cap.9,num.7, 8.
Ens, & non ens cum significant verum, vel falsum,non spectant ad principalem cõsiderationem metaphysicæ. Tom. 5, pag. 167, lib. 6. metaphysicor. cap.3. per totum,& pag 304.lib.11.cap.9,num.9.
Ens, & vnum prædicantur essentialiter, ac per se de omnibus ijsdem: idea tamen entis, & vnius non sunt substantiæ rerum in sensu platonico. Tom. 5, pagin. 213, lib.7. metaph. capit. 21, num.1. 2.
Vtrum principia, quæ maxime considerat metaphysica, sint ens, & vnum. Tom.5, pagin.286, lib.11. metaph. cap.1,num.13, & cap.2, numer. 5.
Ens non dicitur omnino æquiuocè, sed analogicè, sicut medicatiuũ, & salubre,ideoque metaphysica considerat omnia entia. Ibidem pag 290,cap. 3,num.1.
Ens & non ens quot modis dicatur. Tom.5. pagin. 314, lib.11. metaph. cap.12.num.8.
Quo pacto ex diuersis entibus in potentia fieri possint diuersa entia in actu. Tom. 3,pagin.460, lib. 14. metaph. cap.4,nu.7.
Xenophanes docuit omne, quod est, esse æternum, infinitum, vnum, adeoque nondari plura entia, & in hoc falli sensum: docuit rursus omne, quod est, esse immobile,ac omnino inalterabile.&quibus rationibus hæc probauerit. Tom. 5, pagin.46 6.lib.de Xenoph. cap. 1. per totum.
Reijcitur allata sententia Xenophanis. Ibid. pag.417,cap.2,3,4 5.6
Gorgias docuit primo nullum ens dari: secundo,quod si ens datur, cognosci non potest: tertio, quod si potest cognosci, adhuc qui id cognoscit,non potest hanc suã cognitionem locutione manifestare.Quibus rationibus hæc probauerit, ac reijcitur. Tom.5, pag.430,lib.de Xenoph cap. 9. per totum.
ENTHVSIASMVS. Enthusiastici,atque diuini dicuntur, qui quodam impetu à numine mouentur ad præcognoscenda futura. .Tom.2, pag.506,lib.7.mor. ad eud. cap. 18, num. 3,4.
ENTHYMEMA est *syllogismus imperfectus ex verisimilari. ui,ac signis*. Non requiritur ad enthymema, vt non exprimat vtramque præmissum. Tom.1 pagin. 182. lib.4. Prior. cap.3.. nu.1.
Explicantur tria genera signorum, ex quibus fiunt enthymemata in tribus figuris. Ibid num.2.
Enthymema ex signis in prima figura, si præmissæ sint veræ, concludit ex necessitate, & est insolubile: in tertia figura etiamsi præmissæ sint veræ,est solubile, & non concludit ex necessitate:in secunda figura non concludit, & est omnino solubile. Ibidem pagin 283, num.3.
ENTHYMEMA Rhetoricum. Probationes rhetoricæ reducuntur ad enthymema, & exemplum. Tom.1,pag 692,lib.1.Rhetor. capit.2. num. 3.
nthymema rhetoricum reducitur ad syllogismum, & quo pacto differat ab exẽplo. Ibid. pag.692, nu.6.
Orationes enthymematicæ magis auditorẽ mouent, & perturbant, & quodammodo per vim trahunt ad credendũ Ibid.n.6.
Enthymema rhetoricum debet versari circa conclusiones persuasibiles ex principijs per se credibilibus illi hominum generi, cum quo agitur, ac plerũque versatur circa contingentia.Ibid.pag. 693.n.7,8,9.
Enthymema rhetoricum sæpe debet fieri ex vnica præmissa, omittendo alteram præmissam,quam vtpote omnibus notam audi-

auditores ſubintelligunt. Ibid. pag. 694, num. 9.

Quid ſint veriſimilia, & ſigna, ex quibus fiunt enthymemata Rhetorica. Ibidem pag. 695, num. 10, 11, 12.

Enthymemata Rhetorica fiunt ex propoſitionibus deſumptis ex quibusdam locis communibus, ideoque non faciunt ſcientem, aut prudentem in vllo determinato genere diſciplinarum: at enthymemata aliarum facultatum deſumuntur ex proprijs, & faciunt ſcientem, ac prudentem in certis diſciplinarum generibus. Ibidem pag. 697, num. 15, 16.

Orator ad facienda enthymemata neque debet aſſumere valde remota, quia ſunt obſcura, & non accommodata captui vulgi, neque valde propinqua, quia ſunt notiſſima, ideoque debent omitti, ne incidatur in vitium garrulitatis. Tom. 1, pag. 809, lib. 2. Rhet. cap. 23, num. 2.

Vt orator habeat copiam enthymematum debet conari, vt ſciat omnia, vel plurima ſpectantia ad rem, de qua agit, quia ex nihilo nihil poteſt inferri. Ibid. pag. 810, num. 3.

Enthymema oſtenſiuum eſt, per quod ex conceſſis concludimus intentum: enthymema redargutiuum eſt, per quod cogimus aduerſarium ad dicendum repugnãtia. Ibidem pagin. 811, num. 6.

Enthymema redargutiuum videtur habere maiorem vim, quam oſtenſiuum, & valde mouent quæ non tota prolata intelliguntur, licet non facile occurrant. To. 1, pagin. 822, lib. 2, Rhetoric. cap. 24. num. 29, 30.

Traduntur loca communia generi deliberatiuo, demonſtratiuo, & iudiciali ad facienda enthymemata. Tom. 1, pag. 812. lib. 2. Rhet. cap. 24. per totum.

Traduntur loca enthymematum apparentium, & ſophiſticorum. Tom. 1, pag. 822, lib. 2. Rhet. cap. 25. per totum.

De ſolutione enthymematum Tom. 1, pag. 822, lib. 2. Rhet. cap. 26, per totum.

Enthymemata poſſunt deſumi ex veriſimilibus, ex exemplis, & ex ſignis neceſſarijs, quæ vocantur tecmyria. Ibidem pag. 827, nu. 3, 4, 5.

Enthymemata maximè accommodãtur generi iudiciali, quia cum in eo quæſtio ſoleat eſſe de aliquo præterito, de quo ambigitur, an ſit factum, nec ne, præcipuè per enthymemata ex veriſimilibus, & ſignis probandum eſt illud fuiſſe factum, vel non Tom. 1, pag. 731, lib. 1. Rhetor. cap. 9, num. 34.

Enthymemata vrbana ſunt, quæ faciunt, vt velociter aliquid addiſcamus: ideoque oratio vrbana eſt, quæ affert argumenta, ſiue enthymemata, quæ neque ſunt ita obuia, vt facile occurrant, neque ſunt ita remota, vt prolata non intelligantur, ſed medio modo ſe habent. Tom. 1. pag. 856, lib. 3. Rhet. capit. 10, num. 4, 5.

Cum excitandi ſunt affectus, abſtinendum eſt ab enthymematibus. Tom. 1, pag. 882, lib. 3. Rhet. cap. 17, num 9.

Enthymemata non debent continuari, ne auditorum ingenia obruant, ſed alijs iucundioribus, & facilioribus ſunt admiſcenda. Ibid. num. 7.

ENVMERATIO. Proponitur locus Rhetoricus ex enumeratione, & afferuntur eius exempla. Tom. 1. pagin. 816, lib 2. Rhet. cap. 24, num 11.

ENVNCIATIO. Orationes optatiuæ, & aliæ, in quibus non eſt verum, vel falſum, non ſpectant principaliter ad logicam, ſed ſolæ enunciatiuæ. Definitur autem enunciatio *oratio, in qua vel eſt verum, vel falſum.* To. 1, pag. 71, lib. 1, Perih. cap. 4, num. 3.

Enunciatio ſignificat conceptus per modum compoſitionis, & diuiſionis, in quibus eſt verum, vel falſum. Tom. 1, pag. 67, lib. 1. Periher. cap 1, num 2.

Proponitur diuiſio enunciationis in vnam ſimpliciter, & vnam coniunctione, & in affirmatiuam, & negatiuam. Tom. 1, pag. 71, lib. 1 Periherm. cap. 4, num. 4.

Enunciatio ſimpliciter vna eſt, in qua vnum prædicatum dicitur de vno ſubiecto, etiamſi prædicatum, & ſubiectum ſignificentur pluribus nominibus. Plures enunciationes ſunt, quæ vel non ſignificant vnum, ſed plura, vel carent coniunctione. Ibid. pag. 71, num. 4.

Cuilibet enunciationi opponitur contradictorie altera enunciatio. Ibidem pag. 72, num. 5, 6.

De oppoſitionibus enunciationum, ac de earum regulis. Tom. 1, pagin. 73, lib. 1. Periherm. cap. 5. per totum.

Enunciatio ſimplex ad minimum conſtat ex nomine, & verbo. Tom 1. pagin. 80, lib. 2. Periherm. cap. 1, num. 1

Enunciatio, quæ conſtat ſolum ex nomine, & verbo, dicitur de ſecundo adiacente: enunciatio, quæ præter nomen, & verbũ *eſt*, addit aliud prædicatum, dicitur de ter-

tertio adiacente. Ibid pag. 80, num. 1.
Enunciationes de secundo adiacente variari possunt quatuor modis. Ibid. pag. 81. nu. 2.
Enunciationes de tertio adiacente, ac de subiecto finito singulari, vel indefinito variari possunt secundum duplicem oppositionem, & secundum quatuor enunciationes. Ibidem pag 81, num. 3, 4.
Ex quatuor enunciationibus infinitis angulares possunt simul verificari. Ibid. pag. 82, num. 5.
Quid intelligatur nomine enunciationum angularium Ibid. num. 5.
Quot modis variari possint enunciationes de subiecto infinito, seu sint de secundo, seu de tertio adiacente. Ibidem pag. 83, num. 6.
Quot modis variari possint enunciationes, in quibus ponitur verbum existentiæ. Ibid. pag 84, num. 7
Traduntur regulæ de oppositione, æquipollentia, & consequentijs enunciationum finitarum, & infinitarum. Tom 1, pag 84, lib 1. Periherm. capit. 2, num. 9, 10, 11, 12. 13, 14, 15.
Enunciatio non simplex, in qua nimirum non affirmatur, aut negatur vnum de vno, quotuplex possit esse. Tom. 1. pag. 86, lib. 1. Periherm. cap. 2, num. 12.
Enunciationes contradictoriæ de futuris contingentibus.
Vide contradictoria.
Enunciatio modalis. Vide modus, modalis.
Enunciationes contrariæ. Vide contraria, & opiniones contrariæ.
Enunciationum conuersio. Vide conuersio.
Vide propositio.
EPAGOGE. Vide Inductio.
EPAR. Vide Iecur.
EPHEMERVM animal. Animal, quod vocatur ephemerum, siue ephimerum, quia viuit vna tantum die, quatuor pedibus, & quatuor alis est præditum, ideoque est simul volucre, & quadrupes. Tom. 3, pag. 706, lib. 1. de Hist. animal. cap. 5. num. 10.
Hypanis fluuius circa tempus solstitij æstiui defert quosdam folliculos ex quibus diruptis erumpunt volucres quædam quadrupedes, quæ viuunt, & volant vsque ad tempus pomeridianum: inclinato sole, paulatim deficiunt, & tabescunt: sole occidente, moriuntur, vita non vltra vnum diem producta, ideoque hoc animal vocatur ephemerum, seu diarium. Tom. 3, pag. 855, lib. 5. de Histor. animal. cap. 19, nu. 20
EPHORI Lacedæmonum. Magistratus ephororum apud Lacedæmonios assumebatur ex plebe: & ex vna parte ephori habebant potestatem rerum maximarum, ex alia parte sæpe erant pauperrimi, adeoque venales, quod non expedit, ideoque magistratus ephororum erat malè constitutus. Tom. 2, pag. 571, lib. 2. Pol. cap. 7, num 6.
Sæpe ephori pecunia corrupti quantum in ipsis fuit, Rempublicam Lacedæmonum perdiderunt Ibidem pag. 571, nu. 6
Ephori, cum assumerentur ex plebe, habebant summam potestatem, ac tyrannidi pene parem, ideoque ipsi reges cogebantur ephoris blandiri, & aliquando propter nimiam potentiam obtinuerunt, vt contra legem reges crearentur ex plebe, & sic Rempublicam mutarunt. Ibid. pag. 571. num. 6.
Ephori eligebantur sorte, & sine delectu, quod erat inconueniens. Ibid. pagin. 572, num. 6.
Inconueniens erat, vt ephori, qui sæpe erant homines plane vulgares, haberent potestatem iudicandi ex propria sententia, ac melius fuisset, vt tenerentur iudicare secundum leges. Ibidem nu. 6.
Vita ephororum non erat consentanea instituto ciuitatis. nam ephori viuebant molliter, cum cæteris præcepta esset magna seueritas vitæ. Ibidem. nu. 6.
Magistratus ephororum eandem vim habebat apud Lacedæmonios, ac magistratus cosmorum apud Cretenses, ac soli numero differebant. Cum enim ephori essent quinque, cosmi erant decem. Tom 2. pag 575. lib 2. Pol cap. 8. num. 4.
Theopombus Lacedæmonum Rex, addendo regibus ephoros, potestatem regiam fecit minorem, sed reddidit diuturniorem. Tom. 2, pag. 700, lib. 5. Pol. cap. 11, nu. 2.
Paulanias apud Lacedæmones volunt auferre magistratum ephororum. Tom. 2, pag. 666, lib. 5 Pol. cap. 1, num 3.
EPIALA. Qui laborant epiala, laborant quibusdam febribus, propter quas quia ægroti eodem tempore secundum aliquas partes algent, secundum alias incalescit, algent simul, & sitiunt. Tom. 3. pag. 718, sect. 27. probl. num. 2.
EPICHARMVS siculus fuit comicus antiquissimus, qui multo tempore fuit ante Chonnidem, & Magnetem primos comicos Athenienses. Tom. 1, pag. 896, lib. Poet. cap. 1, num. 16.

Affe-

Digitized by Google

Affertur locus quidam ex Epicharmo in ſua exageratione. Tom.4, pag. 465, lib. 1. de Gen.anim. cap 18, num.23.
EPICHEIA. Vide æquitas.
EPICHEREMA eſt ſyllogiſmus de probabilibus, quo vtuntur dialectici ad inueniendam veritatem. Tom.1, pag.597.lib. 8 top. cap.4, num.21.
EPIDAMNII Reſpublica. In Epidamnij Republica erant aliqui publici artifices, qui inſeruiebant publicis operibus. Tom. 2 pag.567, lib.2. Pol. cap.5, num.14.
Epidamnij mutata eſt ex parte Reſpublica, dum pro Phylarchis, hoc eſt tribuum præfectis conſtituerunt Senatores. To. 2, pag.666, lib.5. Pol. cap.1, num.3.
EPIGLOTTIS. Vide Vuea.
EPILEPSIA, ſeu morbus caducus, & comitialis eſt ſimilis ſomno,& cauſatur ex cauſa proportionali, hoc eſt ex multitudine vaporum, ideoque ſæpius hoc morbo corripiuntur dormientes, quam vigilantes. Tom 4, pag. 396, lib. de ſomno, & vig. capit.4, num.11.
Epilepſia cauſatur ex eo, quod cum ſpiritus calidi aſcendant in magna copia, & à vaporibus deſcendentibus repellantur, tumefaciunt venas, & aſperam arteriam, per quam reſpiramus, obturant ita, vt vix reſpirare poſſimus. Ibid.
Infantes ſæpe laborant epilepſia, quia in ijs totum pene alimentum euaporat ſurſum: & quia vinum eſt vaporoſum, neque infantibus, neque nutricibus dandum eſt vinum, ne caufet epilepſiam. Ibidem.
Vide comitialis morbus.
EPILOGVS. Vide Peroratio.
EPIMENIDES Cretenſis. Epimenides Cretenſis eos, qui viuunt in eadem domo, vocauit ὁμοκλήνους, quaſi viuentes ad eũdem tumum. Tom.1. pag. 514, lib.1. Pol. cap.1. nu.8.
EPIOLVS. Vide Hepiolus.
EPIPETRVM eſt quædam planta, quæ naſcitur in Parnaſſo,& vocatur hoc nomine, quia adhæret petris. Hæc diu viuere poteſt ſuſpenſa perticæ, vel alteri ligno, abſq; eo quod radicibus adhæreat terræ.To. 4. pag.133,lib.4.de part.anim.cap.5, n 28.
EPIRVS gignit quadrupedes valde magnas exceptis aſinis,qui ſunt valde parui. Præcipuè excellunt magnitudine boues, & canes epiri. Oues etiam epiri ſunt ingentes, quæ dicuntur Pyrrhicæ à Pyrrho rege. Tom.3. pag. 788, lib.3. de Hiſt.anim. cap.21, num 2, & pagin. 976. lib. 8, de Hiſtor. animal. capit.28, num.7.
Epiroticæ vaccæ ſunt adeo magnæ,vt mulgeri non poſſint, niſi à paſtoribus ſtantibus, vel paulo inclinatis Ibid.
EPISODIVM dicitur tripliciter Primo epiſodia dicuntur digreſſiones non connexæ cum reliquis partibus tragœdiæ.Secundo epiſodia dicuntur digreſſiones connexæ, in quibus per nuncios, vel alia ratione exponuntur, quæ alio tempore, vel loco acta ſunt, aguntur, vel agentur extra ſcenam, ita tamen, vt ſint connexa neceſſario, vel veriſimiliter cum ijs, quæ aguntur in ſcena. Tertio epiſodium dicitur tota pars tragœdiæ, quæ eſt inter totas chori cantiones. Tom. 1, pagin. 915, lib. Poet. cap. 10, num.4.
Epiſodium eſt medium tragœdiæ. Ibid.nu.9.
Tragœdia non debet eſſe epiſodica, hoc eſt referta digreſſionibus ita ſe habentibus, vt vna neque neceſſario, neque veriſimiliter ſequatur ex alia Tom.1, pagin 911. lib. poet cap.8, num.1.
Aliquando etiam boni poetæ,vt faciant tragœdias longas, faciunt illas epiſodicas Ibidem num 2.
Quo pacto fabula ſit congruis epiſodijs, ſeu digreſſionibus amplificanda,& earum exempla ex Odyſſea Homeri,& ex Iphigenia Euripidis. Tom. 1, pagin. 928. lib. poet. cap.22 per totum.
In epopœia epiſodia debent conſtitui diſſimilia, ne rerum ſimilitudo cauſet ſatietatem. To.1, pag.947, lib.poet. cap 22.nu.7.
EPITHETA ornant orationem, & habent quamdam ſimilitudinem cum metaphoris Tom.1, pag 837, lib.3 Rhet. cap 2. num.14
Epitheta ad laudandum deſumenda ſunt ex melioribus ad vituperandum ex deterioribus. Ibid. num.11.
Epitheta poſſunt liberalius adhiberi in oratione pathetica, quia qui affectibus agitantur, ſolent ijs vti. To.1,pag.847 lib.3. Rhet. cap.7, num 8.
Quo pacto oratio poſſit reddi frigida propter vſum epithetorum aut longorum, aut importunorum,aut frequentiorum,quam par ſit :] & afferuntur exempla orationis frigidæ ex Alcidamante, qui ſine modo vſus eſt epithetis. Tom.1, pag.839, lib.2. Rhet. cap. 3. num. 3.
Epithetis vtendum eſt tamquam bellari js,& condimentis, non vt cibo conſueto.Ibid.
Epitheta parũ decora, vel nimis frequentia faciunt, vt oratio videatur poema. Ibid.

Epitheta cum immutent cõſuetum modum loquendi, faciunt, vt oratio ſit peregrina: debent tamen cum modo vſurpari, quia qui immodicè his ornamentis vtitur, magis peccat, quam qui loquitur ſine ornamentis: ſiquidem hic dicit non bene, ille autem dicit male. Ibidem.

EPITRAGEÆ piſces. Piſces quidam, qui ab Hircorum ſterilitate dicuntur epitrageæ, quales ſunt Cyprinus, & Barmus, non habent diſcrimen ſexus, ac non generant ouum, neque ſemen, nec aliam genituram ſeminalem: conſtant carne ſolida, & pingui: habent paruum inteſtinum, & in ratione cibi valde commendantur. Tom.3, pag.825, lib.4. de Hiſtor. animal. cap.1, num.4

EPOPOEIA imitatur nudis ſermonibus, ſeu metris, & per hoc differt à Dithyrambica, tragœdia, & comœdia, quæ imitantur etiam harmonia. Conuenit autem cum tragœdia in hoc, quod vtraque eſt imitatio præſtantium, & proborum ſermone metrico. To.1, pag.901, lib. poet. cap.2, num.8.

In epopœia poeta imitatur ita, vt quædam exponat ex perſona propria, quædam ex perſona aliorum, quos loquentes inducit: in lyrica poeta omnia, vel pene omnia exponit ex perſona propria: in dramatica omnia exponit ex perſona aliorum. Tom.1, pag 895, lib Poet. cap.1, nu 13.

Tragœdia, & comœdia ortum habuerunt ex epopœia, præſertim Homeri, qui in Iliade, & Odyſſea adumbrauit tragœdiam, quæ eſt imitatio præſtantium, in Margite adumbrauit comœdiam, quæ eſt imitatio deteriorum, & ridiculorum. Tom.1, pag. 898, lib. Poet. cap.2. num.3.

Nihil pene habet epopœia, quod non conueniat tragœdiæ: at tragœdia, habet aliqua, quæ non conueniunt epopœiæ: ideo qui ſcit, qualis debeat eſſe tragœdia, ſcit qualis debeat eſſe epopœia, non è conuerſo Ibidem pag.901, num.8.

Epopœia conuenit cum tragœdia primo in hoc, quod debet conſtituere fabulas dramaticas, per quas nimirum imitetur homines negotiantes, & aliquid agentes: ſecundo conuenit in hoc, quod debet imitari aliquam actionem vnam, & perfectam, quæ proinde habeat principium, medium, & finem: tertio conuenit in hoc, quod vtraque debet habere vnitatem maiorem, quam vt plurimum habeat hiſtoria, hoc eſt non ſolum conſiſtentem in hoc, quod actiones eodem tempore, vel ab ijſdem perſonis ſint geſtæ, ſed etiam in hoc, vt vna actio pendeat ex alia. To.1, pag 945, lib. Poet. cap.22, nu.1,2,3.

Aliqui Poetæ epici peccarunt contra vnitatem fabulæ, quia imitati ſunt fabulam vnam ſolum vnitate temporis, vel vnitate perſonæ: Homerus quoad hoc optimè ſe geſſit. Ibid. pagin. 946, num.4.

Totidem ſunt ſpecies epopœiæ, quot tragœdiæ: nimirum epopœia ſimplex, implexa, pathetica, & moralis. Epopœia præterea debet imitari fabulam, in qua ſint peripetiæ, agnitiones, & paſſiones, vt fecit Homerus, cuius Ilias eſt poema ſimplex, & Patheticum, Odyſſea eſt poema implexum, & vtrumque agnitionibus eſt refertum, & mores egregiè exprimit: in elocutione verò, & ſententia ita excelluit, vt omnes ſuperarit. Ibid pag.946. nu.5.

Epopœia eſt longior tragœdia, & cum tragœdia debeat repræſentare actionem, quæ vno circiter die potuerit perfici, epopœia poteſt narrare actionem, quæ non niſi pluribus diebus, menſibus, & etiam annis potuerit abſolui, dummodo ſit tanta, vt poſſit tota in memoriam cadere, per quã vno pene aſpectu videatur eius principiũ, medium, & finis. Ibidem pag.947. num.6.

Epopœia poteſt cõtinere plures tragœdias, quæ debeant ijſdem auditoribus exhiberi, eo quod ſint ita ordinatæ, vt ſecunda pendeat ex prima. Ibid. pag.947, num.6.

Epopœia quia imitatur narrando, poteſt narrare quæ eodem tempore fiunt in diuerſis locis, & ſunt ita connexa, vt conducant ad eumdem finem quod multum confert ad magnificentiam, & ad auditoris animum rerum varietate recreandum. Ibidem pag.947, num.7.

Epopœiæ, quia eſt imitatio grauiſſima, conuenit carmen grauiſſimum, quale eſt Hexametrum, ideoque ſi quis illam faceret alio carminum genere, videretur facere aliquid indecorum. Ibid. num 8.

Poeta epicus vt maximè imitetur, pauciſſima debet dicere ex propria perſona, pene omnia ex perſona aliorum, vt Homerus facit. Ibidem pag.948, nu.9.

Fabula epica proportionaliter debet eſſe admirabilior, quam tragica, quia narrando poſſunt exprimi admirabiliora, quam repræſentando, itaut non videantur irrationalia Ibidem pag.949, num.10.

Poeta epicus cum narrat falſa, debet ita illa narrare, vt videantur veroſimilia, ac

potius debet narrare impossibilia verisimilia, quam possibilia inverisimilia Ibid. pag. 949. num. 11, 12.

Poeta epicus nullam partem fabulæ debet fingere irrationabilem: si verò cogatur fingere aliquid irrationabile, debet curare, vt non spectet ad fabulam, sed exponatur vt ante factum, ac debet inverisimilia tot bonis quasi quibusdam ornamentis aspergere, vt non appareant. Ibid. pag. 950, num. 13, 14.

Poeta Epicus debet elocutionis luminibus ornare partes otiosas, & morum expressione, ac sententiarum acumine vacuas. Ibidem pag. 950, num. 15.

Proponuntur rationes, ex quibus Epopœia videtur præferenda tragœdiæ. Tom. 1. pag. 958, lib. Poet. cap. 24, num. 1.

Soluuntur tales rationes, & ostenditur tragœdiam præferendam epopœiæ, præsertim quia habet omnia, quæ habet epopœia, & alia quædam. Ibidem num. 2, 3.

EPOPS. Vide Vpupa.

EQVISELÆS. Vide Hippurus.

EQVITATIO. Qui currunt in equis, minus frequenter cadunt, quia timent, & sibi caucnt. tom. 5. pagin. 509. sect. 6 prob. num. 39.

Quare qui currunt in equis quo velocius currunt, eo magis solent lachrymari. Tom. 5. pag. 499. sect. 5. Prob. num. 13. & pag. 507, num. 35.

Quare qui equitant assiduè, libidinosiores euadunt. tom. 5, pagin 491, sect. 4. prob. num. 12.

EQVITÆS esse non possunt, nisi opulenti, ideoque apud antiquos, ciuitates, quæ excellebant potentia equestri, habebant politiam oligarchicam, in qua dominabantur diuites. Tom. 2, pagin. 631, lib. 4. Polit. cap. 3. num. 2.

Equestribus copijs aduersus finitimos vtebantur Erectrienses, Chalcidenses, & Magnesij, qui habitabant circa Meandrum, & aliæ quædam Asiæ ciuitates. Ibidem.

Apud Græcos ab initio robur militiæ consistebat in equitatu, quia peditatus est parum vtilis ad pugnam, nisi ordinetur: græci autem ab initio nesciebant ordinare peditatum, ideoque Respublicæ administrabantur ab equitibus. Tom. 2, pag. 654, lib. 4. Pol. cap. 13, num. 10.

Politiæ, quæ constabant ex peditibus, & equitibus, erant communiores diuitibus, & pauperibus, ideoque vocabantur democraticæ: politiæ autem constantes ex solis equitibus vocabantur oligarchicæ, quia administrabantur à solis diuitibus. Ibidem.

EQVVS. Animalia alia ab homine solent habere oculos quoad colorem vniformes, exceptis equis, quorum aliqui habent oculos cæsios. Tom. 3, pagin. 710, lib. 1. de Histor. anim. cap. 10, num. 1.

Equus, mulus &c, recensentur inter animalia solidungula, hoc est quæ non habent pedes fissos, sed integros, & vnica præditos vngula. Tom. 3, pag. 731, lib. 2. de Hist. anim. cap 1, num. 22.

Equus, bos &c, habent dentes non serratos, itaut dentes superiores interserantur inferioribus, sed æquatos, & continuos, itaut non interserantur, sed quodam tactu coaptentur, & continuentur. Ibidem pag. 735, num. 37.

Animantes bipedes, & quadrupedes viuiparæ vterum habent intra diaphragma, vt homo, canis, equus &c. Tom. 3, pag. 758, lib. 3. de Hist. animal. cap. 1, num. 14.

Equi, sues &c non habent seuum, quod est fragile, & frigore concrescit, sed habent adipem, qui est liquidus, neque ita aptus gelascere, ideoque iuscula ex adipe equi, aut suis non concrescunt, sicut iuscula ex seuo ouis. To. 3, pag. 781, lib. 3. de Histor. anim. cap. 17, num. 1.

Mammas habent ex animalibus omnia, quæ non ouum, sed animal intra se concipiunt, vt homo, equus &c. Tom. 3. pag. 786. lib. 3. de Hist. anim. cap. 20, num 4.

Lac equinum tenet secundum locum tenuitatis. Ibidem num. 5.

Equi aliquando somniant. Tom. 3, pagin. 822, lib. 4. de Histor. animalium, cap. 10, num. 4.

In genere equorum voces pro diuersitate sexus sunt diuersæ: nam fœminæ statim ac natæ sunt, emittunt vocem quamdam exiguam, ac tenuem: mares emittunt vocem pleniorem, & grauiorem, quæ in dies euadit maior. Cum bimatum attigerint, & ceperint coire, equus mas emittit vocem magnam, & grauem, fœminæ non æqualem mari, atque in hac voce perseuerant vsque ad annum vigesimum. Tom. 3. pag. 637, lib. 5. de Histor. anim. cap. 14, num. 6.

Equus tum mas, tum fœmina biennis incipit coire, itaut possit generare, sed proles euadit minor, & imbecillior. Vt plurimum coeunt trimi, & proficiunt prolem

præſtantiorem, & præſtantiorem procreando vſque ad annum trigeſimum. Coeunt mares equorum vſque ad annos triginta tres; fœminæ vſque ad annos quadraginta, adeoque fere per totam vitam: ſiquidem mares equorum viuunt annos triginta quinque, fœminæ excedunt quadraginta. Narratur tamen equus vixiſſe annos ſexaginta quinque. Ibid. pag. 838, num. 10. & pag. 905, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 21. num. 1.

Equi cum coeundi libidine ſollicitantur, ferociunt ex amore, & mordent equos, ſeſſores deijciunt, atque inſectantur. To. 3, pagin. 895. lib. 6. de Hiſtor. anim. cap. 18, num. 2.

Cameli naturali odio proſequuntur equos, itaut non ſolũ cũ ferociunt ex amore, ſed toto anni tempore cũ equis pugnent. Ibid.

Equæ cum ex libidine ferociunt, dicuntur equire, ideoque etiam mulieres libidinoſæ dicuntur equire. Fama eſt equas cum equiunt, vento grauidas fieri. Ne autem equæ ex amore inſaniant, in Creta equos admiſſarios ab equabus non ſeparant. Ibidem pag. 897, num. 3.

Equæ amore inſanientes, armento relicto, currentes abeunt, non orientem, vel occidentem verſus, ſed ad ſeptentrionem, aut meridiem, neque patiuntur quemquã appropinquare, niſi aut labore ſint fatigatæ, aut ad marem peruenerint, & tum diſtillant quoddã virus, quod vocatur hippomanes, quod quæritur ad vſum maleficiorum. Ibid. pagin. 897. num. 3.

Signa, quod equæ inſaniant ex amore, ſunt: primo quod colligunt ſe, & ſocietate mutua magis gaudent: ſecundo quod iactant caudam crebrius: tertio quod emittunt inſuetum quemdam hinnitum: quarto quod ex genitalibus emittunt quemdam humorem: quinto quod ſæpius mingunt, & inter ſe colludunt. Ibidem pagin. 897, num. 4.

Equæ, tonſa iuba, triſtiores redduntur, atque earum libido extinguitur, aut mitigatur. Ibid. pag. 898, num. 7.

Explicãtur alia ſpectantia ad coitum equorum. Ibidem num. 6. 9

Equæ facillimè pariunt inter quadrupedes, & minimum emittunt menſtruorum. Ibid. pagin. 899, num. 15.

Explicantur multa ſpectantia ad generationem, partum, & ætatem equorum. Tom. 3, pag. 905, lib. 6. de Hiſtor. anim. cap 21, per totum.

Equus eſt libidinoſiſſimus animalium, homine excepto. Equa vterum fert menſibus vndecim, pasit menſe duodecimo. Vt plurimum parit ſingulos, aliquando geminos, ac nunquam plures duobus. Equus coit trigeſimo menſe ætatis ſuæ, ſed ita, vt ſolum poſt mutationem dentium generet prolem non degenerem. Ibidem pag. 905, num. 2, 3, 4.

Equus quadraginta dentibus eſt præditus, & quo pacto, & quo ordine eos mutet. Ibidem pagin. 905, num. 5.

Quot annis equi ſoleant viuere. Ibid. pag. 906, num 8.

Fœminæ equorum quinquennes ad iuſtam magnitudinem perueniunt, mares autem ſexennes: ſex ſequentibus annis acquirunt iuſtam craſſitudinem, ac proficiunt vſque ad annum vigeſimum. Poſtquam nati fuerint, citius perficiuntur fœminæ, quam mares: at in vtero citius perficiuntur mares. Ibidem pagin 906, numer. 9.

Quo pacto ætas æquorum cognoſcatur ex dentibus. Ibidem pag. 907, nu. 11.

Equa parit per interualla, & poſt partum ſaltem vno anno debet abſtinere à coitu. Ibid pag. 907, num. 13.

Equa poſtquam peperit, ſtatim deuorat ſecundinas, & etiam hippomanes ex fronte pulli auulſum. Siquis autem hippomanes dolo præripiat, mater eius odore excitata in furias agitur. Ibid. pagin. 908, num. 15.

Si aſinus coiuerit cum equa iam prægnante, cauſat abortum: equus è conuerſo non cauſat abortum aſini. Ibid. pag. 908, num. 16, & cap. 23. num. 2.

Equi ſuapte natura ſunt vagi, ideoque paſtores armentis equorum non præſtituunt ducem. Ibid. pag. 908, num 17.

Ex animalibus mulier, & equa etiam prægnantes admittunt coitum: at equa ex nouo coitu non ſuperfœtat, hoc eſt non concipit nouam prolem, mulier aliquando concipit nouam prolem. Tom. 3. pag. 525, lib 7 de Hiſtor. animalium, capit. 4, num. 9.

Quædam equa Pharſalica vocabatur iuſta, quia ſemper pariebat fœtum ſimilem equo, ex quo concipiebat. Tom. 3. pag. 928. lib. 7. de Hiſtor. animalium, cap. 6, num. 12.

Equi bibunt aquam trahendo, & ſorbendo. Tom. 3. pag. 950, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap. 6, num. 1.

Equi

Equi frugibus, & herbis vescuntur, & quo plus bibunt, eo magis appetunt cibum, & gaudent potu aquæ turbidæ. Tom. 3, pagin. 952, lib. 3. de Histor. animal. capit. 8, num. 1, 2.

Equi gregales vix alio morbo laborant, quã podagra, & afferuntur eius indicia. Tom 3, pagin 972, lib. 8. de Hist. anim. cap. 24, num. 1.

Explicantur plures morbi, quibus laborant equi domestici. Ibidem num. 2.

Perni afferunt equum, & ouem omnibus fere morbis vexari, quibus vexatur homo. Ibidem num 2.

Equa abortum facit extinctæ lucernæ odore. Ibid. num. 2.

Equo lethalis est pastinacæ comestio. Pernicioſior eidem est morsus muris aranei, siquidem causat pustulas: si verò aranea mordens sit grauida, morsus est etiã pernicioſior, siquidem pustulæ rumpuntur, & ex ruptione sequitur interitus equi. Bestio. la etiam similis pusillis lacertis, quam nonnulli chalcidé, alij digitydem vocant, suo morsu equos vel interficit, vel magnum illis dolorem affert. Intereunt etiam equi veneno sandaracæ. Ibid. pagin. 972, num. 2.

Fronti pullorum equinorũ innascitur Hippomane, quod mater perlambens, atque abstergens deuorat. Equæ antequam pariant emittunt quamdam aquam menstrualem, quam vocant pullium. Equi agnoscunt vocem aduersariorum, cum quibus pugnarunt. Gaudent pratis, & paludibus: libentius bibunt aquam turbidam, quam claram, ideoque si sit clara, antequam bibant, pedibus illam turbant: sunt amantissimi lauacri, & aquarum, ideoque cum biberint se aquis lauant: & datur equus fluuiatilis, qui tali natura est præditus, vt sine aqua non possit viuere. Ibid. pag. 973, nu. 3.

Auis, quæ dicitur anthus, seu florus, hostis est equi, & illum abigit à pastu: imitatur enim vocem equinam, & illi aduolans equum terret. equus autem anthum si capiat, interficit. Tom. 3, pag. 983, lib. 9. de Histor. animalium, capit. 1, num. 17.

Equæ armentariæ ita socialiter viuunt, vt si mater alicuius pulli perierit, altera equum matre orbatum educet. Equæ miro quodam amore prolis tenentur, cuius signum est, quod sæpe equæ steriles subductos a matribus pullos vt suos curant, & educare conantur, sed lactis inopia eos perdunt. Tom. 3, pag. 985, lib. 9. de Histor. anim. cap. 4, nu. 2.

Equus quondam ab ape ictus perijt. Tom 3. pagin. 1021, lib. 9. de Histor. animal. capit. 40, num. 28.

Non solum iuntur equi vrbani, ac domestici, sed etiam syluestres, qui non differunt specie Tom. 4, pagin. 19, lib. 1. de Partib. animal. capit. 3, num. 10. & Tom. 5, pag. 540, sect 10. prob. num. 44.

Caudæ equorum habent tenorem, seu caulem breuiorem, ac pilos longiores. Tom. 4, pag. 68, lib. 2. de part. animal. capit. 14, num. 4.

In animalibus cor caret osse, præterquam in equo, & in quibusdam generibus boũ, in quibus propter magnitudinem indiget fulcimento, ac sustentaculo alicuius ossis. Tom. 4. pag. 91, lib. 3 de partib. animal. cap. 4. num 21.

Equus, mulus, & asinus omnino carent felle. Tom. 4. pag. 121. lib. 4. de Part. anim. cap. 2, num. 3.

Quia pulli equini habent crura longa, sunt pene æqualiter alti, ac parentes: habent enim crura æqualia cruribus parentum, ac solo reliquo corpore sunt minora, & exiliora. Hinc oritur, vt pulli equini possint cruribus posterioribus attingere caput, at cum adoleuerunt, non possint amplius cruribus posterioribus attingere caput, quia progressu ætatis truncus magis augetur, quam crura. Tom. 4. pagin. 149, lib. 4. de part. animalium, capit. 10, num. 10.

Equi solent habere duas tantum mammas, easq; ie inter femora. Ibidem pagin. 154, num. 21.

In genere equorum vt plurimum solæ fœminæ habent mammas: ex maribus autẽ equorum ij tantum habent mammas, qui nascuntur similes matri. Ibidem pag 155, num. 25.

Equi non solum animal pariunt, sed etiam in vtero concipiunt. Tom. 4, pagin. 419, lib. 1. de Gen. anim. cap. 9. num. 1.

Equus regis scytharum, cum ignarus coisset cum matre cooperta, cum qua antea coire recusauerat, matre agnita, aufugit, atque è rupibus se præcipitem dedit. Tom. 3. pag. 1032, lib. 9. de Histor. animalium, capit. 47, num. 1,

Equus est propensus ad sterilitatem, quia est vniparus, quia non concipit itaq;

poſt partum,& quia parum habet humoris menſtrui. Tom 4, pag. 545, lib.2.de Gener. anim. cap. 6, num. 14,15,16,21.

Ex coitu equi,& aſini generatur mulus,quia cum ſemen,& menſtruum equi ſit calidius ſemine,& menſtruo aſini, ſe mutuo temperant.Ibid.pag 546,num.20.

Quare equus, & aſinus generent mulum,qui eſt ſterilis. Ibid.pag.546. num.21.

Equus, & alia animalia ſolidungula , quæ ſunt maiora cæteris,ſunt vnipara.Tom. 4, pag. 611, lib.4. de Gener.animal. capit.4, num. 16.

Licet alia animalia cum ſunt grauida , non admittant coitum, tamen equa grauida admittit coitum, quia ex vna parte habet vterum ampliorem , quam vt vno fœtu impleatur,prout requireretur ad ſuperfœtandum , ex alia parte habet vterum denſum , ita vt non poſſit quidquam humoris menſtrui ex vtero exhalare. Tom. 4,pag.620,lib.4. de Gener anim. capit.5, num. 4.

Equa eſt valde libidinoſa ex ratione vniuerſali , ex qua omnia animalia denſo vtero prædita ſunt valde libidinoſa . Ibidem pag. 5.

Equi maximè inter animalia habent oculos diuerſi coloris , ſiquidem aliqui habent alterum oculorum cæſium , & propter quam cauſam. Tom.4,pag.636,lib.1.de Gener. anim cap.1, num. 13, 22.

Ex eadem cauſa , nimirum ex inconcoctione,ex qua ex animalibus ſolus homo, & equus in ſenectute ſenſibiliter caneſcunt, ſolus homo , & equus aliquando habent vnum oculum cæſium: ſæpe enim magis concoquũt humorem vnius oculi, quam alterius. Ibid.pagin.639,num.22.

Equi manifeſtius caneſcunt , quam cætera animalia , quia cum habeant os capitis tenuius,quam cætera animalia, facilè ex ipſo defluit humor pinguis , ideoque calore per ætatem deficiente , humor reſiduus non poteſt ſatis concoqui , ac proinde putreſcit , & cauſat canitiem . Tom.4, pag.652,lib. 5. de Gener. animal. cap.5, num.1.

Equi rufi , ſeu baij citius caneſcunt , quam ſubnigri , quia rufitas eſt quædam imbecillitas pili', imbecilliora autem citius caneſcunt, & putreſcunt . Ibid. pag 652, num. 3.

Homo licet ſit minor equo , diutius viuit , quam equus,quia habet humidum melius commenſuratum calori. Tom. 4, pagin. 669. lib. de Longitud. vitæ capit. 5, num.9.

Mulus quia non coit, eſt longioris vitæ, quã equus, & aſinus,ex quibus naſcitur. Ibid. pag.670,num.22.

Equus diutius geſtat fœtum in vtero,quam homo , & tamen homo diutius viuit,quã equus . Ratio , cur equus tardius fœtum perficiat,eſt,quia habet vterũ duriorem , denſiorem, ideoque ſicut ager ſiccus tardius perficit ſtirpes , ſic vterus equi durior , & ſiccior tardius perficit fœtum . Tom.5, pag.518, ſect. 10. problematum , num. 11.

Homines,& equi albi vt plurimum habent oculos cæſios , quia color oculorum ſequi debet colorem corporis;color autem cæſius maximè accedit ad album . To. 5, pagin. 528,ſect.10.probl. num.13.

In equis , & aſinis pili licet imbecilliores prodire poſſunt etiam ex cicatricibus , in hominibus non poſſunt , quia in hominibus , & aſinis vulneratis producitur caro , & corium eiuſdem rationis , ſed imbecilliora, ideoque producunt pilos , ſed imbecilliores . at in homine, cum cutis, vulneratur,caro ſubiecta condenſatur , & amittit naturalem diſpoſitionem . Ibidem pag. 534, num. 29. & 31.

Equi, & aſini quia cum ſint humidi,ad ſuam humiditatem temperandam plus ſumunt alimenti ſicci,quam humidi , etiam plus emittunt excrementi ſicci, quam humidi, cum homo ex oppoſita ratione plus emittat excrementi humidi , quam ſicci . Ibidem pagin 547, num. 58.

Equus,& bos habent pilos deciduos,eoſque mutant. Ibid. pag.549.num 62.

Equus ſemper generatur ex coitu,nunquam poteſt generari ſponte. Ibidem pag. 549. num. 64.

EQVVS fluuiatilis. Hippopotamus , ſeu equus fluuiatilis , qui naſcitur in Ægypto, habet os mediocriter reſciſſum:habet iubam ſimilem equinæ : habet pedes biſulcos, vt boues,& in pedibus talos:dentes habet leuiter exertos : caudam ſimilem caudæ ſuis, vocem equi,magnitudinem aſini . corium tam craſſum , vt ex eo fiant ſcuta venatoria . demum habet interiora ſimilia interioribus equi, & aſini. Tom.3, pag.777, lib.2, de Hiſt. anim. cap.7, num.1.2.

Equus fluuiatilis tali natura eſt præditus,vt ſine aqua non poſſit viuere.Tom.3.pagin. 973.lib.8.de Hiſtor animal. cap.24, nu.3.

ER-

ERGOSIMILIS. Cum populus Athenienſis Regnabile magis, quam Civilibus facile ſtudium, ſub tempus Philippi, Cotyſis, Kapsidi dominato, Regnabilem dimiſit. Tom. 3. pag. 1. lib. 8. Rhet. cap. 14.

ERICA, quæ minus vocatur chalcis, eſt locus quondam Eretriæ. Tom. 1. pag. 1. lib. 8. pag. 8. lib. 16. de Hiſt. animal. cap. 2. lib. 8.

ERIS, quæ eſt diſcidia inter ſe Regulæ animi. Tom. 3. pag. 1. lib. 8. de Rhetor. cap. 14. lib. 2.

ERIS hæc diſcidia ſunt, & nullus fluxit cauſa, quia ex parvis rem ſimul congeſta in magnum excreſcit. Tom. 3. pag. 1. lib. 8. de Rhetor. cap. 14. lib. 2.

ERIS mutuæ inter Reges, quæ ſi ſedari non poſſunt, ſummam ſubeunt periculum. Tom. 3. pagin. 1. lib. 8. de Rhet. cap. 14. lib. 2.

ERMIA. Vide Hermias.

ERMIAS. Ex eo tempore, quo Perſæ, quam Græci, & ex eo tempore, quo Philippus, quam Ermias, & ex eo tempore, quo Philippus, quam Eubulus, & ex eo tempore, quo Philippus, quam Ariſtophon. Tom. 3. pag. 1. lib. 8. Rhet. cap. 14. lib. 2.

ERRORES, Errantes. Errata, quæ errores dicuntur, ſi quidem ſunt, quibus Poëtarum hæc quæ accidunt præter naturam, & non propter aliquam cauſam Deorum miracula, quæ non accidunt præter naturam, ſed præter probabilitatem, vel non procedentia ex ignorantia, non poſſunt reſtitui vitio, nec eſt imputandum. Tom. 1. pagin. 170. lib. 1. Rhetor. cap. 3. lib. 2.

ERROR omnis præter malè operatur ex ignorantia, ut ſe habeant errores, tamen nihil errori, & ignorantiæ cum voluntate ex præmeditatione, ſed ex ignorantia. Tom. 1. pag. 181. lib. 1. Rhetor. cap. 3. lib. 2.

ERROR, & voluntas ejus ex præmeditatione, & ex præmeditatione ex contemptu. Tom. 1. pag. 181. lib. 1. Rhetor. cap. 3. lib. 2.

ERUCÆ, & muſcæ ex vermibus fiũt, generatim hæc, papiliones autem vique ſubtilia, generatim ex eruca. Deſcriptor eruciarum, & papilionum generatim. Tom. 1. pag. 811. lib. 5. de Hiſtor. animal. cap. 28. tom. 1.

ES ſolida ventoſitas primo generatur quidem motu mixto. Et hoc fieri maxime verum, qui ſolidum ſit, quod fit humorum, vel in partibus ſiccis. Talis circa inclinationes ſolidum, & naturam ex ſyllabis, & ex ea, & ex nonnullis, tamen ſolidum ſanguine, mucoſitate. Supra dentium crudatio, & ſolidum dentes. Hoc.

Eruca dum ſeminum habeat eruce, alantur, & multum crucis ſeminum habeat humoris humorum cryſalidis neque comedum, neque ſeminum habeat. Hoc.

Et quibuſdam crucis, quæ ſimilitudinem habuerint, generantur ſolidum. Cruci Gracci dicuntur putant, & hyperiæ minus autem animalcula crucibus ſimilia, & minima crucibus, quam crucis, ex quibus oriuntur.

Et quibuſdam crucis pilofis, ac non magnis, & ſolidum generantur, ut ex his ova, ex ovis, larvæ, quæ ſolidum.

Eſt ſolidum ventoſitas primo ventoſum, ut ſunt quidam ventoſi. Tom. 4. pagin. 15. lib. 4. de Gener. animal. cap. 1.

Quare etiam primo quoque cinere, quo ante genere, dentes eadem ratione ſolidum, dicti mentur in perfectum infectum. Hoc. Tom. 4. pagin. 37.

Eruca tam vermes, qui alantur alimento ex ſolidum humoris. Tom. 4. pagin. 37. 1. manuſc.

ESAYA. Expedit ſenex prope absentia ſenſibus, ſapidorum ea apes deſiderantur. Tom. 3. pagin. 1. lib. 8. Rhetor. cap. 20. cap. 20. tom. 2.

ESCHYN. Non ſunt ſi comedantur ab eodem hæc eaque ſit. Tom. 2. pag. 788. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 2.

Etiam vero proles noſtra progenitrices, & ex his nonnulli quæ ſunt ſimiles, hinnulei, boves ſunt pariunt ſimiles ſimiles ſimiles. Tom. 2. pag. 788. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 2.

ESCHYLANTA. Vide Glori.

ESCHYNTAS. Eſchyntas, quoniam partium conſpectus eſt, non eodem ſpectant. Tom. 2. pagin. 788. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 2. maximum quantum proportiones, propter quas eſt ſimilitudo dicuntur ſimilitudinem, quæ ſunt, quod non ſunt ſimilitudines ſe habentes, ad rationem ut primo proximus ſimplicis, & ſimilitudinis quod quamcunque adhibemus, vel diverſimodum, variantur quod non incipiunt magis, & minus, & ſunt vocem ſimilitudinem. Tom. 2. pag. 788. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 2.

Eſt poſſe partes ejuſdem, ac definitionis facient vitam. Tom. 1. pag. 3. publ. Ethic. ſingle cap. 3. pro vitam.

Vide Quidditas.

Digitized by Google

ETELIS Piſcis. Etelis recenſetur inter piſces, qui ſquamis teguntur, & oua pariunt. Tom. 3. pagin. 886, lib 6. de Hiſt. animal. cap. 13, num 1.

ETESIÆ. Quare eteſiæ, ſeu venti annui ſpirare ſolent poſt ſolſtitium æſtiuum, & quare ſoleant ſpirare Eteſiæ Aquilonares, non autem auſtrales, vel ſaltem ſint minus frequentes, minuſque conſtantes. To. 3, pag. 598, lib 2. meteor. cap. 5, num. 6, 7, 8, 9. & Tom. 5. pag 696, ſect. 26. prob. num 2.

Eeſiæ aquilonares cauſantur ex eo, quia ſol liquefacit niuem in montibus ſeptentrionalibus, ideoque ſolent ſpirare eodem anni tempore, ac die, non autem noctu. Tom. 3, pagin 598, lib. 2. meteor. cap. 5, num 7. & Tom 5, pag. 712, ſect. 26. prob. num 53.

Eteſiæ ſolent ita ſpirare, vt populis occidentalibus incipiat Boreas, ſuccedat thraſcias, tum argeſtes, ac demum Zephyrus: populis autem occidentalibus permutantur etiam in alios ventos ſequentes vſque ad ſubſolanum. Tom 3, pagin. 609, lib. 2. meteor. cap. 6, num. 15.
Vide Venti.

ETHICA. Vide moralis.

ETYMOLOGIA. In problemate accidentis quando ad propoſitum probãdum aptior eſt oratio explicans etymologiam nominis, quam ipſum nomen, debemus nomen mutare in orationem, ex eaque arguere. Afferuntur exempla. Tom. 1, pag. 457, lib. 2. top. capit. 2, num. 26.

EVÆSVS. Euaſes, ſiue Euæſus Syrus Ægypti Satrapa præfectos ſingularum Ægypti prouinciarum ab eo deficere volentes, in aulam aduocatos ſuſpendit, ac eorum domeſticis renunciauit illos in carcere detineri. Cum igitur domeſtici pecunias offerrent, eas accepit, ſpondens ſe redditurum vinctos, ac deinde vnicuique ſuum mortuum reddidit. Tom. 2. pagin. 820, lib. 2. Oecon cap. 1, num 32

EVAGORAS. Conon aduerſa fortuna vſus, omnes alios prætermittens ad Euagoram confugit, quia illum præſtanti virtute præditum exiſtimauit. Tom. 2, pag. 816, lib. 3. Rhet. cap 24, nu 11.

EVAPORATIO. Expedit, vt vapor, & ſpiritus prodeat ex poris, ideoque expedit corporis partes extendere. Tom. 5, pag. 510, ſect. 6. probl. num. 2.

Cum caput tegitur eſſe denſo, itaut impediatur euaporatio, eſt infirmum, ac cerebrum eſt ſubiectum putrefactioni. Tom. 5, pag. 542, ſect. 10 problem. num. 47.
Vide Vapor.

EVBVLIA eſt virtus quædam prudentiæ annexa, & non eſt ſcientia, neque bona coniectatio, neque opinio, ſed vt ipſum nomen ſonat, eſt quædam rectitudo: ac non eſt rectitudo ſcientiæ, neque opinionis, ſed eſt quædam rectitudo conſilij. Tom. 2 pag. 152, lib. 6. ethic. cap. 9, nu. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

Ad eubuliam, ſeu bonam conſultationem requiruntur quatuor conditiones: prima vt ſit rectitudo conſilij ad obtinendum finem bonum: ſecunda vt ſit per media, quæ oportet: tertia vt tempore, quo oportet: quarta vt ſit in ordine ad finem totius vitæ humanæ. Ibid. pag. 173, num 7. 8, 9, 10.

Eubulia definitur *rectitudo conſilij ad finem bonum ſimpliciter per vias congruas, & tempore conueniente*. Ibidem num. 11.

EVCTEMON. Sophocles cauſam agens Euctemonis, qui iniuria affectus, ignominiam non ferens ſe ipſum interfecerat, dixit eum, qui iniuriam fecerat, non eſſe minus puniendum, quam is, qui fuerat paſſus iniuriam, ſe ipſum puniuiſſet. To. 1, pagin. 751, lib. 1. Rhetor. cap. 14, numer. 2.

EVDOXVS docens felicitatem conſiſtere in voluptate quo pacto ſit argumentatus. Tom. 2, pagin. 29, lib. 1. ethicor. cap. 12, num 3.

Eudoxus docuit voluptatem eſſe per ſe, & maximè bonam, & quo pacto id probauerit. Tom. 2. pag. 278, lib. 10. ethic. cap. 2. per totum.

Proponitur opinio Eudoxi de ſphœris cœleſtibus. Tom 5, pag. 341, lib. 12. metaph. cap 8 num. 5.

EVENVS dixit omne coactum eſſe doloriferum, ac triſte. Tom. 2, pagin. 425, lib. 2. mor. ad eud. cap. 8. num. 2.

EVNVCHVS. Euagoras Cyprius necauit Eunuchum regem, eo quod elegiſſet in concubinam filiam Euagoræ, quod in ſuam contumeliam factum Euagoras eſt interpretatus. To. 2. pag 696, lib. 5. Pol. cap. 10, num. 7.

Eunuchi per caſtrationem ex maribus quodammodo degenerant in fœminas, & cur. Tom 3. pagin. 939, lib. 8. de Hiſtor. animalium, capit. 2, num. 9. & Tom. 4, pag. 659, lib. 5. de Gener. animal. cap. 7, num. 10.

Eunuchi, seu spadones quare non caluescant. Tom. 4. pag. 649, lib. 5. de Gen. anim. cap 3, num. 22.

Eunuchi quia per castrationem mutantur quodammodo in fœminas, conueniunt cum fœminis in hoc, quod non emittunt pilos postgenitos, quales sunt pili barbæ &c, imo eunuchis defluunt pili postgeniti, quos ante castrationem emiserant. Ibid.

Eunuchi acquirunt vocem fœmineam, quia per castrationem laxantur vires neruosæ cordis, quæ quia in maribus non castratis sunt valdè tensæ, emittunt vocem magnam, & grauem. To. 4. pag. 659, l.b. 5. de Gener anim cap. 7., num. 10,

Eunuchi, & spadones mutantur in naturam fœminæ etiam quoad magnitudinem, quia crescunt secundum longitudinem, non secundum latitudinem, & profunditatem vt fœminæ. To. 5. pagin. 537, sect 10. probl. num 38.

Eunuchi quia quodammodo mutantur in fœminas, vel pueros, assimilantur fœminis, & pueris etiam in hoc, quod varicibus non solent laborare. Ibidem pagin. 538, num. 39.

Eunuchi sæpe habent crura vlcerosa, & putrida, vt fœminæ, quia in ijs humidum deorsum mouetur. Ibidem pagin. 538. num. 41.

Eunuchi non solent caluescere, quia habent cerebrum valde humidum: humiditas autem est materia capillorum. Ibid. pag. 547. num. 56.

Eunuchi, sicut & cæteri, qui carent semine, emittere solent vocem acutam, quia propter imbecillitatem emittere possunt solum aerem tenuem, Tom. 5. pag. 556, sect. 11. problem. num. 16, & pag. 563, nu. 34, & pag. 572. num. 65.
Vide castratio, spadones.

EVRIPIDES. Malè quidam Euripidem reprehendunt, quod constituat fabulas simplices, quarum pleræque in miseriam desinunt: siquidem hoc est dignum laude, non reprehensione. Tom. 4, pag. 918. lib. Poet. cap. 2, nu. 4.

Euripides licet in alijs non omnino bene tragœdias texat, tamen quia constituit fabulas simplices, & habentes exitum infelicem, videtur maximè tragicus poetarum. Ibid.

Dechannicus coniuratione facta fuit auctor necis Archelai, quia Archelaus Dechannicum Euripidi verberandum tradiderat, qui erat Dechannico infensus ob scomma à Dechannico iactatum aduersus insuauitatem oris ipsius Euripidis. Tom. 2, pag. 696, lib 5. Polit. cap. 10, num. 8.

EVRIPVS. Quare in mari dentur Euripi, in quibus mare fluit, & refluit in partem contrariam. Tom. 5, pagin. 698, sect. 16. ptobl. num. 7.

Pisces, qui degunt in Euripo pyrrheo, tempore hyemis ex eo egrediuntur non ferentes frigus, excepto gobione: vere autem redeunte in Euripum reuertuntur. Tom. 5, pag. 1010, lib. 9. de Hist animal. capit. 37, num. 15.

Quibus piscibus Euripus careat. Ibid.

Gobio albus, qui in Euripo gignitur, in alto mari non inuenitur. Ibid.

EVROPA, Europæus. In ea Europæ parte, quæ inter Acheloum, & Nessum amnem interiacet, plures sunt leones, quam in Asia: at in Asia sunt pantheræ, quæ in Europa non inueniuntur. Vniuersim autem feræ in Asia sunt efferatiores, in Europa sunt fortiores, in Africa sunt multiformiores. Tom. 3. pag. 976. lib. 8. de Hist. animal. capit. 28, num. 10. 11.

Europæi septentrionales sunt animosi, sed non admodum ingenioſi, & libertatem amant, & conseruant, & quare. Tom. 2. pagin. 744. lib. 7. Polit. cap. 7. num. 1.

EVRVS est ventus spirans à puncto orientis hyemalis. Tom. 3. pagin. 605, lib. 2. meteor. cap. 6, num. 5.

Quare eurus, qui spirat ab oriente, sit calidior, & magis afferat pluuiam, quam zephyrus, qui spirat ab occidente. Tom 5. pagin. 704, sect 26, prob. num. 29.

Euro spirante, omnia videntur maiora, quia reddit aerem obscurum, & caliginosum. Ibid pag. 713, num. 55.

EVTHYDEMVS. Affertur locus ex Euthydemo, in quo ex sensu diuiso arguit ad sensum compositum. Tom. 1, pagin. 823, lib. 2. Rhet. cap. 25, num. 4.

EVTRAPELIA est virtus, quæ ponit mediocritatem in iocis. Tom. 2, pagin. 115, lib. 4. Ethicor. cap. 8, num. 9. & pag. 338, lib. 1. mor. ad eud. capit. 28, nu. 1.

Qui in iocis mediocriter se habent, dicuntur eutrapeli, quia habent habitum, quo possunt se flectere ad iocandum prout oportet. Ibidem pagin. 116, nu. 3.

Afferuntur proprietates eutrapeli. Ibidem nu. 3, 4 5.

EVXENVS. Theodamas dicebat Archidamum esse similem Euxeno, sed geometriam

triam nesciente, quia Euxenus erat nequissimus, sed geometriæ peritus; Archidamus autem erat similis Euxeno in nequitia, non autem in peritia geometriæ. Tom. 1 pagin. 844, lib. 3. Rhetor. cap. 4. num 3.

EVXINVS. Mæotis palus sensibiliter fluit in pontum euxinum, pontus autem euxinus sensibiliter fluit in Aegeum, tum quia in Mæotidem, & euxinum defluunt plures magni fluuij; tum quia maria ad septentrionem sunt minus profunda, ideoque habent fundum magis eleuatum. Tom. 3, pagin. 575, lib. 2. meteorol. cap. 1 num. 10

EXAETOS. Aquila cum degenerat, quia vngues illi incuruantur, & pennæ albescunt, ideoque euadit minus habilis ad volandum, & ad prædam capiendam, dicitur exaetos. Tom. 3. pag 877, lib. 6. de Histor. animal. cap. 6, nu. 1.

EX aliquo, ex alio. Vnum dicitur fieri ex alio, primo vt ex materia: secundo vt ex efficiente: tertio vt ex composito, quod resoluitur: quarto vt ex parte speciei, ac definitionis. quinto vt ex parte materiæ: sexto, quia fit post aliud. Tom. 5, pag. 151. lib. 5. metaph cap. 24, per totum.

Vnum dicitur fieri ex alio, primo quia sequitur post illud secundum ordinem temporis: secundo quia fit ex illo, tamquam ex materia, quæ insit, & formetur per formam: tertio quia fit ex alio tamquam ex contrario, quod destruitur: quarto quia fit ex alio tamquam ex principio mouente, siue ex causa efficiente. Tom. 4, pag. 465, lib. 1. de Gener. animal. cap. 18. num. 23.

EXANGVIA. Ex animalibus aliqua sunt sanguinea, vt homo, equus, & vniuersim quæ cũ sint perfecta, vel carent pedibus, vel habent solum duos, aut quatuor pedes: alia sunt exanguia, vt apes, vespæ &c, & ex marinis sepiæ, & vniuersim quæ habent plures, quam quatuor pedes. Tom. 3, pag. 703, lib. 1. de Hist. anim. cap. 4. num. 3.

Ostenditur, quod animalia sanguinea se mouent quatuor notis, animalia exanguia se mouent pluribus, quam quatuor, & quare. Tom. 3, pagin. 706, lib. 1. de Histor. animal. cap. 5, num. 10, & Tom. 4, pag. 184, lib. de incessu animalium, capit. 5, num. 3, 4.

Proponitur, & explicatur diuisio animalium exangium in mollia, crustacea, testacea, & insecta, Tom. 3. pagin. 790. lib. 4. de Hist. anim. cap. 1. per totum.

Licet animalia sanguinea habeant viscera, nimirum cor, pulmones, iecur &c, nullũ animalium exanguium nobis notorum habet viscera. tamen animalibus, tum exanguibus, tum sanguineis sunt gula venter, & intestina. Tom. 3, pag. 799, lib. 4. de Histor. anim capit. 3, num. 1.

Reijcitur opinio Democriti, qui docuit viscera non solum inesse animalibus sanguineis, sed etiam exanguibus, sed ita, vt propter exiguitatem sensu percipi nequeant. Tom 4, pag 87, lib. 3. de part. animal. cap. 4, num. 1, 2, 3.

Animalia exanguia carent visceribus, quia viscera habent naturam sanguineam: carent etiam omnibus ijs, quorum gratia animalibus sanguineis data sunt viscera; & quia cor, & iecur data sunt gratia venarum, renes dati sunt gratia vesicæ, pulmones gratia spirandi, ideo animalia exanguia carent venis, vesica, & vsu spirandi. Tom. 4, pag. 125, lib. 4. de partib. anim. cap. 5, nu 1, 2, 3.

Sicut in animalibus sanguineis principium actionum, & passionum est cor, ita in animalibus exanguibus tale principium est aliqua pars proportionalis cordi. Tom. 4, pagin. 32 lib. 2. de part. animalium, cap. 1, num. 16.

Animalia exanguia licet careant sanguine, tamen habent aliquem humorem proportionalem sanguini, qui humor si sit crassior, & validior, confert ad robur corporis, si sit frigidior, & subtilior confert ad sensum, & ingenium. Et quia aliqua animalia exanguia, vt apes, formicæ habent humorem sanguini proportionalem frigidiorem, & subtiliorem, ideo sunt ingeniosiora, & prudentiora alijs etiam sanguineis. Tom. 4, pag. 34. lib. 2. de part. anim. cap. 2, num. 4. & pag. 42 capit. 4, num. 2

Aliqui censuerunt animalia exanguia esse calidiora sanguineis. Ibidem pag. 35. numer. 8.

Animalia exanguia sunt frigidiora sanguineis, ideoque vt plurimum sunt etiam timidiora. Hinc otitur, vt nonnulla eorum præ nimio metu cessent a motu, & euadant quasi immobilia: nonnulla emittant excrementa; quædam etiã colores mutẽt. Tom. 4. pagin. 43, lib. 2. de part. anim. cap. 4, num. 3.

Animalia sanguinea quia sunt valde calida, adeoque indigent refrigeratione, haben-

cet

cerebrum: at animalia exanguia quia parum habent caloris, non indigent refrigeratione, nec habent cerebrum, sed solum aliqua eorum, vt polypi, habent aliquid proportionale cerebro. Tom. 4, pagin. 49, lib. 2. de partib. anim. cap. 7, num. 6.

Animalia exanguia licet careant corde, tamen habent aliquam partem proportionalem cordi, in qua est principium viuendi: habent etiam partes necessarias ad cibum sumendum, nimirum os, & ventrem. Tom. 4, pagin. 115, lib. 4. de partib. anim. cap. 5, num. 3, 4.

Animalia exanguia non conueniunt cum sanguineis in membris generationi deseruientibus, neque in modo coeundi, & quo pacto coeant Tom. 4. pag. 454, lib. 1 de Gen. anim. capit. 14, 15, 16, per tota.

Animalia exanguia, & ouipara non habent purgationes menstruas, quia propter siccitatem corporum generant solum tantũ excrementi, quantum sufficit ad præbendam materiam generationi. Tom. 4, pagin. 481. lib. 1. de Gener. animal. capit 20, num. 2.

Animalium exanguium quædam sunt vermipara: Tom. 4. pag. 492, lib. 2. de Gener. anim. cap. 1 num. 10, 13.

Non omnia animalia exanguia, sed sola insecta pariunt vermes. Ibidem pagin. 495, num. 19.

In animalibus sanguineis primo generatur cor, in animalibus exanguibus primo generatur pars proportionalis cordi. To. 4. pagin. 529, lib. 2. de Gen. anim. capit 4, num. 58.

Cutis animalium sanguineorum est mollior, quam crusta, vel testa animalium exangui um, quia viscositas animalium exangũium est squallida, atque aspera, ideoque concrescit in crustam, vel testam duram: at viscositas sanguineorum est mollior, ideoque concrescit in cutem mollẽ. Ibid. pagin. 531, num. 66.

Materia ouorum est sanguis, ideoque nullũ animal exangue est ouiparum. Tom. 4. pagin. 553, lib. 3. de Gener. anim. cap. 1, num. 23.

Aqua dulcis est frigidior salsa, ideoque animalia exanguia vtpote parum calida, mollia nimirum, crustacea, & testacea, nõ nascuntur in lacubus: in aquis ponticis minus salsis nascuntur in minori copia, quam in aquis salsioribus: at nascuntur in maiori copia in aquis marinis, ac prope ostia fluuiorum, quia ibi inueniunt simul alimentum, & teporem. Tom. 3, pagin. 582, lib. 3. de Gener. animal. capit. 11. num. 2.

Animalia exanguia vitam viuunt, breuiorem, quam sanguinea, nisi forte magnitudo suppleat sanguinis defectum: ad vitam enim longam requiritur humidum pingue: exanguia verò carent humido pingui. Apes licet sint exangues, quia vescuntur melle dulci, habent humidum pinguius, ideoque diutius viuunt, quam alia animalia exanguia. Tom. 4, pag. 671. lib. de Longit. vitæ, cap. 3, num. 14.

Animalia exanguia admodum parua, quia habent calorem paruum tum intensiuè, tum extensiuè, hoc est in paruo corpore diffusum, breuem vitam solent ducere: siquidem vita consistit in calore. Ibid. pag. 693, cap. 11, num. 2.

Animalia exanguia admodum parua, quia parum habent caloris intensiuè, & extensiuè satis refrigerantur ab aere, vel aqua ambiente, ideoque nullo indigent instrumento intrinseco ad refrigerationem instituto. Ibid.

Ex animalibus aquatilibus exanguia, vt crustacea, & polypi &c, diutius extra aquã viuere possunt, quam sanguinea, quia minori indigẽt refrigeratione. Ibid. pag. 694, num. 6.

EXCEDENS. Proportio excedentis potest esse non numeralis To. 5, pag 144, lib 5. metaph. cap. 15, nu. 5.

Afferuntur species excedentis. Ibidem pag. 142, num. 2.

EXCESSVS Ostenditur actiones, quæ generant habitus virtutum, corrumpi excessu, ac defectu. Tom 2, pagin. 37, lib. 2. ethic. capit. 2. num. 4, 5.

Omnis virtus, & ars intendit, ac præcipit medium, vitat autem extrema, hoc est excessus, ac defectus. Tom. 2. pag. 45, lib. 2. ethic. cap. 6, num. 6.

Excessus corrumpunt respublicas: ex. gr. multa, quæ videntur democratica, corrũpunt democratiam, eo pacto, quo nimia similitas corrumpit similitatem, & eius subiectum, hoc est nasum. Tom. 2, pagin. 691, lib. 5, Polit. cap. 9, num. 6.

Excessus causant morbos in sanis, quia auferunt mediocritatem, in qua consistit sanitas: at sæpe auferunt morbos in ægrotis, quia auferunt contrarios excessus, & reducunt ad medium. Tom. 1, pag. 436, sect. 1, prob. nu. 1. 2.

EXCREMENTA in animalibus fiunt ex parti-

partibus, quas calor naturalis non poteſt concoquere, ideoque ſunt ſalſa propter inconcoctionem. Tom. 3, pagin. 587, lib 2. meteor. cap. 3, num. 20.

Receptaculum excrementorum humidorum eſt veſica, ſiccorum eſt venter. Tom. 3, pag. 701, lib. 1 de Hiſtor anim. capit. 2. num. 1.

Deſcribitur illa pars, per quam homo emittit excrementa ſicca. Tom. 3, pagin. 714, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 13, nu. 1.

Inter partes animalium vltimum locum tenent excrementitiæ, nimirum ſtercus, pituita, bilis tum flaua, tum atra &c. To. 3. pagin. 760, lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 2. num. 1.

Excrementa alui ſenſu carere certum eſt. Tom. 3, pag. 783, lib. 3. de Hiſt anim. cap. 19. num. 3, & Tom. 4, pag. 42, lib. 2. de part. animal. cap. 3, num. 8. & pagin. 48, cap. 7, num. 4.

Quædam animalia exanguia quia ſunt frigida, ſunt ita timida. vt præ nimio timore emittant excrementa. Tom. 4. pagin. 43, lib 2. de part. anim. cap. 4, num 3.

Cerebrum non eſt excrementum, nec habet naturam excrementi. Tom. 4, pagin. 48, lib. 2. de partib. animalium, capit. 7. num. 4.

Omnibus animalibus perfectis neceſſariæ ſunt duæ partes, altera, qua cibum ſumãt, altera, qua emittant excrementa. Tom. 4, pag. 59, lib. 2 de partib. animalium, cap. 10, num. 2.

Plantæ non habent partem, qua emittant excrementa, quia carent excrementis, & loco excrementorum effundunt ſemina, & fructus. Ibid.

Lien eſt receptaculum excrementorum melancholicorum, atque attrahit ex ventriculo vapores melancholicos ſuperfluos, eoſque concoquit, ideoque animalia, quæ poſſunt excrementa melancholica aliter concoquere, vel ejicere, lienem habent valde paruum. Tom. 4. pag. 102, lib. 3. de part. anim. cap. 7, num. 9.

Explicantur aliqua ſpectantia ad excremẽta melancholica, & ad lienem. Ibidem pag. 103, num. 10, 11, 12.

Excrementa non generantur propter finem, ſed ex neceſſitate materiæ: natura tamen vtitur excrementis ad aliquod bonum. Tom. 4, pagin. 122. lib. 4. de part. animal. capit 2, num. 6.

Sicut pituita, & alui ſedimen, vbicumque fuerint, ſeu in proprio vaſe, ſiue extra, ſunt excrementa, ſic bilis vbicumque fuerit, ſiue in burſa fellis, ſiue extra, eſt excrementum. Ibid pagina 12, num. 8.

Flaua bilis, & fel ſunt eiusdem naturæ ac ſunt excrementa iecoris. Ibid.

Animalia, quæ animal generant, & pariunt, habent duos meatus, alterum ad emittendum excrementum ſiccum, alterum ad emittendum humidum, & natura vtitur meatu, quo emittitur vrina, in maribus ad emittendum ſemen, in fœminis ad emittenda menſtrua. Tom. 4, pagin. 53, lib. 1. de Gen. anim. capit. 1. num 3, & pag. 472, cap. 18, num. 43.

Omne excrementum eſt pars quædam ſuperflua alicuius alimenti. Tom. 4, pagin. 468. lib. 1. de Gen. animalium, cap. 18. num. 33.

Oſtenditur ſemen eſſe excrementum vltimi alimenti. Ibidem pagin. 468. num. 32, & ſequentibus.

Sæpe cum ſemine effluunt etiam aliqua excrementa inutilia, ideoque animal melius ſe habet. Ibidem pag 471. num. 39.

Emiſſio excrementorum inutilium ſemper eſt vtilis: at emiſſio ſeminis, quod eſt excrementum vtile, ſæpe eſt damoſa. Ibidem pag 473, num 44.

Excrementa ſuapte natura defluunt ad ſua loca, puta ſtercus ad inteſtina, vrina ad veſicam. Tom. 4, pagin. 511, lib. 2 de Gen. anim. cap. 4, num. 5.

Excrementum vnumquodque non prius accipit naturam excrementi, quam ſit in ſuo loco: ex. gr. ſanguis menſtruus non prius accipit naturam excrementi, quam ſit in vtero ex ſuis locis non tranſeunt ad alias partes, niſi contra naturam, & per vim. Tom. 4. pagin. 515, lib. 2. de Generat. imal. cap. 4, num. 15.

Excrementa vtilia primi alimenti, hoc eſt ſanguinis primo concocti in hepate ſunt pituita, atra bilis, & flaua bilis, ideoque licet natura conetur expellere excrementa inutilia, pituitam, flauam, atque atram bilem non conatur expellere, ſed retinet: excrementum vtile ſanguinis vltimo cõcocti eſt ſemen. Tom. 4, pagin. 469, lib. de Gener. anim. cap. 18, num. 34.

Omnia excrementa habent locum naturalem, in quem confluunt, puta ſtercus, & vrina, quæ ſunt excrementa inutilia, confluunt ad aluum, & veſicam, lac confluit ad mammas &c. Ibid. pag. 470, nu. 37.

Natura ex puriſſima parte ſanguinis menſtrui efficit partes primarias animalis, ex re-

reliquis excremẽtis eiuſdem efficit partes ſecundarias, hoc eſt oſſa, neruos pilos, vngues, vngulas &c. Tom. 4, pagin. 534, lib. 2. de Gener. anim. cap. 4. num 80 81.

Natura dat vnicuique animali vaſa, & organa, in quibus recipiantur excrementa: & quia mares, & fœminæ propter defectum caloris parum concoquunt alimenti, ideoque multum generant excrementi menſtrui, ideo ad illud recipiendum dat fœminis vterum. Tom 4 pagin. 597, lib. 4. de Gener. animalium, capit 1, num 29.

Vt animal diu viuat, requiritur, vt non abũdet excrementis, quia excrementa vtpote naturæ contraria, tandem corrumpunt naturam. Tom 4, pag. 670, lib de longit. vitæ, cap. 3. num. 18.

Vt corpora conſeruentur ſana, curandum eſt, vt vel nulla generent excrementa ſuperflua, vel vt quam primum illa foras emittant: ſiquidem ſi remaneant in corpore, putreſcunt, & generant morbos: ideoque corpus debet eſſe rarum, & habere poros apertos, ac debet moueri: ſiquidem motus confert ad mouenda, & emittenda excrementa. Tom. 5. pagin. 457, ſect. 1. probl. num. 54.

Animalia, quæ plus ſumunt alimenti humidi, quam ſicci, plus emittunt excrementi humidi, quam ſicci, & è conuerſo: & quia homo plus ſumit alimenti humidi, quam ſicci, plus emittit excrementi humidi, quam ſicci: equi, & aſini &c, è conuerſo. Tom. 5, pag. 517, ſect. 10. prob. num 58.

Alimentum non poteſt eſſe ſimplex, puta terreum, vel aqueum, ideoque videmus, quod ex alimento ſtatim generantur excrementa, quæ vel cõgregantur in aliqua parte interiore viuentis, vt accidit in animalibus, vel emittuntur extra, vt accidit in plantis, quæ emittunt quædam excrementa, puta gummi &c. Tom. 4, pag. 357, lib. de ſenſu, & ſenſibil. cap. 5. num. 18. Vide ſtercus, vrina.

EXEMPLVM, quod eſt ſpecies argumentationis, definitur: *per quod oſtenditur maius extremum ineſſe medio per aliquid ſimile tertio, ſeu minori extremo, & ſic demum concluditur maius extremum ineſſe tertio, ſeu minori extremo.* Tom. 1. pag. 277, lib. 2. Prior. cap. 30. nu. 1.

Syllogiſmus, inductio, & exemplũ differunt per hoc, quod ſyllogiſmus procedit à toto ad partẽ, ſeu ex vniuerſali ad id, quod ſub vniuerſali cõtinetur: inductio ex parte procedit ad totũ, hoc eſt ex inferioribus ad vniuerſale ſuperius: exemplum ex vna parte nota procedit ad aliam partem ignotam. Ibidem num. 2.

Probationes rhetoricæ reducuntur ad exemplum, & enthymema. Sicut autem enthymema reducitur ad ſyllogiſmum, ſic exemplum reducitur ad inductionem. Tom 1. pag. 692, lib. 1. Rhetoricor. cap. 2, num. 5.

Quo pacto enthymema differat à ſyllogiſmo. Ibidem num. 6.

Orationes exemplares non minus perſuadent, quam enthymematicæ: orationes tamen enthymematicæ magis auditorem conturbant, & quodammodo per vim ad credendum trahunt. Ibid pagin 692, num. 6.

Exempla rhetorica debent verſari circa cõcluſiones perſuaſibiles, ex principijs per ſe credibilibus illi hominum generi, cum quo agimus, & plerumque verſantur circa contingentia. Ibidem pagin. 693, numer. 7, 8, 9.

Exemplum ad id, quod infertur, ſe habet, ſicut vnum particulare ad aliud particulare. Ibidem pag 696, num. 14.

Exemplum maximè conuenit generi deliberatiuo. Tom. 1. pag. 731, lib. 1. Rhetor. cap. 9, num. 34.

Exemplum rhetoricum diuiditur in verum, & fictum: exemplum fictum ſubdiuiditur in parabolam, ſeu ſimilitudinem, & apologum, ſeu fabulam. Tom 1. pag. 803, lib. 2. Rhetor. cap. 21. num. 2.

Quo pacto poſſit argumentum deſumi ex his generibus exemplorum, ex hiſtorijs nimirum, fabulis, & parabolis. Ibidem num. 3. 4. 5.

Cum non habemus enthymemata, loco ipſorum debemus vti exemplis: cum habemus enthymemata, debemus vti exemplis ad confirmandum ea, quæ probauimus per enthymemata. Ibidem pag. 804, num. 7

Exempla cum afferuntur ad confirmandum ea, quæ concluſa ſunt per enthymemata, habent vim teſtimoniorum, & tum ſufficit vnum exemplum, ſicut ſufficit vnus teſtis fide dignus: at cum afferuntur per ſe ad probandum, debent afferri plura exempla. Ibidem pag 804. nu. 7

Homines in rhetoricis magis delectantur exemplis, ac fabulis, quam enthymematibus, quia per exempla vtpote deſumpta ex particularibus, quæ ſunt nobis ma-

gis nota, facilius discitur, quam per enthymemata, quæ desumuntur ab vniuersalibus, quæ sunt nobis minus nota. Rursus facillimum, & minus laboriosum est persuaderi testibus: exempla autem æquiualent testibus. Tom.5, pag. 614, sect. 18 probl. nu. 3.

Enthymemata ex exemplis soluuntur sicut enthymemata ex verisimilibus. Si enim afferamus contrarium exemplum, ostendimus id non necessario concludere: si asseramus plura exempla contraria, ostendimus id nec probabiliter concludere. Tom. 1. pag. 828, lib.2 Rhetoricorum, cap.26, num. 5.

EXERCITATIO dialectica. In quibus dialecticus debeat se exercere. Tom. 1. pag. 601, lib.8. topicorum, capit 4, num.41, & sequent.

EXERCITIVM. Qui laboribus præsertim gymnasticis exercentur, habent corpora sicca, & sitibulosa, ideoque si multum vini biberint, tale vinum exugitur à corporibus siccis, & retinetur ita, ut non emittatur cum vrina, ac proinde valde corpus aggrauat. Tom. 5, pag.480. sect.3 problem. num. 15.

Illis, qui multo labore exercentur, solus venter extenuatur, quia labor præsertim liquefacit pingue, venter autem est admodum pinguis. tom. 5. pag. 495, sect.5. probl. num 3.

Qui in gymnasijs exercentur, magis sentiunt frigus, quia absumunt pinguedinem, quæ est calida, & quia habent poros frigori magis apertos. Tom 5. pag.516, sect. 8, probl. num. 6.

Qui exercentur in gymnasijs, solent habere vocem acutam, quia cum sint validi, vehementer aerem pellunt. aer autem vehementer pulsus mouetur velocius, & efficit vocem acutam. Tom.5, pagin. 558, sect.11. probl.num. 21.

Labor, & exercitium oculis nocumentum affert, & acumen visus imminuit, quia sicut totum corpus exiccat, sic exiccat etiam cutem, qua tegitur pupilla oculi. tom. 5, pagin. 752, sect 31. problemat. num. 14.

Non statim post exercitium debet sumi cibus, quia cibus non debet sumi, cum humores sunt in motu To.5. pag. 505, sect. 5. probl.nu.18.

Post laborem, & exercitium non statim erurimus, quia labore, & exercitio aliquæ partes liquefactæ defluunt in ventriculum. Ibid. pag. 506, num. 30.

Qui exercentur labore moderato, ameno colore hilarantur, quia moderatum exercitium calorem euocat ad superficiem corporis, ac corpus efficit rubicundum: exercitium immodicum cautat pallorem, quia corpus nimis rarefaciens facit, vt cum sudore calor, & spiritus euaporet Tom.5, pagin.779, sect.38.problemat. num. 5.

EXHALATIO est halitus calidus, & siccus, & attrahitur ex corporibus siccis Tom 3, pag.538, lib 1. meteor. cap.5, nu. 2.

In suprema parte mundi elementaris dantur exhalationes calidæ, & siccæ, & à corpore circulari feruntur in gyrum. Tom.3, pagin. 546, lib. 3 meteorol. cap. 8.num.2,3.4.

Vide halitus.

EXICCATIO, exiccabile. Corpora exiccabilia sunt aqua, & species aquæ, hoc est corpora humida, adeoque participantia naturam aqueam, & præterea corpora, quæ continent aquam, vel adeptam, & extrinsecus adhærentem, vt lana madida, vel natiuam, vt lac. Tom.3 pagin. 667, lib.4. meteor. cap.6, num.5.

Corpora exiccabilia exiccantur à calore, vel à frigore, & quo pacto. Ibidem numer.5.

Venti magis quam sol corpora exiccant, quia non solum humorem ex corporibus exprimunt, sed etiam secum deferunt. Tom.5.pagin.706. sect.26. problematum num.31.

EXODVS tragœdiæ. Exodus, siue exitus est illa pars tragœdiæ, quæ sequitur post vltimam cantionem chori, & in qua tota actio repræsentata perducitur ad exitum, seu finem. Tom.1, pagin.95, lib Poet cap.10, num. 5.

EXORDIVM, seu prooemium tum solum est necessarium, cum auditorum animi sunt præparandi, ideoque solet esse necessarium in solo genere iudiciali, non autem deliberatiuo, vel demonstratiuo. Tom. 1, pag. 868, lib.3. Rhet, cap.13.num.2.

Exordium est principium orationis, ac se habet sicut in poesi prologus, in cantu tibicinis proaulium. Tom. 1, pagin. 869, lib.3 Rhetor.cap. 14, nu.1.

Exordium in genere demonstratiuo est maximè liberum. Ibidem nu.2.

Ex quibus duci possit exordium generis demonstratiui. Ibidem num.3.4.5.

Quale debet esse exordium generis iudicialis.

lis. Ibidem pag 870, num 6. & sequ.
Vnde desumi possit exordium in genere deliberatiuo. Ibid. pagin 873, num. 16.
EXPAFLATIO. Aqua feruens nunquam exilit, siue expaflat, calore illam eiaculante, quia est facile diuisibilis, ac calori non resistit: at corpulentiora, & grauiora, vt polenta, argentum &c, expaflant, quia calori resistunt. Tom. 5. pag. 685, sect. 24. prob. num. 9.
EXPEDES. Vide pedes.
EXPERGEFACTIO. Animal expergiscitur, quia spiritus calidi in vnum locum coacti paulatim dissoluunt vapores, qui obturabant venas. Tom. 3, pag 399, lib. de somno, & vigil. cap 6, per totum
EXPERIENTIA. Ex pluribus memorijs oritur experientia: consistit autem experientia in pluribus memorijs inuicem comparatis per vnum actum. Tom. 1. pag. 41, lib. 2 Post. cap. 11, num. 6.
Quo pacto ex experientia oriatur principium omnis scientiæ, & artis. Ibid. num. 6. & sequ.
Experientia non potest acquiri nisi longo tempore, ideoque non potest acquiriá iuuene. Tom. 2, pagin. 170, lib. 6. ethic. cap. 8, num. 4.
Non possumus acquirere habitum iudicandi, quid in singularibus circumstantijs sit agendum, nisi per experientiam experti simus, quid in similibus circumstantijs acciderit. Ibid.
Experientia multum confert ad Rempublicam administrandam, sed tamen præter experientiam, vt quis sciat politicam, requiritur, vt sciat etiam ipsum vniuersale. Tom. 2. pag. 305. lib. 10. ethic. cap. 9. num. 13.
Sicut non potest quis esse medicus perfectus ex sola lectione, nisi curando ægrotos acquisiuerit experientiam medicandi, sic nõ potest euadere politicus ex sola lectione legum. Ibidem pag. 306, num. 14.
Experientia est *per quam ex comparatione plurium singularium, quorum recordamur, procedimus ad iudicandum, quid sit faciendum hic, & nunc.* Tom. 5, pagin. 4, lib. 1. metaph. cap. 1, nu. 4.
Experientia oritur ex memoria plurium singularium: non conuenit perfectè brutis, quia importat discursum per singularia, qui vocatur ratio particularis, ideoque habet quamdam similitudinem cum scientia, & arte. Ibid.
Ars quo pacto oriatur ex experientia. Ibid.
Licet ad agendum vtilior sit experientia, quam sola ars, tamen magis scimus per artem. Ibidem pag. 5, num. 5.
EXPIRATIO est *expulsio aeris, pulmone dilatato.* To. 3, pag 209, lib. 7. Physic. cap. 3. num. 6.
Expiratio fit per cõtractionem pulmonum, respiratio per eorumdem dilatationem: & quia postquam pulmones omnino cõtraximus, totum aerem emittendo, non possumus amplius contrahere, sed debemus dilatare, ideo post expirationem debemus respirare, pulmones dilatando ad aerem accipiendum. Tom. 5. pag. 770, sect. 34. prob. num. 8.
EXPLORATORES. Tyranni exploratores submittunt, ne latere possit quæcumque ciues dixerint, aut fecerint, quales erant, qui Syracusis dicebantur deductores, & quos Hyeron submittebat auricularios, vbicumque erat aliqua congregatio, vel conuersatio. Tom. 2, pag. 701, lib. 5. Pol. cap. 11. nu 4.
EXPOSITIO terminorum. Vide termini.
EXPOSITIO filiorum. Quid de expositione filiorum Aristoteles doceat. Tom. 2, pag. 769, lib. 7. Pol. cap. 16, num. 10.
EXPVLSIO, & impulsio sunt species pulsionis. *Impulsio est cum mouens non deserit id, quod mouetur; expulsio est cum deserit* Tom. 3, pag. 209, lib. 7. Physic. cap 3, num. 5.
EXTENVATI. Deductio venarum, vel quasi venarum per totam corporis descriptionem manifestius patet in maximè extenuatis: siquidem in ijs, absumpta carne, nihil aliud apparet, quam venæ. Tom. 4. pag. 95, lib 3. de partib. animal. cap. 5, num. 6.
Qui valde sunt extenuati, si multum meri biberint, moriuntur, quia vinum suo calore maiore extinguit calorem vitalem, qui in valde extenuatis est debilis. Tom. 5. pagin. 484, sect 3. problematum num. 22.
EXTERNA Bona. Vide Bonum.
EXTREMA vitiorum. Vide Vitium, excessus.
EXVBERANTIÆ. Vide excessus.

Digitized by Google

F

FABÆ, quæ ſunt flatuoſæ, ſi dentur ouibus, capris, & bobus, ita vbera diſtendunt, vt plurimum lactis dent. Tom. 3, pagin. 718, lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 22, num. 3.

Boues pinguescunt quibusdam flatuoſis, vt faba mola contuſa, & viridi fabarum ſtipula, ſiue herba. Tom. 3, pag. 951, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 7, nu. 1.

Expedit fabas prope alueraria ſerere. tom. 3, pag. 1024, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 40, num. 45.

Emplaſtrum ex raphano, vel ex faba curat vibices oculorum, quia faba per ſuam raritatem habet vim extrahendi ab oculis humorem vitiatum. Tom. 5. pag. 523. ſect 9. prob. num. 6.

FABVLA. Vide Apologus.

FABVLA Tragica. Prima, & præcipua pars tragœdiæ eſt fabula, ſeu conſtitutio rerum gerendarum, ſiquidem ipſa eſt finis tragœdiæ, ac ſine ipſa tragœdia non poteſt exiſtere, ac per agnitiones, & peripetias maximè capit animos hominum. Tom. 1 pag. 904, lib. Poet. cap. 4. nu. 5, 6, 7, 8, 9.

Qui operam dant ſcribendis tragœdijs prius acquirunt facultatem res explicandi dictione morata, atque aptis ſententijs, quam fabulas concinnandi, quod etiam antiquis poetis contigit. Ibid. pagin. 905, num. 8.

Fabula eſt principium, ac veluti anima tragœdiæ, quia eſt illa pars, quam poeta debet primo ſtatuere, vt illi cæteras partes accommodet. Ibidem pag. 905, nu. 9.

Vt fabula rectè ſe habeat, requiruntur octo conditiones. Primo vt ſit perfecta, & tota: ſecundo vt habeat conuenientem magnitudinem: tertio vt ſit vna: quarto vt ſit poſſibilis, ſeu veroſimilis: quinto vt non ſit epiſodica: ſexto vt ſit admirabilis: ſeptimo vt ſit implexa: octauo vt ſit miſerabilis. Tom. 1, pag 907, lib. Poet. cap. 5, num. 2.

Vt fabula ſit perfecta, & tota, debet conſtare ex partibus ita ordinatis, vt aliqua habeat rationem principij, itaut non debeat poni poſt alias, ſed aliæ poſt ipſam, aliqua habeat rationem finis, itaut debeat poni poſt aliam, at poſt ipſam non debeat poni alia: aliquæ habeant rationé medij, itavt ipſæ debeant poni poſt alias, & aliæ poſt ipſas. Ibidem pag. 907, num. 4.

Fabula tragica debet habere conuenientem magnitudinem, ac debet eſſe longa, ſed ita, vt facile poſſit memoria teneri, & quo eſt maior, eo eſt pulchrior, dummodo poſſit memoria teneri. Tum verò habet conuenientem magnitudinem, cum tanto durat tempore, quanto veriſimiliter poſſet fieri illa ingens mutatio, quæ repræſentatur. Ibidem pagin. 908, numer. 6.

Vt fabula ſit vna, debet eſſe imitatio actionis perfectæ, & vnius, adeoque partes talis actionis debent eſſe ita ordinatæ, vt vna ablata, vel mutata, auferatur, & mutetur totum. Tom. 1, pagin. 908. lib. poet. cap. 6. nu. 3.

Peccarunt contra vnitatem fabulæ, qui ſcripſerunt Herculeida, aut Theſeida, & ſimilia poemata, in quibus perſecuti ſunt omnes actiones vnius hominis: Homerus autem etiam in hoc bene ſe geſſit. Ibid. pag. 908, num. 3.

Fabula debet eſſe veriſimilis, ideoque munus poetæ eſt narrare non quæ acciderunt, ſed quæ potuiſſent accidere, ac neceſſario, vel veriſimiliter accidiſſent. Tom. 1, pag. 909, lib. poet cap. 7, per totum.

Fabula non debet eſſe epiſodica, hoc eſt referta epiſodijs ita ſe habentibus, vt vnum neque neceſſario, neque veriſimiliter ſequatur ex alio. Fabulæ autem epiſodicæ non ſunt vnæ, ideoque ſunt peſſimæ inter actiones ſimplices. Tom. 1, pag. 911, lib. Poet. cap 8, num. 1, 2.

Fabula tragica debet eſſe admirabilis: quæ enim ex natura ſua ſunt terribilia, & miſerabilia euadunt terribiliora, ſi accidant præter expectationem, ac ſint admirabilia. Ibidem num. 3.

Fabula ſimplex eſt, quæ imitatur actionem ſimplicem, *quæ nimirum cum ſit vna tranſit à principio ad finem ſine peripetia, & agnitione, itaut nulla ſiat mutatio ex miſeria in felicitatem, vel è conuerſo.* Fabula implexa eſt, quæ imitatur actionem implexam, *in qua nimirum cum peripetia, & agnitione ſit tranſitus à principio ad finem, itaut aliqua interueniat mutatio à felicitate in miſeriam, vel è conuerſo.* Tom. 1, pagin. 912, lib. poet. cap. 9, num. 1, 2.

Fabula tragica debet eſſe implexa; quia miſeratio, & metus præcipuè cauſan-

tur ex mutatione fortunæ. Ibidem numer.2.
Fabula debet esse miserabilis: redditur autem miserabilis peripetia, agnitione, & passionibus præsertim carissimorum ante oculos positis. Ibidem pagin. 913, num.6.
Fabula alia est duplex, alia simplex. Fabula duplex est, in qua dantur duo genera hominum, mali, & boni, ac duæ contrariæ mutationes, per quarum vnam boni transeunt ex miseria in felicitatem, per alteram mali transeunt ex felicitate in miseriam. Fabula simplex est, quæ continet vnum genus hominum, & vnam mutationem ex miseria in felicitatem, vel è conuerso. Tom. 1, pagin. 917, lib. Poet. capit. 11, num 2.
Licet aliqui existiment meliorem esse fabulam duplicem, quam simplicem, dicendum ad pulcherrimam tragœdiam meliorem esse fabulam simplicem, per quam mediocres in virtute, ac potius boni, quam mali, non propter prauitatem, sed propter errorem transeunt ex felicitate in miseriam. Ibidem pag. 917, num. 2, 3.
Euripides non est vituperandus, sed laudandus, quia constituit fabulas simplices, quarum pleræque in miseriam desinunt, ideoque licet non omnino bene tragœdias texat, videtur maximè tragicus poetarũ. Ibidem pag.918, num.4.
Secundum locum tenet fabula duplex, cuius exemplum est Homeri Odyssea. Ibid. pag.918. nu.5.
Fabula debet ita constitui, vt quæ repræsentat, sint terribilia, & miserabilia potius propter cõstitutionem rerum, quam propter apparentiam scenæ. Ibid. pag. 919, num.6,7,8.
Quinam euentus sint magis, aut minus terribiles, ac miserabiles. Ibidem pag. 919, num.9,10.
Quo pacto debeamus ordinare actiones, cum sumimus fabulas antiquas, & celebres. Ibidem pag.920, num.11, 12.
Præcipuæ fabulæ versantur circa paucas familias, quia poetæ quæsiuerunt argumenta tragœdiarum à casu magis, quam ab arte. Ibidem pag. 921, nu.14.
Quo pacto fabula sit congruis episodijs amplificanda. Ibidem pagin. 928, capit. 15, num.1,2.
Proponitur vniuersalis fabula Odysseæ, & Iphigeniæ. Ibid. pag.928, nu.1,2.
Vide Tragœdia, Epopœia.
FACES. Si quis aliquem percutit face, seu tæda ardente, vel non ardente, fax ardens imbecilliorem ictum faciet, quia est leuior, tom.5, pagin. 554 sect 11. probl. num.10.
FACETI, Facetiæ. Vide eutrapelia.
FACIES propriè datur solum in homine, & est pars illa capitis, quæ pilis non tegitur. Tom. 3, pag. 709. lib.1 de Histor. anim. cap.8, nu.1.
Facies est hominis propria, & Græcè dicitur prosopon, quia ante prospicit: & quia solus homo est erectus, solus prospicit ante, & vocem ante emittit, ideoque solus habet faciem. Est autem facies pars anterior, quæ est inter caput, & collum. Tom. 4, pag. 80, lib 3. de partib. animal. cap.1. nu.1.
Animalia cum habeant sensum, habent aliquam partem, ex qua primo, & principaliter sentiunt, quæ pars in homine est facies, in brutis est pars faciei proportionalis. Tom.4, pagin.180. lib. de Inc.anim. cap.4. num.3.
Signa physiognomica, quæ desumuntur ex facie, sunt validiora, quia passiones animæ videntur magis influere in faciem. Tom. 4. pagin. 793, lib. Physiognom. capit. 5. num.2.
Facies subpallida, & subalba, quia propria est mulieris, est signum timiditatis Tom 4, pagin. 795, lib. Physiognom. capit. 6, num.2.
Signum ingenioſi est, vt partes circa humeros, collum, & faciem sint graciliores, quia tales sunt aues ingeniosæ. Ibid. pag. 796, num.3.
Habitus, & figura faciei arguit mores & affectiones similes ijs, quæ faciunt, vt conformemus faciem in talem habitum, & figuram. Ibid. pag.796, nu.4.
Facies rotunda est signum inuerecundi. Tom.4, pagin. 796, lib. Physiogn. cap. 6. num.5.
Facies similis faciei dormientis est signum hilaris; at facies rugosa, & macilenta est signum tristis. Ibidem pag. 797, num. 7. 8.
Facies remissa est signum austeri, siue amari. Ibidem pag 797, num.10.
Signum simulatoris est, vt partes circa faciẽ & oculos sint pingues. Ibid. pag 798, n.13.
Signum pusillanimi est, vt paruos habeat oculos, ac paruam faciem. Ibid. pag. 798, num.14.

Digitized by Google

Qui faciem habent carnoſam, ſolent eſſe ſegnes. Tom. 4, pagin. 807. lib. Phyſiogn. cap. 9. num. 21.

Qui faciem habent rubeſcentem ſunt verecundi, quia verecundantes erubeſcunt. Tom. 4, pag. 810, lib. Phyſiogn. cap. 10, num. 10.

Facies maximè ſudat, quia & abundat humore propter propinquitatem cum cerebro, & eſt laxior cæteris partibus corporis. Tom. 5. pag. 462, ſect. 2. problem. num. 10; & pag. 774, ſect. 36, num. 2.

Fieri ſolent imagines faciei magis, quam aliarum partium corporis, quia per faciē magis intelligitur, quales ſimus, & ab alijs dignoſcimur. Tom. 5. pag. 774, ſect. 36, probl. num. 1.

Quare præſertim in facie oriri ſoleant exiguæ quædam puſtulæ, quas varos vocamus. Ibidem pag. 774, num. 3.

FACILE. Facilia ſunt, quæ vel fiunt ſine moleſtia, vel fiunt breui tempore. Tom. 1, pag. 713, lib. 1. Rhet. cap. 6, num. 17.

FACINOROSI. Vide mali.

FACTVM. Afferuntur loca ad probandum aliquid eſſe factum. To. 1. pag. 801, lib. 2. Rhet. capit. 19, à num. 13, vſque ad 20.

Democritus probauit non omnia fuiſſe facta ex eo, quia impoſſibile eſt tempus fuiſſe factum. Tom 3. pagin 229. lib. 8. Phyſic. cap. 2, num. 10.

FACVLTATES. Vide diuitiæ, poſſeſſiones.

FALCVLA auis. Falcula, quæ dicitur riparia, & hirundo recenſentur inter aues, quæ paruos habent pedes, & magnas alas, quæ duæ aues ſunt valde ſimiles moribus, volatu, & externa corporis ſpecie. Falcula porro, ſeu riparia videtur, & capitur æſtate, tempore pluuio alijs temporibus difficile inuenitur. Tom. 3. pag. 699, lib. 1. de Hiſtor. anim. cap. 1. num. 5.

FALLACIÆ. Fallacia falſi non contingentis propter hoc quid ſit, & quot modis committatur in ſyllogiſmo per impoſſibile. Tom. 1, pag. 262, lib. 1. Prior. capit. 22, per totum.

Fallacia deceptionis in opinione quid ſit, & quot modis decipiamur opinantes contraria. Tom. 1, pag. 267, lib. 2. Prior. cap. 26, per totum.

Fallaciæ aliæ dictionis, aliæ extra dictionem. Fallaciæ dictionis ſunt ſex: æquiuocatio, amphibologia, compoſitio, & diuiſio, accentus, & figura dictionis. Tom. 1. pag. 610, lib. 1. Elench. cap. 3, num. 3, 4.

Fallacia æquiuocationis fundatur in eo, quod nomen poſſit plura ſignificare, & afferuntur plura eius exempla. Ibid. pag. 610, num. 5, 6, 7, 11.
Vide æquiuocatio.

Fallacia amphibologiæ fundatur in eo, quod oratio poſſit plura ſignificare, & afferuntur eius exempla. Ibid. pag. 611, num. 8, 9, 10.
Vide amphibologia.

Fallacia compoſitionis, & diuiſionis eſt, per quam ex eo, quod aliquid ſit verum in ſenſu diuiſo, arguitur, quod ſit verum in ſenſu compoſito, vel è conuerſo: & afferuntur exempla. Ibid. pagin. 612, num. 12, 13, 14, 15, 16.
Vide compoſitio, & diuiſio.

Fallacia accentus eſt, cum vocem, quæ debet ſumi cum vno accentu, vel ſpiritu, ſumimus cum alio, & afferuntur eius exempla. Ibidem pagin 613. num. 17.

Fallacia figuræ dictionis eſt, per quam ex eo quod aliquid ſignificetur ſimili figura dictionis, ac alterum, arguitur, quod ſit illi ſimile, cum verè non ſit ſimile, & afferuntur eius exempla. Ibidem pagin. 614, num. 18.

Fallaciæ extra dictionem ſunt ſeptem. Prima eſt fallacia propter accidens: ſecunda propter ſimpliciter, & non ſimpliciter, tertia propter ignorantiam elenchi: quarta propter conſequens: quinta propter petitionem principij: ſexta propter non cauſam, vt cauſam: ſeptima propter plures interrogationes vt vnam. Tom. 1, pag. 614, lib. 1. Elench. cap 4, num. 1.

Explicantur ſingulæ fallaciæ extra dictionem, & afferuntur exempla. Ibidem pag. 614, cap. 4. per totum.

Oſtenditur omnes fallacias reduci poſſe ad ignorationem elenchi, hoc eſt redargutionis, & contradictionis. Tom. 1. pag. 610, lib. 1. Elench. cap 5, per totum.

Explicantur cauſæ, propter quas enumeratæ fallaciæ habent apparentiam, & decipiunt. Tom. 1, pagin. 624, lib. 1. Elench. cap. 6. per totum.

Fallacia accidentis fundatur in eo, quod ſupponimus omnia, quæ dicuntur de ſubiecto, dici de omnibus, quæ ſubiecto accidunt, & è conuerſo: & afferuntur eius exempla Tom. 1, pag. 615. lib. 1. Elench. cap 4, num. 2, 3.

Fallacia accidentis eſt ita difficilis, vt per eam decipiantur etiam periti in artibus, & pene omnes deceptiones tum in ſpeculatiuis, tum in practicis oriantur ex fallacia

accidentis. Tom.1,pag.621. lib.1.Elench. cap.5, num. 6.

Fallacia ſimpliciter, & ſecundum quid eſt, cum ex eo, quod aliquid dicatur ſecundum quid,& cum limitatione,inferimus, quod dicitur ſimpliciter, & eius exempla. Tom.1, pagin.615, lib.1.elench cap.4, num 4,5,6,7.

Fallacia ignorationis elenchi eſt,cum videtur quis cogere aduerſarium ad contradictionem, adeoque illum redarguere, cum non cogat,neque redarguat, & eius exempla. Ibid.pagin.616. num.8,9.

Fallacia petitionis principij eſt, cum aſſumitur in præmiſſis quod debet probari, & afferuntur eius exempla. Ibidem pag. 617,num.11

Fallacia conſequentis eſt, cum ex eo, quod ex aliquo antecedenti ſequitur conſequens, inferimus, quod etiam ex conſequenti ſequitur antecedens, & afferuntur eius exẽmpla. Ibid.pag.617,num.12.

Meliſſus probans mundum eſſe infinitum deceptus eſt fallacia conſequentis. Ibidem.

Fallacia propter non cauſam vt cauſam eſt, cum ſumitur non cauſa tamquam cauſa alicuius,& ex hoc redarguitur diſputans,& eius exempla.Ibidem pag 618. num. 13.

Fallacia plurium interrogationum eſt, cum ex eo, quod non aduertimus eſſe plures interrogationes, atque afferri debere plures reſponſiones, afferimus vnicam reſponſionem, & decipimur;& afferuntur eius exempla. Ibidem pag.619, num. 14, 15. 16.

Refellitur diuiſio fallaciarum in eas, quæ ſunt ad nomen, & in eas, quæ ſunt ad intellectum. Tom.1,pag. 630, lib. 1. elench. cap.9,per totum.

Proponuntur fallaciæ,per quas ſophiſtæ ducunt ad metam falſi, & inopinabilis. Tom. 1, pagin. 638, lib.1. elench. capit.12. per totum.

Explicantur fallaciæ,per quas ſophiſtæ ducunt ad metas negationis, ac ſoloecismi. Tom 1.pag.641,capit. 13.per totum. Vide ſophiſma,paralogiſmus

FALLACIARVM ſolutio duplex eſt, vera, & apparens, & aliquando ſolutio apparens præferenda eſt veræ. Tom.1. pag.614, lib.1.elench.cap.1.num 1.

Afferuntur loca, per quæ aliquando poſſumus ita apparenter reſpondere, vt videamur non redargui Ibid. pag. 651,à num. 8. vſque ad finem.

Vera ſolutio fallaciæ eſt manifeſtatio,qua oſtenditur ſyllogiſmum eſſe falsum, explicando propter quem defectum ſit falſus. Tom.1,pagin.652.lib.2.elench.cap.3, num.1.

Quo pacto ſoluantur fallaciæ peccantes ratione materiæ, negando præmiſſas, &c. Tom.1. pag.653,lib.2. elench.cap. 3, numer 2.3. 4.

Quo pacto ſoluantur ſex fallaciæ dictionis. Ibidem pagin. 654, a num. 6. vſque ad finem.

Quo pacto ſoluantur fallaciæ æquiuocationis, & amphibologiæ. Ibidem pag. 654, num. 6.7,8,9,10.

Quo pacto ſoluendæ ſint fallaciæ compoſitionis, ac diuiſionis. Ibid.pag.655,nu.11. 12,13,14.15,16,17.18.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia accentus. Ibidem pag. 657, num. 19.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia figuræ dictionis. Ibidem pag.657, à num. 20,vſque ad finem.

Reijciuntur aliæ ſolutiones fallaciarum figuræ dictionis. Ibid. pag. 659, num 28, 29, 30, 31.

Solutio fallaciæ ſemper conſiſtit in oppoſito eius, ex quo committitur. Ibid. pagin. 661, nu 38.

Quo pacto ſoluendæ ſint fallaciæ extra dictionem. Tom.1, pag. 662, lib. 2. elench. cap.4 & 5. per tota.

Fallacia accidentis quo pacto ſit ſoluenda. Tom. 1, pag. 662, libr. 2. elench. capit. 4. num.1, 2.3, 4, 5.6,7.

Reijciuntur malæ ſolutiones fallaciæ accidentis. Ibidem pag 663, à num.8, vſque ad finem.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia à ſimpliciter ad ſecundum quid.Tom.1. pag.665.lib.2. elench.cap.5,à num.1,vſque ad 13.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia ex ignoratione elenchi. Ibidem pag 668, numer. 14, 15, 16.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia petitionis principij. Ibid. pag. 669,nu.17.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia conſequentis. Ibidem pag.669,num. 18,19.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia non cauſæ vt cauſæ.Ibid. pag 669. num 20.

Quo pacto ſoluenda ſit fallacia plurium interrogationum vt vnius Ibid. pag. 670, à num.21. vſque ad finem.

Fallaciæ nugationis quo pacto ſoluendæ. Tom. 1.pagin.671, lib. 2. elenchorum, cap.

cap. 6. num. 1, 2, 3, 4, 5.
Fallacia ſolœciſmi quo pacto ſoluenda. Ibidem pagin. 672, à num. 6. vſque ad finem.
FALSITAS. Falſum non poteſt inferri ex vero, ſed verum poteſt inferri ex falſo. Tom. 1, pag. 213, lib. 2. Prior. capit. 2, numer. 2, 3, 4.
Ex præmiſſis falſis poteſt inferri concluſio vera, ſed non poteſt oſtendi, propter quid ſit vera. Ibid. num. 2.
Explicantur modi, quibus concluſio vera poteſt inferri ex præmiſſis falſis in prima, ſecunda, & tertia figura. Ibid pag. 213, capit. 2, 3, & 4 per tota.
Concluſio vera poteſt inferri ex præmiſſis falſis ſolum materialiter, & per accidens. Tom. 1, pag. 234. lib. 2. Prior. cap. 4, num 8. 9:
Ratiocinatio dicitur falſa quatuor modis: primo quia non concludit: ſecundo quia concludit, ſed non id, quod deberet: tertio quia concludit quod deberet, ſed non eo pacto, quo deberet: quarto quia cõcludit, ſed per præmiſſas falſas. Tom. 1. pag. 599, lib. 8. topic. cap 4, num. 15.
Falſum eſt vna ex metis ſophiſtarum. Tom. 1. pag 609. lib. 1. elench. cap. 3, num. 1.
Explicantur fallaciæ, per quas ſophiſtæ ducunt ad metam falſi. To. 1. pagin. 639, lib. 1. elench. capit. 12, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6.
Falſo non poſſunt omnia conſonare, ideoque conſonantia omnium eſt ſignum veritatis. Tom. 2, pagin. 19, lib. 1. ethic. cap. 8, num. 1.
Non eſt idem aliquid eſſe falſum, ac eſſe abſolutè impoſſibile. Tom. 3, pagin. 335, lib. 1. de cœlo, cap. 14, num. 3. 4.
Reijcitur opinio dicens cognitionem verã fieri per hoc, quod cognoſcamus, & quaſi tangamus ſimile, cognitionem falſam fieri per hoc, quod cognoſcamus, & quaſi tangamus diſſimile. Tom. 4, pag. 298 lib. 2. de anima, cap. 20. num. 4, 5, 6, 7.
Verum, & falſum eiuſdem generis ſunt, ac bonum, & malum, ac differunt ſolum per hoc, quod bonum, & malum conſiderantur applicando illa actionibus particularibus, verum, & falſum conſiderantur ſimpliciter. Tom. 4. pag. 316, lib. 3 de anima, cap. 6, num. 9.
Falſum eſt, cum dicitur non eſſe quod eſt, vel eſſe quod non eſt. To. 5, pag 107, lib. 4. metaph. cap 7, num. 2.
Res dicuntur falſæ tum ex eo, quod oratio non rectè componat, ac diuidat prædicatum cum ſubiecto, tum eo, quod ſint aptæ videri quod non ſunt, vel aliter, ac ſunt. Tom. 5, pag 157, lib. 5. metaph. capit. 29, num. 1, 2.
Definitio dicitur falſa, tum ex eo, quod nulli poſſit conuenire, tum ex eo, quod non conueniat rei, cui applicatur. Ibidem num. 3.
Homo dicitur falſus, quia mendax. Ibidem pag. 158, num. 4.
Non omne falſum eſt impoſſibile. Ibidem num. 2.
Oratio non poteſt eſſe ſimul vera, & falſa. Ibidem pagin. 158, nu. 7.
Verum, & falſum conſiſtunt in compoſitione, ac diuiſione intellectus. Tom. 5, pagin. 251, lib. 9 metaph. cap. 13, nu. 2. 3.
Quo pacto propoſitiones circa ſubſtantias ſimplices ſint veræ, vel falſæ. Ibidem numer, 4,
Impoſſibile eſt tum quod omnes locutiones ſint veræ, tum quod omnes ſint falſæ. Tom. 5, pag. 299, lib 11. metaph. cap. 7. num. 6.
FAMA eſt, cum quis exiſtimatur virtute præditus, aut aliquid tale habere, quod omnes, aut plures, aut probi, aut prudentes experunt. Tom 1. pag. 706, lib. 1. Rhet cap. 5. nu. 7.
FAMES eſt *appetitus calidi, & ſicci*: quæ autem habent ſenſum alimenti habent famem, & ſitim. Tom. 4, pag. 253, lib 2. de anima cap. 4, num. 3.
Quare qui fame laborant, vel cibo vtuntur vitioſo, ſoleant pedibus intumeſcere. Tom. 5, pagin. 438, ſect. 1. problematũ, num 5.
Quare poſt laborem, & exercitium non ſtatim eſuriamus, Tom. 5, pag. 506. ſect. 5. probl. num. 30.
Quare morbus ille, qui vocatur fames canina, ob quam ſtomachus deficit, inuadat homines tempore frigido, & hyeme potius, quam æſtate. Tom. 5, pag. 515, ſect. 8. prob. num. 4.
Quæ ſint cauſæ, ſaccidentia, & remedia famis caninæ. Ibidem pag. 515, num. 4:
Spirantibus aquilonibus, magis cibum appetimus, quia tum per antiperiſtaſim intenditur calor vitalis, adeoque melius concoquimus cibum. Tom. 5, pag. 710. ſect. 26 probl. num. 45.
Quare moleſtius ſit ſitientibus abſtinere à potu, quam eſurientibus abſtinere à cibo. Tom. 5. pagin. 723. ſect 28. probl. num. 5.

FAMILIA. In quibuſdam foris, cum controuertitur de hæreditate, ſolet haberi maior ratio familiæ, quam teſtamenti, quia facile eſt falſa teſtamenta producere, at difficillimum eſt familiam ementiri. Tom. 5, pagin. 727, ſect. 29. probl. num. 34.

FAMILIARES. Vide Amici.

FANATICI Atra bile incaleſcente, aliqui efficiuntur fanatici, & corripiuntur œſtro quodam diuino. Tom. 5, pag. 738, ſect. 30. prob. num. 1. C.

FAPESMO. Oſtenditur per reductionem ad Ferio ſyllogiſmum in fapeſmo neceſſario concludere. Tom. 1. pag. 129, lib. 1. Prior. capit 8, num. 2.

Ex præmiſſis in fapeſmo non ſequitur alia concluſio, quam indirecta. Ibid.

FARINA hordeacea, ac triticea oleo ſuperfuſo albeſcunt, quia tum ſpumant, & ſpuma eſt alba. Tom. 5. pagin. 656, ſect. 21. prob. num. 1.

Quare prima farina, quæ mola exprimitur ex tritico, eſt candidior poſteriore: è conuerſo vltima farina, quæ exprimitur ex hordeo, eſt candidior priore. Ibidem pag. 656, num. 2. & 7.

Farina aqua ſubacta melius coit, & adglutinatur, quam ſi fuerit ſubacta oleo, quia aqua eſt ſubtilior, & diuiſibilior, quam oleum. Ibid. pag. 661. num. 16.

Farina recipit plus aquæ, quam triticum, quia eſt rarior, & calidior, quam triticum. Ibid. pag. 663. num 21.

Farina tritici, dum aqua infuſa maſſatur, fit maior, quam tantumdem farinæ hordei, quia cum conſtet ex partibus minoribus, plus aquæ admittit. Ibid. pag. 663, num. 22.

Quare farina triticea, dum exiccatur, minus contrahatur, quam farina hordei. Ibid. pag. 664, nu. 26.

FARRAGO, qua vtuntur iumenta, cum multo ſucco eſt turgida, facit, vt iumenta acquirant pilum lætiorem: at cum ariſtis durioribus eſt prædita, eſt inutilis. Tom. 3 pag 952. lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 8, num. 1.

FASCINATIO conſiſtit in turbatione ſtomachi propter interpoſitionem flatuum: & quia ruta vtpote calida, iuuat ad flatus ejiciendos, ideo communiter ruta dicitur eſſe remedium faſcinationis. Tom. 6, pag. 665 ſect. 20. prob. nu. 34.

FATIGATIO. Vide Defatigatio.

FAVAGO. Vide Fauus.

FAVCES ſunt illa pars, quæ conſtituit aperturam oris. Tom. 3, pag. 713, lib. 1. de Hiſt anim. cap. 11, num. 8.

FAVVS, Fauago. Purpuræ tempore veris in vnum locum congregatæ conſtituunt id, quod vocatur fauago, eo quod habeat quamdam ſimilitudinem cũ fauis apum: fauago tamen differt à fauis apum in hoc, quod fauus apum eſt multo elegantior, quam fauago purpurarum. Tom. 3, pagin. 841, lib. 5. de Hiſtor. animal. cap. 15, num. 2.

Deſcribitur fauago purpurarum. Ibid.

Etiam Buccina conſtruunt ſuam fauaginem. Ibidem.

Purpuræ, & buccina non generantur ex fauagine, ſed ex quadam materia putreſcente, ideoque fauago non eſt fœtura purpurarum, & buccinorum, ſed eſt quoddam veluti purgamentum. Ibidem.

Apes conficiunt ex floribus fauum, hoc eſt domos cellulis diſtinctas, deinde in fauis collocant fœtus, in ijſque mellificant. Tom. 3, pag. 857, lib. 5. de Hiſt. animal, cap. 22. num. 2.

Quo pacto, & quo ordine apes fauos conſtruant, ac in eis cellas diſponant. Tom 3. pag 1016, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 9 nu. 5, 6, 7 8, 9.

FAVONIVS Vide Zephyrus.

FEBRIS. Febris eſt calor excedens accenſus in toto corpore, & ſi calor ſupra modum incendatur, cauſantur febres ardentes. Tom. 5. pag. 446, ſect. 1. problem. num. 20.

Cum hyems ſuccedit autumno auſtrino, in ijs, qui corpore raro, & poroſo ſunt præditi, cauſat febres, quia corpus eorum, cum ſit poroſum, impletur humiditate, ac ſuperueniente frigore, cum humores inconcocti putreſcunt, & accenduntur, cauſant febres. Ibid.

Aduſtio in toto corpore cauſat febrim. To. 5, pagin. 439, ſect. 1. prob. num. 8. A.

Quare in locis paludoſis homines æſtate laborent febribus: & ex proportionali ratione cum hyeme flauerint venti aquilonares, vere auſtrales, ac multæ decideriut pluuiæ, æſtate proximè ſequenti ſoleant febribus laborare. Ibidem pag. 439. num. 8. A.

Febrientibus vtilis eſt ſorbitio, pultis humidioris, ac frigidioris, quæ parum nutriat, ac ſatis refrigeret: ideoque vtilior eſt piſſana hordeacea, quam triticea, quia

Digitized by Google

ptiſſana hordeacea vtpote corpulentior, & frigidior, parum nutrit, & ſatis refrigerat. Ibid. pag. 450. num. 27.

Febres non ita facile contrahuntur ab ijs, qui febrientibus appropinquant, quia non ſunt in ſuperficie, ac ſunt morbi ficciores, qui non facile adhærent. Tom. 5, pag. 513, ſect. 7. prob. num. 4.

Qui laborant, vel paulo ante laborarunt febri, non ſunt apti ad cantandum, quia calor febrilis aſperam arteriam exaſperauit. Tom. 5, pag. 558, ſect. 11. problem. num 22.

Febris conſiſtit in quodam exceſſu caloris, atque humidi extranei, ideoque auſtri ſicci vtpote calidi, & humidi ſolent cauſare febres. Tom. 5, pagin. 446, ſect. 1. problem. num. 23. & ſect. 26. pagin. 712, num. 52.

Quare febres ardentes oriantur potius hyeme, & autumno, quam æſtate, febres autem cum algoribus ex frigore oriãtur potius æſtate, quam hyeme. Ibid. pag. 448, num. 29.

Quare febrientibus potus ſit paulatim ſubminiſtrandus. Ibidem pagin. 459, numer. 57.

Quo pacto ſint gubernandi qui laborant febri præſertim quartana. Ibidem pag. 459, num. 57. B. & num 58.

Aegroti in acceſſione febrium rigent, & tremunt, quia frigus intus clauſum à calore externo febrium cauſat rigorem, & tremorem. Tom. 5. pag. 485. ſect. 3. probl. num. 25. A.

Febres ardentes ſæpe causantur in regionibus frigidiſſimis propter antiperiſtaſim. Tom. 5, pagin. 583, ſect 14. problematum num. 3.

Quia lingua per aſperam arteriam eſt connexa cum corde, & pulmone, ſolent in lingua apparere ſigna febris. Tom. 5, pag. 768. ſect 34. prob. num. 4.

Somnia febricitantium ſolent eſſe valde monſtroſa, & inconſtantia, quia in ijs humores ſolent perturbari. Tom. 4, pagin. 407. lib. 1. de ſomnijs, cap. 3, num 32.

FEL Iecur in pluribus animalibus vt plurimum caret felle, in alijs habet adiunctã burſam fellis. Animalia etiam eiuſdem ſpeciei in quibuſdam regionibus habent iecur ſine felle, in alijs habent iecur cum felle. Ex. grat. pecudes in quodam agro Chalcidis Euboicæ carent felle: in Naxo non tolum pecudes, ſed omnes quadrupedes habent fel adeo magnũ, vt peregrini, qui victimas mactant, putent id eſſe oſtentum. Tom. 3, pagin. 723, lib. 1. de Hiſtor. animalium, cap. 18, num. 2, & Tom. 4, pag. 121. lib. 4. de part. anim. cap. 2, num 3.

Fel in quibuſdam animalibus eſt annexum iecori, in alijs non. Ex quadrupedibus viuiparis felle carent coruus, dama, equus, mulus, aſinus, vitulus marinus, & aliquæ ſpecies murium. Cerui Achaini dicuntur habere fel in cauda, licet verè in cauda habeant aliquid, quod non eſt fel, ſed eſt ſimile felli. Tom. 3, pag. 748, lib. 2. de Hiſt anim. capit. 15, num. 6, & Tom. 4, pag. 121, lib. 4. de part. animalium, cap. 2, num. 3.

Omnes aues, & omnes piſces, & omnes quadrupedes ouiparæ habent fel, ſed aliquæ maius, aliquæ minus. Ex animalibus habentibus pulmonem ſolus delphin felle caret. Ibid. pag 748. num. 8.

In quo ſitu habeant fel variæ ſpecies auiũ, & piſcium. Ibid. pag. 748. num 9.

Elephanti carent felle. Ibidem pagin. 748. num. 8.

Serpentes aquatici fel habent ad iecur, alij vt plurimum fel habent ad inteſtina. To. 3, pag. 752, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 17, num 6.

Ex humoribus excrementijs fel ſemper retinet aliquid caloris. Tom. 4, pag. 38. lib. 2. de partibus animalium, cap. 2, nu. 17.

Quædam animalia viuipara quia non abundant excrementis præſertim biliioſis, carent felle. To. 4. pag. 112, lib. 3. de part. anim. cap 12. nu 3.

Fel quia eſt excrementum habet naturam affinem inteſtinis, quæ ſunt vaſa excrementorum; & quia eſt excrementum iecoris habet naturam affinem iecori, ideo querationabiliter accidit, vt burſa fellis in quibuſdam animalibus ſit annexa iecori, in alijs annexa ſit inteſtinis. Tom. 4, pag. 110. lib. 4 de partib. animalium, capit. 2. num. 1.

Plerique piſces, & ſerpentes habent fel annexum inteſtinis. Ibid

Quidam exiſtimantes cum Platone animã appetitiuam eſſe in iecore, dixerunt fel eſſe in iecore, vt ſua mordacitate vellicans iecur, animam excitet ad iram, ac iecur dilatando, eamdem animam exhilaret. Reijciuntur, quia fel deberet ſemper eſſe in iecore, cum de facto ſæpe ſit inteſtinis. Ibid. pag. 121. num. 2.

Anaxagoras docuit morbos acutos, ſeu choleri-

lericos cauſati à felle, ſeu cholera, quæ ex burſa fellis effunditur, & dum aſpergit pulmones, venas, aut coſtas, cauſat varios morbos acutos. Reijcitur hæc opinio. Ibid. pag. 121. num. 4. 5.

Etiam animalia carentia felle laborant morbis acutis, qui proinde non cauſantur ex effuſione fellis. Ibidem pagin. 121. num. 5.

Fel eſt humor excrementitius, ac proinde non generatur propter finem, ſed ex neceſſitate materiæ, licet natura vtatur felle etiam ad conſequenda plura bona. Ibid. pag. 122. num. 6.

Sicut alimentum eſt dulce, ſic excrementũ cum habeat naturam contrariam alimento, debet eſſe amarum, ac proinde fel cum ſit amariſſimum, eſt excrementum. Ibid. pag. 122. num 7.

Animalia, quæ habent iecur bene temperatum, ac puro ſanguine præditum, parum habent excrementi, ideoque non indigent burſa fellis: at animalia, quæ habent iecur non bene temperatum, ex oppoſita ratione indigent burſa fellis. Ibid. pag. 7.

Vacuitas fellis eſt cauſa vitæ longæ, quia eſt ſignum iecoris bene temperati: conſtat etiam inductione animalia carentia felle ſolere eſſe longæua. Ibidem pag. 122. num. 8.

Fel, & cholera ſunt eſuſdem naturæ, ideoq; ſicut cholera, ſeu flaua bilis eſt excrementum iecoris, ſic fel eſt excrementum iecoris. Ibid. pag. 122, num 8.

Ex hominibus aliqui carent felle, aliqui habent burſam fellis annexam iecori. Ibid. pag. 121. num. 3.

Aliquando nata ſunt animalia, quæ cum deberent habere fel, caruerunt felle: aliqua è contrario nata ſunt cum felle multiplici. Tom. 4. pag. 610, lib. 4. de Gener. anim. cap. 4. num. 15.

FELAPTON. Oſtenditur per reductionem ad ferio ſyllogiſmum in felapton neceſſario concludere Tom. 1. pagin. 125, lib. 1 Prior. cap. 7, num. 6.

FELIS. Feles fœminæ ſunt libidinoſæ, ideoque ipſæ ad coitum prouocant, & quodammodo cogunt mares. Explicatur, quo pacto coeant. Tom. 3. pagin. 829, lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 2, nu. 6.

Feles tot pariunt, quot canes. Tom. 3, pagin. 915, lib. 6. de Hiſtor. animalium, cap. 35, num. 2.

Felis vulgo faina, veſcitur auibus. Tom. 3. pag. 990, lib. 9. de Hiſt. animalium, cap. 7, numer. 13.

FELICITAS felix. Felicitas, eiuſque partes ſunt finis deliberantium. Tom. 1. pagin. 705. lib. 1. Rhet. cap. 5. num. 1.

Felicitas ex communi hominum ſenſu deſcribitur primo, *bene agere cum virtute*: ſecundo *per ſe ſufficientia vitæ*: tertio *vita cum ſecuritate*: quarto *bene ſe habere quoad poſſeſſiones, & corporis, cum potentia hæc conſeruandi*. Ibid. pag. 705, nu. 2.

Partes felicitatis ſunt nobilitas: multorum, & proborum amicitia, & gratia: diuitiæ: proles multa, & bona: commoda ſenectus: pulchritudo: robur: magnitudo: vires ad certandum: gloria: honor: proſpera fortuna: ac demum virtutes animæ, &c. Ibid. pag. 705, num. 2, 3.

Definiuntur enumeratæ partes felicitatis. Ibidem pag. 706, à num. 4. vſque ad finem capitis.

Omnes fatentur felicitatem eſſe finem totius vitæ, ac quod idem eſt eſſe felicem, ac bene, beateque viuere, beatèque agere: at diſconueniunt in explicando, in quo conſiſtat: imo ijdem homines aliquãdo putant felicitatem conſiſtere in vno bono, aliquando in alio. Tom. 2. pag. 8, lib. 1. ethic. cap. 4, num. 1.

Sicut tres ſunt præcipui modi viuendi, voluptuarius, ciuilis, & contemplatiuus, ita tres ſunt præcipuæ de felicitate ſententiæ: prima voluptariorum, quod felicitas cõſiſtat in voluptate: ſecunda, ad quam inclinant ciuiles, quod conſiſtat in honoribus, vel potius in virtute, cuius honor eſt ſignum: tertia contemplatiuorum, quod conſiſtat in contemplatione veritatis. To. 2, pag. 9, lib. 1. ethic. cap. 9, per totum. & pag. 398, lib. 1. mor. ad eud. cap 2. nu. 2, 3, 4.

Felicitas non conſiſtit in voluptatibus corporeis, quæ ſunt pecoribus communes: neque in honoribus, qui ſunt in poteſtate honorantis, & extrinſeci honorato neque in virtute per modum habitus, quæ poteſt dari in dormiente, cum præterea virtute præditus poſſit maximis malis premi: neque in diuitijs, quæ purè ſunt expetibiles in ratione medij, cum præterea vita diuitijs incumbens ſit admodum inquieta. Ibidem pagin. 9, num. 9. per totum.

Felicitas non conſiſtit in bono ideali, & ſeparato, vt opinatus eſt Plato. To. 2, pag. 11, lib. 1. ethic. cap. 6. per totum.

Felicitas debet esse bonum perfectum, & per se sufficiens. Tom.2, pag.14, lib 1. ethic. cap.7, num.1,2,3,4.

Bruta, & plantæ sunt incapaces felicitatis, ideoque felicitas non consistit in operationibus vegetatiuis, neque in sensitiuis. Ibidem pag 17, nu.3.

Felicitas consistit in perfecta operatione rationali secundum virtutem perfectam, in vita perfecta. Ibidem pagin. 16. num. 5, 6, 7.

Quia homo non est animal otiosum, ordinatum ad aliquod opus faciendum, ideoque eius felicitas consistit in hoc, quod bene faciat tale opus. Ibid. pag.16. num.6.

Tradita sententia de felicitate consonat cum ijs, quæ de felicitate dicuntur tum à sapientibus, tum à vulgo. Tom.2, pag.19, lib.1. ethic. cap.8. per totum.

Felicitas cum sit maximum bonum neque consistit in bonis externis, quæ sunt minima bona, neque in bonis corporis, quæ sunt media bona, sed in bonis animi, quæ sunt maxima bona. Ibidem pagin.19, numer. 1.

Felicitas cum sit vltimus finis, non consistit in operationibus transeuntibus, quæ habent pro fine opus externum, sed in immanentibus, & homini intrinsecis, quæ ipsæ sunt fines potentiarum. Ibid. pag.19, num.2.

Felicitas est bene viuere, ac bene agere. Ibid. pagin.20. num.3.

Felicitas consistit in virtute cum delectatione, quia consistit in operatione perfecta præstantissimæ virtutis, quæ proinde est iucundissima. Ad felicitatem verò non requiritur alia delectatio, quam quæ oritur ex ipsa operatione virtutis. Ibidem pag.20, num.5,6.

Felicitas requirit bona externa, & fortunæ tamquam instrumenta, sine quibus non possunt exerceri plures operationes virtutis. Ibid. pag.22, num.7.

Felicitas principaliter prouenit à Deo, minus principaliter ab ipso homine per virtutem operante, non autem à fortuna. Tom.2, pagin. 23, lib.1. ethic. cap.9, nu. 1,2,3,4,5.

Sola natura intellectualis est capax felicitatis, bruta, & pueri non sunt eius capaces. Ibidem pag.24, num.6

Quo pacto homo possit esse felix in hac vita Tom.2. pagin 25, lib.1. ethic. cap.10, per totum.

Felicitas est stabilis, quia inter humana nihil est stabilius virtute: ad hoc autem, vt felix amittat operationem secundum virtutem requiruntur magnæ mutationes. Ibid. pag.26, num.8,9,10.

Quo pacto mortui non possint ex felicibus mutari in miseros, nec è conuerso. Tom.1. pagin 28, lib.1. ethic. cap. 1. per totum.

Felicitas est potius honorabilis, quam laudabilis, quia laus debetur excellentiæ ordinatæ ad aliquem finem, at vltimo fini debetur aliquid maius laude, hoc est honor &c. Tom.1. pag. 28, lib.1. ethic. cap. 12. per totum; & pag. 12, lib. 2. mor. ad eud. cap.1, num 12,

Felicitas est simul optima, delectabilissima, & desiderabilissima. Tom.1, pag.11, lib.1. ethic. cap 8. nu.6. & pag. 395. lib.1. mor. ad eud. cap.1. num.1.

Quo pacto sapientia, & prudentia sint vtiles ad felicitatem. Tom. 1, pagin. 177, lib.6. ethicor. capit. 12. à num.1. vsque ad 7.

Sapientia, seu sapientiæ operatio facit hominem felicem, eo pacto, quo sanitas facit sanum, hoc est in genere causæ formalis. Ibid. pag.178, num 6.

Felicitas habet annexam delectationem, quia consistit in operatione perfecta, & non impedita, quæ eo ipso trahit delectationem. Tom.2. pag.214, lib. 7. ethic. cap.13, num 6.

Felicitas indiget etiam bonis externis, ac prospera fortuna, quia carentia talium bonorum impedit operationem contemplandi, in qua felicitas consistit. Ibid. pag. 214, num.7,8.

Felicitas non cõsistit in habitu, sed in actuali operatione: alioqui dormiens per totam vitam posset esse felix. Tom.2. pag. 291, lib.10. ethic. cap. 6. num.2

Felicitas consistit in operatione per se expetibili, non ludicra, sed seria: quia sola operatio seria est optima, & finis ludicrarum. Ibidem pagin. 291, num. 3, 4, 5, 6, 7, 8.

Felicitas principaliter consistit in contemplatione, vtpote quæ est operatio sapientiæ, quæ est præstantissima virtus. Rursus contemplatio procedit à præstantissima potentia, versatur circa præstantissimum obiectum, potest esse maximè continua, indiget paucissimis adiumentis, maximè amatur propter se ipsam, & est quoddam otium, adeoque habet omnes conditiones felicitatis. Tom. 2. pagin. 293,

233, lib. 10. ethicor. capit. 7. num. 2,3,4, 5,6,7,8.
Felicitas contemplatiua conuenit homini, in quantum per intellectum participat aliquid diuinum. Ibidem pag. 295, num. 9.
Felicitas secundario consistit in operationibus prudentiæ, & virtutum moralium. Tom. 2, pag. 296, lib. 1. ethic. cap. 8, num. 1,2,3,4,5,6.
Felicitas humana indiget etiam bonis exter. nis, & fortunæ, sed ad hoc, vt homo sit felix, non indiget magna copia bonorũ externorum, sed sufficit illi quædam mediocritas, quia ad vitam, & ad optimè operandum pauca sufficiunt. Ibid. num. 7,8,9,10,11.
Felix est carissimus Deo, & substantijs separatis: siquidem Deus, & substantiæ separatæ maximè amant illos, qui viuunt secundum intellectum Ibidem pagin. 30, num. 12.
Felicitas consistit in operatione secundum virtutem perfectam, in ætate perfecta, & in vita perfecta. Tom. 2. pag. 315, lib. 1. magn. mor. cap. 4 per totum. & pag. 409, lib. 2. mor. ad eud. cap. 1, per totum.
Quænam quæstiones possint circa felicitatem institui. Tom. 2, pag. 396, lib. 1. mag. mor. cap. 1, num 3.
Ad recte viuendum statuendum est, in quonam felicitas consistat: nam debemus nobis præstituere aliquem scopum. Ibidem pag. 396, num. 4.
Quænam opiniones circa felicitatem sint examinandæ. Ibid. pag. 397, num. 5.
Quænam opiniones conferant, vel non conferant ad spem felicitatis consequendæ. tom. 2, pagin. 397, lib. 1. mag. mor. cap. 2. num. 1.
Felicitas est bonum maximum, & præstantissimum Tom. 2. pag 403, lib. 1. mor. ad Eud. cap. 4, num. 1. 2.
Felicitas non consistit in negotio, neque in ioco, & ludo, sed in otio contemplationis. Tom. 2. pagin. 775, lib. 8. Polit. capit. 3, num. 3.
Felix quo pacto indigeat, vel non indigeat amicis. Tom. 2, pag. 268. lib. 9. ethicor. cap. 9. per totum, & pag. 391. lib. 2. mag. cap. 18, per totum.
Felix non indiget amicis vtilibus, & iucundis, sed virtute præditis, vt ijs delectetur tamquam per se bonis, & vt non sit solitarius &c. Ibidem pagin. 269, num 5. & sequ.
Felicitas non potest consistere in actu, qui non sit facilis, & sit quodammodo violentus animæ: & etiam iuxta Platonicos consistit in actu intelligendi. Tom. 2, pagin. 228, libr. 1. de anima, capit. 8, num 8.
Felicitas, qua Deus est felix contemplando se ipsum, est plane admirabilis. Tom. 5. pagin. 338. lib. 12. metaphysicor. cap. 7. num. 3. 4.
FELICITAS priuata, & ciuitatis. Ad felicitatem requiruntur bona externa, bona corporis, & bona animi. Tom. 2 pag. 731, lib. 7. Pol. cap 1. num. 2.
Ad felicitatem principaliter, & in gradu excellenti requiruntur virtutes, quæ sunt bona animi. Ibidem pagin. 731, num. 3. 4,5,6,7,8,9.
Felicitas ciuitatis proportionaliter consistit in virtute, licet requirat tum bona externa, tum bona animi. Ibid. pagin. 733. num. 10.
Eadem proportionaliter est felicitas ciuitatis, ac felicitas singulorum. Tom. 2. pag. 735, lib. 7 Pol. cap. 2, num. 1. 2.
Vtrum felicitas ciuitatis consistat in vita actiua, an in contemplatiua: & vtrum cõsistat in dominatione. Ibid. pagin. 774, à numer. 3. vsque ad finem.
Felicitas quid sit. Tom. 2, pag. 758, lib. 7. Polit. capit. 13, num. 3.
Felicitas consistit in vsu virtutis perfectæ simpliciter, ad quem requiritur virtus, & bona externa, ideoque ad optimam ciuitatem requiruntur bona externa, & vt ciues sint virtute præditi, & quo pacto ciues debeant effici virtute præditi, & institui in omnibus virtutibus belli, & pacis. Tom. 2. pag. 759, lib. 7. Polit. cap, 13. numer 4,5,6, & cap. 14, nu. 5, & capit. 15, num. 1.
FEMORA. Quare cum descendimus, præcipuè defatigemur in femoribus, seu coxis, & in itineribus potissimum defatigetur media pars femoris. Tom. 5, pag. 502, sect. 15. problem. num. 19. 20. 26.
Vide coxæ.
FERÆ. Quare in omnibus generibus, in quibus inueniuntur animalia mansueta, inueniantur etiam syluestria, non è conuerso. Tom. 5, pag. 540, sect. 10. probl. num. 44.
Vide bestiæ, bruta, syluestria.
FERIO. Ostenditur syllogismum in ferio necessario concludere. Tom. 1, pagin. 115, lib. 1 Prior, cap. 5, num. 9, 10.
Syllogismus in ferio est perfectus. Ibidem

pag.

pag. 118.num.17.
Ferio quo pacto reduci poſſit ad barbara, & celarent. Tom 1,pag.130, lib.1. prior.cap. 8, num. 5.6.7.
FERISON. Oſtenditur per reductionem ad ferio ferison neceſſario concludere. Tom.1, pagin.127, lib.1. Prior.capit.7. numer. 13.
FERITAS. Vide beſtialitas.
FERRVM factum, hoc eſt iam fuſum ex minera, calore vehementi liquatur, ac fluxa, & mox refrigeratum iterum concrescit,& congelatur:& ex ferro hoc pacto liquefacto fit chalyps, qui nihil aliud eſt,quam ferrum multiplici liquefactione purificatum. Tom. 3, pag. 669,lib. 4.meteor. cap. 7, num.7.
Artifices non ita frequenter ex ferro faciunt chalybem, quia ferrum purificatum minuitur pondere: & mole,& etiam quia cum nimis induratur, euadit minus malleabile, ac ductile, adeoque ineptum ad multos vſos, ad quos aptum eſt ferrum non purificatum. Ibid.
Ferrum licet conſtet ex terra, & aqua,non eſt ſolubile, & liquabile niſi calore vehementiſſimo, quia concreſcit virtute frigoris. Incipit enim concreſcere virtute caloris facientis, vt humidum euaporet, deinde ſuperueniente frigore conſtipante humidum, abſoluit ſuam concretionem. Tom.3,pag. 672, lib.4. meteorol. cap. 7. num.14.
Ferrum lentius calefit quam aqua:at vehementer calefactum eſt calidius aqua. To. 4,pag.6, lib.2. de part.animalium cap.2. num. 11.
Ferrum habet odorem, quia habet aliquam humiditatem admiſtam ſicco. Tom. 4, pagin.351, lib. de ſenſu,& ſenſib.capit. 5, num. 3.
Inciſiones factæ inſtrumento æreo citius ſanantur, quam factæ inſtrumento ferreo, quia æs propter ſuum naturale temperamentum habet virtutem medendi vulneribus. Tom 5. pagin. 450, ſect.1.problem. num.35.
Ambulationes factæ inſtrumento æreo citius ſanantur,quam factæ inſtrumento ferreo, quia ferrum vtpote denſius magis lædit. Ibid.num.36.
FERVLA. Quare ferula cum percuſſerit carnem, efficit plagam albam in medio, rubram in circunferentia: baculus autem cum percuſſerit carnem, medium plagæ efficiatur magis rubrum, quam circumferentia. Tom. 5, pagin.521,ſect.9.prob. num. 3, 4.
Quare ferula cum ſit durior baculo, tamen percuſſio ferulæ cæteris paribus,maiori dolore afficiat,quam percuſſio baculi. Ibidem pagin.523,num.8.
FESTINO. Oſtenditur ſyllogiſmum in feſtino neceſſario concludere, ac reduci ad ferio. Tom.1. pag.120 lib.1.Prior. cap.6, num. 8
FIBER. Caſtor,qui latinè dicitur fiber, recenſetur inter quadrupedes ſylueſtres, & ouiparas, quæ ab aqua victum petunt. Tom.3, pag.950, lib.8. de Hiſtor. animal. cap.5,nu.5.
FIBRÆ ſanguinis ſunt terreæ, & ſolidæ, ideoque extractis fioris a ſanguine, ſanguis non amplius cõcreſcit,eo pacto,quo ſeparato caſeo, lac non amplius concreſcit. Tom.3.pag.671,lib. 4.meteor. cap.4, num.12.
Signum, quod ſanguis cerui ſit parum terreus,eſt quod non habet fibras. Ibid.
Pars inferior auriculæ exterioris græcè vocatur lobos, latinè ab aliquibus vocatur fibra.Tom 3,pag 711,lib.1.de Hiſt. animal. cap.12.num 1.
Fibræ in animalibus exanguibus ſunt partes proportionales venis,in ijsque continetur humor proportionalis ſanguini. Tom. 3, pag. 760, lib 3.de Hiſtor.animalium. cap. 2,num.1,& pag.771,lib.3.de Hiſtor.anim. cap.6.num.1.
Fibræ habent naturam mediam inter venã, & neruum, ideoque participant de vtroque. Tom.3, pag 771, lib.3. de Hiſt.anim. cap. 6,nu. 1.
Præter fibras animalium exangium proportionales venis datur aliud genus fibrarũ, quæ ſunt filamenta quædam, quæ ſolent inueniri in ſanguine animalium, ſed non omnium,quibus detractis, ſanguis non concreſcit. Ibid.pag.771.num.2.
In ſanguine cerui,damæ,& bubali nullæ dãtur fibræ, ideoque ſanguis talium animalium non concreſcit firmiter, ſicut ſanguis habens fibras. Ibid.
Sanguis carens fibris eſt dilutior,& frigidior,vtpote valde aqueus,ideoque propter frigiditatem non poteſt coire: at ſanguis fibroſus,vtpote magis terreus concreſcit, & coit, cum euaporat humor terreus. Tom.4, pag. 42, lib.2. de partib. animal. cap.4, num.1.
Fibræ ſanguinis ſunt ſubtilia quædam filamenta ſimilia fibris, hoc eſt minutis radi-

Digitized by Google

cibus quarumdam herbarum. Ibid.

Quædam ex animalibus habentibus ſanguinem minus fibroſum ſunt ſapientiora, & ingenioſiora, quia habent ſanguinem puriorem, & ſynceriorem. Ibidem pag. 42, num. 2.

Animalia, quæ habent ſanguinem multis, & craſſis fibris refertum, adeoque magis terreum, ſunt animoſa, iracunda, & etiam furibunda, vt patet in tauris, & apris, quia ſunt calidiora; ſiquidem fibræ craſſæ, ac terreæ magis conſeruant calorem. Ibidem pag. 43 num. 4.

Quare ſanguis, detractis fibris, non concreſcat. Ibidem pagin 43, nu. 5.

FIBVLA. A ſpina dorſali oritur fibula, hoc eſt os, quod vulgo dicitur furcula. To 3. pag. 771. lib. 3. de Hiſt. animalium, cap. 7, num. 3.

FICEDVLA vermibus veſcitur. Tom. 3, pagin 945, lib. 8 de Hiſtor. animal. cap. 3, num. 2.

Auis, quæ tempore autumni eſt ficedula, ſtatim poſt autumnum euadit atricapilla, vt patet ex eo, quia obſeruando veramque auiculam tempore mutationis, inuentum eſt, quod haberet aliquid proprium vtriuſque. Tom. 3, pag. 1035, lib. 8. de Hiſt animal. capit. 49. num. 5.

FICTILIA non liquefiunt, quia ſunt pene totaliter terrea, ſiquidem virtute ignis concreuerunt, eo quod aqua per calorem attenuata euaporauerit. Tom 3, pag. 673, lib. 4. meteor. capit. 7, num. 15.

Fictilia non poſſunt diſſolui igne, quia virtute ignis concreuerunt, ac non poſſunt diſſolui aqua, quia humidum aquæ non poteſt penetrare per poros, prout requireretur ad illa diſſoluenda. Ibidem.

FICVS. Lac cogitur, & coagulatur tum coagulo, tum ſucco ficulneo, ſeu ſucco fici. Si igitur lana ſucco ficulneo imbuta, mod co lacte abluatur, lac illud miſtũ lactis copiæ maiori, totum illud coagulat. Tom. 3, pagin. 787, lib 3. de Hiſt. anim. cap. 20, num. 8.

Ex pomis caprifici oriuntur culices ficarij, qui petunt ficus domeſticas immaturas, ijſque ſe inſinuantes, faciunt, ne decidant. Ideo agricolæ appendunt ficubus poma caprificorum, & circa arbores ficuum ſerunt caprificos. Tom. 3. pag. 861, lib. 5. de Hiſtor. animalium, capit. 32, nu. 5.

Boues pingueſcunt comeſtione ficuum. Tom. 3, pagin. 951, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 7, num. 1.

Sues commodiſſimè aluntur, & pinguescũt cicere, & ficu. Tom. 3. pagin. 970, lib. 8. de Hiſtor. anim. capit. 21, num. 5.

Cum copia mellis non ſuppetit, apiarij ficus, & alia dulcia apibus apponunt, vt ijs veſcantur loco mellis. Tom. 3. pag. 1022. lib. 9. de Hiſt. anim. capit. 40. num. 38.

Ficus eſt admodum calida, ideoque habet ſuccum acerrimum, & quia ſuta vt feliciter creſcat, eius radices debent calore foueri, ideo ſi plantetur in ficu, euadit maxima, atque pulcherrima. To. 5. pag. 649, ſect. 20. prob. bum. 18.

Poſt comeſtionem ficuum debemus bibere vel aquam puram, val vinum merum, quia caliditas ficuum mitigatur vel frigore aquæ, vel concoquitur maiore calore vini meri. Tom. 5, pagin. 667, ſect. 22. prob. num. 8.

Quare ficus ſiccæ, quæ in duas tantum partes ſunt diuiſæ, ſint dulciſſimæ; at quæ vel ſunt omnino indiuiſæ, vel ſunt diuiſæ in plures partes, quam duas, ſint minus dulces. Ibidem nu. 9.

Si ficus exiccentur in furno, duriores fiunt, quam ſi exiccentur extra furnum, quia in furno propter calorem vehementem euaporat pene totus humor. Ibidem num. 10.

Quare ficus licet ſint molles, & dulces, tamen dentes lædant. Ibidem pagin. 668, num. 14.

FIDES an ſit opinio, vel opinionis vehemẽtia. Tom. 1. pag. 498, lib. 4 topic. capit. 5. num. 3. 10.

Ea, quæ ſunt apta ad perſuadendum, ſeu ad faciendam fidem, diuiduntur in artificialia, & inartificialia. Explicatur diuiſio. Tom. 1. pagin. 690. lib. 1. Rhetor. capit. 2. num. 2, 3.

Quia facillimum eſt perſuaderi teſtibus, ideo homines in rhetoricis maximè delectantur probationibus deſumptis ex exemplis, quæ reducuntur ad teſtes. Tom. 5. pag. 614, ſect. 18. probl. num 13.

FIDICEN, fides. Quare fidicines ſoleant modulationem inchoare à grauiſſima chordarum, vt ipſa quaſi dux præeat. Tom. 5. pagin. 642, ſect. 19. problematum, num. 12.

Quare fidicines crebro ad meſem veniant, & ſi diſceſſerint, ſtatim ad meſem redeant, nec vllam aliam chordam adeo frequenter pulſent. Ibidem pagin. 627, num. 20.

FIDICVLA piſcis. Piſcis, qui vocatur fidicula, ſeu citharus habet multas appendi-

Digitized by Google

ces inteſtinorum. Tom. 3, pag. 753, lib. 2. de Hiſtor. animalium, cap. 17, nu. 18.

FIDVCIA. Vide audacia.

FIERI. Vnum dicitur fieri ex alio primo, quia ſequitur poſt illud ſecundum ordinem temporis: ſecundo tamquam ex materia, quæ inſit, & formetur per formam: tertio tamquam ex contrario, quod deſtruitur: quarto tamquam ex principio mouente, & ex cauſa efficiente. Tom. 4, pagin. 465, lib. 1. de Gener. animal. cap. 8. num. 23.

Quo pacto animalia, & plantæ dicantur fieri ex ſemine Ibid. pag. 466. num. 23.

Quare aliqua facta dicantur eſſe ſubiectum, non autem ex ſubiecto: alia è conuerſo dicantur eſſe ex ſubiecto, non autem ſubiectum. Tom. 5, pagin. 187, lib. 7. metaph. cap. 8. num. 10.

Aliqui ſapientes cenſuerunt entia facta fuiſſe ex nihilo. Tom. 5, pag. 418, lib. de Xenoph. capit. 2, num 2. 3.

Ex eo, quod ex nihilo nihil fiat, non ſequitur omnia eſſe ingenita. Ibidem pagin. 419. cap, 3. per totum.

Quæ fiunt, fiunt vel à natura, vel ab arte, vel à casu: explicatur. Tom. 5. pagin. 183, lib. 7. metaph. cap. 8. num. 1

Omnia, quæ fiunt, quomodocumque fiant, conueniunt in hoc, quod ab aliquo, & ex aliquo, & aliquid fiunt. Ibid.

Oſtenditur propriè fieri ſolum compoſitũ, materiam, & formam propriè non fieri. Tom. 5. pag. 187, lib. 7. metaph. capit. 9. per totum.

Vide generatio.

FIGVLVS Prouerbio, circumfertur figulus odit figulũ, quia ſimile ſolet odiſſe ſimile. To. 2. pagin. 463. lib. 7. mor. ad Eud. cap. 1. num. 10.

FIGVRA, & forma conſtituunt quartam ſpeciem qualitatis: ex gr. qualitas ſuperficiei eſt eſſe triangulare, vel quadrangulare &c. Tom. 3, pagin. 52, lib. Prædicam. cap. 9, num. 6 & Tom. 3, pagin. 212, lib. 7. Phyſic. cap. 4, nu. 2.

Nomine figuræ intelligitur, per quam vndique terminatur quantitas rei. Tom. 3. pagin. 212. lib. 7. Phyſic. capit. 4, num. 2.

Non datur per ſe alteratio ad figuram, quia res vel mutant figuram per ſolum motũ localem ſine vlla alteratione, vel alterantur in aliqua paſſibili qualitate, ad quam deinde ſequitur mutatio figuræ. Ibid. pag. 212. num. 3.

Per figuras res artificiales accipiunt perfectionem, & complementum, ideo quæ propriè non alterantur. Ibidem pag. 213, num. 5.

Spatium planum implent ſolum tres figuræ, nimirum triangularis, quadrangularis, & exagona: ſpatium ſolidum implent ſolum figura pyramidalis, & cubica. Tom 3. pag. 420, lib 3. de cœlo, capit. 13, num. 2.

Antiqui quinque corporibus ſimplicibus, nimirum cœlo, & elementis aſſignarunt quinque figuras, ac cœlo aſſignarunt figuram ſphæricam, igni pyramidalem, aeri octoedram, ſeu octo baſium, aquæ icoſoedram, ſeu viginti baſium, terræ demũ cubicam, ſeu ſex baſium quadratarum. Reijcitur hæc opinio. Ibidem pagin. 419, cap. 3. per totum.

Oſtenditur elementa non conſtitui per figuras. Ibid.

Oſtenditur figuram non poſſe eſſe cauſam, vt corpora ſimpliciter moueantur ſurſũ, aut deorſum, ſed ſolum poſſe eſſe cauſam, vt moueantur velocius aut tardius. Tom. 3, pag. 441, lib. 4. de cœlo, capit. 9. per totum.

Corpora, quæ habent figuram latiorem, quia plus debent diuidere, difficilius diuidunt medium: at quæ habent figuram angustiorem, quia minus debent diuidere, facilius diuidunt. Ibidem pagin. 442, num. 7.

Species figurarum rectilinearum ſunt triangulum, quadrangulum, pentagonum &c, & ordinantur ita, vt triangulum cõtineatur potentialiter in quadrangulo, quadrangulum in pentagono, & ſic deinceps. To. 4, pag 253, lib. 2. de anima, cap. 4, num 5.

Non datur ratio communis figuræ *vt ſic*, quæ ſit idea ſeparata ab omnibus figuris particularibus. Ibidem pagin. 253, num. 6.

Figura, & alia ſenſibilia communia immutant ſenſum, ac faciunt, vt eliciamus diuerſam ſenſationem, adeoque per ſe, & non per accidens ſunt ſenſibi ia. Tom. 4. pag 289, lib. 2. de anima, cap. 17, nu. 5.

Democritus, & alij antiqui ſapores reducebant ad figuras, & dicebant ſaporem acutum causari à corporibus habentibus figuram acutam. Reijcitur. Tom. 4, pag. 350, lib. de ſenſu, & ſenſibili, capit. 4. num. 12.

Nullus ſenſus melius diſcernit figuras, quã viſus. Si verò ſapores eſſent figuræ, gu-

ſtus

ſtus deberet melius diſcernere figuras, quam viſus. Ibidem pag.350,nu.13.

Figuræ non habent contrarietatem, & ſunt infinitæ ſicut numeri. Ibidem pagin.350, num 14,15.

Figuræ non dantur actu, ſed ſolum potentia intra corpora,adeoque intra lapidem rudem non datur actu figura Mercurij, Tom.5, pag. 78, lib.3.metaphyſic. cap. 8, num 3.

Figura circularis eſt prima inter planas, figura ſphœrica eſt prima inter ſolidas, ideoque figura ſphœrica debetur primo corpori, hoc eſt cœlo. To.3, pag.353,lib. 2 de cœlo,cap.4,num.1.2.

Illi, qui figuras ordinant ſecundum numeros, circulo tribuunt vnitatem, quia continetur vnica linea,triangulo dualitatem, quia habet tres angulos æquales duobus rectis &c. Ibid pagin 354, num.6.

Democritus arbitratus eſt formam conſtitutiuam animalium, aliarumque rerum naturalium eſſe figuram externam. Reijcitur. Tom.4, pagin.9. lib. 1. de partib.anim. cap.9,num. 22,23,24

FIGVRA dictionis. Vide fallacia figuræ dictionis.

FIGVRÆ ſyllogiſmi. Vide ſyllogiſmorum figuræ.

FIGVRATIVA. Vide delineatiua.

FILIVS. Aliquando ex parentibus læſis oriuntur filij læſi, aliquando è conuerſo. Aliquando naſcuntur ſimiles parentibus, aut auis, aliquando non: aliquando naſcuntur ſimiles patri, aliquando matri. Tom.3, pag. 928, lib 7. de Hiſtor.animal. cap.6,nu.8.9.10.11.12,&,Tom.4, pag 464, lib.1. de Gener. anim. cap. 18, num.18.

Vt plurimum filij naſcuntur ſimiles patri, filiæ ſimiles matri. Ibidem num. 10.

Vt plurimum gemelli ſunt ſimiles,aliquando diſſimiles. Ibid. num.11.

Filij ſolent eſſe ſimiles parentibus etiam in voce, pilis, vnguibus,motu, & in quibuſdam, quæ generans dum generabat, adhuc non habebat, puta in barba, canis &c. Tom. 4, pagin.458,lib. 1. de Gener. animal.capit.18. num.2.

Filij aliquando naſcuntur ſimiles auis &c, & aliquando ſimilitudo redditur poſt plures generationes, vt in Helide,cum mulier concepiſſet ex Æthiope; peperit filiam non nigram, ſed filius filiæ natus eſt niger,ac ſimilis auo. Ibid.

Filij ſolent naſci ſimiles parentibus, quia ſemen,quod eſt excrementum,ſeu reſiduũ vltimi alimenti, eſt ſimile alimento,quod remanet, adeoque quales ex vltimo alimento fieri ſolent partes generantis, tales ex excremento eiuſdem vltimi alimẽti fiunt partes geniti. Tom. 4. pag. 474, lib.1. de Gener anim. cap.19, num.5.

Animalia perfectiora magis conſulunt bono filiorum,quam imperfectiora. In primo igitur, & infimo gradu ſunt, quæ conſulunt bono prolis ſolum vſque ad partum: in ſecundo quæ poſt partum conſulunt,donec prolem perficiant, & ex ouis excludant. in tertio quæ prolem etiam pro aliquo tempore nutriunt: in quarto in quibus mutua conſuetudo, & caritas ſeruatur inter parentes, & filios iam adultos, vt homo, & quædam quadrupedes.Tom.4.pagin.558,lib. 3.deGen. anim.cap.2, num.12.

Filius cum non naſcitur ſimilis parenti, eſt quodammodo monſtrum, ſiquidem degenerat à ſuo principio. Tom. 4, pagin. 600, lib 4. de Gener. animalium, cap.3, num.2.

Quare aliquando filij naſcantur ſimiles patri, aliquando matri, aliquando auo, vel alteri ex maioribus. Ibid. pag.602.num. 8,9,10, 11,12.

Quare aliquando filij naſcantur ſimiles patri,aut matri, vel alicui ex progenitoribus,non quoad totum, ſed quoad partes. Ibid pag.603,num.12.

Reijcitur opinio dicens filios naſci ſimiliores patri,vel matri,prout plus ſeminis fuerit deciſum ex patre,vel matre.Ibidem pagin.605.num 16,17,18,19,20,21,22,23.

Filius dum eſt paruus,& non eſt emancipatus, eſt veluti pars, & membrum patris, ideoque inter patrem,& filium non datur iuſtum ſimpliciter; ſiquidem pater non poteſt ſimpliciter eſſe iuſtus erga ſuam partem. Tom.2. pagin. 141,lib.5. Ethicor. capit.7,num.6, & pagin. 342. lib.1. magmor.capit 31,num.8.

Pater non coiuit in ſocietatem cum filio per legem, ideoque inter patrem, & filiũ non datur iuſtum ciuile.Ibid pag.142,nu. 7, & pag.342, lib.1.mag. moral.capit.31, num. 8.

Parentes magis diligunt filios, quam à filijs amentur, tum quia magis ſciunt illos eſſe ſuos filios,quam filij ſciant eſſe ſuos parentes; tum quia parentes amant filios vt partem ſui, filij amant parentes vt principia; tum quia longiori tempore dilexerunt filios. Tom.2, pagin.243.lib.8.Ethic. cap.

cap. 12, num. 3, 4, 5.

Matres amant filios magis, quam patres, tũ quia magis sciunt illos esse filios, quam patres, tum quia filij magis videntur partes matrum, quam patrum, tum quia prius experiuntur illos in vtero, adeoque prius incipiunt amare. Ibidem pag. 243, num. 6.

Amicitia filiorum ad parentes, & hominum ad Deum est tanquam ad aliquid superexcellens, siquidem filij acceperunt à parentibus maxima beneficia, hoc est nutritionem, & educationem. Quia verò filij, & parentes magis communicant, quam extranei, ideo amicitia ipsorum est vtilior, & delectabilior. Ibidem pagin. 244, num. 9.

Amicitia coniugalis confirmatur, & stabilitur per filios, ideoque filij sunt nexus, & vincula amicitiæ coniugalis. Ibidem pag. 244, num. 11.

Apud quosdam Libyæ populos licet vxores essent communes, tamen filij proprij vnicuique assignabantur secundum similitudinem. Tom. 3, pagin. 546, lib. 2. Ethic. cap. 2, num. 6.

Quæ circa coniugia, & filiorum procreationem sint obseruanda. Tom. 2, pagin. 766. lib. 7. Polit. cap. 16, per totum.

In coniugijs curandum est, vt filij nascituri nec nimis distent ab ætate parentum, nec sint illi nimis propinqui. Nam si nimis distent, parentes moriuntur filijs adhuc pueris, adeoque neque parentes possunt filijs præstare educationem, neque filij possunt parentibus reddere debitas gratias: si sint nimis propinqui, filij non præstant parentibus debitam reuerentiam, dum illos respiciunt vt æquales. Ibidem pag. 766, num 1.

Filij si rectè à parentibus educentur, probi euadent: si autem non rectè, periculum est, ne euadant mali cum damno etiam parentum. Tom. 2, pag. 799. lib 1. Oecon. capit. 8, num. 1.

Pater potest abdicare filiũ, quia pater semper est creditor: at filius non potest abdicare patrem, quia filius semper est debitor. Tom. 2, pag. 249. lib. 8. Ethicor. cap 14, num. 5.

FILIORVM communitas. Vide vxorum communitas.

FILIORVM educatio. Vide puerorum educatio. Iuuenum educatio.

FIMVS. Vide stercus.

FINIS. finalis causa. Finis dicitur dupliciter. Primo finis dicitur vltimũ rei quomodocumque. Secundo finis dicitur vltimum rei, cuius gratia res est, & hoc est optimum, ad quod cætera ordinantur. Tom. 3, pagin 44, lib. 2. Physicorum, capit. 4. num. 6

Compositum totum est, quod habet principium, medium, & finem. Finis est id, *quod sic opponitur principio, vt ipsum quidem necessario, vel plerumque debeat esse post aliud, at nihil debeat poni post ipsum.* Tom. 1, pag. 907, lib. Poet. cap. 5. num 4.

Omnis ars, & doctrina, actio, & electio appetit aliquem finem. Tom. 2, pagin. 3. lib. 1. ethic. cap. 1. num. 1.

Finis artium vel est actio, vel opus ab actione distinctum. Ibidem pagin. 4, numer. 2.

Fines artium architectonicarum sunt meliores finibus ministrantium. Ibidem pagin. 4. num. 4.

Ostenditur dari aliquem finem optimum totius vitæ, & eius contemplationem spectare ad moralem. Tom. 1, pag. 4. lib. 1. Ethic. cap. 2, per totum.

Finis totius vitæ vocatur felicitas, & quæritur, in quo consistat. Tom. 2, pagin. 8, lib. 1. Ethic. cap. 4, num. 2.

Vltimus finis debet esse bonum perfectum, & per se sufficiens, & quid sit vtrumque. Tom. 2. pagin. 15, lib. 1. Ethicor. capit. 7, num. 3.

Ex bonis alia sunt expetibilia gratia sui, & in ratione finis, alia sunt solum expetibilia gratia alterius. Tom. 2, pagin. 314, lib. 1. mag. mor. cap. 4. num. 8.

Finis est melior medijs, & finis perfectus est melior imperfecto. Ibidem pagin. 314. num. 9.

Finis perfectus est, quo obtento, nulla alia re indigemus, adeoque sumus contenti. Finis imperfectus est, quo obtento, adhuc indigemus alijs rebus, ac non sumus contenti. Felicitas est finis perfectus, qui est perfectum bonum, & optimum appetibilium. Ibidem pag. 314, num. 10.

Causa finalis dicitur finis, & bonum, cuius gratia aliquid fit. Non solum autem dicitur finis illud vltimum, propter quod actiones fiunt, sed etiam intermedia dicuntur finis. Tom. 3, pag. 46, lib. 2. Physic. cap. 5, num. 5.

Finis videtur minus causa, cum sit vltimũ, ideoque omissus fuit ab antiquis. Ostenditur tamen finem esse causam. Ibid.

Causa efficiens, & finalis se mutuo causant Ibid.

Digitized by Google

Ibid.pag. 47, num. 7.
Oſtenditur naturam agere propter finem. Tom.3, pag.58,lib.2.Phyſic.cap.9.per totum,& Tom. 4, pag. 12, lib. 1. de Part.anim.cap 1, num. 32.
Neceſſitas ratione finis eſt, per quam res neceſſario eſt faciẽda, vt obtineatur finis, & bonum. Tom. 3, pag. 62,lib.2.Phyſic. cap.10,initio, & Tom. 4. pagin. 13, lib.1. de Partib.anim.cap.1, num.37.
Oſtenditur contra antiquos naturam operari neceſſario, non ſolum ex neceſſitate materiæ, ſed etiam ex neceſſitate finis. Ibid.To.3.pag.62,num.1.& ſeq.
Finis in agibilibus ita ſe habet ad ea, quæ fiunt propter finem, ſicut in ſpeculabilibus principia ſe habent ad concluſiones. Ibid. pagin.63,num. 3.
Finis non eſt propriè actiuus. Tom. 3. pag. 479,lib.1.de Gener.cap.16, num.4.
Finis eſt prima cauſa rerum naturalium, ideoque prima ratio rerum naturalium debet reddi per finem. Tom. 4, pag.5,lib. 1. de part.anim cap.1, num.1.
Quo pacto ſit demonſtrandum per causam finalem, ſeu per neceſſitatem ratione finis, & per neceſſitatem ratione materiæ.Ibid. pag. 14. num.39.
Finis eſt duplex,nimirum finis *qui*, ſeu *cuius gratia* agitur,quod eſt bonum intentum,& finis, cui bonum intenditur. To. 4. pag. 255.lib.2.de anima,cap.5,num.3.
Finis, cuius gratia,& ea, quæ ſunt gratia finis ſunt mutuo priora, & poſteriora diuerſo modo prioritatis. Nam finis *cuius gratia* eſt prior eſſentia, natura, & perfectione: at id,quod eſt gratia finis, ſæpe eſt prius generatione. Tom.4.pagin.527, lib.2. de Gener.animal. cap.4, num.50.
In animalibus partes, quæ ſunt gratia finis generandi,ſunt priores generatione,quam finis: at partes,quæ ſunt inſtrumenta,quibus finis debet vti,ſunt poſteriores generatione, quam finis. Ibidem pagin. 528, num.54.
Rationes paſſionum communium toti ſpecies debemus aſſignare per finẽ, & quidditatem: at rationes paſſionum, quæ accidunt quibuſdam ſolum indiuiduis, debemus aſſignare per neceſſitatem materiæ. Tom. 4, pagin. 633. lib. 4. de Gener. anim.cap.1,num.3.
Democritus errauit, quia putauit in animalibus cauſas partiũ non deſumi ex fine,& bono, ſed ſolum ex neceſſitate materiæ. Tom.4,pag.663,lib.5. de Gen.animalium cap.8,num.8.
In finibus non poteſt procedi in infinitum: Tom.5, pag. 51, lib.2. metaphyſic. cap.2, numer.7,8,9,10.
Finis eſt principaliſſima cauſarum. Tom. 5. pagin. 58. lib. 3. metaphyſicorum, cap. 3. num. 3.
Mundus habet pro fine intrinſeco ordinem, pro fine extrinſeco primum motorem, hoc eſt Deum.Tom.5.pag.309,lib.12.metaph. cap.11. num. 1,2,3.
FINIS vitæ, *Finis vltimus*. Quæſtio de fine vitæ eſt difficillima. Tom.2.p.399, lib. 1. mor. ad Eud. capit.2,num.5.
Vita non eſt magnopere expetenda propter ſolas voluptates guſtus,& tactus.Ibidem pag.400.num.6.
Finem vitæ aliqui exiſtimant ſcientiam, alij virtutem,alij voluptatem.Ibidem pagin. 400, num.7.
Reijcitur opinio Socratis, qui docuit finem vitæ eſſe cognitionem virtutis. Tom. 2, pagin.401, lib. 1. moral. ad Eud. capite 3. num. 1. 2.
Finis optimus, & præſtantiſſimus vitæ eſt contemplatio, & cultus Dei. Tom. 2. pagin. 509,lib. 7, moral. ad Eud. cap. 19, num.9.
Vide felicitas.
FINITVM. Aliud eſt eſſe finitum, aliud includi altero: nam finitum dicitur abſolutè,eo quod res terminetur ſuo termino intrinſeco: at incluſum, & tangens dicitur relatiuè. Accidit igitur finito,vt ſit etiam incluſum, & tangens, ideoque poteſt aliquid eſſe finitum abſque eo, quod includatur, & tangat, & tale eſt vniuerſum. Tom.3, pag.91, lib.3. Phyſic. cap.3, num.3.
Finitum,auferendo ſemper aliquid finitum, & certum,tandem conſumitur, ita vt nihil remaneat ſubtrahendum. Tom.3 pag. 86,lib.3. Phyſic. cap.9. num. 5.
Corpus finitum non poteſt habere vires infinitas. Tom.3. pagin.316,lib.1. de cœlo, capit. 7 nu.16.
FINITVM nomen. Vide nomen finitum.
FINITA oratio. Vide oratio finita.
FISCVS. Bona damnatorum in democratia non ſunt diſtribuenda populo, ſed rebus ſacris applicanda, ne populus ſit nimis propenſus ad diuites condemnandos. Tom.1,pag. 721,lib. 6. Polit. capit.5. num.2.
FISSILE. Fiſſilia ſunt, *quæ poſſunt ita diuidi, vt diuiſio excurrat vlterius, quam diuidens*

immediata sui corporis interpositione diuidat. Tom.3, pagin. 680, lib.4.meteor. cap. 9.num 20.

Ex corporibus aliqua sunt fissilia vt lignū, alia non sunt fissilia, vt lapides, & fictilia. Ibid.

Illa corpora absolutè sunt fissilia, quæ habent multos poros, in quibus facilè diuiduntur, propinquos, ac dispositos secundum longitudinem, licet non secundum latitudinem, ideoque dum diuidens immediata sui corporis interpositione diuidit vsque ad aliquam partem, diuisio excurrit vlterius. Ibid.

Nullum corpus absolutè molle est fissile, nec omnia corpora dura sunt fissilia, sed illa, quæ neque sunt humida, neque impressibilia, neque friabilia. Ibid.

Aliquando eadem corpora sunt fissibilia simul, & secabilia, vt lignum. Ibidem num 22.

Quare ligna vt plurimum sint fissibilia solum secundum longitudinem, non secundum latitudinem. Ibidem.

FISTVLA. Ex animalibus aquatilibus aliqua carent branchijs, sed habent fistulam, vt delphin, qui habet fistulam in dorso, & balæna, quæ habet fistulam in fronte. Tom. 5, pagin. 703, lib.1. de Histor.anim. cap.5. num.1.

In magnis piscibus fistula, seu tubus, qui ex cuspide cordis egreditur, est valde crassus. Tom.3, pagin. 749, lib.2. de Histor.anim. cap.17.num.1.

Delphin, balænæ, & alia cete branchijs carent, sed quia habent pulmonem, adeoque respirant, gratia pulmonis habent fistulam, qua aquam, quam ore vna cum cibo accipiunt, eructant. Fistula verò constituta est in parte anteriore capitis. Tom. 4, pag. 174, lib.4. de part. animalium, cap. 13, num.16.

Animalia cetacea habent fistulam, qua aquam accipiunt, & reddunt, non ad vsum refrigerandi cor, & pulmones, alioquin fistula deberet terminari ad cor, & pulmones, & ad alias partes calidas, cum de facto terminetur ad cerebrum, quod est frigidum. Tom.4. pag. 698, lib.de Iuu. & senect. cap.12, num.2.

FLAGITIOSI. Vide mali.

FLAMMA, flammabilia. Flamma non tam est ignis, quam fumus accensus, adeoque fumus igneus. Tom.3, pagin. 500, lib.2. de Gener.animal capit 3, num.6.

Flamma nihil est aliud, quam spiritus ficci ardori. Tom.3, pag.538, lib.1. meteorol. cap.5, nu.3.

Flamma ardens est vnum ex meteoris igneis. Nam si exhalatio fumida accensa habeat magnam latitudinem, & longitudinem, ac sit continua, apparet à longe veluti flamma ardens non absimilis flammæ, quæ generatur, dum post messem in agris incenduntur stipulæ. Ibidem pag. 539. num.1. 4.

Flamma semper est noua, cum semper fiat ex nouo, & nouo humido accenso, ideoque propriè non alitur, quia quod alitur, debet idem permanere. Tom.3, pagin.578, lib.2.meteor. cap.2.num.7.

Flamma lucernæ alitur oleo & tandiu conseruatur, quamdiu non deficit oleum. Ibidem pag.378 num.5.

Ex combustibilibus aliqua sunt inflammabilia, alia non inflammabilia. Inflammabilia sunt, quæ flammam possunt concipere. Vniuersim ex corpora sunt inflammabilia, quæ cum contineant plurimum aeris, emittunt multum fumi. Oleum, pix &c, non tam sunt inflammabilia per se, quam alteri adiuncta. Tom.3, pag.684. lib. 4. meteor. cap.4, num.29.

Aqua feruens, si tangatur, magis calefacit, quam flamma, ideoque in aliquo sensu est calidior, quam flamma: at flamma magis, quam aqua vrit materiam combustibilem, & liquefacit materiam liquabilem, ideoque in aliquo alio sensu flamma est calidior, quam aqua feruens. To.4, pagin. 36, lib. 2. de part.animalium, cap. 2, num 11.

Quidam antiquorum dixerunt lumen esse ignem tenuissimum, ac distinxerunt tres species ignis: carbonem, qui est ignis crassior: flammam, quæ est ignis subtilior; & lumen, quod est ignis subtilissimus Tom.4, pagin.267, lib.2.de anima, cap.10 num.6.

Flamma cum sit spiritus accensus, est tenuissima, ac potest penetrare intra poros, adeoque comburere. Aqua licet aliquando sit calidior, quam flamma, quia propter suam crassitiem non potest penetrare intra poros, non potest comburere. Tom. 5, pag. 683, sect.24 probl. nu.3.
Vide ignis.

FLATVS. Quædam flatuosa in pastum exhibita ouibus, capris, & bobus ita distendunt vbera, vt plurimum lactis dent. To. 3, pag.788, lib.3. de Hist.animalium, cap. 21, num. 3.

Quare

Quare non oporteat flatus emittere, nisi cum corpus turgens id postulat. Tom 5. pag.490,sect.4.probl. num.9.

Solus homo præ cæteris animalibus laborat morbo vitiliginis, quia præ cæteris animalibus laborat flatibus, & cutem habet tenuissimam: vitiligo autem causatur à flatibus, præsertim cum cutis est tenuis. Tom.5. pag.526,sect 10. problematum, num.5.

Ad sanitatem melius est cubare corpore contracto, quam extenso, quia in ventre relinquitur locus flatibus. Tom. 5, pag. 510. sect. 6 problem. num. 2.

Vinum, & melancholia conueniunt in flatuositate, ideoque conueniunt in causandis plurimis effectibus. tom. 5. pag. 736, sect 30.probl.nu,1. B.

Flatus excitant libidinem:& quia vinum,& melancholia conueniunt in flatuositate, conueniunt in libidine excitanda. Ibidem.

Semen non expellitur, nisi flatu vrgente. Ibid.

Esculenta, & poculenta excitant ad libidinem,quatenus flatu implent.Ibid.

Emissio flatuum, & ructuum non censentur diuina, at sternutamentum censetur diuinum,quia flatus prodeunt ex aluo inferiore, ructus ex ventriculo, sternutamentum ex capite, quod est pars quædã diuina. Tom.5.pagin.764,.sect.23. prob. num.9.

Eruptio flatus, cum causetur ex calore digerente, & concoquente,significat, quod pars bene se habet, cum possit suo calore flatus concoquere.Ibid.

Flatus, & ructus eorum, qui abundant cruditatibus, fœdius olent, quia cruditas est causa fœtoris. Tom.5,pagin.579,sect.13. probl. num.4.

Vide venti.

FLAVVS color aliquando apparet in Iride, quia color puniceus propter propinquitatem cum viridi videtur clarior, adeoque flauus. Tom.3. pag.639,lib.3.meteor. cap.4, num.21.

FLENTES, fletus. Vide lugentes, luctus.

FLEXIBILIA,& inflexibilia.Ex corporibus aliqua sunt flexibilia, vt harundo,& vimen, alia sunt inflexibilia,vt lapides &c. Flexibilia,& dirigibilia sunt, *quorum longitudo ex recta potest fieri curua, & è conuerso*, To.4 pag.677lib.4.meteor. cap.9. num.9, 10.

FLEXIO, *est motus à rectitudine ad conuexitatem, vel curuitatem, stante longitudine, qua flectitur, non frangatur.* Tom. 3. pag.678. lib.4 meteor. cap.9, num. 10.

Ligna longiora si tollantur, magis flectuntur & quare. tom.4, pag. 740, lib. Quæst. mechan. quæst. 16. per totam.

FLEXIONES membrorum. Crura tum anteriora, tum posteriora cæterorum animalium habent flexiones contrarias, tum inter se,tum flexionibus,per quas curuãtur crura. & brachia hominis:& quo pacto homines, & alia plura animalia flectant crura,vel brachia. Tom.3, pag.727, lib,2.de Histor.animal. cap.1, num 6.7,8, 9, 10, 11,12,13.

Flexio membrorum *est mutatio, per quam quod erat rectum, fit curuum, vel quod curebat angulo, acquirit angulum*. Tom.4,pagin.188, lib.de incess. animalium, capit.7. num 1,

Membra non possunt flecti, nisi aliqua parte, vel aliquo puncto immoto, cæteræ partes moueantur cum quodam respectu ad illud punctum immotum.Ibid.

Ostenditur, quod ad hoc, vt animalia moueantur, debent habere membra flexibilia, & illa flectere, & quod si non possent flectere membra, neque possent moueri motu progressiuo, vt terrestria neque motu volatus, vt aues, neque motu natatus, vt pisces. Ibidem pag. 188, num 2, & sequ.

Quo pacto homines, & quadrupedes flectant crura, & brachia,& affertur ratio, cur sic flectant. tom.4,pag.197.lib.de inc. anim cap 11 per totum.

Quot sint combinationes flexionum, &quibus flexionibus moueantur homines, & quadrupedes. tom.4, pag.200, lib.de inc. anim.cap.11,per totum.

Quo pacto aues inflectant crura, & alas, & prupter quam causam.Tom.4.pagin.202, lib.de incess.animalium, capit.13. per totum.

FLORES è longinquo emittunt odorem suum ex propinquo emittunt odorem herbæ, & quare. tom 5. pag.576,sect.12. probl num.4.9.

Flores contusi deterius olent, quia per contusionem pars terrea miscetur odoriferæ, atque hebetat,& deprauat odorem .Ibid. pag.577,num.11.

FLOS purpuræ. Pars illa purpurarum, quæ dicitur flos, quo tinguntur lanæ, sita est inter collum,& papauer. Describitur flos purpurarum. Tom. 3. pag.842. lib 5 de

Hist. animal. capit. 15, num. 5.
Quo pacto colligatur flos purpurarum. Ibid.
Si accidat, vt purpuræ moriantur, antequam frangantur, vna cum vita cuomunt florem. Ibid.
Vide purpuræ.
FLORVS auis. Inter aues vermiuoras recẽsendus est florus, qui præditus est magnitudine fringillæ, Tom. 3, pag. 943. lib. 8. de Hist. anim. cap. 3, num. 2.
Anthus, seu florus hostis est equi: abigit enim equum à pastu. Florus vescitur herba: oculos habet nubecula impeditos, ideoque hebetius videt: imitatur vocem equinam, atque equo aduolans illum terret: equus autem anthum si capiat, interficit. Degit prope fluuios, & paludes; pulchro colore est præditus, & cibo vtitur facile parabili. Tom 3, pagin. 983, lib. 9. de Histor. animal. cap. 1, num. 16.
Inimici sunt inuicem anthus, seu florus, achantis, seu spinus, & Aegithus, qui est de genere accipitrum. Imo asserunt sanguinem flori, & Aegithi non commiscerii. Ibid. pag. 984, num. 23.
FLVCTVS, & vndæ frangi non solent in mari profundo, sed solum in paruo, & breui, quia ventus facilius diuidit parum, quam multum aquæ. Tom. 5, pagin. 669, sect. 23. problematum, nu. 1, & pag. 677. num. 24.
Quare in mari aliquando prius in aliquo loco moueantur fluctus, & vndæ, quam ad talem locum perueniat ventus, siue aer motus. Ibidem pagin. 699, num. 2, 10, 11. 28.
Quare si anchora, vel aliud corpus graue iactum fuerit in mare vndabundum, atq; æstuans, vndæ pro aliquo tempore resideant, & quiescant. Ibidem pagin 670, num. 4.
In mari altiori, & profundiori tardius subsidunt vndæ, quia tardius quiescunt à paruo, quam à magno motu, & agitatione. Ibidem pag. 675. num. 17.
FLVMINA. Proponitur, ac reijcitur opinio dicentium aquam fluminum non generari de nouo, sed eam, quæ per pluuias fuit intra terram collecta, exire. Tom. 3, pag. 563. lib. 1. meteor. capit. 13, num. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.
Ostenditur aquam fluminum generari ex vaporibus intra terram, eo pacto, quo aqua pluuia generatur ex vaporibus supra terram. Ibid. pag. 563, num. 6, 7.
Probatur inductione fluuios, & fontes oriri ex montibus, & maximos fluuios oriri ex maximis montibus. Ibidem pag. 563, num. 7, 8.
Ostenditur dari magnas terrarum aperturas, per quas possint fluere flumina, & aquæ subterraneæ. Ibid. pag. 566, num. 11.
Ostenditur fieri maximas mutationes fluminum, per quas in quibusdam locis de nouo generentur, in alijs deficiant. Tom. 4, pag. 567, lib. 1. meteor. cap. 14, per totum.
Mare licet recipiat flumina, non fit maius, quia aqua fluuiorum ad mare perueniens expanditur in maximam latitudinem, ideoque citissimè eleuatur mutata in vaporem. Tom. 3, pag. 580, lib. 2. meteor. capit. 2, num. 12, 13.
Proponitur, ac reijcitur opinio Platonis de tartaro, ex quo oriuntur mare, & omnia flumina. Ibid pag. 580. num. 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20.
Flumen non est solum aqua mota, sed est aqua ita mota, vt fluat ex fonte. Tom. 3, pag. 592, lib. 1. meteor cap. 4, num. 8.
Aliqua flumina absorbentur, ac deinde redduntur alijs in locis, ac præsertim in Arcadia. Tom. 3, pag. 566, lib. 1. meteor. cap. 13. num. 11.
Flumina in ortu solent esse parua, deinde euadunt magna, quia dum longo spatio fluunt per loca concaua, excipiunt multos amnes, ideoque Nilus, & Danubius, qui longissimo terrarum spatio decurrunt, sunt maxima fluminum ingredientium in mare mediterraneum. Tom. 3. pagin. 582, lib. 2. meteor. cap. 2, num. 18.
In Antandria duo flumina sunt, quorum alterius potu albi, alterius nigri agni efficiuntur. Ex potu scamandri dicuntur oriri agni rufi, ideoque quidam putant Scamandrum ab Homero vocari Xanthum. Tom. 3, pag. 779 lib. 3. de Histor. anim. capit. 12, num. 1.
Multi pisces, vt amia, mugil ingrediuntur in fluuios, in ijsque bene se habent, quia delectantur aqua dulci: Gobij etiam in fluuijs pinguescunt. Tom. 3, pagin. 966, lib. 8. de Hist. anim. cap. 19, nu. 1.
Mane ex fluminibus spirat aura frigida, ex mari non spirat, quia flumina ex sua natura sunt frigida, mare non est frigidum. Tom. 5, pagin. 675, sect. 23. problematum num. 16.
Lacus sunt candidiores non solum mari, sed etiam fluuijs, ideoque pistores non inep-

tè pingunt lacus albos, flumina pallida, lacus cæruleos. Tom. 5. pag. 671. sect 23. prob num. 6.

FLVXIONES in animali generantur proportionaliter, ac pluuiæ in mundo: nam sicut terra calefacta, ascendunt vapores, qui deinde frigiditate loci superius coacti descendunt in pluuias, sic cibi vapores à calore stomachi, hepatis, & cordis calefacti ascendunt ad cerebrum, & à frigiditate cerebri coacti conuertuntur in fluxiones pituitæ, saniei &c. Tom. 4. pag. 50, lib. 2. de part. animalium, cap. 7, num. 7, & pag. 398, lib. de somno, & vig. cap. 6 num 4.

FLVXVS maris. Affertur causa fluxuum, per quos aqua ex vno mari defluit in aliud. Tom. 3, pagin. 575, lib. 2. meteor. cap. 1, num. 9, 10, 11.

Ratio, cur mare mediterraneum fluat, est duplex. Prima est multitudo fluuiorum: secunda est altitudo terræ septentrionalis. Ibidem num. 10. 11.

FLVXVS sanguinis. Si in mulieribus sanguis menstruus vitietur, immodicè effluit, & causat morbũ, qui vocatur fluxus sanguinis. Tom. 3. pagin. 784, lib. 3. de Hist. animal. capit. 19, num. 13.

FOECVNDITAS, foecunda. Tum mares, tum fœminæ cum sunt pinguiores, sunt minus fœcundi. Tom. 3, pag. 782, lib. 3. de Histor. anim. cap. 18, nu. 2.

Sicut aliquandb in mulieribus, ac viris mutatur temperamentum, sic mutatur fœcunditas, adeoque ex fœcundis fiunt infœcundi, vel è conuerso: ex fœcundis masculorum euadunt fœcundi fœminarum, vel è conuerso. Tom. 4. pagin. 462, lib. 2. de Gen. anim. cap. 18. num. 12.

Pingues solent esse minus fœcundi, quam non pingues, quia pingues propter bonã vim concoctiuam alimenti conuertunt in pinguedinem etiam illud excrementum alimenti, quod deberent conuertere in semen. Tom. 4, pag. 471, lib. 1. de Gener. anim. cap 18. num. 41.

Fœdera. Vide pacta.

FOEMINA definitur *animal habens potentiam, vt in eo aliud generet.* Tom. 1. pagin. 441, lib. 1. topic. cap. 13, num. 12.

Fœmina est *quod recipit semen ab alio*, & in quibusdam animalibus non datur distinctio maris, ac fœminæ. Tom. 3. pagin. 702, lib. 1. de Histor. anim. cap 3, num. 1.

Mares, & fœminæ non differunt in vllis partibus interioribus, præter quam in vtero. Tom. 3, pag. 724, lib 1. de Histor. animal. cap. 19, num. 1.

Fœminarum sanguis est crassior, & nigrior sanguine marium, si cætera sint paria quoad ætatem, & valetudinem. Fœminæ minus habent sanguinis in partibus exterioribus plus in interioribus. Mulieres plus habent sanguinis, & plus emittunt menstruorum, quam fœminæ aliorum animalium. Si sanguis menstruus vitietur, immodicè effluit, & causat morbum, qui vocatur fluxus sanguinis: aliis morbis sanguineis fœminæ minus laborant, quam viri, siquidem paucæ laborant varicibus, hoc est tumore venarum, fluxu sanguinis ex naribus, & ex venis emorrhoidalibus. Tom. 3, pag. 784, lib. 3. de Hist. anim. cap. 19, num. 13.

Explicantur aliquæ differentiæ, per quas in animalibus habentibus sexum mares differunt à fœminis. Tom. 3. pagin. 885, lib. 4. de Histor. animalium, cap. 11, num. 6, 7, 8, 9, 10.

In animalibus terrestribus sanguineis viuiparis vt plurimũ fœminæ sunt minores maribus: in ouiparis, ac vermiparis, quales sunt pisces præsertim cartilaginei, & insecta, fœminæ solent esse maiores maribus. Ibid. pag. 825, num. 6, 7. & pag. 819. lib. 5. de Histor. animalium, capit. 5. numer. 2.

In maribus partes superiores, & anteriores solent esse præstantiores, & validiores, quam in fœminis, at partes inferiores in fœminis solent esse validiores, quam in maribus: vniuersim verò fœminæ sunt eneruatiores, & infirmiores. Ibidem numer. 8. 9.

Fœminæ solent carere quibusdam partibus, quæ datæ sunt maribus, vt arma. Ibid. pag. 826. num. 10.

Quædam animalia, quæ per se, & sine coitu generant, videntur esse simul mares, & fœminæ. Ibid. pag. 824. num. 1.

In plerisque animalibus fœminæ habent vocem acutiorem, quam mares: at in genere boum contrarium accidit. Tom 3, pag. 837, lib. 5 de Histor. anim. cap. 14, num. 6, & pagina 826, lib. 4, capit. 11, numer. 9.

Vt plurimum mares emittunt vocem tempore coitus, fœminæ tempore metus: & explicantur alia quædam spectantia ad vocem marium, & fœminarum. Ibidem.

Fœminæ vt plurimum carne humidiore, ac

ac proinde molliore ſunt præditæ: genua habent planiora, crura tenuiora, ac pedes elegantiores. Tom. 3. pag. 826, lib. 4. de Hiſtor. anim. cap. 11, num. 9.

In genere piſcium fœminæ ſolent eſſe vitæ diuturnioris, quam mares, ideoque ex piſcibus, qui capiuntur, fœminæ ſolent eſſe grandiores natu. Ibidem pagin. 825, num. 7.

Ex ouis longioribus, magiſque acuminatis naſci ſolent fœminæ, ex latioribus mares. Tom. 3. pag. 869. lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 2, num. 2.

In genere columbarum, & aliorum etiam animalium, fœminæ poſt partum ſolent eſſe acerbiores, & efferatiores maribus. Tom. 3, pagin. 876, lib. 6. de Hiſtor. anim. cap. 5, num. 2.

Fœminæ poſt partum ſolent euadere ferociores ex amore prolis. Tom. 3, pagin. 896, lib. 6. de Hiſtor. animalium, capit. 18. num. 2.

Fœminæ præſertim equorum, & ſuum ferociunt ex libidine. Deſcribuntur. Ibid. pagin. 897, num. 3.

Vt plurimum mares moueri ſolent in vtero die quadrageſimo in latere dextro, fœminæ die nonageſimo in latere ſiniſtro: ſed ſæpe accidit oppoſitum. Maſculi ſolent eſſe formati die quadrageſimo, fœminæ die nonageſimo. Tom. 3, pagin. 922, lib. 7. de Hiſtor. animalium, capite 3. numer. 4. 5. 6. 7.

Vt plurimum in vtero ſerius formatur fœmina, quam mas, vt patet in abortibus: ſerius etiam oritur, ſiquidem ſæpius oritur menſe decimo, quam mas. Ibidem numer. 8.

Fœminæ vt plurimum naſcuntur ſimiles matri, mares patri, ſed aliquando accidit oppoſitum. Tom. 3, pag 928, lib. 7. de Hiſtor. anim. cap. 6, num. 10.

Aliquæ fœminæ participant mores, & proprietates maſculorum, & è conuerſo, ac proinde dicuntur habere naturam peruerſam. Tom. 3, pag. 939, lib. 8. de Hiſt. anim. cap 2, num. 9.

In quadrupedibus viuiparis fœminæ mollioribus moribus ſunt præditæ, ideoque citius curantur, quam mares. Rurſus ſunt minus animoſæ, quam mares, exceptis vrſa, & panthera: at fœminæ ſunt malitioſiores, aſtutiores, inſidioſiores, ac de prole tuenda magis ſollicitæ, quam mares. Tom. 3, pagin. 930, lib. 9, de Hiſt. animal. cap. 9. num. 3. 4.

Quia vt plurimum mares ſunt violentiores, & firmiores fœminis, ſolent habere oſſa duriora, quam fœminæ. Tom. 4, pagin. 56, lib. 2. de part. animalium, capit. 9, num 7.

Dentes exertos, aliaque arma ad pugnandũ natura tribuit maribus, vel ſolis, vel maximè, quia mares vtpote robuſtiores fœminis melius poſſunt armis vti. Tom. 4. pagin 78, lib. 3. de partib. animal. capit. 3. numer. 6.

In hominibus non ſola fœmina, ſed etiam mas habet mammas: in alijs animalibus ſolæ fœminæ ſolent habere mammas, vt patet in equis, in quibus ex maribus illi ſolum habent mammas, qui naſcuntur ſimiles matri. Tom. 4. pag. 135, lib 4. de partib. animal. cap. 10, num 25.

Diſtinctio maris à fœmina datur in omnibus animalibus ſanguineis, paucis exceptis, & in quibuſdam exanguibus. Vt plurimum animalia, quæ mouentur motu progreſſiuo, habent diſtinctionem ſexus: animalia teſtacea, ac locum non mutantia carent hac diſtinctione. Tom. 4. pag. 440, lib. 1. de Gener. anim. cap. 1, num 3. 4. 5, 8.

In plantis non datur mas, neque fœmina, niſi ſecundum aliquam ſimilitudinem, in quantum aliquæ ferunt fructum, ideoque videntur fœminæ, aliæ non ferunt fructum, ſed ſua propinquitate iuuant fructiferas ad fructus maturandos, vt accidit in ficu, & caprificu, & in palmis. Ibid. num. 8.

Mas eſt principium efficiens, fœmina eſt principium materiale generationis, ac mas eſt, *quod generat prolem in alio*; fœmina *quod generat in ſe ipſo*: ideoque terra dicitur fœmina, cœlum mas. Tom. 4, pagin. 442, lib. 1. de Gener. anim. cap. 2, num. 2. 3. 4.

Licet totum animal ſit mas, aut fœmina, tamen ſunt tales quoad partes determinatas generationi ſeruientes, ac partes propriæ fœminarum ſunt vteri: & quia partes, in quibus mares differunt à fœminis habent rationem principij, ex differentia in talibus partibus ſequitur magna differentia in toto animali. Ibid. pag. 443, num. 5, 6, 7.

Plato exiſtimauit ex ſingulis partibus maris, ac fœminæ decidi ſingulas partes feminis, ac geniti, puta ex capite vtriuſque decidi paruum caput &c. Empedocles è conuerſo cenſuit ex mare deſumi partes prin-

Digitized by Google

principaliores, puta caput, cor, ex fœmina partes minus principales. Ostenditur Empedoclem meliùs fuisse philosophatum. Tom. 4. pagin. 559, lib. 1. de Gen. anim. cap. 18, num. 45.

Empedocles existimauit aliquando generari marem, aliquando fœminam, quia mas generatur ex sanguine puro, & calidiore, fœmina ex sanguine minus puro, & minus calido. Ibid. pag. 462, lib. 1. de Gen. anim. cap. 18, num. 12.

Fœminæ solent esse venis minus tumidis præditæ, & corpora habent læuiora, & molliora, quam mares, quia illis per menstrua effluit multum sanguinis, qui venas deberet implere, & effluunt etiam illa excrementa, quæ in maribus causant quamdam asperitatem. Solent etiam esse minores maribus, quia per menstrua effluit multum alimenti, quod in maribus conuertitur in magnitudinem. Tom. 4, pagin. 476, lib. 1, de Gen, animal. cap. 19. num. 10.

Fœminæ cum emittunt menstrua, neque laborant marisci is, neque fluxu sanguinis ex naribus, neque alio simili morbo causato ex sanguine excrementitio. Ibidem num. 9.

Ostenditur fœminas non emittere verum semen, quale emittunt mares. Ibidem pag. 475, num 11 & sequent.

Quare licet humor menstruus sit necessarius ad generationē, tamen aliquæ concipiant, licet numquam emiserint menstrua. Ibid. pag. 477, num. 14.

Quare licet foetus plerumque concipiatur post purgationes menstruas, aliquæ concipere soleant solum eo tempore, quo emittunt menstrua, & neque ante, neque post. Ibidem num. 15.

Ostenditur, quod licet fœminæ emittāt cum voluptate quemdam humorem distinctum à menstruis, tamen talis humor nō est semen. Tom 4, pag. 473, lib. 1. de Gen. anim. cap. 20, num. 1. & sequ. & pagin. 417, lib. 2. de Generat. animal. capit. 4. num. 20.

Fœminæ ad generationem non conferunt semen actiuum: in animalibus tamen sanguineis conferunt menstrua, in animalibus exanguibus conferunt aliquid proportionale menstruis, ideoque concurrunt ad generationem solum passiuè. Ibidem pag 483, nu. 14, 20.

Fœmina non potest generare sine concursu maris, quia præstat solum materiam foetus, ideoque requiritur, vt mas tribuat semen actiuum. Debet tamen foetus generari in fœmina, quia debet generari in eo, in quo est materia. Ibidem pagin. 486, numer 21, 22. & pagin. 523, lib. 2. de Generat. animal. cap. 4. num. 38, & sequ.

In quibusdam animalibus mas nullum semen immittit in fœminam, sed fœmina quamdam suam particulam immittit in marem; atque ita se habet, sicut qui deferunt materiam ad opificem, vt illam formet. Ibid. pag 486, num. 24.

Animalia, in quibus datur distinctio maris, ac fœminæ, sunt quasi plantæ diuisæ: plantæ autem sunt quasi animalia coniuncta. Ibid. pag. 518, nu. 26.

In plantis mas, & fœmina sunt coniuncta, quia vnicum plantarum opus est generare: in animalibus sunt diuisa, quia opus ipsorum est etiam cognoscere: coniunctio autem maris cum fœmina impedit cognitionem, vt patet ex eo, quia animalia tempore coitus imperfectissimè cognoscunt. Ibidem pagin. 488, num. 27. & pagin. 491. lib. 2. de Gener. animal. cap. 1. num. 7.

Mas, & fœmina sunt gratia generationis, & vt generationes sint perpetuæ, semper ex animalibus, quæ nascuntur, aliqua sunt mares, aliqua sunt fœminæ. Tom. 4, pag. 470, lib. 2. de Gener. animal. cap. 1, num. 1, 6.

Fœmina est veluti mas læsus: & sicut aliquando ex parentibus læsis oriuntur filij non læsi, sic aliquando ex fœmina nascūtur mares. Tom 4. pag. 509, lib. 1. de Gen. anim. cap. 3. num. 13.

Fœminæ propter defectum caloris multa habent excrementa, quæ emittunt per menstrua. Tom. 4, pag. 513, lib. 2. de Gen. anim. cap. 4. nu. 9.

In animalibus fœminæ semper habent humorem menstruum: at mares non semper habent semen, quia menstruum, quod est materia geniti, semper debet esse humor distinctus à partibus generantis: at virtus actiua non semper debet distingui à partibus generantis. Ibidem pagin. 514, num. 12.

Licet in aliquibus animalibus fœmina sine concursu maris generet oua subuentanea, tamen mas suo concursu perficit generationem. Tom. 4. pag. 524, lib. 2. de Gen. anim. cap. 4. num. 43.

Reijcitur opinio dicens, omnes pisces non

cartilagineos esse fœminas, licet qui non sunt fœcundi vocentur mares, & ostenditur in piscibus propriè dari mares, & fœminas. Tom. 4. pag. 565, lib. 3. de Gen. animal. cap. 5, num. 1. & sequ.

Anaxagoras docuit differentiam maris à fœmina præexistere in seminibus. Empedocles docuit non præexistere in seminibus, sed causari in vtero, & cum vterus est calidus generari marem, cum est frigidus, generari fœminam. Democritus docuit differentiam non oriri ex vteri caliditate, sed ex eo, quod præualeat semen maris, aut fœminæ. Examinantur, & reijciuntur tales opiniones. Tom. 4, pag. 589, lib 4. de Genèr. animal. cap. 1. nu. 3. & sequ.

Aliquando in eadem parte vteri generantur gemini, alter mas, alter fœmina, ideoque differentia maris à fœmina nó potest causari à sola caliditate vteri. Ibidem pag. 590, num 8.

Fœminæ differunt à mare non solum quoad vterum &c, sed etiam quoad qualitatem membrorum communium, ac præsertim cordis, & venarum. Ibidem pagin. 598. num. 18.

Reijcitur opinio Anaxagoræ, qui docuit semen procedens a parte dextra maris generare marem, semen procedens a parte sinistra generare fœminam, & opinio aliorum, qui dixerunt testem dextrum esse causam, vt generetur mas, testem sinistrum esse causam, vt generetur fœmina. Ibidem pagin. 592, num. 13, 14, 15, 16, 17, 18.

Semen calidius, quia est magis concoctum generat marem, semen frigidus, quia est minus cõcoctum generat fœminam. Ibid. pagin. 594, num. 19.

Mas est *qui potest alimentum ita concoquere, vt ex eo separet semen* ideoque se habet vt forma, & vt principium actiuum: fœmina est, *quæ non potest alimentum ita concoquere, vt ex eo separet semen, per quod sit principium generationis, ideoque debet semen recipere ab alio*. Ibidem pagin. 594. num. 20.

Mas est calidior fœmina, ideoque potest semen perfectè concoquere: fœmina è contrario. Ibid. pag 594, num. 21.

Sanguis menstruus non oritur ex calore, sed ex frigiditate fœminæ. Ibidem num 21.

Mas primo, & per se intendit generare marem, sed cum propter defectum caloris non potest perfectè concoquere materiã, generat fœminam. Ibidem pagin. 596, num. 24.

Mas differt à fœmina primo per hoc, quod mas habet cor perfectè calidum, & perfectè concoctiuum alimenti: fœmina habet cor imperfectè calidum, & imperfectè concoctiuum: Et quia cor est principium, ex differentia cordis, sequitur differentia quoad alias partes. Ibid. pag. 596, num. 25.

Ex eo, quod mas generetur ex calore perfectè concoquente, fœmina ex defectu caloris, oritur, vt nimis iuuenes, ac nimis senes quia minus possunt concoquere, sæpius generent fœminas, quam qui sunt mediæ ætatis: vt qui habent corpora molliora sæpius generent fœminas: & vt mares sæpius concipiantur flantibus ventis aquilonijs, fœminæ flantibus austrinis. Tom. 4, pagin. 598, lib. 4. de Gen. anim. cap. 2. num. 1, 2, 3, 4.

Quia mas primo intendit generare marem, ideo fœmina est effectus aliqualiter degenerans, licet non sit monstrum, quia est necessaria non sola necessitate materiæ, vt monstra, sed necessitate finis. Ibidem pag. 600, num. 1.

In genere auium fœminæ sunt minus libidinosæ, quam mares: & vniuersim ex fœminis illæ sunt libidinosiores, quæ habent vterum prope genitale, & quare. Tom 4 pagin. 620, lib. 4. de Gener. anim. cap. 5, num 6.

Quia mares sunt calidiores fœminis, magis se in vtero mouent, ex quo accidit, vt sæpius frangantur, vel flectantur membra marium, quam fœminarum, & quod proinde ex hominibus sæpius nascantur læsi mares, quam fœminæ. Tom. 4. pagin. 624, lib. 4. de Generat. animal. capit. 6, num. 6.

In vtero serius perficiuntur fœminæ, quam mares, quia habent corpora frigidiora, quæ proinde difficilius, & tardius concoquuntur: extra vterum fœminæ citius perficiuntur, & ad pubertatem peruenitur, quam mares, quia cum sint debiliores, citius senescunt, ideoque citius etiam adolescunt. Ibidem pag. 624, num. 7.

Cum eduntur gemini, alter mas, alter fœmina, rarius seruantur, quia cum fœmina soleat perfici tardius, quam mas, non est secundum naturam, vt simul nascantur. Ibidem pag 624, num 8.

Fœminæ solent habere vocem acutiorem, quam mares, quia propter imbecillitatem mi-

minus mouent aeris. Tom. 4. pagin. 658, lib. 5. de Gener. anim. cap. 7, num. 8.

Quia mares sunt calidiores foeminis, vt plurimum diutius viuunt, siquidem vita consistit in calore, & humido. Tom. 4, pag. 670, lib. de longitud. vitæ, cap. 3, num. 14

Mas, & foemina non differunt specie, quia non differunt ratione formæ, & essentiæ, sed solum ratione materiæ. Tom. 5, pag. 280, lib. 10. metaphysicor. cap. 12, num. 1, 2, 7.

Ex coniugio valde adolescentium foeminæ sæpius oriuntur, quam mares to. 2, pag. 761, lib. 7. Pol. cap. 16, num 4.

Mas est maior, & fortior, quam foemina, & habet extremitates corporis fortiores, maiores, ac firmiores, & in omnibus virtutibus naturalibus præstat foeminæ. Tom. 4, pag. 793, lib. Physiogn cap. 5, num. 1.

Foeminæ ferarum sunt mansuetiores, molliores, & minus fortes maribus, ac facilius curantur: at videntur magis maleficæ, & magis proteruæ, quam mares. Tom. 4, pag 801. lib. Physiognom cap. 8, num. 2, 4.

Quo pacto foeminæ differant à maribus quo ad corpus. Ibidem pagin. 801, numer. 5. 6. 7.

Ex animalibus, quæ censentur fortia, Panthera perfectissimè habet formam foeminæ. Ibid. nu. 9.

Signa physiognomica debent principalissimè referri ad differentiam maris, ac foeminæ. Tom. 4 pag. 815, lib. Physiog. cap. 10, num 62.

Quare fœminæ minus sæpe quam viri laborent vitiligine, hoc est foedo colore cutis maculis quibusdam distinctæ: & quare ex foeminis sæpius seniores, quam iuniores laborent eo vitio. Tom. 5. pag. 526, sect. 10. probl. num. 4.

Corpora mulierum sunt densiora, & minus flatuosa, quam corpora virorum. Ibidem num. 4.

Mares pene semper habent corpora maiora, quam foeminæ, quia sunt calidiores, & perfectiores, ac longiori tempore crescunt, & perficiuntur. Ibid. pag. 527, num. 10.

Sicut se habet foemina ad marem, ita virgines solent se habere ad non virgines, ac crescere solent secundum longitudinem, non autem proportionaliter secundum cæteras dimensiones. Ibidem pag. 537, num. 38.

Flantibus ventis australi bus, sæpius generantur foeminæ, quam mares, quia per ventos australes semè redditur humidius, adeoque aptius ad generationem foeminæ. Tom. 5, pagin. 584, sect. 14. pr obl. num. 5.

Vide Sexus, Mulier, Mas.

FOENVS. Foeneratoria. Foenus, siue vsura. Græcè dicitur τόκος, quod significat partum, quia per vsuram nummus parit nummum, quod est contra naturam nummi, qui non est institutus ad hoc, vt pariat nummum, sed vt commutetur cum mercibus naturalibus. Tom. 2, pag. 534, lib 1. Pol. cap. 7, num. 4.

Foeneratoria merito odio habetur, & reprehenditur, quia non acquirit à natura, sed ab hominibus, & per commutationem pecuniæ auget ipsam pecuniam, transferendo illam ab vno homine ad alium. Ibid.

Oxilus statuit legem, vt non liceret certam partem agrorum per foenus, vel alia ratione obligare Tom. 2, pag. 718, lib. 4. Pol. cap 4. num. 5.

FOETOR. Quare vrina quo diutius detinetur, eo cuadat magis fœtida, stercus è conuerso. Tom. 5. pag. 578, sect. 13. prob. num. 1.

Quæ magis sunt obnoxia putrefactioni sunt magis fœtida. Ibid. num. 1.

In viuentibus cruditas, & inconcoctio excrementorum est causa fœtoris. Ibid. pag 579. num. 4.

Corpora foetida peius olent, cum sunt calida, quam cum frigida, quia cum sunt calida, emittunt plures halitus foetidos. Ibid. num 5.

Quare ora hominum ieiunorum emittant quemdam foetorem. Ibidem pagin. 581, num. 7.

Alæ, siue axillæ nostri corporis peius olent, quam aliæ partes, quia non possunt exhalare. Ibid. num. 8.

Quare homines male olentes, si se vnguentis odoriferis vnxerint, peius oleant. Ibid. num. 9.

Halitus hominum gipporum, & incuruorum solet malè olere, quia cum locus pulmonis sit flexus, minus liberè spirant. Ibid. pag 582 num. 10.

Quare pleraque, sed non omnia vnguenta odorifera tudori permista malè oleant. Ibidem num. 11.

FOETVS. Foetura. Anaxagoras dicebat foetum fieri ex semine, & augeri ex alimen-

Digitized by Google

to, quia quodlibet latet in quolibet, adeoque omnes partes foetus non ſolum ſunt in ſemine, ſed etiam in alimento. Tom. 4, pagin. 461. lib. 1. de Gener. anim. cap. 18. num. 10, 11.

Proponitur difficultas explicandi, à quo principio actiuo formetur foetus, ſeu corpus animalis, & an formetur ſimul quoad omnes partes, vel formetur ſucceſſiuè. Tom. 4, pag. 497, lib. 2. de Gener. animal. cap. 1. num. 24, 25, 26. 27, 28.

Quo pacto ſemen formet corpus foetus, & eius partes. To. 4, pag. 509, lib. 2. de Gen. anim. cap. 3. num. 12, 13, 14.

Quo pacto dum menſtruum formatur in foetum, generentur cutis, quæ foetum obducit, nerui, qui partes continent, & membranæ, ac venæ. Ibidem pagin. 510, num. 15.

Foetus conſtituitur ex puriſſima parte menſtruorum, non autem ex impura: quidam autem alius humor, quem aliquæ fœminæ emittunt, nihil conducit ad foetum conſtituendum, ſed ſolum diſponit vterum. Tom. 4, pagin 516, lib. 2. de Gen. animal. cap. 4, num. 16. 17, 18, 19.

Foetus primo conſtitutus, & ſeparatus à ſemine debet eſſe ſicut filius emancipatus à patre, ideoque ſicut filius emancipatus à patre debet ſe ipſum alere, ſic foetus ſeparatus à ſemine debet ſe ipſum alere, & augere, ideoque ad hunc finem primo in foetu formatur cor, qui eſt principium ſe alendi, & augendi. Ibidem pag 518, nu. 23, 24, 25, 26.

Democritus docuit primo foetum formari ſecundum partes exteriores, deinde ſecundum interiores. Reijcitur. Ibid. pag. 519, nu. 26.

Foetus vtitur vtero, ſicut plantæ terra, ideoque formato corde, formantur venæ vmbilicares, per quas quaſi per quaſdam radices foetus alimentum trahit ab vtero, ac detinetur in vtero, donec ita perficiatur, vt poſſit aliunde alimentum trahere. Ibid. pag. 520, num. 27, 28, 29.

Foetus antequam habeat venas vmbilicales nutritur excremento humoris menſtrui. Ibidem pag 521, num. 32.

In foetu primo generatur cor, quod eſt principium, deinde generantur partes exteriores, & interiores hoc ordine, vt prius generentur interiores, deinde exteriores: prius ſuperiores, quæ ſunt ſupra diaphragma, deinde inferiores, quæ ſunt ſub diaphragmate. Ibid. pag. 44, & ſequ.

Quo pacto in foetu generentur partes homogeneæ, nimirum caro &c. Ibidem pag. 530, num 59. & ſequ.

De delineatione totius corporis, ac de formatione capitis, & oculorum. Ibidem pag. 531, num. 67. & ſequ.

Quo pacto in foetu generentur oſſa, nerui, &c. Ibidem pagin. 534, num. 70. & ſequentib.

De Vmbilico, & cotylidonibus, quæ ſunt inſtrumenta, per quæ foetus trahens alimenum, nutritur, & augetur. Tom. 4. pag 538, lib. 2. de Gen. anim. cap. 5, nu. 1, 2, 3, 4.

Quo pacto foetus formetur in ouis perfectis. Tom 4. pag. 560, lib. 3. de Gen. anim. cap. 2. num. 17, & ſequ.

De ouis piſcium cartilagineorum, & de modo, quo ex talibus ouis formatur foetus. Tom. 3, pag. 561, lib. 3. Hiſt anim. cap. 3, per totum.

De ouis piſcium non cartilagineorum, & de modo, quo ex talibus ouis generatur foetus. Tom. 4, pag 564, lib. 3. de Gen. anim. cap. 4, per totum.

Quo pacto foetus inſectorum perficiatur triplici generatione. Tom. 4, pag. 573, lib. 3. de Gen. anim. cap. 9. per totum.

Foetus in vtero ab initio viuit vitam plantarum, ideoque proprie non dormit, cum non poſſit vigilare, ſed habet diſpoſitionem ſimilem dormienti. Poſtquam cepit ſentire, maiori parte temporis dormit. Tom. 4. pag. 634. lib. 5. de Gen. anim. cap. 1. num. 9.

Vide Conceptio, Generatio, Partus.

FOLIA. Vide Frondes

FONTES fiunt ex ſtillicidio ſubterraneo aquarum, quæ aquæ paulatim congregantur, proportionaliter ac pluuiæ, vel torrentes fiunt ex ſtillicidio nubium. Tom. 3. pagin. 563, lib. 1. meteorolog. capit 13, num. 7.

Fontes vt plurimum erumpunt in montibus, in campeſtribus verò pauci ſunt fontes à fluminibus ſeiuncti, quia montes ſunt veluti ſpongiæ quædam in alto ſuſpenſæ, quæ paulatim multis in locis ſtillant aquam. Ibid.

Aquæ non ita fluunt ex fontibus, vt ſint cõgregatæ ſimul in aliquo magno vaſe, ex quo fluant, ita vt fons ſit principium effluxus, ſed aquæ generantur ex vaporibus, & paulatim congregatæ tandem effluunt ex fonte. Ibidem pagin. 563, num. 4, & ſequentibus. & pagin. 574. lib. 2.

ib.2. meteor. capit.1, num.7.
mnes aquæ fluentes originem ducunt ex liquo fonte. Ibidem pag.574, num.7.
oponitur, ac reijcitur opinio Poetarum dicentium mare oriri ex quibusdam fonibus. Ibid. pag.574, nu.2,6,7,8.
Chaonia eſt fons aquæ ſalſioris influens n fluuium propinquum, dulcem quidem, ed carentem piſcibus, ac fabula fertur, ncolas, offerente Hercule ſal, vel piſces, elegiſſe ſal, ideoque fontem euaſiſſe alſum, ſed fluuium caruiſſe piſcibus. Tom.3, pagin.590, lib.2, meteor. cap.3, num.29.
uæ fluminum, & fontium dum tranſeunt, & veluti colantur per terram aluminoſam, calcinatam, cineream, ac magis, vel minus combuſtam, inficiuntur varijs ſaporibus, & coloribus. Ibid. pag. 591. num.30. & Tom.4, pag.347, lib. de enſu, & ſenſibili, capit. 4, num.6.
ca lyncum eſt quidam fons acidus; circa ſcythiam eſt fons amarus, cuius aqua fluuium, in quem ingreditur, totum amarum reddit. Ibid.
Vide flumina.
ORCEPS cancrorum. Cancri habent tum pedes, tum forcipes, ac maxima pars cancrorum forcipem dextrum habet maiorem, ac validiorem ſiniſtro. Tom.3, pag. 600, lib. 4. de Hiſtor. animal. capit. 3. num 2.
tura dat cancris forcipem dextrum validiorem ſiniſtro, quia pars dextra eſt validior ſiniſtra, ideoque melius poteſt vti forcipe. Tom. 4. pag 142, lib. 4. de part. anim. capit.8, num 4
rceps datus eſt cancris non ad mordendum, ſed ad capiendum, & retinendum: & quia ad capiendum vtilior eſt motus partis ſuperioris, ideo cancri mouent partem ſuperiorem forcipis. Tom. 4, pagin. 162, lib.4. de Partib. animalium, cap.11, num.10.
ORMA, & figura. Vide figura.
ORMA, Formalis cauſa. Principium per ſe omnium rerum naturalium, quæ fiunt, ſunt duo tantum, materia nimirum, & forma. Tom. 3, pag. 29, lib.1. Phyſic. cap.9, num.13.
actatus de formis naturalibus ſpectat ad phyſicam, at tractatus de forma in genere prout abſtrahit à ſenſibilibus, vel purè intelligibilibus, ſpectat ad metaphyſicam. Tom.3. pag.35, lib.1. phyſic. cap 11. num.8.
Forma appetitur à materia, & eſt aliquid diuinum, pulchrum, & appetibile. Ibid. pag.34, num.4,5,6.
Forma propter potentiam actiuam eſt quodammodo vir, & appetitur à materia, quæ propter potentiam paſſiuam eſt quodammodo fœmina. Ibidem pagin. 34, num. 6.
Forma eſt natura, imo eſt magis natura, quam materia. Tom.3, pag.40.lib.2. Phyſ. cap. 2, num.9.
Phyſica conſiderat ens naturale, tum ſecundum materiam tum ſecundum formam. Tom.3. pag. 42, lib.2. phyſic. cap.4, per totum.
Forma eſt finis materiæ, & vſque ad quem terminum conſideretur à phyſica. Ibid. pag 44, num.7,8,9.
Forma eſt, quæ *dat ſpeciem, & quidditatem rei*, & phyſica debet formas conſiderare, in quantum ſunt formæ materiæ ſenſibilis, & ſunt principium naturalium mutationum, ideoque conſiderat etiam formā ſeparabilem, non vt ſeparabilem, ſed vt conſtitutiuam alicuius entis naturalis. Ibidem pag. 45, num. 9. & Tom. 4. pag. 11, lib.1. de partib. anim. cap 1. num.15, & ſequ.
Cauſa formalis dicitur ſpecies, forma, & exemplar: & ſicut genera materiæ ſunt cauſa materialis, ſic genera formæ ſunt cauſa formalis. Tom.3, pagin: 46. lib.2. phyſic. cap.5. num. 3.
Forma eſt duplex, intrinſeca, per quam res conſtituitur in ſua ſpecie, & extrinſeca, ad cuius ſimilitudinem res formatur, quæ dicitur exemplar. Ibid.
Forma dicitur *ratio ipſius quod quid erat eſſe*, id eſt *ratio definitionis, per quam ſcitur quid ſit res*. Ibid.
Ad cauſam formalem ſpectant definitio, & eius partes Ibidem.
Ad cauſam formalem reducitur ſpecies, ſeu forma, nec non totalitas, & compoſitio partium. Ibid. pag.47. num.9.
Res naturales conſtituuntur actu tales per formam, ideoque Phyſicus non ſolum debet conſiderare materiam, vt fecerunt antiqui, ſed etiam formam. Tom.4, pag. 6, lib.1. de part. anim. cap.1, num 12.
Democritus opinatus eſt formam conſtitutiuam, animalium, aliarumque rerum naturalium eſſe colorem, & figuram externam. Reijcitur hæc opinio Ibid. pag. 9, num 22,13,24.
Quia cauſa formalis eſt principalior, qui

non

non agunt de forma, imperfectiſſimè explicant naturas rerum. Ibidem pag. 14, num.48.

Subſtantia dicitur tum materia, tum forma, per quam res conſtituitur in determinata ſpecie, & quæ habet rationem actus determinantis materiam. To. 4. pag.242, lib.2. de anima, cap.1, num 3

Formæ accidentales, quæ habent contrarium, corrumpuntur per ſe, introducto contrario, corrumpuntur per accidens, corrupto ſubiecto. Tom 4, pag.665, lib. de Longit. vitæ, cap.2, num.4.

Sicut manus eſt inſtrumentum inſtrumentorum, quia apprehendit, & facit omnia alia inſtrumenta, ſic intellectus eſt forma formarum, quia apprehendit, & facit omnes formas: ſenſus eſt forma formarum ſenſibilium. Tom.4. pag.317, lib.3. de anima cap.7, num.4.

Forma eſt duplex, intrinſeca, & extrinſeca, quæ eſt exemplar. Tom.5, pag.113, lib 5 metaph. cap.2, num.2.

Forma tum totius, tum partis dicitur natura. Tom.5.pag.118, lib. 5. metaph. cap.4 num.4.6.

Forma eſt magis ſubſtantia, quam materia, & eſt prior etiam compoſito. Tom. 5, pagin. 173, lib. 7. Metaphyſicor. capit.3. num.3.

Quæ fiunt natura, fiunt per formam exiſtentem realiter in agente naturali: quæ fiunt per artem, fiunt per formam exiſtentem intentionaliter in mente artificis. Tom.5. pagin. 185, lib. 7. metaph. cap.8, num.4.

Forma exiſtens in agente naturali excludit priuationem, at forma exiſtens in mente artificis non excludit priuationem ideoque ars eſt contrariorum. Ibidem num.4.

Oſtenditur ſolum compoſitum propriè fieri, formam, & materiam propriè non fieri. Tom. 5. pagin 187, lib. 7 metaphyſ. cap 9. per totum.

Forma materialis non per ſe eſt, ſed per eam compoſitum eſt. Ibidem pagin. 188, num.3.

Neque formæ accidentales propriè fiunt. Tom.5. pag.192, lib 7. metaph. capit.13. num 1.

Forma, ſeu principium formale eſt quidditas, & ſubſtantia rei: & in ſubſtantijs eſt quid ſubſtantiale, in compoſitis accidentalibus eſt quid accidentale. Tom. 5, pagin. 217, lib. 7. metaph. cap 22 num. 8, 9.

Forma dicitur ſubſtantia, & eſſentia, & eſt ratione ſeparabilis à materia præſertim indiuiduata. Tom.5, pag 219.lib.8. metaph. cap.2, num. 2.

Oſtenditur formas ſubſtantiales non eſſe vllas ex ſubſtantijs per ſe ſenſibilibus. Tom.5. pagin 220, lib.8. metaph cap. 3, num.1.2,3,4,5.

Definitiones perfectæ debent explicare materiam ſimul, & formam. Ibid. pag.222, num.6.

Vtrum nomen ſpeciei ſignificet ſolam formam, vel potius compoſitum ex materia, & forma. Tom.5, pag.223, lib 8. metaph. cap.4, num.1,2.

Formæ ſunt aliquid præter partes materiales, ac per ſe non generantur, neque corrumpuntur, ſed ſolum per accidens. Ibid. pag.224, num.3,4

Formæ corruptibilium, ac ſenſibilium non ſunt ſeparatæ à materia. Ibid. num.5,6

Diſputatur, vtrum primum principium ſit materia, vel forma. Tom.5, pag. 288, lib. 11. metaph. cap 2. num.3.

Formæ incipiunt cum re, ſed aliqua, hoc eſt anima rationalis remanet, deſtructa re. Tom.5. pagin.314, lib.12. metaph. cap.3, num.6,7.

Quo pacto forma, materia, & priuatio ſint principia omnium. Tom.5, pagin. 326, lib. 12. metaph. cap.4. num.6.

FORMICÆ recenſentur inter animalia ciuilia, quia conueniunt in faciendo aliquo opere communi, ſed non viuunt ſub duce. Tom.3, pag.699, lib 3 de Hiſt. anim. cap.1, num.16.

Formicæ domicilia ſibi parant. Ibid pag.700, num 18.

Formicæ, ſi ipſarum ſedes aſpergantur puluere ſulphuris, & origani, protinus ab ijs abeunt, ex quo patet eas ſentire odorem. Tom.3. pag. 817. lib. 4. de Hiſtor. anim. cap 8, num.21.

Formicæ, quæ tempore hyemis non occultantur, etiam tempore hyemis coeunt, & naſcuntur, cum tempeſtas eſt tranquilla, & auſtrina, adeoque tepida. Tom. 3, pagin 833, lib.5. de Hiſtor. anim. cap.9, num.3.

Formicæ coeunt, & pariunt quædam veluti ova, ex quibus naſcuntur vermiculi ab initio parui, & rotundi, qui dum creſcunt, fiunt oblongi, ac mox formantur in formicas. Naſcuntur tempore veris Tom. 3. pag. 860, lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 25, num...

In

Digitized by Google

In Sicilia non ſunt formicæ maiores, quæ Græcè vocantur hippomyrmeces, latinè vocari poſſunt formicæ equites. Tom.3, pag.975, lib.8. de Hiſtor. animal. cap.28, num.2.

Genus formicarum eſt operoſiſſimum. Omnes formicæ, quæ ſimul operantur, eadem ſemper via ambulant: pari conſenſu cibos promunt, ac recondunt, atque in plenilunijs etiam noctu laborant. tom 3, pag.1013, lib.9. de Hiſtor: anim. cap. 38. num.1,2.

Formicæ nihil venantur, & nihil faciunt, ſed facta ab alijs colligunt, ac recondunt. Tom. 3, pag. 1013. lib.9. de Hiſtor. anim. cap.38, num 1.2.

Formicæ, & apes licet ſint animalia exanguia, tamen quia habent humorem proportionalem ſanguini minus craſſum, & turbidum, quam ſit ſanguis multorum ſanguineorum, ſunt prudentiores, & ingenioſiores multis animalibus ſanguineis. To.4, pag.42, lib.2. de part. anim. cap.4. num.2.

Ex inſectis formicæ intra os habent linguam, vel membrum proportionale linguæ, quo ſapores guſtant. Tom.4, pagin. 96. lib. 2. de partib. animalium, capit.17, num.13.

FORMIDO. Vide timor.

FORTITVDO, Fortis. Fortitudo eſt magis neceſſaria, adeoque magis eligibilis tempore iuuentutis, quam tempore ſenectutis, quia cum labores bellici ſpectent ad iuuenes, iuuenes magis indigent fortitudine, quam ſenes. Tom.1. pag.472. lib.3. topic. cap.2, num.7.

Maximè honorantur iuſti, ac fortes, quia fortitudo eſt maximè vtilis tempore belli, iuſtitia tempore pacis. Tom.1.pag.725, lib.1. Rhet. cap.9. num.5.

Fortitudo eſt, per quam qui illam habent, ſũt actiui honeſtorum operum in periculis, prout lex iubet, ac ſunt adminiſtri legis. Ibidem num. 6.

Fortitudo eſt mediocritas inter timores, & audacias. Vitium, quod excedit in audendo, vocatur audacia, vitium, quod excedit in timendo, vocatur timiditas. tom.2, pag. 47, lib.2. ethic. cap. 7, num. 2. & pag. 442, lib.3. mor. ad eud. cap 1. num. 2.

Materia proxima fortitudinis ſunt timores, & audaciæ: materia remota ſunt terribilia, & circa quæ terribilia verſetur. Tom.2, pag. 72, lib.3. ethic. cap. 6, num. 3,4,5,6,7. & pag.332, lib.1. mag. moral. capit.19. num.1. & pagin.443. lib.3. mor. ad eud. cap. 1, num.4. & pag. 445, cap.3, per totum.

Principaliter vir fortis verſatur circa honeſtam mortem, & circa repentina, quæ poſſunt talem mortem afferre, qualia ſunt pericula bellica. Tom. 2, pagin. 73, lib.3. ethic. cap.6, nu.7. & pag.446, lib.3. mor. ad eud. cap. 3. nu.2.

Per quos actus circa terribilia verſentur fortitudo, & oppoſita vitia. Tom.2. pag.74, lib.3. ethic. cap.7. per totum.

Qui mortem ſibi conſciſcit, verè non eſt fortis, ſed timidus, quia eligit mortem ad non toleranda moleſta. Tom. 2, pag. 75, lib.3. ethic.cap.7, num.8. & pag.447, lib. 3. mor. ad eud. cap.3, nu.6.

Vera fortitudo definitur: *mediocritas in audendo, ac timendo, verſans circa auſibilia, ac terribilia, eaque eligens, ac ferens, quia honeſtum eſt, & quia turpe eſt illa non ſubire, ac perferre.* Tom. 2, pag. 76, lib. 3. ethic. capit.7. nu.9.

Explicantur quinque aliæ fortitudines non veræ, quæ ſunt fortitudo politica, fortitudo militaris, fortitudo ex ira, fortitudo ex ſpe, & fortitudo ex ignorantia. Tom. 2, pag. 76. lib. 3. ethic. cap. 8, per totum: & pagin. 332, lib. 1. magn. mor. cap.19, num.2,3,4.5,6, & pag. 445, lib.3. mor. ad eud. cap.2. per totum. & pag.447. cap.3, num.7,8.

Fortitudo magis elucet in hoc, quod quis non excedat in timore, quam in hoc, quod non excedat in audacia, quia illud eſt difficilius. Tom.2,pag.79, lib.3. ethic, cap.9, num. 1.

Quo pacto fortitudo ſit ſimul iucunda, & dolorifera, dum gaudet de fine, & eligit actiones triſtes. Tom. 2. pagin. 80, lib.3. ethic. cap. 9, num.2,3,4.

Fortitudo eſt virtus iraſcibilis, temperantia eſt virtus concupiſcibilis. Tom.2.pag.80, lib.3. ethic. cap.10, num.1.

Fortitudo verſatur circa paſſiones ſpecialiter irrationales, vtpote communes brutis. Ibid.

Facilius poſſumus acquirere temperantiam, aſſueſcendo actibus temperantiæ, quam fortitudinem, aſſueſcendo actibus fortitudinis. Tom. 2, pagin. 86, lib.3. ethicor. capit.12. num.3.

Lacedæmones vt iuuenes redderent fortes, reddebant efferatos, cenſentes feritatem conducere ad fortitudinem, quod eſt falſum:

ſum : nam inter belluas fortiores ad pugnandum non ſunt efferatiores, vt lupi, ſed manſuetiores vt canes : & inter homines nationes mediocriter ſe habentes ſunt efferatis fortiores. Tom. 2, pag. 777, lib. 8. pol. cap. 4. num. 1.

Vt plurimum viri fortes ſunt amatores vini, quia cum habeant complexionem calidam ſunt ſitibundi. Tom. 5, pagin. 720, ſect. 27. probl. num. 4.

Reſpublicæ præcipuo honore proſequuntur fortitudinem, quia licet non ſit præcipua inter virtutes, tamen eſt vtiliſſima. Ibid. num. 5.

Homines, qui corpus habent ſimile leoni, ac magnas habent extremitates, ſolent eſſe fortes. Tom 4, pag. 778, lib. Phyſiog. cap. 2, num. 1.

Inuerecundi, & fortes conuèniunt in hoc, quod faciem habent immutabilem. Ibid. num. 4.

Pili duri ſignificant fortem, pili molles timidum, quia ex quadrupedibus, quæ habent pilos duros, ſunt fortes, quæ molles, timidæ. Tom. 4, pagin. 792, lib. Phyſiog. capit. 4. nu. 2.

Vox grauis, & intenſa ſignificat fortem, vox acuta, & remiſſa timidum. Tom. 4, pag. 794, lib. Phyſiog. cap. 5, num. 6.

Proponuntur ſigna fortis, ac timidi. Tom. 4, pag. 795 lib. phyſiog. cap. 6. num. 1, 2.

Qui habent pedes bene conſtitutos, magnos, articulatos, & neruoſos, ac partes circa talos habent neruoſas, & articulatas, nates autem acutas, & oſſeas, ſolent eſſe fortes, quia hæc omnia conueniunt maribus. Tom. 4. pag. 804. lib phyſiogn. cap. 9, num. 1, 3, 7.

Afferuntur plura alia ſigna fortitudinis deſumpta ex maribus. Ibid. pag. 805: num. 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15.

Qui habent corpora proportionata, & commenſurata ſolent eſſe iuſti, ac fortes. Tom. 4. pag. 815, lib. Phyſiogn capit. 10, num. 61.

FORTVITA, Fortuna, Fortunatus. Fortuita, & caſualia non eueniunt ſemper, neque plerumque, ideoque non poſſunt per demonſtrationem ſciri, ſiquidem ea ſola ſciri poſſunt, quæ eueniunt ſemper, aut plerumque. Tom. 1. pag. 365. lib. 1. Poſt. cap. 22. num. 1.

Bona fortuna eſt, cum ea, quorum fortuna eſt cauſa, alicui adſunt, ac fiunt, vel omnia, vel plurima, vel maxima. Tom. 1. pag. 710, lib. 1 Rhet. cap. 5, num. 16.

Fortuna eſt cauſa aliquorum, quorum etiam ars poteſt eſſe cauſa, ac multo plurium, quorum ars non eſt cauſa, ſed cauſantur à natura, vel à cauſa præter naturam. Ibidem.

Vniuerſim videntur cauſari à fortuna illa bona, circa quæ verſatur inuidia, vt diuitiæ, potentia &c: dicitur etiam fortuna eſſe cauſa bonorum, quæ præter rationem accidunt; vt ſiquis ſit formoſus, cum alij fratres ſint deformes. Ibidem.

Differentiæ fortunæ ſunt diuitiæ, potentia, & vniuerſim proſpera, & aduerſa fortuna. Tom. 1, pag. 790, lib. 2. Rhet. cap. 12, num. 1.

Quia proſperitas fortunæ, ſi magna ſit, conſtat ex nobilitate, opulentia, & potentia tamquam ex partibus, ideo valde fortunati habent mores conflatos ex moribus nobilium, diuitum, & potentium. Tom. 1, pagin. 797. lib. 2. Rhetor. cap. 17, num. 5.

Proſpera fortuna ſupra nobilitatem, opulentiam, & potentiam addit etiam bonam prolem, & bona corporis, hoc eſt ſanitatem, pulchritudinem, robur &c. Ibid.

Fortunati ſolent eſſe ſuperbi, atque in rebus agendis parum conſiderati: ſed erga Deum, & diuinum cultum ſunt benè affecti, quia exiſtimât ſe proſperitatem fortunæ Dei beneficio conſecutos. Ibidem.

Mores eorum, qui aduerſa fortuna vtuntur, ſolent eſſe contrarij moribus fortunatorum. Ibid.

Fortuna non eſt cauſa felicitatis: alioquin quod eſt optimum, & præſtantiſſimum procederet à fortuna. Tom. 2, pagin. 23, lib. 1. ethic. cap. 9, num. 4.

Amicis opus eſt in vtraque fortuna, eorumque præſentia in vtraque fortuna eſt iucunda. Tom. 2, pag 273, lib. 9. ethicor. capit. 11. num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

In proſpera fortuna amici prompte ſunt vocandi, in aduerſa tarde: at amicus debet prompte accurrere ad amicum verſantem in fortuna aduerſa, vel proſpera, vt ad iuuet, tarde, vt beneficia recipiat. Ibid. pagin. 274. nu. 8, 9, 10.

Quia felicitas non poteſt dari ſine bonis externis, quorum fortuna eſt cauſa, ideo ad felicitatem requiritur etiam fortuna. Tom. 2, pag. 375, lib 2. mag. mor. cap. 9, num. 1. & 7.

Fortuna differt à natura per hoc, quod natura ſemper, vel fere ſempex eodem pacto operatur, at fortuna nunc operatur

vno modo, nunc altero, ideoque operatur temerè, & inordinate, ac dicitur *vbi plurimum intellectus, ibi minimum fortunæ.* Ibid. num 2.

Fortuna non eſt idem ac diuina prouidentia, quia diſtribuit bona ac mala temerè, & non iuxta dignitatem. Ibidem num.3

Diſputatur ad quam cauſam reducatur fortuna, vtrum ad intellectum, vel ad diuinam prouidentiam, vel ad naturam. Ibid. pag 376, num.4

Propriè non dicitur homo fortunatus ex eo, quod ſit bonus, vel malus, quia hæc ſunt in noſtra poteſtate : & licet dicatur fortunatus ex eo, quod habeat bonam indolem, tamen fortuna propriè non verſatur circa naturalia. Ibidem pagin. 376, num 4.

Bona fortuna conſiſtit tum in eo, quod præter rationem acquiramus aliquid boni, tum in eo, quod præter rationem euadamus aliquid mali, ſed potius conſiſtit in acquiſitione boni, quam in euaſione mali, ideoque fortunatus propriè dicitur qui præter rationem acquirit aliquid boni. Ibidem pag.376, num.5.

Quia fortuna eſt cauſa agens præter rationem, fortunati per naturam dicuntur qui quodam impetu irrationali impelluntur ad faciendum ea, quæ ſunt ipſis bona, & per quæ ſunt conſecuturi felicitatem. Ibidem pag 376, num.6,7.

Fortuna eſt cauſa ſolum per accidens, & ideo ſimpliciter non eſt cauſa. Ibid pag. 367, num.7.

Bona fortuna non ſolum dicitur cauſa bonorum, quæ præter rationem eueniunt, ſed etiam bona, quæ præter rationem eueniunt, vocantur nomine bonæ fortunæ. Ibidem pag.377, num.7.

Reijcitur opinio dicentium fortunam, & caſum non dari, vel non eſſe cauſas vllius effectus. Tom.3, pagin. 49, lib. 2. Phyſic. capit.6, num 1,2,3,4,5.

Reijcitur opinio dicentium fortunam, & caſum fuiſſe cauſas Cœli, & mundi. Ibidem pag. 50, num.6.7.8 & pagin.55, num.18.

Reijcitur opinio dicentium fortunam, & caſum eſſe cauſas diuinas, & hominibus ignotas. Ibid. pag.50. num 9.

Fortuna, & caſus ſunt *cauſa per accidens operans propter finem, & producens effectus, qui raro coniunguntur effectui per ſe.* Tom. 3, pagin. 52, lib. 2. phyſic. capit. 7. num.3.

Effectus fortuiti ſunt qui conſequuntur ex actione, quæ fit gratia finis, itaut talis actio non eligatur, præuidendo talem effectum ſecuturum ſemper, aut plerumque. Ibidem pag. 52. num.4.

Fortuna eſt *cauſa per accidens effectus ſpectantis ad ea, quæ operantur ex electione, qui effectus ſequitur non ſemper, neque frequenter actionem factam gratia alterius finis:* ſeu eſt cauſa per accidens in ijs, quæ præter electionem alicuius gratia fiunt. Ibid. pag.52. num 5. & Tom. 5, pag.304, lib.11. metaph. capit.9, num.10.

Quo pacto de fortuna verificetur, quod verſatur circa eadem, ac intellectus; quod eſt cauſa homini immanifeſta; quod nullius rei eſt cauſa; quod eſt ſine ratione, & incerta. Tom.3, pagin. 52, lib. 2. Phyſic. cap. 7, num.6,7,8,9,10, & Tom 5, pagin. 304, lib.11. metaphyſicor. capit. 9, num. 11, 12. 13.

Bona fortuna eſt cauſa per accidens alicuius boni, & cum bonum eſt magnum vocatur euſortunium. Mala fortuna eſt cauſa per accidens mali, & cum malum eſt magnum, vocatur infortunium. Tom.3. pag. 53, lib. 2. phyſicor. capit. 7, num. 12, & Tom. 5, pag.305, lib. 11. metaph. cap. 9. num.14.

Fortunatus eſt, cui per accidens euenit aliquod magnum bonum : infortunatus cui per accidens euenit aliquod magnum malum. Ibid. Tom.3, pagin.53, num.12 & Tom.5. pag.305, nu 14.

Fortuna differt à caſu per hoc, quod caſus eſt cauſa per accidens effectuum, ſeu ſpectent ad agentia intellectiua, quæ ſola poſſunt eſſe fortunata, ſeu ſpectent ad agentia carentia intellectu, quæ propriè non poſſunt eſſe fortunata : at fortuna eſt cauſa per accidens eorum tantum, quæ ſpectant ad agentia intellectiua, quæ ſola poſſunt eſſe fortunata. Tom.3, pagin.54, lib.2. phyſic. capit. 7. num 14,15.

Caſus comparatur ad fortunam, ſicut genus ad ſpeciem, & tum caſus, tum fortuna reducitur ad cauſam efficientem. Ibidem pag. 55. num.16.

Fortuna & caſus cum ſint cauſæ per accidens, ſupponunt aliquam cauſam per ſe, ideoque non poſſunt eſſe prima cauſa Cœli, & mundi. Ibidem pag.55, num.18. & Tom. 5, pagin 305, lib. 11. metaph. capit.9, num.15.

Vide Caſus.

FORVM. In Ciuitate debet conſtitui duplex fo-

forum, alterum venale, quod debet ita conſtitui, vt ſit acceſſu facile, & vt commodè poſſint in ipſum importari res venales ex terra, & mari: alterum liberum, quod debet eſſe ab omni mercatu alienum, ideoque interdicendum eſſet negotiatoribus, ne illi appropinquarent. Tom. 2, pagin. 755. lib. 7. Polit. capit. 11. num. 3, 4.

FOSSILIA. Corpora, quæ generantur intra terram, reducuntur ad foſſilia, & metalla: ac metalla generantur ex vaporibus humidis, foſſilia ex fumoſitatibus ſiccis. Tom. 3, pag. 952, lib. 3. meteor. cap. 7, num. 2.

Foſſilia generantur ex ſicca exhalatione ardore incenſa, ac duo ſunt foſſilium genera, puluis coloratus, ac lapis genitus ex tali puluere, ex. gr. cinnabaris. Ibidem num. 3

FRACTIO, Frangibilia. Fractio differt à friatione per hoc, quod fractio eſt diuiſio in magnas partes, friatio eſt diuiſio in paruas partes, & plures duabus, vt accidit in vitro. Tom. 3. pag. 678, lib. 4. meteor. capit. 9, num. 12.

Ex corporibus aliqua ſunt frangibilia, & non friabilia, vt lignum; alia ſunt friabilia, & non frangibilia, vt lapis, & glacies; aliqua ſunt frangibilia ſimul, & friabilia, vt vas fictile. Ibidem pagin. 678, num. 11.

Corpora ſunt frangibilia, & non friabilia, quia habent poros valde diſtantes, ideoque poſſunt ſolum diuidi in magnas partes: ſunt friabilia, & non frangibilia, quia habent poros valde propinquos, ideoque caſu, vel ictu diuiduntur in paruas partes: ſunt frangibilia ſimul, & friabilia, quia habent aliquos poros magnos diſtantes, in quibus poſſunt facile diuidi in magnas partes, & aliquos poros paruos propinquos, in quibus poſſunt difficilius diuidi in paruas partes. Ibidem num. 12.

Ligna facilius franguntur, ſi apprehendantur in extremitatibus, quia potentia applicata partibus diſtantioribus à centro facilius mouet. Tom. 4, pagin. 739, lib. qu. mechan. qu. 14. num. 1, 2.

FRATRES. Poteſtas fratrum in familijs eſt ſimilis Democratiæ, in qua dominantur æquales, ideoque ſi fratres multum differant ætatibus, non videtur amplius poteſtas fraterna, ſed paterna. Tom. 2, pagin. 240, lib. 8. ethic. capit. 10, num. 7.

Fratres ſe diligunt, quia ſunt immediatè ab ijſdem, & habent quamdam identitatem, & quia ſunt ſimul nutriti, & æquales; æqualis verò delectatur æquali, & ſimul nutriti aſſueſcunt delectari ijſdem, ideoque amicitia fraterna eſt ſimilis ſodalitiæ. Tom. 2. pag. 243, lib. 8. ethic. cap. 12, num. 7.

In amicitia fraterna, præſertim ſi fratres ſint boni, inueniuntur eadem, quæ in ſodalitia, ac multo magis; primo quia fratres ſe dilexerunt à natiuitate, ac proinde diuturnius: ſecundo quia ſunt ſimiliores in moribus, vtpote qui habuerunt idem nutrimentum, & eamdem educationem: tertio quia per diuturnam experientiam magis ſunt certi de mutuo amore. Tom. 2. pagin. 244, lib. 8. ethicor. capit. 13, num 10.

Prouerbio dicitur *fratrum ira ſunt acerbiſſimæ*, quia maximè prouocat ad iram lædi ab ijs, à quibus expectamus beneficia. Tom. 2, pagin. 746, lib. 7. Polit. cap. 7, num. 3.

Fratres gemelli, hoc eſt ſimul concepti, atque editi ſolent eſſe ſimiles, ſed aliquando ſunt diſſimiles. Tom. 3, pag. 628. lib. 7. de Hiſtor. anim. cap. 6, nu. 11.

Fratres vocantur vterini, quia nati ſunt ex eodem vtero Tom. 3, pag 758, lib. 3. de Hiſt. animal. cap. 1. num. 14.

FRAVDVLENTI. Qui plantam pedis habent non concauam, ſed ita plenam, vt tota planta pedis inſiſtant, ſolent eſſe verſuti, ac fraudulenti. Tom. 3, pag. 716, lib 3. de Hiſtor. anim. cap. 15, num. 6.

FRIATIO Friabile, Vide Fractio, Frangibile.

FRICATIONES corporum conducunt ad hoc, vt corpora fiant carnoſa, & pinguia, quia calorem augent, carnem rarefaciunt, & humores extenuant. Tom. 5, pag. 776, ſect. 37. prob. num. 3. 6.

Fricationes ſiccæ, humore per calorem exiccato, carnem reddunt ſolidiorem. Ibid. pag. 777, num. 5.

Quare cætera membra ſi perfricentur, enadant pleniora, & carnoſiora, venter, ſi perfricetur, extenuetur. Tom. 5. pag. 500, ſect. 5. prob. num. 14.

Difficilius vnicuique eſt ſiniſtrum, quam dextrum crus perfricare altero crure, quia motus partium ſiniſtrarum ſunt magis præter naturam. Ibidem pagin. 506, num. 32.

FRIGIDVM. Traduntur regulæ ad diſcernen-

nendum, quænam corpora sint calida, vel frigida. Tom. 3, pag. 689, lib 4. meteor. cap. 11, per totum.

Corpora aquea vt plurimum sunt frigida, nisi habeant admistam caliditatem extraneam, hoc est spiritus igneos, vt euenit in vino, vrina &c. Ibidem pagin. 689, num.2.

Corpora terrea, & aquea ratione materiæ sunt frigida, ideoque solum possunt esse calida caliditate extrinseca, hoc est propter admistionem spirituum calidorum. Ibidem num. 4.

Sanguis, semen, medulla, coagulum &c. dum retinent temperamentum naturale, sunt calida, cum illud amittunt, remanent frigida, quia euolantibus spiritibus, remanet sola materia terrea, & aquea, quæ est frigida. Ibidem nu. 5.

Proponuntur, variæ opiniones dubitantium, quænam animalia sint calida, vel frigida. Tom. 4, pag. 33. lib. 2. de partibus anim. cap. 2, nu. 8.

Opiniones de calidis, & frigidis ortæ sunt ex eo, quod calida, & frigida dicuntur multipliciter, & explicatur, quot modis dicantur. Ibidem num. 9. & sequ.

Frigidum dicitur tot modis, quot calidum, quia quot modis dicitur vnum contrarium, tot modis dicitur aliud. Ibid. pag. 38, num. 19.

Animalia naturæ frigidioris, qualia sunt serpentes, lacerti &c diutius viuunt, & maiora euadunt in locis calidis, quam in frigidis, quia in locis calidis habent humiditatem calidam, quæ est causa vitæ, & augmenti, in locis frigidis habent humiditatem frigidam, & aqueam, quæ proinde facile congelascit. Tom. 4, pag. 670, lib. de longit. vitæ, cap. 3, num 15.

Animalia exanguia, vel habentia parum sanguinis, adeoque frigida in locis septentrionalibus vel non nascuntur, vel parum crescunt, quia frigiditas regionis impedit augmentum. Ibid.

Vide frigus.

FRIGIDVM in oratione. Elocutio potest reddi frigida ex quatuor capitibus: primo ex immodico, & indecoro vsu nominum compositorum: secundo ex nimio vsu nominum priscorum, & dialectorum: tertio propter vsum epithetorum aut longorum, aut inopportunorum, aut frequentiorum: quarto propter translationes. Tom. 2, pag. 838, lib. 3. Rhet. cap. 3, per totum.

FRIGVS est *quod congregat heterogenea, & homogenea*, & est vna ex primis qualitatibus tangibilibus. Tom. 3, pag. 497, lib. 2. de Gener. cap. 2. num. 2, 6.

Aqua est frigida, & humida, sed magis frigida, quam humida: terra est frigida, & ficca, sed magis ficca, quam frigida. Tom. 3, pagin. 499. lib. 2. de Gen. cap. 3, num. 1, 9.

Calor, & frigus sunt qualitates actiuæ, humiditas, & siccitas sunt qualitates passiuæ. Tom. 3, pagin. 653, lib. 4. meteorol. cap. 1, num. 2, 3, 4.

Calor, & frigus terminant, coagulant, humectant, exiccant, mollificant, indurant. Ibid. pag. 654, num. 3.

Calor per se est causa generationis, ac solum per accidens est causa corruptionis: frigus è conuerso. Tom. 3, pag. 666, lib. 4. meteor. cap. 6, num. 4.

Corpora exiccabilia exiccantur tum calefacta, tum frigefacta, sed à calore exiccantur per se, à frigore per accidens. Ibid. pag. 667, nu 6.

Quædam corpora, vt aqua, cera &c. concrescunt frigore, calore autem liquescunt: aliqua, vt sal, concrescunt calore sicco, liquefiunt autem aqua, quæ est frigida, & humida. Tom. 3, pag. 668, lib. 4. meteor. cap 7, num. 2.

Corpora aquea concrescunt solo frigore, ideoque calore liquefiunt. Ibidem pag. 668, num. 4.

Ex corporibus partim terreis, partim aqueis aliqua, vt metalla, pix &c, concrescunt frigore. Ibidem pag. 668, num 5.

Frigus aliqua corpora incrassat, quia dum exprimit partes calidas, & cum ijs humidum subtile, facit, vt quod remanet sit magis crassum. Ibidem pagin. 668, num. 5.

Multa corpora, quæ frigore concreuerunt, & fuerunt indurata, dum calefiunt, primo mollescunt, deinde, concrescunt, & durescunt. Ibid. pag. 668, nu. 5.

Quænam corpora constantia ex terra, & aqua, quæ concrescunt frigore, calore liquescant. To. 3, pag. 669. lib. 4. meteor. cap. 7. nu. 6, 7.

Frigus non est mera priuatio, sed est naturalis proprietas quorumdam corporum: nam corpora agunt in passum per calorem, per meram autem priuationem non possent agere. Tom. 4, pag 38, lib. 2. de part. anim. cap 2. nu. 16.

Sicut cor est calidissimum, ita cerebrum est

frigidiſſimum, vt ex eorum contraria actione ſequatur temperies animali neceſſaria. Tom. 4, pagin. 49. lib. 2. de part. anim. cap. 7, num 5, 6.

Sicut in vniuerſo aliqua concreſcunt calore, alia frigore, ſic ex partibus animalium aliquæ concreſcunt calore, aliquæ frigore, & explicatur, quænam calore, quæ frigore concreſcant. Tom. 4, pagin 330, lib. 2. de Generat. animal. cap. 4, num. 59, & ſequ.

Caro generatur ex puriſſima parte ſanguinis virtute frigoris concreſcente, ideoque liqueſcit calore. Ibidem nu. 60.

Vngues, vnguiæ, cornua, roſtra generantur ex partibus terreis alimenti per hoc, quod poſtquam parum caloris, & humoris fuerint adeptæ, humore cum calore euaporante, concreſcunt, & dureſcunt. Ibidem pagin 530, num. 61.

Caliditas per ſe confert ad generationem maris, frigiditas ad generationem fœminæ, ſed debent eſſe in certo gradu, & meſura. Tom. 4, pagin. 598, lib. 4. de Gener. animal. cap. 2, num. 1, 2, 3, 4, 5.

Calor, & frigus, ſi modum ſeruent, ſunt cauſa generationum, & perfectionum, ſi modum excedant, ſunt cauſa corruptionis. Tom 4, pag. 631, lib. 4. de Gen. anim. cap. 10, num. 5

Frigus habet vim corpora indurandi, ideoq; terra in locis frigidis generat arbores, & omnia magis dura, ac pili, pennæ, & ſquammæ in animalibus ſeneſcentibus, adeoque refrigeratis ſunt duriora. Tom. 4, pag. 647, lib. 5. de Generat. animal. cap. 3, nu. 14, 15, 16.

Quæ parua ſunt, facile patiuntur tum à calore, tum a frigore. Tom. 4, pag. 45, lib. 2. de part. animalium, cap. 5, num. 45.

Animalia admodum frigida paruo alimento ſunt contenta, ac viuunt propemodum ſucco ſuo, vt patet in animalibus inſectis, ac præſertim in cicadis. Tom. 4. pagin. 136, lib. 4. de partib. anim. cap. 5, num. 42.

Animalia frigidiora edunt ouum imperfectum, quodque poſtquam eſt editum, augeri debet, & perfici, vt patet in piſcibus. Inſecta, quia ſunt frigidiſſima edũt aliquid imperfectius ouo, hoc eſt vermẽ. Tom. 4 pag. 95, lib. 2. de Gener. animal. cap. 1. num. 20.

Animalia, quæ calidiore ſpiritu ſunt prædita, emittunt vocem grauiorem, animalia, quæ frigidiori ſpiritu ſunt prædita, emittunt vocem acutiorem: & quia caliditas, vel frigiditas regionis valde confert ad calidit atem, vel frigiditatem ſpiritus, ideo confert etiam ad grauitatem, vel acumen vocis. Tom. 4, pagin. 599, lib. 5. de Generat animalium, cap. 7, num. 10.

Frigus, quod cauſat perniones, hoc eſt morbum calcaneorum, eoldem etiam ſanat, quia extringendo humiditatem exprimit, atque exiccat: ideoque perniones curantur aqua frigida. Tom 5. pag. 458, ſect. 1. prob. num. 55, 56.

Frigus eſt cauſa tremoris, ideoque qui rigent frigore cauſato ab ambiente, vel à ſenectute, tremunt. Tom. 5, pag 485, ſect. 3 prob. num. 15.

Aliquando frigus propter caloris antiperiſtaſim intus clauſum erigit capillos, & cauſat horrorem. Ibidem pagin. 485, numer. 15, A.

Ægroti rigent, ac tremunt in acceſſione febrium, quia frigus clauſum intus a calore externo febrium cauſat rigorem, & etiam tremorem. Ibidem.

Quare aliquando frigus cauſet effuſionem ſeminis. Tom. 5. pag. 490. ſect. 4. probl. num. 8.

Qui habent complexionem frigidam, vt cibum concoquant, indigent calore extrinſeco, idcoque indigent motu, et ſi non moueantur, extenuantur, ac fiunt macilenti. Tom. 5, pagin. 510, ſect. 6. problemata num. 1.

Qui in gymnaſijs exercentur frigus magis ſentiunt, quia labore abſumunt pinguedinem, quæ eſt calida. Tom 5, 516, ſect. 8. prob. nu. 16.

Quare qui vehementer frigent, ſi ſtatim copioſo igne calefiant, indoleſcant. Tom 5, pagin. 510, ſect. 8. prob. num. 15.

Quare qui æſtate refrigerantur balneo aquæ frigidæ deinde ſentiant maiorem calorem. Ibidem num. 16.

Qui frigore rigent, euadunt liuidi, quia ſanguis congelatus liueſcit. Tom. 5, pag. 515. ſect. 8. prob. num. 1.

Licet pinguedo ſit calida, homines pleni, & pingues valde frigeſcunt, quia propter corporis amplitudinem partes extremæ valde diſtant à corde, quod eſt fons caloris. Ibidem pag. 516, num. 5.

Quare tempore matutino, licet ſol ſit propinquior horizonti, tamen frigus ſit acrius, quam nocte profunda. Ibid. pag. 518, num. 13. & pag. 689. ſect. 25. num 5.

habitant in locis frigidis habent com-
exionem calidam, vt possint resistere
igiditati regionis: & qui habitant in
cis calidis habent complexionem frigi-
m. Tom. 3, pagin. 585, sect. 14. probl.
im. 8.

is solet esse actius, cum aer est serenus,
sudus, quam cum nubilus, quia cum
r est serenus, calidum liberè separatur à
poribus, ac tendit sursum, ideoque
pores remanent frigidiores. To. 3, pag.
3, sect. 25. prob. num. 18.
ide rigor.

NGILLA est auis, quæ vescitur vermi-
is, ideoque recensetur inter aues vermi-
oras. Tom. 3, pag. 945, lib. 8. de Histor.
imal. cap. 3, nu. 2.

ithali omnium maximi vocantur frin-
llares, quia æquant magnitudinem frin
llæ. Ibid.

ıfringilla est auis, quæ degit in monti-
us, & similis est fringillæ magnitudine,
: figura, sed collum habet cœruleum.
ıid.

ıgillæ æstate degunt in locis tepidis,
yemę degunt in locis frigidissimis. To.
. pag. 992, lib 9. de Histor. anim. cap. 7,
ım. 12.

ipitres aliqui dicuntur fringillares.
om. 3, pag. 1007, lib. 9. de Histor. anim.
ip. 36, num. 1.

SESOMORVM. Ostenditur syllogismũ
ı frisesomorum necessario concludere, &
ı præmissis in frisesomorum non sequi
liam conclusionem, quam indirectam.
om. 1, pagin. 129, lib. 1. Prior. capit. 8,
ım. 2.

XIO. Elixatio, per quam aliqua coquũ-
ır in humido aqueo, differt a frixione,
er quam in sartagine coquuntur in hu-
ıido olei, præsertim in hoc, quod quæ
oquuntur in aqua patiuntur ab humido
queo, ac in illud non agunt, siquidem
qua trahit ex ipsis humidum pingue, &
ius, ipsa non trahunt, nec incorporant
ıltem notabiliter aquam: at quæ coquũ-
ır in humido olei, parum patiuntur ab
leo, ipsa verò trahunt, & sibi incorpo-
ant humidum olei. Tom. 3, pagin. 661.
ib. 4. meteor. capit. 4, num. 7.

ONDES. Proportionalis caluities est
assio communis animalium, & planta-
um: nam sicut hominibus defluunt ca-
illi, sic auibus defluunt plumæ, plantis
ondes, quæ ita se habent ad plantas, si-
ut capilli ad homines, plumæ ad aues.
Tom. 4. pagin. 648, lib. 5. de Gener. animal. cap. 3. nu. 17.

Defluente humore præsertim pingui, & vi-
scoso, frondes defluunt, ideoque plantæ
pingues, ex gr. olea, laurus &c, perpetuã
fronde virent. Ibidem pagin. 648, nu-
mer. 18.

Frondes defluunt tempore hyemis, quia tũ
exiccatur humor pinguis. Ibidem pagin.
648. num. 19.

Plantis defluunt frondes propter hyemem
temporis: hominibus defluunt capilli pro-
pter hyemem ætatis: & quia post hyemẽ
ætatis non redit ver ætatis, hoc est iu-
uentus, ideo plantæ recuperant frondes,
homo non recuperat capillos. Ibid pagin.
649. num. 23.

In frondibus cum arescunt, relinquuntur
solæ venæ, vel quasi venæ. Tom. 4, pagin.
95, lib. 3. de partibus animalium, capit.
5, num. 6.

FRONS est illa pars faciei, quæ ita subest
sinciputi: vt intercipiatur inter sinciput,
atque oculos, & est suprema pars faciei.
Tom. 3, pagin 709, lib. 1 de Histor. animal.
cap. 8, nu. 2.

Qui frontem habent magnam solent esse
tardioris ingenij; qui paruam, solent esse
mutabiles; qui latam solent esse stupidi;
qui rotundam solent esse iracundi. Ibi-
dem.

Maximè sudamus capite, quia caput conti-
net cerebrum humidissimum, & est poris
plenum: & quia capiti immediate subij-
citur frons, ideo primo, & maximè suda-
mus fronte. Tom. 5, pag. 465, sect. 2, prob.
num. 17.

Frons acuta, recta, & non magna est si-
gnum fortitudinis, quia tales sunt canes
fortiores. Tom. 4, pag. 795, lib Physiog.
cap. 6. num 1.

Frons magna, rotunda, & carnosa est signum
hebetis, atque insentati. Ibidem pag. 795.
num. 4.

Frons magna, carnosa, & læuis est signũ hila-
ris, ac iucundi. Ibidem pagin. 797, nu-
mer. 7.

Qui frontem habent paruam, sunt parum
capaces disciplinæ, quia talis frons est
propria suum. Tom. 4, pag 808, lib. Phy-
siog. capit. 9, num. 13.

Afferuntur plura signa physiognomica de-
sumpta ex fronte. Ibidem pagin. 808.
num. 23.

Qui superiorem frontis partem propinquam
vertici habent eleuatam, sunt liberales,

quia talis est frons Leonis, qui est animal liberale. Tom. 4, pagin. 812 lib Physiog. cap. 10. num. 32.

FRVCTVS. In plantis idem, quod respectu generantis dicitur fructus, respectu geniti dicitur semen. Fructus enim dicitur in quantum est ex alio: semen dicitur in quantum ex ipso est aliud. Tom. 4. pagin. 466, lib. 1. de Gener. animalium, cap. 18, num. 25.

Æstate concurrit ad ægritudines comestio fructuum nouorum, adeoque parum concoctorum. Tom. 5, pag. 44. sect. 1. probl. num. 25.

Duo sunt genera plantarum. In primo genere sunt quæ emittunt florem, cui decidenti fructus succedit. In secūdo sunt quæ emittunt fructum, cui flos insidet, vt malus punica &c. Tom. 5, pagin. 643, sect. 10. prob. num. 3.

In terra attica, quæ est tenuis, & sicca, fructus alioquin dulces non multo humore abundant, ideoque facile à sole concoquuntur, & perfectè concocti euadunt dulcissimi. Ibidem pag. 649 nu. 20.

Fructus myrti, qui sunt granula quædam, si manibus fuerint collisi, dulciores euadunt, quia humor dulcis per collisionem melius diffunditur, & permiscetur. Ibid. pagin. 651, nu. 23.

Fructus minores sunt quidam surculi, & quædam propagines maiorum, ideoque sunt minus concocti, ac minus dulces: & ex eadem ratione habent nucleum, qui spectat ad perfectionem fructus, minus perfectum, & minus discretum. Ibidem pag. 651, num. 24.

Quare ex fructibus nonnulli, vt cucumeres, habeant partem radici propinquam magis amaram, alij vt glandes, habeant magis amaram partem superiorem, quæ remotior est à radice. Ibidem pagin. 651. num. 25.

Omnes fructus recentes sunt magis diluti, & magis humidi propter admistionem humidi extranei. Ibidem pagin. 653, num. 0.

Omnes fructus postquam fuerint concocti, & maturati, decidunt, & per hoc seruntur. Ibid. pag. 653 nu. 31.

Quare fructus myrtorum alga non conditarum decidāt magis, quam folia: si myrti condantur alga, folia quidem decidant, sed fructus non decidant. Ibid. p. 653, n. 31.

Quare poma, & fructus magis impleant ventrem, cum comeduntur post alios cibos, quam cum comeduntur ab initio. Tom. 5, pagin. 665, sect. 22. problemat. num. 1.

Fructus arborum clausi in vtribus inflatis diu conseruantur à putrefactione, quia per aerem densum minus possunt alterari. Ibid pagin 666, num. 4.

Paleæ fructus immaturos maturant, quia sunt calidæ, & fructus maturos conseruant, quia attrahunt humorem putrefactiuum. Ibidem pag. 668, nu. 13

FRVMENTVM, legumina, & alia huiusmodi videntur viuere solum per annum, ac producto fructu, seu semine exarescere, quia totum alimentum conuerterunt in fructum, seu semen. Tom. 4. pagin. 550. lib. 3. de Gener. animalium, capit. 1, num. 13.

Apud Scythas frumentum satum in terra mittit radices, & propter nives diu manet sub terra, absque eo quod emittat vllum germen: & tamen quia alimentum trahit ex terra, viuit, & hyeme transacta, cito crescit, & matureſcit. Tom. 5, pagin. 650, sect. 20, probl. nu. 21.

Quare cum lacus exiccatur, aut minuitur, frumentum natum in campo acrius soleat vri à gelu, & glacie Tom. 5, pag. 680, sect. 23. probl. num. 34.

Frumentum in ponto expositum frigori per multos annos conseruatur incorruptum, quia frigus exprimit calorem, & humidū extraneum Tom. 5, pagin. 583, sect. 14. prob. num 2.

FRVSTRA, Frustraneum. Frustra, ac frustraneum dicitur, cum aliquid fit gratia alterius, & est aptum ad illud, & tamen non consequitur id, cuius gratia fit. Tom. 3. pagin. 55 lib. 2. Physic, capit. 7 num. 15.

FVCA est piscis saxatilis, qui bis parit vno anno. Inter fucas mas differt à fœmina, quia mas est nigrior, ac maiori squamma tegitur. Tom. 3, pagin. 887, lib 6. de Histor. animal. capit. 13. nu. 5.

Fuca, seu fucula vescitur luto, alga, & musco, & maris herba, quam caulium vocant: & licet à cæteris piscibus abstineat, tamen vescitur squillis, Tom. 3, pag. 943. lib. 8. de Histor. animalium, cap. 2, numer. 25.

Fuca mutat colorem, & cum alijs temporibus sit alba, tempore veris euadit varia. Narrant ex piscibus marinis solam fucam nidum construere, in eoque parere. Tom. 3, pag. 978. lib. 8. de Histor. anim. cap. 30. num 2.

Fu-

Digitized by Google

FVCI apum. Fuci ſunt apes quædam degeneres, aculeo carẽtes maiores apibus, quæ nec mellificant, nec operam aliquam in opere faciendo præſtant, imo conſumunt alimenta ab apibus congeſta. Tom. 3 pagin. 856, lib. 5. de Hiſtor. animal. cap. 21. num. 2.

Aliqui putant fucos aliunde ſuam fœturam aſportare, & probant, quia naſcuntur ſine regibus, cum apes non naſcantur ſine regibus. Ibid.

Si quis fucum ademptis alis mittat in aluearia, apes erodunt alas aliorum fucorum. Tom. 3, pag. 858, lib. 5. de Hiſtor. animal. capit. 22, num. 4.

Fuci degunt inter apes, & ſunt gregales. Tom 3, pagin. 1015, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 4. num 1.

Aliqui dicunt fucos concurrere ad conſtruendos fauos in aluearibus, at in fauis conſtructis non facere mel, ſed ipſos, eorumque filios ali melle ab apibus facto. Fuci magna temporis parte morantur intra aluearia: cum autem ex aluearibus prodeunt, efferunt ſe ſuſim in ſublime, ac ſe in orbem verſant, & quodammodo exercent, deinde redeunt ad aluearia, atque epulis perfruuntur. Ibidem pagin. 1017. num. 10.

Nihil prohibet, quin eadem in cella apicula, mel, & fucus ſit. Aſſerunt rege viuente fucos gigni ſeorſim ab apibus, atque in cellis diuerſis, rege autem mortuo, fucos geeerari in cellis apum, & eſſe iracundiores apibus, quia licet aculeis careant, adeoque nequeant aculeis ferire, conantur ferire. Fuci aliquando conſtruunt fauos ſeorſim ab apibus, & tum cellæ fucorum ſunt capaciores cellis apum. Faui fucorum vt plurimum coniunguntur fauis apum. Ibidem pagin 1018. numer. 14.

Datur genus fucorum, qui ſunt omnium maximi, carent aculeis, & ſunt valde ſegnes. Ibidem pag. 1018. num. 15.

Si in eadem cella ſimul inueniantur apicula, mel, & fucus, cella proxima inuenitur vacua. Ex apibus autem longioribus oritur magna copia fucorum Ibidem pagin. 1018. num. 16.

Fuci nullum opus faciunt, imo alienis operibus nocumentum inferunt, ſed non ſẽper impune: nam aliquando deprehenſi ab apibus occiduntur. Ibid. pagin. 1019, num. 18.

Apes ſi deprehenderint futuram penuriam mellis, fauos fucorum euertunt, ipſoſque fucos ex alueariibus expellunt. Ibid. pag. 1019, nu. 19.

Proponuntur, & examinantur variæ opiniones circa generationem apum, & fucorum. To. 4, pag. 575, lib. 3. de Gen. anim. cap. 9, per totum.

Fuci neque aliunde aſportantur, neque generantur per coitum apum cum apibus, adeoque generantur ab apibus ſine coitu. Ibidem pag. 578. num. 9.

Ex regibus naſcuntur immediatè apes, mediatè fuci, ideoque reges in magnitudine ſunt ſimiles fucis, in aculeo ſunt ſimiles apibus. Ibidem pagin. 579, nu. 13.

Reges apum generant tum reges, tum apes: apes generant ſolum fucos: Fuci nihil generant. Ibidem pag. 579, num. 15.

Annis temperatis, & ſerenis magna fit copia mellis, & fucorum, quia cum apes bene ſe habeant, vbertim mellificant, & fœtificant. Ibidem pag. 589, num. 16.

Fuci ſunt otioſi, & inertes, quia habent corpora grauia, & pigra, & carent armis ad dimicandum pro cibo. Ibidem pag. 580, num. 18.

Apes caſtigant fucos vt filios. Ibid. pag. 580, num. 19.

FVLGVR, ſeu coruſcatio eſt *accenſio exhalationis extruſæ à nube, quæ exhalatio accenditur propter motum, & attritionem*. Tom. 3, pag. 621. lib. 2. meteorol. cap 9, num. 7.

Fulgur cum accendatur per percuſſionem, non fit prius, quam percuſſio, ſeu tonitruum, ſed prius videtur, quia lux propagatur in inſtanti, ſonus in tempore. Ibid.

Reijcitur opinio dicens fulgur non fieri ex accenſione exhalationis, ſed ex eo, quod ignis cadat in nubem. Tom. 3, pag. 622, lib. 2. meteor cap 10, num. 1, 2, 3.

Reijcitur opinio dicens apparentiam fulguris non eſſe realem, ſed phantaſticam ex luminis reflexione, vel refractione. Ibid. pagin. 623, num. 4, 5, 6.

Fulgura, ſeu coruſcationes cauſari ſolent ab argeſte, Thraſcia, Borea, & Meſe, quia cum ſint frigidi, faciunt, vt frigiditas exhalationem ſiccam è nube expellat, & attritione accendat. Tom. 3. pag. 608, lib. 2. meteor cap. 6. nu. 13.

FVLICA Auis. Fulica auis victum quærit prope mare. Tom. 3. pag. 947, lib. 8. de Hiſt. anim. capit 3, num. 7.

Fulicæ, quia ſpumam appetũt auidius, ſpu-

ma aſperſa tamquam eſca capiuntur. Euadunt valde pingues, earumque caro iucundo ſapore eſt prædita, excepta poſteriore parte, quæ cœnum redolet. Tom. 3, pagin. 1007, lib. 3. de Hiſtor. anim. cap. 35, num. 1.

FVLIGO differt à nidore per hoc, quod *fuligo eſt ſuffitus rei pinguis*; nidor eſt *ſuffitus rei vnctuoſæ* Tom. 3, pagin. 683, lib. 4. meteor cap. 9. num. 27.

FVLLONES ſunt animalia inſecta, quæ habent alas vagina quadam incluſas. Tom. 3, pagin. 809, lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 7, num. 1.

In Fullonibus ſeu carabis ante oculos prætenduntur quidam apices, qui ab aliquibus vocantur antennæ. Ibidem pag 811. num. 6.

Pyllo, quem aliqui fullonem, alij fullonem appellant, eſt quidam piſcis gregalis, qui parit ouain littoribus auerſis à vento, adeoque tranquillioribus. Tom. 3. pag. 889, lib. 6. de Hiſtor. anim. cap. 14, num. 6.

FVLMEN. Fulmina licet ſint ignea, propelluntur deorſum, quia cum nubes magis denſentur ex parte ſuperiori, fulmina propelluntur, & extruduntur in partem inferiorem oppoſitam. Tom. 3, pag. 620, lib 2. meteor. capit. 9, num 4.

Fulmen fit, cum à nube ſpiritus multus, & ſubtilis magno impetu extruditur, & accenditur. Tom. 3, pag. 626, lib. 3. meteor. cap 1, num 7.

Fulmen aliud eſt clarum, aliud fumoſum. Fulmen clarum eſt *ſpiritus accenſus, qui propter maximam ſubtilitatem, & celerrimum motum non aduſit, ſed proſternit*. Fulmen fumoſum eſt *ſpiritus accenſus, qui cum ſit minus tenuis, aduſit*. Ibidem.

Aliquando corpora duriora, & denſiora patiũtur à fulmine, corporibus rarioribus nihil paſſis, quia corpora duriora, dum detinent ſpiritum accenſum, comburuntur. Ibid.

Fulmen non eſt corpus durum, ſed eſt ſpiritus accenſus. Ibidem pagin. 627, numer. 8.

Fulmina ſolet præcedere ventus. Ibid. pag. 627, num. 9.

Fulmina cenſentur ſacra. Tom. 5. pag. 687, ſect 24. prob. num. 19.

FVMOSITAS. Vide exhalatio.

FVMVS. Suffitus exhalans ex corporibus ligneis dum comburuntur, eſt quidam fumus colorans aerem, & alia corpora, quibus adhæret. Tom. 3. pag. 682, lib. 4. meteor. cap. 9, nu. 26.

Sicca exhalatio lignorum dicitur fumus: exhalatio ceræ, picis, & aliorum huiuſmodi dicitur fuligo: exhalatio olei, & eorum, quæ ſunt oleoſa, dicitur nidor. Ibid. pag. 684. num. 31.

Non ſolum fumus accenſus, ſed etiam carbo accenſus dicitur ignis: ſed inter carbonem, & fumum datur hæc differentia, quod fumus ſemper eſt actu calidus, & nunquam poteſt euadere frigidus: at carbo ſi extinguatur, euadit frigidus. Tom. 4, pag. 38, lib. 2. de Part. animal. cap. 2, num. 17.

Fumus habet vim lachrymas eliciendi: & quia homo præ cæteris animalibus emittit lachrymas, præ cœteris animalibus lædituꝛ a fumo. Tom. 5 pagin. 543, ſect. 10. proo. num. 50.

Fumus differt a vapore, ſiquidem fumus non fit ſine igne, at vapor fit ſine igne. Tom. 5. pag. 577, ſect. 12. problematum num. 10.

Virum odor ſit fumus, vel paſſio fumi, Ibidem.

Oculi prominentes à fumo magis infeſtantur, quia fumus facilius, ac citius incurrit in oculos prominentes. Tom. 5. pag. 749, ſect. 31. probl num. 6.

Fumus magis lædit oculos, quam alias partes corporis, quia oculi ſunt infirmiores cæteris partibus. Ibidem pag. 754, nu 21.

FVRIOSI intuentur nigro vergente ad exteriorem angulum oculorum. Tom. 5. pag 749, ſect. 31. probl. num. 7.

FVNDA. Proiecta longius proijciuntur funda, quam manu, quia mouentur ita, vt diſtent a centro longitudine brachij ſimul, & fundæ. Tom. 4. pagin. 737, lib. Quæſt. mechan. quæſt. 12, num. 1, 2.

FVR, Furtum. Fures dicuntur illiberales, & auari, quia exigui lucri gratia ſuſtinent magna pericula & maiorem infamiam. Tom 2. pagin 95. lib. 4. Ethicor. cap. 1, num. 27.

Vt aliquis ſit fur, non ſufficit, vt furetur, ſed debet furari ex plena deliberatione. Tom. 2, pagin. 140, lib. 5. Ethicor. cap. 6, num 1.

Quare qui furatus eſt in loco publico mulctetur pœna mortis, qui in loco priuato non mulctetur pœna mortis. Tom. 5. pagin. 732, ſect. 29 probl. num. 14.

Furto ſtatuta eſt pœna mortis, non autem con-

Digitized by Google

contumeliæ, quia propter maximam facilitatem peccandi lingua, omnes lingua inferunt aliquam contumeliam, at non omnes furantur. Ibidem pag. 733, nu. 16.

FVRES apes, Vide apes

FVSANEI piſces. Piſces, qui quia fuſim, hoc eſt vbertim retibus capiuntur, vocantur fuſanei, vt thynni, mugiles &c ſemel tantum ſingulis annis pariunt. Tom. 3, pag. 832, lib. 5 de Hiſtor. anim. cap. 9, num. 5.

Piſces fuſanei cum transmigrant, ſolent iter facere per diem, ac nocte ſolent conſiſtere, & paſci etiam luna non lucente. Tom 3. pag. 959. lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 13. num. 6.

Piſces fuſanei, monedula excepta, capiuntur, cum reuertentes egrediuntur ex ponto Euxino, & tum ſunt optimi: cum autem adeunt pontum, & appropinquant littoribus Ægei, tum pinguiſſimi capiuntur: quo vlterius procedunt, eo ſunt macilentiores. Sæpe accidit, vt flantibus contrarijs ventis auſtralibus, piſces fuſanei commigrent ſimul cum monedulis, & ſcombris, atque infra Byzantium capiantur. Ibid. num. 7.

FVTVRA. Afferuntur loca ad probandum aliquid eſſe futurum, vel faciendum. Tom. 1, pagin. 802. lib. 2. Rhetor. cap. 19. num. 11.

Senſus eſt ſolum præſentis, non autem præteriti, aut futuri. Tom. 4, pag. 371, lib. de mem. & remin. cap. 1, num. 4.

FVTVRA contingentia. Ex contradictorijs ſingularibus de futuris contingentibus non eſt neceſſe, vt altera ſit determinatè vera, altera falſa, ſed ſolum vt indeterminatè altera ſit vera, altera falſa. Tom. 1, pag 76, lib. 1. Periher. cap. 6, num. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 11.

Conſultamus de futuris, non autem conſultaremus, niſi eſſent in noſtra poteſtate. Ibid. pag. 78. num. 9

G

GALADES vocantur quædam conchæ, quæ læuibus teſtis ſunt præditæ Tom. 3, pagin. 802, lib. 4. de Hiſtor. animalium, capit. 4. numer. 5.

GALAXIA. Quidam Pythagorei dixerunt galaxiam, ſeu viam lacteam eſſe viam, per quam aliquando ſuum iter peregit aliquod aſtrum, quod ſuo tranſitu hanc partem Cœli exurens, vel alio modo alterans, illam albam reliquit: ex quo data eſt occaſio fabulæ Phaetontis. Reijcitur hæc opinio. Tom. 3, pag. 549, lib. 1. meteor. cap. 9, num. 1, 2, 3.

Anaxagoras, ac Democritus dixerunt colorem lacteum eſſe proprium aſtrorum, qui videtur in illa parte, quæ occultatur ſoli. Reijcitur hæc opinio. Ibid. num. 3, 4.

Aliqui dixerunt apparentiam candoris in via lactea cauſari ex reflexione luminis ſolaris. Reijcitur. Ibidem pagin. 550, numer. 7, 8, 9.

Galaxia, ſeu via lactea ex Ariſtotele eſt halo quidam, & corona totius Cœli cauſata ex eo, quod cœlum exhalationes vndique attractas, illuminet ita, vt in illis appareat quidam color lacteus. Tom. 3, pagin. 551. lib. 1. meteorolog. cap. 10. per totum.

Galaxia eſt plena aſtris maximis, & lucidiſſimis, & habet plures ſtellas, quæ non potuerunt ab aſtronomis ordinari, & in aliquibus locis eſt duplicata. Ibidem pag. 553, num. 4, 5.

Rari apparent cometæ, quia omnes pene exhalationes abſumuntur in facienda Galaxia, quæ eſt perpetuus veluti cometa totius cœli. Ibidem num. 6.

GALENA eſt quædam ſpecies plumbi fluida, & humida inſtar argenti fluidi, quæ oleo, vel aquæ miſta ſtatim cauſat ingentem tumorem, ac oleum ex liquido, & ſubnigro efficit ſpiſſum, & album. Tom. 4, pag. 503, lib. 2 de Gener. animal. cap. 2. num. 6.

GALERITA. In primo genere alaudarum ſunt alaudæ cristatæ, ſeu Galeritæ, quæ humi degunt. Tom. 3. pag. 1201, lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 25. num 1.

GALERVCA. Galerucæ, hoc eſt Scarabæi virides oriuntur ex vermibus, qui in fimo boum, aut iumentorum generantur. To. 3, pag. 754, lib. 5 de Hiſt. anim. cap. 19, num. 15.

Galerucæ quatuor habent alas, vt apes, ſed ab apibus differunt per hoc, quod alas habent quadam vagina reconditas, quia cum alæ talium inſectorum ſint frangibiles, debuerunt vagina recondi. Tom. 4, pagin. 138, lib. 4. de part. anim. capit. 6, num. 5.

GALGVLVS. Inter aues victum quærentes in ſtipitibus recenſetur galgulus, qui colore luteo, ac turturis magnitudine eſt præditus. Ligna vehementer roſtro

tundit, in Ijſque victum quærit, & magnã vocem habet, & in Poleponneſo eſt admodum frequens. Tom. 3. pag. 946, lib 8. de Hiſt. anim. cap. 3, num. 5.

Galgulus inimicus eſt lybio. Tom. 3, pagin. 982, lib. 9. de Hiſtor. animalium, capit. 1. num. 11.

Galgulus eſt amicus lædo. Ibidem pag. 984, num. 24.

Crex hoſtis eſt galgulo. Ibidem pag 983, num. 16.

GALLINA Gallus. Gallinæ quo pacto coeant. Tom. 3, pag. 828, lib. 5. de Hiſt. anim. cap. 2, num. 3.

Gallinæ coeunt, & pariunt indifferenter quolibet anni tempore, exceptis duobus menſibus, Decembri nimirum, & Ianuario. Tom. 3, pag. 867, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap. 1. nu 3.

Quatuor ſunt gallinarum genera: in primo ſunt, quæ vocantur generoſæ, quæ ita ſunt fœcundæ, vt ſexaginta oua pariant, antequam ijs incubare incipiant, & tamen minus ſunt fœcundæ, quam plebeiæ, ſeu vulgares, quæ conſtituunt ſecundum genus: in tertio genere ſunt hadrianæ, quæ paruæ ſunt, & quotidie pariunt: ſunt tamen feroces, & ſæpe ſuos pullos interimunt: in quarto ſunt gallinæ domeſticæ, quarum nonnullæ bis eodem die pariunt, & quædam ob nimiam fœcunditatem cito intereunt. Ibid.

Gallinæ per ſe edunt oua cum putamine duro, licet aliquæ per accidens, & vitiata generatione, edant oua mollia. Tom. 3, pagin. 869, lib. 6. de Hiſtor. anim. cap. 2, nu. 6.

Gallinæ æſtate incubando pullum excludunt die decimo octauo, hyeme aliquando non ante diem vigeſimum quintum. Ibid. pag. 870. num. 6.

Gallinæ iuniores primum partum edunt ſub initium veris, ac plura, ſed minora oua edunt, quam ſeniores. Ibid. pag. 871, num. 11.

Gallinæ poſt coitum inhorreſcunt, excutiunt ſe, ac ſuas plumas: ſæpe feſtucam ore accipientes ſe luſtrant, atque hæc aliquando faciunt etiam poſt partum ouorum. Ratio, quare hæc faciant, eſt, quia ſentiunt quemdam pruritum. Ibid pag. 872, num. 13.

Ouum gallinæ poſt coitum vt plurimum concreſcit, ac perficitur diebus decem. Ibidem num. 15.

Deſcribitur generatio Gallinarum ex ouis, tom. 3, pag. 872, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 3. per totum.

Gallinæ cum gallos vicerunt, induunt mores, & affectus gallorum, atque etiam quoad corporis figuram ita immutantur, vt videantur galli. Cucuriunt vt galli, & quibuſdam orta ſunt calcaria paruæ, quæ ſunt gallorum propria. Galli è conuerſo aliquando induunt mores, & affectus gallinarum, ita vt pullos alant &c. Ex ipſo etiam ortu aliqui galli ſunt effœminati, itaut non cucuriant &c. Tom. 3. pag. 1033, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 49, num. 1.

Gallinæ gaudent pulueratione, ideoque aliquando ſe in puluere volutant. Tom. 3. pagin. 1035, lib. 9. de Hiſtor. animal. capit. 49, num. 5.

Gallinæ abſque coitu generant oua, ſed infœcunda, quæ dicuntur ſubuentanea. Tom. 4, pagin. 485, lib. 1. de Gen. anim. cap. 20. num. 19. & pagin. 552, lib. 3. de Gener. anim cap. 1, num. 19.

Aliqui, vt naſcantur gallinæ generoſæ, faciunt, vt gallinæ poſtquam ex primo coitu conceperunt oua, coeant iterum, vt ſic oua accipiant fortiorem virtutem generatiuam. Ibid.

Gallinæ aliquando coeunt cum perdicibus. Tom. 4. pag. 540, lib. 5. de Gener. animal. cap. 5, num. 5.

Aues non altiuolæ, ſed graues, vt gallinæ, perdices &c, ſunt in venerem pronæ, & multiparæ, quia cum non habeant magnos vngues, nec maximas alas, plurimum excrementi poſſunt conuertere in ſemen. Tom. 4, pag. 549, lib 3. de Gener. animal. cap. 1. nu. 7.

Aues paruæ plerumque ſunt ſalaces, & fœcundæ, quia cum non multũ alimenti conuertãt in magnitudinem corporis, multum illis ſupereſt excrementi, quod conuertant in ſemen: ideoque Gallinæ, quæ vocantur hadrianæ, quia ſunt paruæ, ſunt fœcundiſſimæ; & gallinæ vulgares, quia ſunt minores generoſis, ſunt illis fœcundiores. Ibidem pagin. 549, num. 8.

Quædam gallinæ, cum adeo euaſiſſent fœcundæ, vt bis parerent ſingulis diebus, periere, quia totum pene alimentum conuertebant in ſemen Ibidem pag. 550, num. 13,

Gallinæ ſæpè edunt pullos multimembres, puta quatuor pedibus præditos, quia cum multos ſimul fœtus in vtero contineant, facilè eſt, vt confundantur, adeoque

que naſcantur pulli multimembres. tom. 4, pag. 608, lib. 4. de Gener. anim. cap 4. num. 9.

Gallinæ, quia dum ouis incubant, propter inediam macreſcunt, & amittunt naturalem diſpoſitionem, efferantur, & ſæuiunt. Tom. 5. pag. 537, ſect. 10. problem. num. 37.

Vide Gallinaceus.

GALLI populi. In Celtica, ſeu gallia nulli ſunt aſini, quia cœli frigiditatem ferre non poſſunt. Tom. 3, pag. 976, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 28, num. 7.

Apud Celtas, ſeu gallos, qui ſupra hiſpaniam colunt, non ſunt aſini, quia regio eſt frigida. Tom. 4. pag 545. lib. 2. de Gen. anim. cap. 6, num. 18.

Vide Celtæ.

GALLINACEI Gallus gallinaceus, & gallinæ peculiarem habent criſtam, quæ nec eſt carnea, nec à natura carnis aliena. Tom. 3 pag. 743, lib. 2. de Hiſtor. animal. cap. 12, num 5.

Gallus gallinaceus ſupra ventriculum habet ingluuiem, quæ vocatur hoc nomine, quia media eſt inter gulam, & ventriculum. Tom. 3, pag. 754, lib. 2 de Hiſt. anim. cap. 17, num. 19.

Gallus gallinaceus habet appendices inteſtinorum. Ibidem pagin. 754, num. 23.

Gallinacei emittunt vocem, poſtquam in pugna vicere, & triumphum quodammodo canunt. tom. 3, pag. 820, lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 9, num 9.

In gallinaceis, & in alijs auibus ſalaciorib⁹ tempore coeundi teſtes efficiuntur grandiores. tom. 3, pag. 880, lib. 6. de Hiſt. anim. cap 9, num. 2

Galli gallinacei aliquando præpoſteræ veneri indulgent, ac, præſertim qui Dijs gentilium dicati alebantur in templis. Tom. 3. pag. 993, lib. 9 de Hiſt. animal. cap. 8, num. 5.

Galli gallinacei quo pacto caſtrentur. To. 3. pag. 1036. lib. 9. de Hiſt. anim. cap 50. num. 3.

Vide Gallina, gallus.

GALLINAGO, vulgo Beccaccia nidum humi conſtruit, ac parum volatu ſe attollit, & ne in arboribus quidem, ſed humi conſiſtit. Tom. 3, pag. 994, lib 10. de Hiſt. anim cap. 8 num. 8.

Gallinago capi ſolet in ſepibus hortorum. Magnitudine eſt æqualis gallinis: roſtro longo eſt prædita: colorem habet actagenis, quæ eſt auis aſiatica; currit celeriter, ac valde hominem amat. To. 3. pag. 1002, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 26, nu. 1.

GAMMARI ſunt in genere animalium cruſtatorum, & differunt à locuſtis per hoc, quod gammari habent forcipes, & alijs etiam differentijs. Tom. 3, pag. 795, lib. 4. de Hiſt. anim. capit. 2, num 1.

Enumerantur, ac deſcribuntur partes gammari, ſiue aſtaci. Ibidem pag. 797, num. 9, 10, 11.

Gammari habent forcipem alterum altero grandiorem, ſed lege incerta: nam aliquando dexter, aliquando ſiniſter eſt maior, nunquam dexter eſt æqualis ſiniſtro. Ibid. pag 797 num. 10.

Gammari capiuntur eſcis, adeoque habent odoratum, quo percipiunt odorem eſcarum. Tom. 3, pag. 817, lib. 8. de Hiſt. anim. capit. 4. num. 21.

Gammari quo pacto coeant. Tom. 3, pag. 830, lib. 5. de Hiſt. anim. capit. 7. num. 1.

Gammari naſcuntur in locis æqualibus, ac non ſaxoſis, ſed terreis, ac non lutoſis, ac præſertim in locis circa Helleſpontum, & Thaſum. Tom. 3, pag 848, lib. 5. de Hiſt. anim cap. 17, num 6.

Locuſtæ, & gammari temporibus hyemis, ac veris verſantur prope terram, temporibus æſtatis in alto mari procul à terra, quia hyeme captant calorem, æſtate frigus. Tom. 3. pag. 848, lib 5. de Hiſt. animal. capit. 17, num. 6.

Ex animalibus marinis locuſtæ, & gammari pellem ſenectutis exuunt, aliquando quidem tempore veris, aliquando tempore autumni, poſtquam peperierunt. Tom. 3, pag, 964, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 18, num. 7.

Gammari conueniunt cum locuſtis in hoc, quod habent vnum ex duobus forcipibus maiorem altero: at differunt, quod locuſtæ ſemper habent forcipem dextrum maiorem ſiniſtro, at gammari aliquando maiorem habent forcipem dextrum, aliquando ſiniſtrum, & quam ob cauſam. tom. 4, pagin. 143. lib. 4. de part. animal. cap. 8, nu. 5.

GAVDIVM. Plato docuit homines ab adoleſcentia ita eſſe inſtituendos, vt gaudeant, & doleant, ſicut oportet. In hoc enim conſiſtit recta educatio. Tom. 2. pag. 38, lib. 2. Ethic. cap. 3, nu. 3. & pag. 277. lib. 10. Ethic. cap. 1, num. 2.

GAVIA. Gauiæ ſunt aues, quæ totam gulam habent ampliorem. Tom. 3, pag. 754, lib. 2. de Hiſt. anim. capit. 17, num 20.

Ga-

Gauiæ in cautibus maritimis duo, aut tria ova pariunt æstate, ijsque incubant, ac nunquam occultantur. Tom.3 pagin.838, lib.5. de Hist. anim. cap.9. num.1.

Gauia cinereo colore est prædita, & victum quærit circa lacus, & fluuios. Tom. 3. pag. 947, lib. 8. de Hist animal. capit. 3. num.7.

Ex auibus, quæ victum quærunt in mari, hostes inuicem sunt anas, gauia, & harpa. Tom.3. pagin. 982. lib.9. de Hist. animal. cap.1, num.11.

GEMELLI, gemini. In hominibus pauci gemini seruantur, si alter sit mas, alter fœmina. Tom. 3, pag. 925, lib.7. de Histor. anim. cap. 4, nu. 8.

Si posterior fœtus sit conceptus paulo post primum, vterque fœtus potest simul in lucem edi, ac seruari, eo pacto, quo fabulantur Herculem, atque Iphiclem fuisse simul editos, itaut Iphicles esset filius Amphitruonis, Hercules esset filius Iouis. Ibid. pagin 925, num.10.

Fratres gemelli vt plurimum sunt similes, sed aliquando sunt dissimiles. Tom. 3, pagin.928, lib.7. de Histor.animal. cap.6. num.31.

Sæpe gemini generantur in eodem sinu vteri, ideoque ratio, cur generentur plures, non est multiplicitas sinuum. Tom.4, pag. 613, lib. 4. de Gener. animal. cap.4. num.22.

In hominum genere cum mulieres edunt geminos, alterum marem, alterum fœminam, rarius seruantur, quam cum alia animalia edunt geminos, alterum marem, alterum fœminam, quia ex hominibus mas multo citius perficitur, quam fœmina, ideoque præter naturam est, vt mas; & fœmina simul edantur. Tom. 4, pagin.624, lib.4. de Gen. anim. cap.6, num.8. & Tom.5, pag.555, sect.10. prob. num.30.

GENÆ præcisæ nequeunt coalescere. Tom.3. pag.714. lib.1. de Histor.animal. cap.13. num.2.

Vbi cutis sine carne est, si secetur, non coit, vt in gena, præputio, & palpebra. Tom. 3. pag.776, lib 3 de Hist.animal. cap.11, num.2.

Partem illam faciei, quæ subest auribus, temporibus, oculis, & naso, occupant duæ maxillæ, quæ vocantur etiam genæ & malæ. Tom.3, pagin. 713, lib.1. de Hist. anim. cap.11, num.7.
Vide maxillæ.

GENERABILE dicitur tripliciter: primo quod incipit esse, siue incipiat esse per propriam generationem, siue per impropriam: secundo quod possibile est, vt incipiat esse, seu sit possibile simpliciter, seu ex eo, quod possit facile, cito, & bene fieri: tertio quod potest per propriam generationem procedere de non esse ad esse. To.3, pag.112, lib.1. de Cœlo, cap. 13, num.3.

Generabile, & corruptibile dicuntur ad cõuertentiam, & repugnat aliquid generabile esse incorruptibile, & aliquid corruptibile esse ingenerabile. Ibidem pag.338, cap.14, num.13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22.

Generabile non habet potentiam essendi, absque eo, quod accipiat esse per generationem. Ibidem pag.341, num.22.
Vide Generatio.

GENERATIO, & corruptio. Antiqui dixerunt generationem esse alterationem, vel segregationem, quia ex nihilo nihil fit. Tom. 3, pag.17, lib. 1. Physicor. capit. 6. num.1.

Non quodlibet gèneratur ex quolibet. Tom.3. pag.21. lib.1. Physicorum cap. 7, num.3.

Ens quo pacto generetur ex ente, vel ex non ente, ex ente potentia, vel actu. To. 3, pagin. 25, lib.1. Physic. cap. 9, a num. 1. vsque ad 10.

Omne, quod fit, est compositum. Ibidem pag.28, num.10.

Generatio dicitur natura, & quasi nascitura, quia est via ad naturam. Tom.3. pag. 40, lib.2. Physic. capit.2, num.8.

Licet infinitum repugnet, tamen generationes possunt esse perpetuæ, quia generatio vnius est corruptio alterius, & è conuerso. Tom.3, pagin. 92, lib.3. Physicor. cap.12. num.13.

Tempus non est per se, sed solum per accidens causa generationis, & corruptionis, & cur magis videatur causa corruptionis. Tom. 3, pag. 140, lib. 4. physicor. cap.18. num 1.2.3.

Generatio est mutatio à non subiecto in subiectum. Generatio simplex est, per quam res ex non ente fit ens simpliciter, nimirum substantia, & hoc aliquid. Generatio secundum quid est, per quam subiectum ex non tali, vel tanto &c fit tale, vel tantum &c. Tom.3, pagin.149, lib.5. physic. cap.2. num.2.

Generatio propriè non est motus, neque quies.

quies. Ibidem pagin. 149, num. 4. 5.
Quod generatur, quando generatur, non eſt. Ibidem nu. 4.
Non datur mutatio ad mutationem, neque generatio ad generationem, alioquin procederetur in infinitum. Tom. 3, pagin. 152, lib. 5. Phyſicor. cap. 3, num. 7. & ſequ.
Ex generationibus aliquæ ſunt naturales, aliquæ violentæ: ex. gr. cum quis facit naſci roſas, vel quoſdam fructus in hyeme &c, tales generationes dicuntur violentæ. Tom. 3, pag. 167. lib 5. phyſicor. capit. 9, num. 2.
Generatio non poteſt eſſe infinita, quia incipit à non eſſe, & terminatur ad eſſe. Tom. 3, pag. 203. lib. 6. phyſicor. cap. 13, num. 1.
Generationes, per quas æquali tempore generatur aliquid eiuſdem ſpeciei atomæ, ſunt æquè veloces &c. Tom. 3, pagin. 211, lib. 7. Phyſic. cap. 5, num. 19.
Licet in re generata generatio ſit primus motus, tamen ipſam generationem præcedit aliquis motus localis. Tom. 3 pag. 261, lib. 8. phyſic. capit 10, num 6, 7.
Generatio, & corruptio ſunt motus à contrario in contrarium, ideoque non poſſunt eſſe continui, atque perpetui. Tom. 3. pag. 263. lib. 8. phyſic. capit. 11. nu. 2.
Generationi non poteſt immediatè ſuccedere corruptio eiuſdem rei. Ibidem pagin. 264, num 6.
Si dantur elementa, cum ſint contraria, & mutuo agant, & patiantur, neceſſe eſt, vt detur generatio: & ad illam generationem cauſandam neceſſe eſt, vt in Cœlo dentur plures motus, ac plures ſphœræ. Tom. 3, pag. 352, lib 2. de Cœlo, cap. 3, num. 7, 8, 9, 10.
Referuntur opiniones antiquorum de generatione, & corruptione. Tom. 3, pag. 393, lib. 3. de Cœlo, cap. 2, per totum.
Parmenides, & Meliſſus dixerunt non dari generationem ſecundum veritatem, ſed ſecundum apparentiam. Heſiodus docuit omnia eſſe genita, licet alia ſint incorruptibilia, alia corruptibilia. Phyſici dixerunt omnia præter materiam generari, & eſſe in perpetuo fluxu. Plato docuit omnia corpora generari ex ſuperficiebus indiuiſibilibus, & in ſuperficies corrumpi. Ibid.
Neque omnium, neque nullius eſt generatio, & ex eo, quod vniuerſitas corporum fuiſſet genita, ſequeretur dari vacuum ſeparatum ab omni corpore. Tom. 3. pag. 405, lib. 3. de Cœlo cap. 7, num. 1.
Generatio elementorum non conſiſtit in ſegregatione, ſed in transmutatione, ac nõ conſiſtit in reſolutione in ſuperficies, vt docuit Plato. Tom. 3, pag. 415, lib. 3. de Cœlo, cap. 12. per totum.
Referuntur opiniones antiquorum, qui dixerunt generationem diſtingui, vel non diſtingui ab alteratione. Tom. 3. pag. 443, lib. 1. de Gen. cap. 1, num. 2.
Antiqui egerunt de generatione valde imperfectè. Tom. 3, pag. 447, lib. 1 de Gen. cap. 2, num. 2.
Proponitur ſententia Democriti dicentis generationem ſimplicem fieri per congregationem, vel diſgregationem atomorũ, alterationem per aliquam mutationem ordinis, & ſitus atomorum. Tom. 3, pag. 448, lib. 1. de Gen. cap. 2, num. 3, 4, 5. & pag. 479, cap 17, 18. per tota.
Generatio ſimplex non conſiſtit in congregatione, ac diſgregatione corpuſculorum, ſed in mutatione formæ ſubſtantialis, ac proinde non omnis generatio eſt alteratio. Tom. 3, pag. 454, lib. 1. de Gen. cap. 4, num 9.
Generatio viderur congregatio, quia in generatione ſolent congregari, & vniri multa corpuſcula Ibid.
Licet detur generatio ſimplex, tamen per eam ens non fit ex nihilo ſimpliciter, ſed ex non ente actu, ente autem potentia. Tom. 3, pag. 454, lib. 1. de Gener. cap. 5, num. 1. 2. 3.
Sicut ſola ſubſtantia eſt ens ſimpliciter, ſic ſola ſubſtantia ſimpliciter generatur, & corrumpitur: accidentia generantur, & corrumpuntur ſecundum quid. Ibid. pag. 455, num. 4.
Corruptio vnius eſt generatio alterius, & hæc eſt cauſa materialis, propter quam generationes ſunt perpetuæ, & nunquam deficiunt. Tom. 3. pag. 456. lib. 1. de Gen. cap. 6. per totum.
Cum duo ex ſe mutuo fiunt, tum dicitur eſſe generatio ſimpliciter, cum id, quod fit, eſt ens ſimpliciter, vel eſt magis ens, quam aliud, ex cuius corruptione fit, vel eſt magis ſenſibile. Tom. 3, pag 458, lib. 1. de Gen. cap. 7, nu. 2, 3, 4.
Aliquando quæ ſecundum opinionem vulgi eſt generatio ſimpliciter, ſecundum veritatem eſt generatio ſolum ſecundum quid, & è conuerſo. Ibidem pagin. 459, num. 6.

Cum

Cum quod fit eſt de prædicamento ſubſtantiæ, dicitur generatio ſimpliciter, cum eſt de prædicamentis accidentium, dicitur generatio ſecundum quid. Ibid. pag 460. num.8.9.

Quare ſemper quod generatur, generetur ex aliquo corrupto, & quod corrumpitur, corrumpatur in aliquod genitum. Ibidem pag. 461, num.10.

Generatio *eſt mutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanente, vt ſubiecto eodem*, & differt ab alteratione per hoc, quod in alteratione remanet idem ſubiectum ſenſibile. Tom 3. pag.461, lib 1. de Generat. cap.8. num.1,2,3,4.5.

Quo pacto generatio differat ab augmentatione. Tom. 3, pagin. 463, lib.1. de Gen. cap.9. per totum.

Materia prima eſt primum, & immediatum ſubiectum generationis, & corruptionis: at aliarum mutationum eſt ſubiectum ſolum mediatum. Tom.3, pagin. 463. lib. 1. de Gener. cap.8. num.6.

Oſtenditur contra Platonem, & contra antiquos cauſam efficientem generationum non eſſe ideas ſeparatas, neque materiam. Tom. 3, pag. 517, lib. 2. de Gener. cap.9. per totum.

Motus circularis Cœli eſt cauſa, vt generationes ſint perpetuæ, & motus obliquus Zodiaci eſt cauſa, vt generatio, & corruptio ſibi mutuo ſuccedant. To. 3, pag. 519, lib.2. de Gen anim. cap 10. num. 1, 2, 3, 4.

Propter quam cauſam finalem generationes inferiorum ſint perpetuæ, & quo pacto ſint quodammodo circulares. Ibid. pagin. 521, num.5.

Oſtenditur, quod poſita ſerie cauſarum, quædam generantur neceſſario, quædam contingenter. Tom.3, pag. 524, lib.2. de Gener. cap.11. num.3,4,5,6,7.

Oſtenditur generationes eſſe infinitas circulariter, non autem ſecundum rectum. Ibidem pagin.525, num.8,9,10.

Examinatur, an per generationes circulares redeatur ſemper ad eadem numero, an ad eadem ſpecie; an aliquando ad eadem numero, aliquando ad eadem ſpecie. Ibid. pag. 526, num.13,14.

Tempora generationis ſunt pene æqualia, quia ſol per acceſſum cauſat generationes, per receſſum cauſat corruptiones: tempus autem acceſſus eſt æquale tempori receſſus. Tom. 3, pagin. 511, lib. 2. de Gener. cap. 10. num. 3, 4.

Generatio naturalis eſt *mutatio, in qua per mutuam actionem, & reactionem qualitatum activarum ad invicem, & in paſſivas, ſubiecta materia reducitur ad rationem, ſeu proportionem convenientem alicui naturæ, ſeu ſubſtantiæ naturali.* Tom.3, pag. 655, lib.4. meteor. cap.2, num.2.

Generatio incipit ab humido, & ſicco interminatis, & definit in eorum mutua terminatione. Ibidem pag.655, num.3.

Oſtenditur, quod naturali generationi opponitur contrarie putrefactio. Ibid. pag. 655, num.3.

Quia res genita eſt finis generationis, non è converſo, ideo generatio debet eſſe talis, quia res genita debet eſſe talis. Tom. 4, pagin.7, lib.1. de partib. animal. cap.1. num.18.

Licet idem poſſit movere ſe ipſum alijs motibus, tamen non poteſt eſſe ſibi ipſi cauſa generationis, quia generans debet eſſe prius genito. Tom. 4, pag.425, lib. de motu anim. cap.3, num 9

Quo pacto generationes ſint circulares, & ſemper redeant ad ſuum principium. Tom.5. pagin.612.ſect.17. problem num. 3. A.

Antiqui dixerunt nihil ſimpliciter generari, vel corrumpi, quia exiſtimarunt ſemper remanere materiam, quæ per illos eſt tota ſubſtantia rei. Tom. 5, pagin. 12. lib.1. metaph. cap.3, num. 4.

Generationes, & corruptiones quo pacto iuxta Empedoclem cauſentur à concordia, & diſcordia. Tom.5, pagin.72, lib.3. metaph. cap.6 num.9.

Quæ generantur, fiunt ab aliquo agente ex aliquo ſubiecto, & fiunt aliquid per aliquam formam. Tom. 5. pagin 183, lib. 7 metaph. cap.8. nu.1.

In quo conveniant, ac differant generationes naturales, artificiales, & caſuales. Ibidem num.1.2.3.

Generatio naturalis procedit à forma exiſtente realiter, generatio artificialis procedit à forma exiſtente idealiter. Ibidem pag. 185, num.4,5,6,7,8,9,10.

Oſtenditur ſenſibilia non generari à formis, ſive ideis ſeparatis Tom.5.pag.189, lib.7. metaph. capit.10. per totum.

Vtrum, & quo pacto omnia quodammodo generentur ex vniuoco. Tom.5, pag.190, lib.7. metaph. cap.12. per totum.

Quot modis generans præexiſtere poſſit in generante. Ibidem pagin. 192, numer. 2.

Ge-

Digitized by Google

Generatio eſt mutatio contradictoria à non ſubiecto in ſubiectum, & diuiditur in ſimplicem, per quam generatur ens ſimpliciter, & in generationem ſecundum quid, per quam generatur ſolum ens vt tantum, vel tale &c. Tom. 5, pag. 314, lib 11. metaph. cap. 12, num. 6.

Quod generatur non eſt, quando generatur. Ibidem num. 8.

Generatio non poteſt per ſe generari, neque corrumpi, ideoque non datur generatio generationis. Ibid. pag. 317, num. 19, 20, 21.

Generationi ſubſtantiali debet ſubſtare materia, quæ ſit potentia ad formam, & priuationem. Tom. 5. pag. 322, lib 12. metaph. cap. 1 num. 3.

Generatio fit ex non ente, in quantum non ens actu, ſed ens potentia dicitur non ens. Ibid. pagin. 323, num. 7.

Licet ex nihilo nihil fiat, adhuc vnum ens poteſt generari ex alio: & licet non ſit proceſſus in infinitum in generationibus, adhuc multa poſſent ex ſe mutuo circulariter generari. Tom. 5, pag. 419, lib de Xenoph. cap. 3, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6

Ens poteſt generari ex non ente. Tom. 5. pagin. 427, lib. de Xenophane, capit. 8, num 1, 2.

GENERATIO animalium. Quo ordine agendum ſit de generatione animalium. Tom 3, pag. 827, lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 1, num. 2.

Generationes animalium aliæ ſunt ex ſimili per coitum, aliæ ſpontaneæ. Ibid. pag. 828, num. 3, & 4.

In animalibus, quæ generantur ex coitu datur diſtinctio ſexus, & mas, ac fœmina ſunt principia generationis. Tom. 4. pagin. 442, lib. 1. de gener. animal cap. 1, 2 3.

Ex animalibus, quæ generant ex coitu, aliqua generant prolem eiuſdem ſpeciei, alia generant prolem diuerſæ ſpeciei, vt pleraque exanguia, quæ cum generentur ex materia putrefacta, per coitum generant prolem diuerſæ ſpeciei, Ibid. pag. 440, num. 4, 6, 7.

Ex plantis etiam quædam generantur per generationem vniuocam per ſemen. quædam generantur ſponte, ac ſine ſemine. Ibidem pagin. 441, num. 9.

Duplex eſt generatio naturalis vniuoca eorum, quæ oriuntur ex ſemine: prima quæ fit ex coitu contrariorum, hoc eſt maris, ac fœminæ: ſecunda quæ fit ſine coitu, eo pacto, quo plantæ, & quæda animalia generant ſimile ſine coitu. Tom. 4, pagin. 466, lib. 1. de gener. anim. cap. 18, num. 23.

Semen maſculi concurrit ſolum actiuè ad generationem, itaut non ſit pars geniti, quod proinde efficitur ex ſolo humore menſtruo tamquam ex materia. Tom. 4. pagin. 484, lib. 1, de gen. animal. cap. 20, num. 16. & ſequ.

Mas, & fœmina ſunt gratia generationis: generatio autem eſt inſtituta ad hunc finem, vt animalia, quæ eadem numero non poſſunt eſſe ſempiterna, eadem ſpecie ſint ſempiterna. Tom. 4, pagin. 490, lib. 2. de gener. anim. cap. 1, num. 1, 2. 3, 4, 5, 6.

Animalia ex modo generandi diuiduntur in viuipara, ouipara, & vermipara: ex viuiparis aliqua non ſolum pariunt, ſed etiam ab initio concipiunt animal, alia ab initio concipiunt ouum, ſed illo in vtero excluſo, pariunt animal: ex ouiparis alia pariunt ouum perfectum, vt aues, alia imperfectum, quod poſt partum creſcit, & perficitur, vt piſces. Ibid. pag. 491, num 9, 10. 11. 12. 13.

Animalia ex modo generandi optimè ordinantur ſecundum prius, & poſterius, & quo pacto ordinentur Ibidem pagin 495, num. 20.

Ex animalibus, quæ generantur ex ſemine, quædam generantur in vtero fœminæ, quædam extra vterum in ouis, vermibus, vel ſeminibus, aut alijs excretionibus à fœmina emiſſis. Tom. 4. pag. 496. lib. 2. de generat. animal. capit 1, num. 21.

Quo pacto ſemen ſit cauſa efficiens animalis geniti: quo pacto, & quo ordine partes geniti fiant à ſemine. Ibidem pag. 497, à num. 24 vſque ad 35.

In genito nulla eſt pars, quæ ſit principium generandi ipſum: datur tamen aliqua pars, quæ ſit principium augendi ipſum, quia nihil ſe ipſum generat, ſed viuens ſe ipſum auget: ideo non ſimul generantur omnes partes, ſed primo gignitur illa pars, quæ eſt principium augendi genitum. Ibid pag. 501 num 34, 35.

In generatione hominis fœtus primo accipit animam vegetatiuam, qua eſt viuens: ſecundo ſenſitiuam, qua eſt animal: tertio rationalem, qua eſt homo; idemque proportionaliter accidit in alijs generationibus. Tom. 4, pagin. 505, lib. 3. de

ge-

generat. animal. cap. 3, num. 5.
Cor, quod est primum in ordine generationis, est vltimum in ordine corruptionis, quasi natura currat, & recurrat eadem via. Tom. 4. pag. 525, lib. 2. de generat animal. cap. 4, num. 44.
Quo ordine generentur partes, & de causa distinctionis, & ordinis partium. Ibidem pag. 525, à num. 44. vsque ad 58.
Quo pacto, & à quibus causis generentur partes similares. Ibid. pag. 529, à nu. 59, vsque ad 66.
Licet non solum generet hic homo, sed etiam homo, tamen magis generat singulare, quam vniuersale, & ex vniuersalibus magis generat quod est propinquius singulari. Tom. 4, pag. 602, lib 4. de gen. anim. cap. 3, num. 6.
Natura in generatione animalium pictoris officio fungitur. Sicut enim pictor primo quibusdam lineis describit animal, deinde colorat, & perficit, sic natura. Tom. 4, pagin. 532, lib. 2. de Gener. anim. cap. 4, num. 68.
Duo videntur opera animæ vegetatiuæ, generare, & alimento vti. Tom. 4, pag. 255, lib. 2. de anima, cap. 5. num. 2.
Naturalissimum viuentibus est generare simile ad conseruandam speciem. Ibidem.
Viuentia non mutila generant sibi simile ad conseruandam speciem. Tom. 4, pag. 255. num. 2.
Viuentia generant simile ad perpetuandam speciem, Ibid. num. 3.
Potentia vegetatiua est principium, quo viuens potest generare aliud sibi simile. Tom. 4. pagin. 260, lib. 2. de anima, cap. 6, num. 9.
Operatio generandi est præcipua, & est finis aliarum operationum vegetatiuarum, ideoque anima vegetatiua per ordinem ad ipsam definiri potest per quam viuens *generare potest aliud sibi, quale est ipsum*. Ibid. pag 260, num. 10.
Quare ex animalibus alia generentur ex coitu per generationem vniuocam, alia sine coitu. Tom. 5, pag. 529, sect. 10. prob. num. 15.
Quare ex animalibus quædam generentur non solum ex coitu, sed etiam sponte, alia, vt homo, equus generentur solum ex coitu. Ibid. pag. 549, num. 64
GENERANDI ætas Viri incipiunt esse apti ad generandum, cum incipiunt emittere semen, mulieres cum incipiunt emittere menstrua. Rursus viri euadunt impotentes generare, cum non amplius emittunt semen, mulieres cum non amplius emittunt menstrua. Tom. 3, pagin. 926, lib. 7, de Histor. animalium, cap. 5, num. 3.
Mulieres solent cessare à menstruis, & amittere potentiam generandi anno quadragesimo, viri post sexagesimum. Ibidem num. 3.
GENEROSVS. Licet nobile, & generosum habeant quamdam affinitatem, tamen differunt: nobile enim dicitur à generis virtute: generosum verò dicitur quod à natura, ingenio, ac virtute maiorum non degenerat. Tom. 1, pag. 795. lib. 2. Rhet. cap. 15. num. 5. & tom. 3, pag. 701, lib. 1. de Hist. anim. cap 1, num. 25.
Aliquando nobiles non sunt generosi, ac similes maioribus, sed abiecto sunt animo, siquidem in familijs prouentus illustrium virorum se habent, sicut in agris prouentus fructuum, & sicut agri sterilescunt, sic familiæ. Ibidem.
Aliqua animalia sunt generosa, vt lupi. To. 3, pagin. 700, lib. 1, de Hist. animal. cap. 1. num. 25.
GENISTA est vnum ex ijs, ex quibus apes ceram, & mel accipiunt. tom. 4, pagin. 1023, lib. 9. de Histor. animalium, cap. 40. num. 37.
GENITALIA quæ sint. Tom. 3. pag. 714, lib. 1. de Histor. anim. cap. 13, num. 2. & capit. 14, num. 1.
Quo pacto animalia differant in genitalibus. tom. 3. pag. 732. lib. 2. de Hist. animal. cap. 1, num 31.
Motus inuoluntarij causantur præsertim in duobus membris, in corde nimirum, & genitalibus, quia cor, & genitalia sunt veluti quoddam animal separatum Tom. 4, pag. 437, lib. de motu animal. cap. 8, num 3. 4.
GENITVRA. Vide semen, menstrua.
GENTES Europæ, quæ frigidas regiones incolunt, animosæ quidem sunt, & generosæ, sed non admodum ingeniosæ. Gentes Asiaticæ, quæ incolunt regiones calidas, ingenio, & arte abundant, sed animo deficiunt, ideoque tolerant Reges. Græci sicut regionem incolunt mediam, ita participant de ingenio Asiaticorum, ac de generositate europæorum Septentrionalium. Tom. 2, pag. 744. lib. 7. Pol. cap. 7, num. 1.
Homines, qui habent corpora similia corpori-

Digitized by Google

poribus alicuius generis, ſolent eſſe ſimiles illi etiam quoad mores, & affectiones animi. Tom.4. pag.788, lib.Phyſiog. cap. 2, num.2

GENV. Pars communis, qua tibia connectitur coxæ, vocatur genu, ſeu poples. Tom.3, pag.716, lib.1. de Hiſt.anim. cap. 15, num. 6.

In hominibus genua flectuntur ita, vt habeant concauitatem retrorſum. Tom. 4. pag.200, lib. de Incęſſu animal. cap 11. num.3.

Qui crattis genibus ſunt præditi, ſolent eſſe molles, ac cinædi, quia genua craſſa, & parum decentia arguunt proportionale vitium animi. To.4 pag.804,lib Phyſiog. cap.9 nu 5.

GENVS quot modis dicatur. Tom.1,pag.6, lib. Prædicab. cap.2, num.1,2,3.

Genus prædicabile dicitur, *quod de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quid eſt prædicatur*, & quo pacto differat a reliquis prædicabilibus. Ibid. pagin.7, num.4. & pag 426, lib.1. top. cap.4. num.6.

Genus, ac ſpecies dicuntur relatiuè, ac definiuntur per ſe mutuo. Tom. 1, pagin. 9, lib. Prædicab. cap 3, num 3.

Genus generaliſſimum eſt, quod non habet ſupra ſe aliud genus. Genus ſubalternum eſt, quod & ſupra ſe, & infra ſe habet aliud genus. Ibid. pag. 10, nu.5,6

Non datur genus commune omnibus entibus, ſed dantur decem ſumma genera, ſeu prædicamenta Ibidem pag.11, num.8.

Genera prædicantur de ſpeciebus, ac de individuis. Ibid. pag 12, num.9.

Genus, ac differentia in quibus conueniant, & differant. Tom.1,pag.19, lib.Prædicab. cap.7, a num.2. vſque ad 10.

Genus & ſpecies in quibus conueniant, & differant. Ibidem pag 21. num.1 ,12,13, 14,15,16.

Genus, & proprium in quibus conueniant, ac differant. Ibidem pagin.21, num.17,18, 19, 20, 21, 22 23, 24.

Genus & accidens in quibus conueniant, ac differant. Ibidem pagin.22, num.25, 26, 27, 28, 29.

Genus continet ſub ſe ſpecies, & ablatis generibus, auferuntur quæ ſub ipſis continentur. Ibid. pag.19, num.2.

Quæ prædicantur de genere, prædicantur de ijs, quæ ſub genere continentur. Ibidem pag.19, num.3.

Genus prædicatur de pluribus quam differentia diuiſiua,& continet differentias diuiſiuas poteſtate, & eſt ipſis prior: prædicatur in quid, & eſt ſimile materiæ. Ibid. pag 20, num.5,6,7,8,9,10.

Genus continet ſpecies, ipſisque præiacet ad modum materiæ,ac de ſpeciebus prædicatur vnuocè Ibidem pag.21, num.12, 13, 14.

Genus eſt prius proprio. Ibidem pagin. 22. num. 20.

Genus aliqualiter participatur ab inferioribus. Ibid. pag.22, num.27.

Genera ſubalternatim poſita ſunt, quæ non mutuo contradiſtinguuntur, ſed ſe habent per modum excedentis, & exceſſi. Tom.2, pag. 72, lib. prædicam. capit. 4, num.1.

Generum non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſpecie ſunt differentiæ: at generum ſubalternatim poſitorum poſſunt eſſe eædem differentiæ. Ibidem pagin. 72, num.1,2.

Genus eſt vnum ex prædicatis, circa quæ verſatur dialectica;ac nomine generis cõprehenduntur omnia prædicata quidditatiua vniuerſaliora re. Tom.1, pagin.424, lib.1. top. capite 3. num.2.

Ad problema generis reducuntur quæſtiones, in quibus quæritur, vtrum aliquid ſit in eodem, vel in diuerſo genere. Ibid. pag.426, cap.4, num.7.

Locus ex genere generaliſſimo ad oſtendendum aliquid dici multipliciter, eſt: quod in quantum dicitur de pluribus eſt in diuerſo prædicamento, dicitur multipliciter. Tom 1, pagin.440, lib.1. top. cap.13, num 10

Locus ex genere nõ generaliſſimo eſt: quod in quantum dicitur de pluribus eſt ſub diuerſo genere, quorum vnum non continetur in alio, dicitur multipliciter. Ibid. pag 440, num.11.

Prius debet agi de problemate generis, quam de problemate proprij, ac definitionis. Tom.1. pagin 483, lib.4. top. cap. 1, num.1.

Proponuntur loca in problemate generis. Ibid. pag.483. cap 1,2,3,4,5,6. per tota.

Genus debet prædicari de omni,in quid, & eſſe eiusdem prædicamenti. Ibidem pag. 483, num.2,3,4,5.

Genus dicitur de omnibus, de quibus dicitur ſpecies, & quod eſt ſub genere,eſt ſub aliqua ſpecie talis generis. Ibid. pag.485, num 7,8.

Quo pacto poſſit aliquid eſſe in duplici genere non ſubordinato. Tom.1, pag. 486, lib.4.

Digitized by Google

lib 4. topic. cap.2, num. 1, 2. 3.
Genus debet vniuocè prædicari de ſpeciebus. Tom. 1. pag. 502, lib.4. top. cap.6, num 4.
Genus quo pacto differat à differentijs. Ibid. pag.504, num 10.
Genus prædicatur de pluribus, quam differentiæ: prædicatur in quid, & qualificatur à differentijs. Ibidem pagin. 504, num.10
Genus facilius deſtruitur, quam aſtruitur, quia ad probandum genus debet oſtendi, quod prædicatur de omnibus, & in quid: ad illud deſtruendum ſufficit oſtendere, quod vel non prædicatur de omnibus, vel non *in quid*. Tom. 1, pag.573, lib.7. top. cap.2, num.7.
Genus non eſt vnum, ac ſub genere latent æquiuocationes. Tom. 3. pag. 224, lib.7. phyſic. cap.6, num.10,11.
Aliqua genera animalium ſignificantur vno nomine ſubſtantiuo, vt auis, & piſcis: alia nõ ſignificantur vno nomine ſubſtantiuo, vt genera ſanguineorum, & exanguium Tom. 4. pag 16, lib.1. de part.anim. cap. 2, num. 3.
Diuiſio animalium non debet ita fieri, vt genera animalium diſtrahantur, & confundantur. Ibidem.
Genera quæ ita ſunt ſimilia, vt differant ſecundum magis, & minus, ſecundum exceſſum, ac defectum, debuerunt ſignificari vno nomine communi: at genera, quæ ſolum conueniunt proportionaliter, debuerunt ſignificari pluribus nominibus, eo pacto, quo genus auium, & genus piſcium ſignificantur pluribus nominibus. Ibid pag.22, num.1,2.
Prius debet agi de generibus animalium, quam de ſpeciebus, alioquin communia deberent explicari ſæpius, hoc eſt agendo de ſingulis ſpeciebus. Ibid. pag. 22. nu.4.
Præcipua genera animalium ſolent deſumi ex figuris partium, ac totius corporis, qualia ſunt genera auium, piſcium &c. Ibid. pagin.23. num5.
Genera, & ſpecies vtrum ſint principia, & elementa rerum. Tom.5. pagin. 65, lib.3. metaph. cap.4. num 1,2,3,4,5,6,7.
Vtrum magis principia ſint genera, an ſpecies. Ibidem pagin.66, num.8,9,10,11,12. 13.14. & lib 11. cap.1. num.14.
Genus quot modis dicatur, & quid ſit. Tom. 5, pag. 156, lib.5. metaph cap.28, num.1.
Diuerſa genere phyſico ſunt, quorum primum ſubiectum eſt diuerſum, vt Cœlum & inferiora: diuerſa genere logico ſunt, quæ non ſunt in eodem prædicamento. Ibidem pag.156. num.2.
Quo pacto definitio ſit vna, licet conſtet ex genere, & differentia. Tom 5. pag. 203. lib.7. metaph. cap.16, per totum.
Genus non eſt aliquid præter ſpecies, ſed eſt in ſpeciebus, & ſe habet ad ſpecies, ſicut materia ad formam, & ſicut potentia ad actum. Ibidem pagin.204. num.8. & pag. 221, lib.8. metaph. cap. 8 num.4.
Genus per ſe diuerſificatur à differentijs conſtitutiuis ſpecierum, ideoque genus nec eſt aliquid ſeparatum à ſpeciebus, vt dicebat Plato, nec ita datur in ſpecie diuerſis, vt non differat per differentias adiunctas. Tom.5. pag. 278, lib.10. metap. cap.11. num.3.
Species neque propriè differunt à genere, neque ſunt eiusdem ſpeciei cum genere. Ibid. pag.279. num.6.
Quæ non conueniunt genere, propriè non differunt ſpecie, ſed genere. Ibidem pag. 279, num.7.
GEOMETRIA eſt ſcientia ſubalternans reſpectu opticæ, ſeu perſpectiuæ, quia geometria conſiderat lineas *vt ſic*, optica conſiderat lineas vt viſuales. Tom.1, pagin. 325. lib.1. Poſt. cap.13, num.8.
Geometria, & arithmetica abſtrahunt à ſenſibilibus. Ibid. pag.326, num.10.
Geometria conſiderat lineas, ſuperficies, & ſolida. Tom.5. pag. 356, lib. 13. metaph. cap. 2, num.11.
Arithmetica eſt certior geometria, quia conſiderat priora & ſimpliciora, hoc eſt numeros abſtrahendo a ſitu. Tom.5, pag. 360 lib. 13. metaph cap.3. num.8.
GERYONIS Tragœdia. In tragœdia, quæ dicebatur Geryonis, excurſus, & arma, quæ erant partes valdè actiuæ, repræſentabantur modis ſubphrygijs, & quare. Tom. 5. pag. 641, lect. 19. probl. num. 49.
GIBBER dicitur quædam pars brachij. To. 3. pag. 716. lib.1. de Hiſt. animal. cap.15. num.5.
Vide Brachium.
GIBBÆ. Primum genus ſquillarum, quæ ſunt animalia cruſtacea, cõtinet eas, quas gibbas vocamus. Tom 3. pag.795, lib.4. de Hiſt.anim. cap.2, num.2.
In genere ſquillarum quæ vocantur gibbæ, habent pedes, qui ad caput vergunt, & ſunt acuti, quinos vtrimque ad ventrem, ſed

sectura, vt quo magis distant à capite, mucrone latiore sint præditi. Dorsum habent simile locustis, sed in parte supina non habent plagulas ad modum retis contextas, quas habent locustæ. Ibid. pagin. 795, num. 5.

GIBBI. Halitus hominum gibborum solet malè olere, quia cum locus pulmonis sit flexus, non liberè spirant. Tom. 5. pag. 582, sect. 13. probl. num. 10.

GINGIVÆ. Bifida oris compago vocantur tonsillæ multifida compago tonsillarum vocantur gingiuæ, intra quas sunt dentes ossei. Singulæ tonsillæ diuiduntur in plures gingiuas quibus dentes sunt infixi. Tom. 3, pagin. 713, lib. 1. de Histor. anim. cap. 11, num. 9.

GINNVS aliquando ortus est ex coitu muli cum equa, sed regulariter oritur ex equo, & equa, & est equus vitiatus, sicut pumilio est homo vitiatus. Ginnus non coit, nec generat. Tom. 3, pag. 909, lib. 6. de Hist. anim. cap. 24, num 12.

Animal, quod aliquando à mulo generatur ex equa, vel asina, vocatur ginnus, siue hinnus: est autem ginnus mulus læsus, & imperfectus: neque solum ginnus generatur à mulo, sed etiam ex equo, & asino, cum fœtus in vtero vitiatur, & ita se habet ad mulum, vt metachærum ad porcum, & vt pumilio ad hominem. Tom. 4, pagin. 546, lib. 2. de Gener. anim. capit. 6. num. 14.

GLACIES. Sicut glacies est quidam excessus ligo is, & est congelatio frigidi, & humidi, hoc est aquæ elementaris, sic ignis vsualis est excessus caloris: & sicut mista non fiunt ex glacie, in qua datur congelatio, sic non fiunt ex igne nostro, in quo datur ardor. Tom. 3. pag. 500, lib. 2. de Gener. cap. 3, num 7.

Aqua calefacta citius congelatur, ideoque multi, cum aquam volunt cito congelare, prius illam exponũt soli, & qui habitant circa Pontum, & piscantur in aquis conglaciatis scindentes glaciem vtuntur glacie loco plumbi ad firmandas harundines piscatorias, & prius tales harundines perfundunt aqua calida, quia experti sunt aquam calidam citius congelascere. Tom. 3, pag. 561. lib. 1. meteor. cap. 12, num. 14

Glacies, & quilibet humor congelatus dicitur esse siccus actu, & per accidens, humidus autem potentia, & per se. Tom. 4. pag. 39, lib. 2. de partib. animal. cap. 3. num. 1.

Siccum dicitur, quod non habet humiditatem in profunditate, sed est congelatum, seu coagulatum. Tom. 3. pag. 498, lib. 2. de Gener. capit. 2, num. 5.

Quare cum lacus exiccatur, aut minuitur, frumẽtum in campo natum soleat acrius exuri à glacie. Tom. 5, pagin. 680, sect. 23. prob. num. 34.

GLADIVS. Sicut pars solida, & dura sepiarum vocatur sepium, sic pars solida, & dura loliginis, ac lolij vocatur gladius. sepium, & gladius quo pacto differant duritie, & figura &c. Tom. 3, pag. 793, lib. 4. de Histor. animal. cap. 4, num. 14.

Piscis, qui vocatur gladius, habet octo brãchias ex latere dextro, & totidem ex sinistro, & omnes duplices. Tom 3. pag. 745, lib. 2. de Histor. anim. cap. 13, num. 5.

Gladius piscis habet fel ad intestina, partim longius, partim propius à iecore. Tom. 3, pag. 748. lib. 2. de Histor. anim. cap. 16, num. 9.

Gladij per æstatem circa ortum caniculæ agitãtur asilo, qui est vermiculus effigiem habens scorpionis. Tom. 3, pag. 967 lib. 8. de Histor. anim. cap. 19, num. 7.

GLANDES. Sues grauidæ, si glandes copiosius comedant, abortum faciunt, quod in ouibus accidit etiam manifestius. To. 3, pagin. 970, lib. 8. de Hist. anim. cap. 8, num. 5.

Glandes postquam fuerint assatæ, si deinde refrigerentur, euadunt deteriores, quia succus liquefactus, in quo consistit sapor ciborum, concrescit: & quia si iterum calefiant, succus rursus liquescit, euadunt meliores. Tom. 5, pag. 666, sect. 22. prob. num. 7.

Si postquam comedimus glandes, quæ sunt acerbæ, biberimus vinum, vel aquam, videntur dulciores, tum quia opposita iuxta se posita magis eluescunt, tum quia lingua postquam fuerit infecta sapore acerbo, melius deinde haurit vinum, & aquam, quæ proinde apparent dulciora. Ibid. pag. 668. num 41.

Glandes vetustæ fiunt amaræ, quia vehementer exiccantur, & fiunt similes sali, qui est amarus. Tom. 5. pagin. 652, sect. 20. probl. num. 25.

Quare glandes habeant magis amaram partem propinquiorem radici. Ibid.

GLANDVLÆ, siue grandines sunt quædam pustulæ inconcoctæ, quæ nascuntur in lingua, & propter quam causam nascantur. Tom. 5. pag. 768, sect. 34. prob. nu. 4.

GLANVS. Vide Hyæna.

GLAVCOMA eſt morbus oculorum, qui oritur ex nimia oculorum ſiccitate, & ex defectu humoris: & quia in ſenibus ſimul cum alijs partibus exiccantur etiam oculi, ideo ſenes ſæpius, quam iuuenes laborant glaucomate: quia rurſus oculi ſuat cæſij ex eo, quod parum habent humoris, ſunt nigri, ex eo, quod multum habent humoris, ideo ſæpius laborant glaucomate qui habent oculos cæſios, quam qui habent nigros. Tom. 4. pagin. 638, lib. 5. de Gener. animal. cap. 1, num. 19.

GLAVCVS apud Homerum, dum Diomedi dedit arma aurea, loco armorum æneorum, licet permutatio fuerit inæqualis, non eſt paſſus iniuriam, quia ſponte dedit. Tom. 2. pag. 149, lib. 5. Ethic. cap. 9, num. 10.

GLAVCVS piſcis. Glaucus piſcis habet paruas appendices inteſtinorum. Tom. 3, pagin. 753, lib. 2. de Hiſtor. animal. cap. 17, num. 18.

Glaucus, ſiue cæſius eſt piſcis, qui degit non prope littora, ſed in alto mari. Tom. 3, pag. 957. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 13, num. 1.

Glaucus tempore æſtatis ſe abdit diebus ſexaginta. Tom. 3, pag. 96, lib. 8. de Hiſt. animal. capit. 15, num. 6

Glaucus eſt æquè præſtans, & ad comedendum ſuauis, ſeu vterum ferat, ſeu non. Tom. 3, pag. 979, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 30, num. 5

GLAVIVS. Vide ſilurus.

GLIRES. Ex quadrupedibus viuiparis præter vrſos, & hyſtrices, etiam glires diu latent in arboribus, eoque tempore valde pingueſcunt. Tom. 3. pagin. 963, lib 8. de Hiſt. anim. cap. 7, num 1.

GLORIA, & fama eſt, vt quis exiſtimetur virtute præditus, aut aliquid tale habere, quod omnes, aut plures, aut probi, aut prudentes expetunt. Tom. 1. pagin. 707. lib. 2. Rhet. cap. 5, num. 7.

Gloria eſt iucundiſſima, quia cum ſit ſignũ virtutis, qui videt ſe honorari, imaginatur ſe eſſe honore dignum: & qui videt ſe habere gloriam apud probos, & notos, magis lætatur, quia exiſtimat illos minus falſi. Tom. 1, pag. 739, lib. 1. Rhetor. cap. 11, num 12.

GLORIOSI. Qui metaphrenum habẽt valde concauum ſolent eſſe glorioſi, & inſenſati, quia metaphrenum valde concauum eſt proprium equorum glorioſorum & inſenſatorum. Tom. 4, pagin. 806, lib. phyſiog. cap. 9, num. 14.

GLVTINVM. In corio bubulo humor viſcoſus eſt adeo vber, vt ex eo glutinum fiat, quod glutinum aliquibus in locis fit etiam ex piſcibus. Tom. 3, pag. 776, lib. 3. de Hiſt. anim. cap 11, num. 2.

GNESIA Aquila. Vide Aquila.

GNOME, quæ latinè dicitur ſententia, eſt virtus prudentiæ annexa, & ſumpta pro actu definitur: *iudicium rectum æqui, & boni viri per quod iudicat, quid ſit faciendum in caſibus in quibus lex deficit, ac benignè interpretatur legem.* Tom. 2. pagin. 175, lib. 6. ethic. cap. 11. num. 1.

Comparatur gnome cum Eubulia, ſyneſi, & prudentia. Ibid. pag. 175, num. 2.

GNOMON in geometricis quid ſit, & in quo ſenſu Pythagorici dixerint numeros impares eſſe quoſdam gnomones additos vnitati tamquam primo quadrato. Tom. 3, pagin. 73, lib. 3. Phyſicorum, capit. 5, num. 3.

GNOMONES. Dentes, quos aſini quarto loco mutant, dicuntur gnomones, quia ex ijs diiudicatur ætas aſinorum. Tom. 3, pag. 908, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap. 23 num. 1.

GOBIONES, Gobij. Piſces, qui vocantur gobij, ſeu gobiones, prope terram in concauis lapidum pariunt oua lata, & arenacea: tum quia loca prope terram ſunt tepidiora: tum quia abundant paſtu vberiore: tum quia oua in locis prope terram ſunt tutiora à piſcibus maioribus, qui degunt in alto. Tom. 3. pagin. 887. lib. 6. de Hiſtor. animalium, cap. 13, num. 4.

Gobio, & plures piſces ſaxatiles magna ex parte veſcuntur luto. alga, muſco, & maris herba, quam caulium vocant. Tom. 3. pag. 943, lib. 8. de Hiſt. animal. cap 2, num. 24.

Gobio recenſetur inter piſces qui quia verſari ſolent prope littora, vocantur littorales. Tom 3, pag. 957, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 13. num. 1.

Gobij, & piſces ſaxatiles, qui ſunt prope Cretam, ſunt valde pingues: Ibid.

Gobiones recenſentur inter piſces gregales. tom. 3, pag. 985, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 2, num. 1.

Gobio albus, qui in Euripo pyrrheo gignitur, in alto mari non inuenitur. Omnes piſces, qui degunt in Euripo pyrrheo, tẽpore hyemis ex eo egrediuntur, excepto

Go-

Gobione. Tom. 3, pag. 1011, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 37. num. 15.

Gobiones pinguescunt in fluuijs. Tom. 3, pagin. 966. lib. 8. de Hiſt. anim. capit. 19, num. 3.

Apuæ, quæ vocantur gobiales, seu gobionariæ, fiunt ex putrefactis gobionibus paruis, & ignobilibus, qui terram subeunt, & sæpe sub terra degunt. Tom. 3, pagin. 891, lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 15, num. 6.

GORGIAS Leontinus partim dubitãs, partim ludens dixit, quod sicut mortaria sunt, quæ fiunt à factoribus mortariorum, sic ciues sunt, qui fiunt à factoribus ciuium. Tom. 2, pag. 586. lib. 3. pol. cap. 1, num. 5.

Gorgias sophista loco tradendi præcepta faciendi orationes Rhetoricas, tradebat discipulis orationes quasdam circa aliqua communia, quorum frequens occasio incidebat, & docebat eas recitare, & similes orationes scribere. Tom. 1, pag 679, lib. 2. Elench. cap. 8, num. 6.

Proponitur, & reijcitur sententia Gorgiæ, qui dixit nullum ens dari; si ens datur, cognosci non posse; si potest cognosci, nõ posse hanc cognitionem alteri per locutionem manif. fieri. Tom. 3, pag. 430, lib. de Xenoph. cap. 9. per totum.

GONORRHEA. Quid sit liquefactio seminalis, quam aliqui græcè vocant gonorrheam, & quo pacto fiat. Tom. 4, pagin. 474, lib. 1. de Generat. animal. capit. 19, num. 6.

GRACVLVS Vide Coruulus.

GRÆCIA, Græci. Magnum diluuium Deucalioneum factum est in græcia, ac circa antiquam Helladem, quæ est circa Dodonem, & Acheloum, qui fluuius sæpe mutauit alueum, in qua antiqua Græcia habitabant Selli, & qui nunc vocantur Græci, tunc autem appellabantur Hellenes. Tom. 3, pag. 571, lib. 1. meteor. capit 14. num. 7.

Quidam ex Poetis dixerunt Græcos debere imperare barbaris, quia barbarus idem est, ac seruus. Tom. 2. pag. 513, lib. 1. Pol. cap. 2, num 6.

Insula Creta videtur ad Græciæ imperium facta: siquidem cum omnes pene Græci sint maris accolæ, Creta vniuerso imminet mari. Tom. 2 pag. 575, lib. 2. pol. cap. 8, num. 2.

Græci antiquitus incedebant armati, & vxores inuicem emebant. Tom. 2. pag. 566, lib. 2. polit. cap. 6, num 9.

Græci sicut regionem incolunt mediam, ita participes simul sunt tum ingenij, quo abundant asiatici, tum generositatis, qua abundant Europæi Septentrionales, ideoque & libertatis sunt tenaces, & politici, atque apti ad imperandum, ac proinde sunt tales, vt si tota Græcorum natio in vnam Rempublicam coalesceret, imperare posset omnibus gentibus. Ex ipsis nationibus græcorum quæ ad septentrionem vergunt, magis præstant animo, quam ingenio; quæ vergunt ad Asiam, magis præstant ingenio, quam animo; quæ mediæ sunt, magis sunt temperatæ, ac pene æqualiter sunt ingeniosæ, & animosæ. Tom. 1, pag 744, lib. 7. pol. cap. 7. num. 1.

GRAMMATICA. Iuuenes instituendi sunt in grammatica, seu disciplina litterarum, non solum propter vtilitatem ad lucra, ad rem familiarem &c, sed etiam quia scientia litterarum conducit ad plurimas alias disciplinas addiscendas. Tom. 2, pag. 776, lib. 8. pol. cap. 3. num. 4.

GRANDO est *aqua congelata virtute frigoris*. Tom. 3, pag. 558. lib. 1. meteor. cap. 12 num. 2.

Reijcitur opinio dicens grandinem generari in loco altiori, & frigidiori, quia ad ipsum non peruenit reflexio radiorum solarium. Ibid. num. 5, 6, 7, 8, 9

Explicatur, quo pacto grando generetur à frigore aucto per antiperistasim. Ibid. pag. 559. num. 10, 11.

Quare grandines potius generentur æstate, quam hyeme, & vere, & autumno, quam æstate. Ibidem pagin. 558, num. 2. 6, 13.

Aqua congelatur in grandinem, non cum detinetur, sed cum mouetur. Ibid. pagin. 559, num. 7. 8. 9.

Grando non generatur in loco sublimiori, sed in loco humiliori. Ibidem pag. 559. num. 7. 8. 9.

Sæpe nubes videntur ferri prope terram cũ ingenti sono, ac deinde exonerantur in grandines: aliquando etiam cadit grando constans globulis non rotundis: si verò cecidisset ex loco altiori, globi attritione angulorum fuissent rotundati. Ibid. pag. 559, num 8.

GRANDINES. Vide glandulæ.

GRANDINIS morbus. Sues laborant morbo grandinis. Grandines, seu grana nasci solent in ijs potissimum suibus, qui humida carne sunt præditi, in cruribus, collo,

lo, & etiam in armis; in quibus partibus plura grana instar grandinis solent nasci. Sues, qui paucas habent grandines, solent habere carnem dulcem, qui multas habent grandines, solent habere carnem insipidam. Ex quibus indicijs sues agnoscantur habere grandines. Tom. 3, pagin. 970, lib. 8. de Histor. animalium, cap. 21, num. 4.

Sues dum lac sugunt, non habent grandines, deinde incipiunt grandinibus laborare. Liberantur à grandinibus quadam herba, quæ dicitur ripha. Ibidem nu. 4.

GRANDINES Oui. Præter vitellum, & albumen dantur in ouo duæ grandines, altera in parte superiore acuminata, altera in inferiore lata, & fortasse sunt, quæ vulgo vocantur *chiare*. Hæ nihil ad generationem conferunt, licet aliqui contrarium opinentur. Tom. 3, pagin. 871, lib. 6. de Hist. anim. cap. 2, num. 9.

GRANVM. Sicut ex vno ouo fit vnum tantum animal, sic ex vno grano tritici fit vnus tantum fundus spicarum, adeoque licet fiant plures spicæ, tamen illæ coalescunt in vnam radicem. Tom. 4, pagin. 482, lib. 1. de Generat. animal. capit. 20. num. 22.

GRATIA, seu beneficium est, *per quam qui possidet, dicitur gratis dare indigenti, non quia aliquid ab ipso acceperit, neque vt aliquod danti commodum accedat, sed vt bene fit ipsi indigenti*. Tom. 1. pagin 779. lib. 2. Rhet. cap. 7, num. 1.

Gratia, & beneficium crescit ex eo, quod collatum fuerit valde indigenti: quod præstita fuerint magna, & difficilia; quod opportunè; quod quis solus, aut primus præstiterit. Ibidem pagin. 779, numer. 2.

Quo pacto orator possit gratiam, & beneficium amplificare, vel diminuere. Ibidem pag. 780, num. 3.

Cum quid pro quo retribuitur, non datur gratis. Ibid.

Liberales magis merentur gratiam, & laudem, dando sicut oportet, quam non accipiendo, cum non oportet. Tom. 2, pag. 89, lib. 4. ethic. cap. 1, num. 5.

Vide Gratitudo, Beneficium.

GRATITVDO. Quia ad conseruationem ciuitatum necesse est, vt par pari referatur ex bonis, ideo antiqui voluerunt, vt templum gratiarum conderetur in aliquo loco conspicuo ciuitatis. Tom. 2. pag. 135, lib. 5. ethic. cap. 5, num. 5.

Qua arte possit orator in auditoribus excitare affectum gratitudinis. Tom. 1, pag. 780, lib. 2. Rhet. cap. 7, num. 3.

GRAVEDO capitis. Pueri quia habent caput humidius, sæpe laborant grauedine capitis. Tom. 5. pagin 443, sect. 1 prob. num. 16.

Homo præ cæteris animalibus laborat distillationibus, ac maximè solet sternutare, quia præ cæteris animalibus laborat grauedine capitis: & præ cæteris animalibus laborat grauedine capitis, quia præ cæteris est erectus, ideoque halitus recta ascendunt sursum ad caput; cum in cæteris animalibus ascendant recta ad armos. Tom. 5. pag. 545, sect. 10. problematum num. 53. A.

Grauedines, & distillationes causantur à vapore humido implente caput. Ibidem.

Aues quia cum sint bipedes, conueniunt aliqualiter cum homine in hoc, quod sint erectæ, conueniunt etiam in hoc, quod laborent grauedine capitis. Ibid. pag. 546, num. 53. D.

Qui grauedine capitis detinentur, non possunt sternutare, nec olfacere, quia humores crassi claudunt poros, itaut nec spiritus causantes sternutamentum possint egredi, nec exhalationes odoriferæ possint ingredi. Ibid. pagin. 545, num. 53. B.

GRAVIA, & leuia. Graue in diuersa significatione dicitur de corpore, & de voce, quia contrarium graui in voce est acutum, at contrarium graui in corpore est leue. Tom. 1, pag. 437, lib 1. top. cap. 13, num. 3.

Grauia, & leua, dum mouentur ad propria loca naturalia, non mouentur à se ipsis, sed per se mouentur à generante, per accidens ab eo, quod aufert impedimentum. Tom. 3, pag. 241, lib. 8 physic. cap. 5, num. 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14.

Quo pacto gratia, & leuia sint in potentia ad suos motus. Ibidem pagin. 242, numer. 12.

Graue est quod ex sua natura est aptum ferri ad medium, seu centrum. Grauissimum est, quod ex sua natura ponitur sub omnibus, quæ deorsum, seu ad centrum feruntur. Tom. 3, pagin. 294, lib. 1. de Coelo, cap. 3. num. 3.

Corpora, quæ respectu vnius mouentur deorsum respectu alterius mouetur sursum, sunt grauia, & leuia secundum quid. Ibidem.

Cor-

rporibus Cœleſtibus non conuenit grauitas, nequè leuitas, quia neque mouentur ad medium, neque à medio, ſed circa medium. Ibidem pag. 295, num. 4. 5.
rauia, & leuia mouentur ſurſum, & deorſum, non per extruſionem, ſed per ſuam grauitatem. Tom. 3, pagin. 322. lib. 1. de Cœlo, cap. 10. num. 4.
Grauia mouentur ad centrum, ſeu medium terræ, non quatenus eſt medium terræ, ſed quatenus eſt medium mundi. Tom. 3, pagin. 386, lib. 2. de Cœlo, cap. 15, num. 5, 6.
Puncta non poſſunt eſſe grauia, neque leuia Tom. 3, pagin. 395. lib 3. de Cœlo, cap. 3. num. 5, 6.
Grauia, & leuia abſolutè ſunt etiam grauia, & leuia relatiuè. Tom. 3, pag. 396, lib. 3. de Cœlo, cap. 3, num. 6.
Grauia, & leuia ſunt vel rara, vel denſa, vel dura, vel mollia. Ibidem pagin 396, num. 7. 8.
Quod conſtat ex partibus carentibus grauitate non poteſt eſſe graue. Ibid. pag. 396, num. 9.
Corpora non poſſunt eſſe magis, vel minus grauia per hoc, quod conſtent ex pluribus, aut paucioribus ſuperficiebus, vt indicat Plato in Timeo. Ibidem pagin. 397, num. 11.
Oſtenditur corpora, quæ naturaliter mouentur motu recto, eſſe grauia, vel leuia. Tom. 3, pag. 402, lib. 3. de Cœlo, cap. 5, per totum.
Phyſica debet agere de grauibus, ac leuibus. Tom. 3, pag. 423, lib. 4. de Cœlo, cap. 1. num. 1.
Antiqui egerunt ſolum de graui, & leui cõparatiuè, non autem abſolutè, & in hoc errarunt. Tom. 3, pag. 425, lib. 4. de Cœlo, cap. 2, num. 1.
Abſolutè graue eſt, quod ſimpliciter mouetur ſurſum, hoc eſt ad circumferentiam concauam: abſolutè leue eſt, quod ſimpliciter mouetur deorſum, hoc eſt ad medium, & centrum. Leue comparatiuè eſt, quod cum ſit in mole æquale alteri leui, velocius fertur ſurſum. Grauius comparatiuè eſt, quod cum ſit æquale in mole altèri graui velocius fertur deorſum. Tom. 3, pag. 427, lib. 4. de Cœlo, cap. 1, num. 7.
Proponitur, & reijcitur opinio Platonis, qui docuit ex corporibus illa eſſe grauiora, quæ conſtant ex pluribus, illa eſſe leuiora, quæ conſtant ex paucioribus ſuperficiebus. Tom. 3, pag. 425. lib. 4. de Cœlo, cap. 2, num. 2. 3. 4.
Proponitur, ac reijcitur opinio dicens corpora conſtare ex ſolidis, & illa eſſe grauiora, quæ habent proportionaliter plus ſolidi, quam vacui, illa eſſe leuiora, quæ habent minus ſolidi Ibid. pag. 426. num. 5. 6. 7. 8 9. 10. 11.
Proponitur, ac reijcitur opinio dicentium grauia, & leuia differre magnitudine, & paruitate, vel raritate, ac denſitate. Ibid. pag. 429. num. 12, 13, 14
Quare aliqua corpora ſemper moueantur ſurſum, alia ſemper deorſum, & quid ſit corpora moueri ad ſuum locum. Tom. 3. pagin. 430, lib. 4. de Cœlo, cap. 3, per totum.
Explicatur proportio, & diſcrimen inter modum, quo grauia, & leuia ſunt in potentia ad motum ſurſum, & deorſum, & quo augmentabile, & alterabile ſunt in potentia ad quantitatem, & qualitatem. Ibidem pagin. 432, num. 4. 5.
Quo pacto grauia, & leuia moueantur per ſe à generante, per accidens ab auferente impedimentum. Ibid. pag 443, num. 6.
Graue ſimpliciter eſt, quod ſubſtat omnibus, quæ deorſum feruntur: leue ſimpliciter eſt, quod ſupereminet omnibus, quæ ſurſum feruntur: Graue & leue ſecundum quid eſt, cui ineſt grauitas miſta cum leuitate. Tom. 3. pag. 433, lib. 4. de Cœlo, capit. 4, per totum.
Oſtenditur miſta eſſe grauia, & leuia ratione elementi prædominantis. Tom 3, pag. 434, lib. 4. de Cœlo, cap. 5. num. 1, 2, 3,
Cur aliqua corpora, quæ in aere ſunt grauia, in aqua ſint leuia. Ibid. pagin. 436, num. 3.
Omnia corpora, excepto igne, in propria regione ſunt grauia. Ibidem pagin. 435, num. 4.
Oſtenditur dari aliquod elementum ſimpliciter graue, hoc eſt terram, & aliquod ſimpliciter leue, hoc eſt ignem, & præterea duo elementa grauia, & leuia ſecundum quid, aquam nimirum, & aerem. Tom. 3, pag. 435, lib. 4. de Cœlo, cap. 6. per totum.
Oſtenditur grauia moueri ad medium, ſeu centrum, leuia ad circumferentiam. Ibid. pag. 436. num. 3, 4.
Oſtenditur grauia, & leuia ſecundum quid in proprijs locis grauitare. Tom. 3, pagin. 438, lib. 4. de Cœlo, capit. 7 per totum.

Oſtenditur, quod ſicut ſunt quatuor differentiæ corporum grauium, & leuium, ſic quatuor ſunt differentiæ corporum elementarium. Tom. 3, pag. 439, lib. 4. de Cœlo, cap. 8, per totum.

Grauia, & leuia vt moueantur, neque debent ſubſtentari aliquo quieſcente externo, cui nitantur, neque debent in ſe ipſis habere aliquam partem immotam. Tom. 4. pag. 424, lib de motu animal. capit. 2. num. 7.

Animalia non mouent ſe ipſa, ſed mouentur ab alijs, hoc eſt vel à Cœlo, quod generando dat illis determinationem ad motum, vel ab animatis, quæ mouent ſe ipſa. Ibidem pag. 424. num. 7. & pagin. 425, num. 11.

Infinitum non poteſt eſſe graue, neque leue, quia graue eſt quod mouetur ad medium, in infinito autem non datur medium. Tom. 5, pag. 312. lib. 11. metaph cap. 11, num. 11,

Grauia magis grauitant, dum mouentur, quam dum quieſcunt. Tom. 4. pag. 744, lib. qu mechan. qu. 19. num. 2.

Grauia, quæ feruntur deorſum reſiſtunt motui circumuolutionis. Tom. 4, pagin. 754. lib. Quæſt. mechan. quæſt. 33, numer. 3.

GRAVIS vox, Grauis ſonus. Primæ ſonorum differentiæ ſunt, per quas ſoni diuiduntur in acutos, & graues. Sonus acutus eſt, qui parno tempore multum mouet ſentum auditus. Sonus grauis eſt, qui multo tempore parum mouet ſentum auditus. Sonus acutus oritur ex eo, quod medium velociter mouetur per partes valde ſubtiles, ideoque auditum quodammodo pungit ad modum acus ſubtiliſſimæ. Sonus grauis oritur ex eo, quod medium tardè mouetur per partes craſſas, & ideo auditum quodammodo pellit. Tom. 4. pag. 273, lib. 2. de anima, cap. 11, num. 11.

Vox grauis, & intenſa ſignificat hominem fortem: vox acuta, & remiſſa ſignificat timidum. Tom. 4. pag. 794, lib. Phyſiogn. cap. 5, num. 2.

Vox grauis ex vna parte videtur ſignificare manſuetudinem, ex alia fortitudinem. Tom. 4, pagin. 791, lib. Phyſiogn. cap. 5, num 5.

Qui vocem habent grauem, & ſpiritu plenam ſolent eſſe modeſti, ac verecundi. Tom. 4. pag. 797, lib. Phyſiognom. cap. 6. num 6.

Vox grauis quia eſt maior acuta continet in potentia acutam, non è conuerſo. Tom. 5. pag. 622, ſect. 19. probl. num. 8.

Qui grauius canunt, ſi abſonent, facilius deprehenduntur, quam qui canunt acutius, quia grauius durat maiori tempore, ac proinde eſt ſenſibilius. Ibid. pag. 628, num. 21.

Plures diſſonant, emittendo vocem acutiorem, quam grauiorem, quam par ſit, quia acutum facilius canitur, & eſt deterius. Ibidem pagin 629, num. 26.

Quare difficilius ſit canere acutum, quam graue. Ibidem num. 37.

Per vocem grauem mouetur multum aeris, per acutam parum. Ibidem pagin 634, num 37.

GRAVIDÆ. Vide prægnantes.

GRAVITAS eſt medietas inter eam, quæ græcè dicitur authadia, hoc eſt ſibi placentia, & nimium alijs placendi ſtudium. Tom. 2, pag. 337, lib 1. mag mor. cap. 26, nu. 1. & pag. 459, lib. 3. mor. ad eud. cap. 9, num. 5.

GRESSVS longus ſignificat efficaciam in agendo, greſſus tardus ſignificat hominem cogitabundum: ideo qui mouentur greſſu longo, & tardo ſunt efficaces in agendo, & quæ aggrediuntur, perficiunt. Tom. 4, pagin. 812, lib. phyſiognom. capit. 10. num. 34.

Afferuntur alia ſigna deſumpta ex greſſu. Ibidem num. 35, 36, 37

Qui ambulant ita, vt altero pede vergant ad dextram, altero ad ſiniſtram, ſunt molles & effœminati, quia proprium eſt fœminarum hoc pacto ambulare. Ibidem num. 40.

Qui ambulant ad dextram inclinati ſunt molles, & cinædi, quia ex mollitie oritur, vt non poſſint recti incedere. Ibidem pag. 813, num. 42

GRVES. Ex volucribus grues ſunt animalia gregalia, & etiam ciuilia, ſiquidem conueniunt in faciendo aliquo opere communi, ac viuunt ſub duce. Tom. 3, pagin. 699, lib. 1. de Hiſtor anim cap. 1, num. 16.

Grues ex ſcythia, quæ eſt ad Septentrionem, transmigrant ad paludes ſupra Aegyptum, ex quibus naſcitur nilus, quæ paludes ſunt in Aethiopia prope æquatorem, in quibus locis habitant pygmæ, qui pugnant cum gruibus. Tom. 3, pag. 914, lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 12, num. 3.

Digitized by Google

Grues ab vna extremitate terræ transmigrant ad aliam ; & volant secundo vento Falsum est eas, dum volant, lapidem ore ferre, vt se librent, licet quidam id asserant, addentes talem lapidem esse vtilem ad probandum aurum. Ibidem pag. 956, num. 8.

Grues ex vno loco in alium transmigrant sui commodi gratia: altè volant, vt procul possint aspicere, ac si nubes, & tempestates viderint, ad terram descendunt, & consistunt: ducem itineris habent: quæ sunt in vltimo agmine clamore signum dant ita, vt vox possit audiri: cum consistunt, cæteræ dormiunt, capite condito sub ala, atque vno tantum pede per vices insistentes, at dux capite detecto, prospicit, & voce significat quod prospexerit. Tom. 3. pag. 993, lib 9. de Hist. anim. cap. 10, num. 1.

Grues pariunt duo tantum ova, ac tam vehementer inter se pugnant, vt vivæ capiantur, siquidem potius sinunt se capi ab hominibus, quam velint a pugna desistere. Tom. 3, pagin. 997, lib. 9. de Histor. anim. cap. 12, nu. 5

Grues quo pacto coeant. Tom. 3, pag. 828, lib 5. de Hist. anim. cap 2, num. 3.

Pennæ auium per ætatem nō mutantur, exceptis pennis gruum, quæ fiunt nigriores. Tom 3, pagin. 779, lib. 3. de Histor. anim. cap. 12 num. 1.

Pennæ gruum senescentium fiunt nigriores, quia grues senescentes habent plus humoris excrementitij, qui propter copiam facile putrescit: humor autem rarior, quia multum habet aeris admistum, efficit colorem album, humor densior efficit colorem nigrum. Tom. 4. pag. 652, lib. 5. de Gener. animal. cap. 5, num. 4.

Philoxenus insignis parasitus optabat dari sibi collum gruis, vt diutius frueretur voluptate degluriendi cibum. Tom. 5, pag. 725, sect. 28. probl. num. 7. & tom. 2, pag. 83. lib. 3. ethicor. cap. 10 num. 6. & pagin. 451, lib. 3. moral. ad eud. cap. 4. num. 7.

GVBERNACVLVM. Vide Temo.

GVBERNATIO. Vtrum expediat, vt in ciuitate gubernent multi vel pauci, vel omnes. Tom. 2, pagin. 603, lib. 3. Polit. capit. 7, per totum.
Vide Politia.

Gubernatio monarchica. Vide Monarchia.

Gubernatio regia. Vide Regnum, Rex.

Gubernatio oligarchica. Vide Oligarchia.

Gubernatio democratica. Vide Democratia.

Gubernatio aristocratica. Vide Aristocratia.

Gubernatio tyrannica. Vide Tyrannis.

Gubernatio Oeconomica. Vide Oeconomia.

GVLA. Posterior, & interior pars colli, per quam cibus descendit, dicitur gula. Tom. 1, pag. 713. lib. 1. de Histor. anim. cap. 12, num. 1.

Gula, quæ græcè vocatur Oesophragus, ex superiori parte pendet ab ore, & ita conjungitur arteriæ, seu gutturi, & spinæ ligamentis quibusdam membranaceis, vt sit media inter arteriam, & spinam. Transit per diaphragma, ac desinit in vēticulum. Habet gula naturam carneam, & potest extendi tum secundum longitudinem, tum secundum latitudinem. Tom. 3, pag. 721, lib. 1. de Histor. animalium, cap. 16. num 9. & pagin. 750 libr. 2. capit. 16, num. 5.

Gula non omnibus animalibus inest: siquidem plerique pisces carent gula, iraut immediatè ori piscium annectatur ventriculus. Tom. 3, pag. 750, lib 2. de Hist. anim. cap 16, num. 5.

Omnia animalia, quæ aerem recipiendo respirant, habent gulam, asperam arteriam, & pulmonem. Licet varia animalia differant quoad modum gulæ, & asperæ arteriæ, tamen omnes habent has duas partes in eodem situ. Tom 3, pagin 747, lib. 2. de Hist. animal. cap. 15. num. 2.

Quo pacto varia animalia differant quoad gulam. Tom 3. pag. 754. lib. 2. de Histor. anim. cap. 17. num. 19. 20. 21.

Animalia crustacea immediatè post os habent ventriculum, exceptis locustis, quæ paruam habent gulam inter os, & ventriculum. Tom. 3, pag 798, lib. 4 de Hist. anim. cap. 2, num. 13, 14.

Gula, venter, & intestinum sunt partes communes generi animalium, tum exanguium, tum sanguineorum. Tom. 3. pag. 799, lib 4 de Histor. animal cap. 3, num. 1.

Qualis sit gula animalium testaceorum. Tom. 3. pag. 803. lib. 4. de Histor. animal. cap. 4. num. 12.

Gula est canalis medius inter os, & ventriculum, quo cibus, & potus deglutiuntur, & ab ore transmittuntur ad ventriculum. Animalia, quæ carent collo, ca-

rent etiam gula, vt piſces, in quibus os immediatè coniungitur ventriculo. Tom. 4, pagin. 64, lib. 3. de part. anim. cap. 3, num 1.

Gula neque eſt neceſſaria propter cibum, quia nihil circa cibum operatur, neque eſt neceſſaria propter ventriculum, quippe qui poteſt immediatè connecti ori, vt patet in piſcibus, ideoque ſi aliunde non ſit neceſſarium collum propter guttur, & pulmones, gula non eſt animali neceſſaria. Ibidem pag. 84, num. 2.

Gula conſtat ex carne, & neruo. Debet enim poſſe extendi, cum multum cibi ingeritur, ac debet eſſe mollis, ac cedens, ne lædatur à cibi duritie: extendibilitatem habet à neruo, mollitiem à carne. Ibid. pag. 84, num. 2.

Reijcitur opinio eorum, qui dixerunt gulam eſſe canalem, quo tranſit cibus, aſperam arteriam eſſe canalem, quo tranſit potus Ibid. pag. 85 num. 4.

Quare guttur conſtituatur in collo ante gulam, ita ut gula ſit in parte poſteriori, guttur in parte anteriori. Ibid pag. 87, num. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

GVLÆ vitium, Guloſus. Guloſi parum delectantur diſcretione ſaporum, qualem diſcretionem faciunt qui probant vina, & explorant, an pulmenta ſint bene condita; ſed ſolum curant de voluptate, quæ eſt in deglutiendo, ideoque quidam Philoxenus, cum eſſet guloſiſſimus, optabat collum Gruis, vt diutius delectaretur deglutiendo cibum. tom 2, pagin 83, lib. 3. ethic. cap. 10, num. 6. & pag. 451, lib. 3. mor. ad eud. cap 4. nu 7.

Vitium, quo aliqui cupiunt alimentum, quodcumque illud ſit, & comedunt, ac bibunt ſupra indigentiam ex quibuslibet, non multum curantes, qualia ſint illa, quæ comedunt, vocatur Gaſtrimargia, ſeu furor ventris: & qui laborant hoc vitio ſolent eſſe homines ferini, ac imitantur voracitatem luporum. Ibidem pagin. 84, num. 2.

Mugil eſt piſcium omnium guloſiſſimus atque inſatiabilis, ideoque venter ei diſtenditur, & cum eſt ieiunus, eſt deterior, atque iners iacet. Tom. 3. pagin. 943, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 2, num. 23.

GVSTVS, Guſtabile. Officium guſtus eſt diſcernere ſapores, & ideo præcipuè reſidet in acumine linguæ. Intemperantes autem parum curant de diſcretione ſaporum, quæ fit per guſtum, qualem faciunt qui probant vina, & explorant, an pulmenta ſint bene condita, ſed curant de voluptate in cibis deglutiendis, quæ ſpectat ad tactum. Tom. 2, pag. 83, lib. 3. Ethic. cap. 10, num. 6.

Organum guſtus eſt lingua, in cuius acumine eſt guſtus exquiſitiſſimus, cum in parte latiore ſit guſtus minus exquiſitus. Tom. 3, pagin. 713, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 11, num. 8.

In animalibus organum guſtandi eſt manifeſtum, cum linguam habeant ad ſapores diſcernendos. Tom. 3, pag. 813, lib. 4. de Hiſtor. animal cap. 8. num. 4.

Piſces habent guſtum, ideoque delectantur quibusdam ſaporibus, & quale ſit in piſcibus organum guſtus. Ibidem pag. 814, num. 5.

Senſoria tangendi, & guſtandi dependent à capite tanquam ab organo, & ſubiecto. Tom. 4, pag. 60, lib. 2. de Part. animal. cap. 10, num. 9.

Sicut alia ſenſoria ſunt gemina, ita ſenſoriũ guſtus eſt geminum, ſiquidem per medietitem linguæ ducitur quædam fiſſura, per quam lingua diuiditur in duas partes. Duplicitas tamen organi guſtus non eſt ſatis manifeſta, quia guſtus eſt quidam tactus. Ibidem pagin. 62, num. 17.

Quia ſerpentes habent linguam bifidam, ideo habent ſenſum guſtus quodammodo duplicatum, & ſunt guloſiſſimi, atque auidiſſimi lambendi ſapores. tom 4, pag. 74, lib 2. de partib. animal. cap. 17. num. 6.

Inſecta loco linguæ ad guſtandum ſaporem cibi habent quamdam promoſcidem, vel extra os prominentem, vt apes, & muſcæ, vèl intra os reconditam, vt formicæ &c. Tom. 4. pag. 126, lib. 4. de part. anim. cap. 5, num. 7.

Lingua data eſt animali ad hoc, vt dum cibum mandit, præguſtet ſaporem cibi: hunc autem ſenſum præguſtandi cibum quædam animalia ouipara vel non habent, vel habent valde imperfectum, licet omnia habeant ſenſum gulæ, qui conſiſtit in vorando cibum, & ſpectat ad tactum. Tom. 4. pagin. 160, lib. 4. de part. anim. cap. 11. num. 4.

Homo ſicut habet perfectiſſimum tactum, ita habet exquiſitiſſimum guſtum, qui eſt quidam tactus: & quia ſenſus odoratus habet quamdam proportionem cum ſenſu guſtus, ideo ſenſus odoratus debet explicari per ſenſum guſtus, qui vt

pote

pote in nobis exquisitior est etiam notior. Tom.4, pag.276, lib.2. de anima, cap.13, num.2.

Gustabile, vt gustetur, debet esse in humido tanquam in subiecto: & quia humidum spectat ad sensum tactus, gustabile est quoddam tangibile, & gustus est quidam tactus, ideoque gustabile non est sensibile per medium extrancum. Tom. 4. pagin.279, lib. 2 de anima, capit. 14, num.1.2.

Gustus dicitur tum gustabilis, tum ingustabilis: & quia gustabile debet esse humidum, quod videtur potabile, gustabile videtur esse potabilis, & impotabilis. Tom.4. pag.280, lib.2. de anima, cap.14, num.4.

Sensorium gustus, hoc est lingua, vt sit dispositta ad gustandum, non debet esse actu humida, neque debet esse incapax vt humectetur, sed debet esse humida in potentia, hoc est humectabilis. Ibidem pag. 281, num.5.

Tactus, & gustus non differunt ab alijs sensibus per hoc, quod tactus, & gustus percipiant solum tangentia, alij sensus percipiant distantia: siquidem etiam tactus, & gustus percipiunt obiecta distantia saltem distantia imperceptibili, sed differunt per hoc, quod alij sensus non possunt percipere sine medio extraneo, tactus, & gustus possunt percipere etiam sine medio extraneo. Tom. 4, pagin. 284, lib.2. de anima, cap.15. num.11.12.

Gustus, & tactus tribuuntur terræ. Tom. 4, pagin. 289, lib. 2. de anima, capit. 17, num.4.

Sicut necesse est, vt animal habeat tactum, sic necesse est, vt habeat gustum, qui est quidam tactus: siquidem animal debet nutriri, vt autem nutriatur debet habere sensum discretiuum alimenti, hoc est gustum. Tom.4, pag. 327, lib. 3. de anima, cap.11, num.7. & pag. 333, lib. de sensu, & sensib. cap. 1, num.6.

Sensibilia gustus, hoc est sapores non per se corrumpunt animal, sed catenus solum, quatenus cum saporibus coniungitur aliqua qualitas tangibilis per se corruptiua animalis. Tom.4, pag.330, lib.3. de anima, cap.12, num.7.

Quidam antiquorum dixerunt organum gustus esse aquam. Tom. 4. pag. 334, lib. de sensu, & sensib. capit. 2, num.1.

Organa gustus, & tactus debent esse maiori ex parte terrea, ac debent residere circa cor, quia cum sint terrea, ac pr inde frigida, vt habeant debitum temp ramentum, debent residere circa cor, qu est fons caloris. Ibidem pagin. 339, nu 18, 19.

Finis saporis est, vt sensum gustus ex pote tia reducat in actum. Tom.4. pag.348. de sensu, & sensib. cap.4. nu.8.

Gustus, & tactus sunt duo sensus extremi vna parte: visus, & gustus sunt duo se sus extremi ex altera parte: odoratus sensus medius. Tom. 4, pag. 357, lib sensu, & sensib. cap.5. num.17.

Omnia animalia habent sensum gustus, tactus, nisi fuerint valde imperfecta, cauda insecti, quæ separata ab alia pa videtur habere solum tactum sine gust Tom.4. pagin. 390, lib. de somno, & v cap 2, num.2.

Sensoria tactus, & gustus sunt vel ipsu corpus animalis, hoc est caro, vel aliqu constituens corpus, hoc est nerui. Tom pagin. 532, lib. 2. de Gener. anim cap num 72.

Vide Sapor.

GVTTA. Cum vapor resoluitur in aqua si aqua illa feratur ad terram secundu modicas partes inter se diuisas, & diu tas, dicitur gutta: si feratur secundum p tes grandiores, ac non ita diuulsas, dici pluuia. Tom. 3, pag. 555. lib 1. mete cap.11, num.6.

Ros, & pruina reducuntur ad guttam. Ib pag.555, num.7.

GVTTVR. Colli duæ sunt partes: anteri qua respiramus, dicitur guttur: posteri qua descendit alimentum, dicitur gula. Pars interior gutturis dicitur aspera ar ria, quæ constat ex cartilagine: per asp ram autem arteriam respiramus, & v cem emittimus. Tom.3, pagin.713, lib de Hist.anim. cap.12. num.1. & pag 7 cap.16. num.4.

Aspera arteria, seu guttur parum habet sa guinis, ac multas, sed tenues in circu habet venas. Describitur aspera arter & explicatur, quo pacto coniungat linguæ, pulmoni, & cordi. Ibidem nu 4,5,6.7.

Munus gutturis est, vt per illud animalia respirando spiritum accipiant, ac redda non autem vt sumant alimentum hum dum, aut siccum: imo si aliquid cib vel potus casu in guttur inciderit, anim ita angitur, vt pene suffocetur, donec lud reiecerit. Ideo ridicula est opinio cen-

centium aſperam arteriam eſſe canalem, quo deſcendit potus. Ibidem pagin. 921, num. 8. & Tom. 4, pag. 85, lib. 3. de part. animal. cap. 3, num. 4.

Guttur datum eſt animalibus reſpirãdi gratia: & quia collum eſt gratia gutturis, guttur gratia pulmonum, vt poſſint reſpirare, ideo animalia, quæ carent pulmonibus, vt piſces, carent etiam collo, & gutture. Tom. 4, pag. 84, lib. 3. de part. anim. cap. 3, num. 1. & pag. 144, lib. 4. de part. anim. cap. 10, num. 6.

Guttur, hoc eſt canalis medius inter os, & pulmones, eſt per ſe neceſſarium ad reſpirationem, quia cum aer externus ſit nimis frigidus, debet antequam ad pulmonem perueniat, aliquantulum tepefieri a gutture: at gula media inter os, & ventriculum nihil operatur circa alimẽtum, ideoque non eſt neceſſaria per ſe, ſed in animalibus reſpirantibus eſt neceſſaria gratia gutturis. Ibidem pagin. 84, num. 2.

Guttur conſtat ex corpore cartilagineo, quia eſt inſtrumentum non ſolum ad reſpirandum, ſed etiam ad formandam vocem, ideoque debet conſtare ex corpore ſolido, & læui, quale eſt cartilagineum. Ibid pag. 85, num. 2. & pagin. 279, lib. 2. de anima, cap 12, num. 4.

Ne in guttur ingrediatur aliquid cibi, vel potus, guttur habet in ſui extremitate lingulam ſiue vueam, quæ cum reſpiramus, aperitur, ac deinde claditur, & ſic impedit ingreſſum cibi. Ibidem pag. 86, num. 5.

In animalibus lingula carentibus ipſum guttur funguntur officio linguæ, ſiquidem aperitur, dum ſpiritum trahunt, claditur, dum cibum accipiunt: & quare in animalibus, quæ penna, ſquama, cruſta, vel cortice teguntur, guttur careat lingula, ſiue vuea. Ibidem pagin. 86, num. 6.

Guttur cõſtitutum eſt in parte anteriori colli, gula in poſteriori, tum quia guttur cum ſit nobilius gula, debet conſtitui in parte nobiliore; tum quia guttur tendit ad cor, & pulmones, quæ ſunt in parte anteriori. Ibidem pag. 87, num. 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Vt animalia reſpirent, debent habere guttur, ſiue aſperam arteriam ori adiunctam: & quia piſces, & omnia animalia carentia pulmonibus non habent aſperam arteriam ori adiunctam, ſed in ijs poſt os immediatè ſequitur venter, ideo piſces, & animalia pulmonibus carentia non reſpirant. Tom. 4. pag. 684, lib. de Iuu. & ſenect. cap. 5, num. 5.

GYMNASTICA ordinatur ad efficiendam bonam corporis habitudinem, & ad motus rectificandos, ideoque iuuenes in ea ſunt inſtituendi. Tom. 2, pag. 777, lib. 8. pol. capit. 3, num. 5.

Ciuitates, quæ ita iuuenes inſtituunt in gymnaſtica, vt acquirant habitudinem athleticam, vel illos reddunt laboribus efferatos, errant Tom. 2, pag. 777, lib. 8. pol. capit. 4, num 1, 2.

Quo pacto, & quo ordine iuuenes inſtituendi ſint in gymnaſtica. Ibidem pag. 778, num. 3.

Qui in gymnaſticis exercentur, magis ſentiunt frigus, quia labore abſumunt pinguedinem, quæ eſt calida, & habent poros apertos. Tom. 5, pag. 516, ſect. 8. prob. num. 6.

H



HABERE dicitur octo modis. Primo ſubiectũ dicitur habere habitum, & diſpoſitionem, vel aliam qualitatem, puta ſcientiam, virtutem &c: ſecundo dicitur habere quantitatem, puta tantam magnitudinem: tertio dicitur habere veſtimentum corpori adiacens: quarto dicitur habere quod adiacet vni parti, puta annulum in manu: quinto dicitur habere aliud vt partem, puta pedem, aut manum: ſexto dicitur habere aliud, vt in vaſe, ex. gr. amphora vinum: ſeptimo, vt poſſeſſionem, puta dicitur habere domum: octauo vxor dicitur habere virum, & vir vxorem, quia cohabitant. Tom. 1, pag. 64. lib. prædicam: cap. 16, num. .

Habere dicitur quatuor modis. Primo quod agit, & mouet dicitur habere motum in phyſicis, vel in moralibus, vt tyranni dicuntur habere ciuitates, febres hominem: ſecundo proprium ſuſceptiuum dicitur habere quod in illo exiſtit, ex. gr. corpus dicitur habere ſanitatem: tertio continens dicitur habere contenta: quarto quod prohibet aliud operari, aut moueri dicitur habere illud, vt columna templum, Atlas apud Poetas Cœlum. Tom. 5, pag. 151, lib. 5. metaph. cap. 23, per totum.

HABITVS, ac diſpoſitio ſunt prima ſpecies qualitatis Tom. 1, pag. 49, lib. prædicam. cap. 9. num. 2.

Habitus differunt à diſpoſitionibus per hoc, quod diſpoſitiones ſunt facile mobiles, ac mutabiles, habitus ſunt difficile mobiles, ac mutabiles. Ibidem.

Diſpoſitio comparatur ad habitum, ſicut genus ad ſpeciem. Ibid.

Prædicamentum habitus ſignificat *calceatum eſſe, armatum eſſe* &c. Tom. 1, pag. 54, lib. prædicam. cap. 11. num 1.

Definitio habitus debet examinari ex definitione habentis, & è conuerſo. Tom. 1, pag. 552, lib 6. top. cap 2. num. 33.

Priuatio debet definiri per habitum, non è conuerſo: alioquin in definitione habitus poneretur ipſe habitus. Ibidem pag 553, num. 37.

Ad actiones ſequuntur habitus proportionales, puta ad actiones bonas ſequuntur habitus boni, ad malas mali. Tom. 2. pag. 36. lib. 2. ethic. cap. 2. num. 1.

Habitus cum eſt perfectus, eſt altera natura, ideoque ſicut ex operationibus ſecundum naturam ſequitur delectatio, ſic ex operationibus ſecundum habitus perfectos ſequitur delectatio, ac ſignum habitus acquiſiti eſt, cum delectamur actionibus factis ſecundum talem habitum. Tom. 2, pagin. 38. lib. 2. Ethicorum, capit. 3. numer. 1.

Habitus eſt genus virtutis moralis. Tom. 2, pagin. 43, lib. 2. Ethicorum, capit. 5, num. 11.

Habitus ſunt, per quos bene, vel malè nos habemus circa paſſiones. Tom. 2. pag. 51, lib. 2. Ethic. cap. 8. num. 3.

Habitus morales boni ſunt tres, virtus humana, continentia, & virtus heroica. Habitus morales mali ſunt vitium, incontinentia, & beſtialitas. Tom. 2, pagin. 183. lib. 7. Ethic. cap. 1. per totum.

Habitus, ac diſpoſitio ſunt ſecunda ſpecies qualitatis, atque in ijs non poteſt dari per ſe alteratio, ſeu ſint habitus, & virtutes corporis, ſeu animi. Tom. 3. pag. 213, lib. 7. phyſic. cap. 4, num 6, 7, 8.

Licet non detur per ſe alteratio ad acquiſitionem habituum, & virtutum moralium, & contrariorum vitiorum abiectionem, tamen cum virtutes acquiruntur, fit aliqua alteratio in parte ſenſitiua animæ. Ibid. pag. 214. num. 8.

Ad prædicamentum habitus datur mutatio ſolum per accidens, quia adiacentia veſtium, & armorum ſequitur motum localem veſtium, & armorum. Tom. 3. pag. 153. lib. 5 phyſic. capit 3. num. 12.

Quia habitus ſcientiæ, per quam quis ſit ſciens, ita actuat potentiam, vt ordinetur ad vlteriorem actum contemplandi, ideo habitus ſcientiæ eſt actus primus, contemplatio eſt actus ſecundus. Tom. 4, pag. 422, lib. 2. de anima, cap. 1. num. 4.

In qualibet ſcientia datur duplex habitus, habitus nimirum ſcientiæ, per quem iudicatur de rebus, & habitus diſciplinæ, per quem iudicatur de modo tradendi ſcientiam. To. 4, pag. 2, lib. 1. de part. anim. cap. 1, num 1.

Habitus quot modis dicatur Tom. 5, pag. 149, lib. 5. metaph. cap. 20, num. 1. 2.

Habitus in quantum ſignificat habitionem mediam inter habentem, & rem habitam, conſtituit ſpeciale prædicamentum, & habetur ſe ipſo, alioquin procederetur in infinitum. Ibid. num 1.

Habitus in quantum ſignificat diſpoſitionè, ſecundum quam ſubiectum benè, vel malè ſe habet, ſpectat ad prædicamentum qualitatis. Ibidem num. 2.

Habitus ſunt diſpoſitiones non ſolum totius, ſed etiam partium. Ibidem num. 2.

Habitus eſt, per quem immobiliter, & imperturbabiliter adhæremus obiectis ſcitis: ideo per facultates demonſtratiuas dicimur acquirere habitum, per coniecturales non dicimur acquirere habitum. Tom. 5. pag. 741, ſect. 30. problematum, num. 2.

Vide Virtus, Vitium.

HADRIANÆ Gallinæ. Vide Gallinæ.

HÆREDITAS. In oligarchijs vt ſeruetur æqualitas proportionalis in diuitijs, ſancienda eſſet lex, vt hæreditates per cognationes, non autem per donationes ſuſcipiantur, & vt nemini liceat plures hæreditates ſuſcipere. Tom. 2, pagin. 689, lib 5. pol. cap 8, num. 14.

Apud quasdam gentes cauetur, ne cui liceat hæreditatem à maioribus acceptam alienare. Tom. 2, pagin. 718. lib. 6 polit. cap 6, num. 5.

In quibusdam foris, cum controuertitur de hæreditate, iudices habent maiorem rationem cognationis, quam teſtamenti, quia facilius eſt mentiri circa teſtamentum, quam circa conſanguinitatem. Tom. 5. pagin. 727, ſect. 29. probl. num. 3.

HÆRENS eſt, quod ita ſequitur poſt aliud, vt tangat, & nihil mediet vel eiuſdem, vel alterius generis. Tom. 5, pagin. 319, lib. 11. metaph. capit. 13. num. 6.

HÆ-

HÆSITATIO consistit in hoc, vt quis non possit vnam syllabam propere alteri coniungere, sed prolata vna syllaba, cogatur sistere, & quodammodo cespitare. Tom. 5, pagin. 561, sect. 11. probl. num. 30.

Hæsitatio quo pacto differat à blæsitate, & balbutie. Ibidem num. 30.

Hæsitatio oritur ex linguæ, & organorum imbecillitate, eaque laborant sæpius pueri, quam viri. Ibidem num. 30

Qui hæsitant in loquendo non possunt loqui voce submissa, quia ad superandum offendiculum debent adhibere conatum, ex quo sequitur, vt vox erumpat altior. Ibid. pag 565, num. 35.

Qui hæsitant in loquendo solent habere complexionem melancholicam, quia ex melancholia oritur, vt imaginatio sit velox, adeoque verba præuertat Ibid. pag. 564, num. 38.

Hæsitatio oritur etiam ex frigiditate retardante motum, ideoque quidam cum vino, vel continente oratione sunt calefacti, expeditius loquuntur. Ibidem pagin. 569 num. 54

Ex animalibus solus homo aliquando hæsitat, quia hoc vitium non impedit prolationem vocis, sed expeditam articulationem verborum. Ibid. pag 569, num. 55.

Hæsitatio aliquando oritur ex calore, vt in iratis, aliquando ex frigore. Ibidem pag. 571. num. 63.

HALIÆTVS. Vide Aquila marina.

HALITVS est duplex, vapor nimirum, & exhalatio. Vapor est qui extrahitur ex aqua, & alijs corporibus humidis, ideoque est calidus, & humidus. Exhalatio est, quæ extrahitur ex terra, & ex alijs corporibus siccis, ideoque est calida, & sicca. Tom. 3. pag. 538, lib. 1. meteorol. cap. 5 num. 2.

Halitus sicci eleuantur simul cum humidis, & à duplici causa, altera externa, nimirum à sole, altera interna, nimirum ab interna caliditate terræ. Tom. 3. pagin. 591. lib. 2. meteorologic. capit. 4, num. 2, 3, 4

Sicut halitus maiori ex parte humidi sunt materia, ex qua generantur pluuiæ, sic halitus maiori ex parte sicci sunt materia, ex qua generantur venti. Ibid. pag. 592: num. 5. 6. 7. 8 9 10. 11. 12.

Quare halitus à nobis eductus ore hiante sit calidus, halitus eductus ore constricto sit frigidus. Tom. 3. pag. 815, lib 2, meteor. capit. 8. num. 15.

Vide Vapor, Exhalatio.

HALLVCINATIO. Vide Error.

HALO. Vide Area.

HALTERA. Halteræ dicebantur pilæ quædam plumbeæ, quas pentathli dum saltabant, gerebant in vtraque manu, vt se melius librarent. Tom. 4, pagin. 178, lib. de incess. animalium, capit. 4. num 3.

HARMONIA est concordia discrepantium sonorum. Tom. 1, pagin. 893, lib. poet. cap. 1, num. 5.

Poesis Dithyramborum, nec non Tragœdia, & comœdia imitantur oratione, numero, & harmonia. Ibidem pag. 894. num 9.

Harmoniæ, & rhythmi habent vim excitandi affectus, quia continent similitudines affectuum. Tom. 2, pag 781, lib. 5. Polit. cap. 5. num. 9, 10, 11.

Proponitur diuisio harmoniarum in morales, practicas, & enthusiasticas, siue excitatiuas affectuum. Tom. 2, pag. 786 lib. 8. pol. cap. 7, num. 2.

Harmoniæ morales sunt, quæ per suam naturam sunt aptæ ad componendos mores: harmoniæ practicæ sunt, quæ per suam naturam sunt aptæ ad ciendos affectus: harmoniæ enthusiasticæ sunt, quæ per suam naturam possunt animos concitare furore quodam diuino. Ibidem pag. 786. num. 2.

Licet omnibus generibus harmoniarum vtendum sit ad varios fines, tamen ad iuuenum disciplinam adhibendæ sunt solæ harmoniæ morales. Ibidem pagin. 787, num. 4, 5.

Eamdem vim habet harmonia phrygia inter harmonias, ac tibia inter instrumenta, siquidem vtraque est concitatiua animorum, & affectuum vehementium excitatiua: ideoque in scena tota concitatio, & bacchatio fit per harmoniam phrygiam, & dithyrambus, quod est carmen bacchantium, correspondet harmoniæ phrygiæ. Ibid. pagin. 788,

Phyloxenus aggressus facere fabulam dithyrambicam secundum harmoniam doricam non potuit, sed coactus est ad dithyrambos faciendos secundum harmoniam phrygiam, quæ ex sua natura dithyrambis accommodatur. Ibid. pag. 788, num. 5.

Ad disciplinam iuuenum non est adhibenda harmonia phrygia, sed dorica, vtpote quæ bene disponit animos in genere moris. Plato verò videtur errare, dum ex vna parte improbat vsum tibiarum vt minus con-

Digitized by Google

consentaneum disciplinæ iuniorum : ex alia parte non solum approbat harmoniã Doricam, sed etiam phrygiam, quæ habet eamdem vim, ac vsus tibiarum. Ibidem pag. 788, nu. 5. 6.

In harmonijs approbandis, aut reprobandis debet etiam considerari medium, possibile, ac decens. Ibid. pag. 788, num. 7.

Socrates merito reprehenditur, dum reprobauit omnes harmonias remissas, quasi vinolentas, quia inducunt inaudientes quẽdam languorem, & somnum. Nam senes non possunt canere alias harmonias, quam remissas. Harmonia etiam lydia, licet sit remissa, videtur accommodata pueris. Ibidem pag. 788. num. 7.

Homines cum audiunt harmoniam, quæ appellatur lydia mista, disponuntur flebiliter, & contractè : cum audiunt harmonias remissas, disponuntur molliter : cum audiunt compositas, & graues, disponuntur mediocriter, & compositè, quod præcipuè præstat harmonia dorica : phrygia verò per quemdam enthusiasmum rapit animum extra se. Tom. 2. pag. 782. lib. 8. pol. cap. 5, num. 11.

Animus humanus videtur habere quamdam cognationem cum harmonijs, ideoque ex sapientibus aliqui dixerunt animum esse harmoniam, alij docuerunt saltem habere harmoniam. Ibidem pagin. 783, num 12.

Aliqui dixerunt duas esse præcipuas harmonias, doricam nimirum, & phrygiam, cæteras verò ad has reduci. Tom. 2, pag. 631, lib. 4. pol. cap. 3. nu. 2.

Harmonia est quoddam temperamentum, & quædam compositio contrariorum: & quia corpus animalis constat ex contrarijs elementis, & qualitatibus, ideo quidam dixerunt animam esse harmoniam contrariorum elementorum, & qualitatum contrariarum. Reijcitur hæc opinio. Tom. 4. pag. 229, lib. 1. de anima, cap. 4, per totum.

Anima non est harmonia, sed potius sanitas, & aliæ virtutes corporeæ sunt quædam harmonia qualitatum, humorum &c. Ibidem pagin. 229, num. 4.

Vide Musica, Consonantia, Symphonia, Melodia.

HARPA. Ex auibus, quæ cibum quærunt in mari, hostes inuicem sunt aquila, gauia, & Harpa. Tom. 3. pag. 982. lib. 9. de Hist. animal. cap. 1, num. 11.

Amici sunt inuicem Harpa, miluus, & Pifex. Ibid. pagin. 984, num. 24.

HEBENVS. Vide Ebenus.

HEBETES. Caro dura, & non facile passibilis significat hominem insensatum, hoc est hebetem, obtusum, & rudi ingenio prædium. Solent etiam esse hebetes qui habent extremitates duras, & præsertim caput. Tom. 4. pag. 792, lib. Physiog. cap. 4 num. 4.

Afferuntur plura signa hebetis, & insensati. Tom. 4, pagin. 796, lib. Physiogn. capit. 6. num. 4.

Quibus maior est pars, quæ ab vmbilico protenditur ad imum pectoris, quam pars, quæ ab imo pectore protenditur ad collum, sunt hebetes, & insensati. Tom. 4. pagin 805, lib. Physiognom. capit. 9. num 12.

HECTOR Troianorum fortissimus occisus fuit ab Achille. Tom. 2. pagin. 811, lib. 2. Rhet. cap. 23. nu. 5.

Homerus inducit Priamum de Hectore dicentem, quod propter eximiam virtutem videbatur non esse filius hominis mortalis, sed de stirpe Deorum. Tom. 2, pag. 183, lib. 7. Ethic. cap. 1, num. 4.

Hector dum apud Homerum fortiter se gerebat, ne carperetur ab æmulo, erat fortis fortitudine non vera, sed politica. Tom. 2, pag 333, lib 1. mag mor. cap. 19, num. 5

HECTICI, hoc est qui consumpto corpore emarcuerunt, solent emittere vocem acutam, quia propter imbecillitatem parum aeris mouent. Tom. 5. pag. 634. sect. 19. prob. num. 36.

HEDERA. In Themiscyra apud Thermodoontem fluuium datur magna copia hederæ florescentis hyeme, ideoque apes colligẽtes rorem ex floribus hederæ mellificant, non quolibet anni tempore, sed hyeme tantum. Tom. 3. pag. 858. lib. 5. de Hist. anim. cap 22. num. 4.

Captus est ceruus hederam viridem suis enatam cornibus gerens, quæ nimirum in corou adhuc tenello, tamquam in arbore viridi fuerat enata. Tom. 3, pag. 988, lib. 9. de Hist. anim. capit. 5, num 3.

HEGEMON. Sicut Homerus vt plurimum imitatus est meliores, quam homines cõmuniter sint, sic Hegemon Thasius, qui primus parodias cecinit, imitatus est deteriores. Tom. 1, pag 89. lib. poet. cap. 4, num 12.

HELLANOCRATES lariſæus, cum Archelaus eius ætate fuisset abusus, interpretatus

tus id factum in contumeliam, particeps fuit coniurationis contra Archelaum initæ. tom.2, pag. 696, lib.5. polit cap. 10, num.8.

HELLEBORVS mouet ventrem superiorem, excitando vomitum, & propter quã causam. Tom.5. pagin.452. sect. 2. prob. num.42.

HELLESPONTVS. Quare ventus spirans ex Hellesponto pluuias afferat atticæ, & vicinis insulis, Boreas autem pluuias afferat Hellesponto. Tom 5, pag. 715, sect. 26. prob. num.58.

HELENA. Theodectes de Helena dixit: ex Dijs ab vtraque stirpe prognatam quisquam appellabit seruam. tom.1, pag.524, lib.1. pol. capit. 4. num 6.

HENIOCHI, & aliæ gentes efferatæ, quæ habitant circa pontum, latrocinantur quidem, sed sunt parum fortes, ac ad bellica opera nihil valent. Tom.2, pag.777, lib.8. pol. capit. 4, num. 1.

HEPAR. Vide Iecur.

HEPIOLVS dicitur papilio, qui circa lucernas obuolitat. Tom. 3, pag.974, lib.8. de Hist.anim. cap.27, num 2.

HEPTACORDVM. Quare antiqui in heptacordo, quod ex septem tantum chordis componebant, omitterent netem, hoc est vocem acutissimam, non autem hypatem, hoc est vocem grauissimam. Tom.5. pag. 622, sect 19. probl. num. 7. & pag. 631, num.32.

HERACLEOTÆ, licet eorum ciuitas esset parua, tamen ex hominibus tenuis fortunæ multas triremes implebant, & armabant. Tom 2, pag. 774, lib.7. pol. cap.6, num. 3.

HERACLEOTICI Cancri. Quidam Cancri vocantur Heracleotici, qui secundum locum tenent magnitudinis inter Cancros Tom. 3. pag. 795, lib. 4 de Hist. animal. cap.2, num.3.

Cancri Heracleotici oculos habent in medio, ac paruo dissitos interuallo. Tom. 3. pag. 800, lib. 4. de Hist. animal. capit 3, num. 3.

Cancri heracleotici, quia parum mouentur, breuioribus cruribus sunt præditi & quia non possunt suæ saluti consulere velocitate motus, crusta firmiore fuerunt muniti. tom.4, pagin. 141. lib.4. de part. anim. cap.8, nu.2.

HERACLIDES, & Paron Aenij propter contumeliam patri illatam Cotym Regem interfecerunt. To.2. pag. 696, lib. 5. Politic. cap.5. num.8.

HERACLITVS dixit omnia tandem in ignẽ esse conuertenda. Tom.3, pagin.80. lib 3. physic. cap.8. nu.4.

Heraclitus censuit omnia semper moueri, itaut nunquam quiescant. To. 3, pag.234, lib.8. physic. cap.4, num.2.

Heraclitus Ephesius, & Empedocles docuerunt mundum aliquando generari, aliquando corrumpi, atque hanc vicissitudinem duraturam in æternum. Tom.3, pag. 329, lib. 1. de Coelo, cap.12, num.2.

Heraclitus Ephesius videtur docuisse omnia præter vnum generari, ac esse in perenni fluxu: vnum autem, quod est principium materiale omnium, permanere. Tom.3, pag. 394, lib.3. de Coelo, cap. 2, num. 3.

Heraclitus censuit odorem esse fumalem exhalationem, quæ fit communis terræ, & aeri, & addidit, quod si omnia resoluerentur in fumalem exhalationem, nares omnia entia discernerent, liquidem discernunt omnes odores. Tom 4, pag.352, lib. de sentu, & sensib cap. 5, num.4.

Heraclitus dixit durum esse pugnare aduersus iram: vita enim id emitur. Tom. 2, pagin. 705. lib. 5. politicorum, capit. 11, num.14.

Heraclitus dixit difficile esse iræ repugnare: animum enim pellit ira. Tom.2, pag.426, lib. 2. ad Eud. cap. 8, num.6.

Heraclitus suæ opinioni, quod omnia semper mouerentur, adhærebat ita firmiter, sicut alij adhærent scientiæ. Tom. 2, pag. 189, lib. 7. Ethic. cap.3, num. 5.

Heraclitus ad quosdam, qui propter loci vilitatem dedignabantur ingredi in casam furnariam, dixit, ne dedignarentur ingredi, siquidem etiam in hac vilissima domo sunt dij immortales. Tom.4, pagin. 25, lib 1. de partib. animalium, capit. 5. num.5.

Heraclitus dixit vnum contrarium conducere alteri contrario, & ex differentibus pulcherrimam harmoniam fieri, & omnia ex lite oriri. Tom.2. pag.221, lib.8. ethic. capit.1, num.6.

Oratio Heraclitj est obscura, quia in ea non apparet, quænam coniungenda sint parti priori, vel posteriori, ideoque difficile pronunciatur, & legitur. Tom.2. pag. 843, lib.3. Rhet. cap.5, num 6.

Heraclitus reprobat poetam, qui dixerat: *Vtinam lis inter Deos, & homines pereat*: nam si periret contrarietas, perirent mul-

Digitized by Google

ta entia. Tom. 2, pag. 463, lib. 7. mor ad Eud. capit 1, nu.10.

Heraclitus Ephesius censuit primum principium esse ignem. Tom. 5, pag. 13, lib. 1. metaph. capit. 3. num. 8.

Heraclitus docuit, quod de rebus propter earum fluxum nihil est verum determinatè, ac fixe, sed veritas est in perpetuo motu, & semper variatur; & quod sicut non possumus bis intrare in eamdem aquam fluuij, quia dum secundo intramus, aqua iam pertransijt, sic non possumus bis enunciare eamdem veritatem, quia dum secundo enunciatur, iam transijt. Tom. 5, pagin. 101. lib. 4. metaph. cap. 5, num. 7.

Qui posuerunt ideas separatas à sensibilibus, ideo posuerunt, quia putarunt sensibilia semper fluere, adeoque non posse de ijs dari scientiam. Tom. 5, pag. 362, lib. 13. metaph. capit. 4, num. 1.

Sectatores Heraclitì dixerunt, quod sicut in mundo ex corporibus, virtute caloris eleuantur halitus, qui deinde refrigerati concrescunt, ac resoluuntur in aquas pluuias, sic in animali, quod est paruus quidam mundus, ex cibo eleuantur halitus, qui deinde refrigerati resoluuntur in vrinam. Tom. 5, pag. 580. sect. 13 prob. num. 6

Sectatores Heraclitì dixerunt lapides fieri ex aqua dulci siccata, & concrescente, ac solem exhalationes ex mari attrahere. Tom. 5, pagin. 679, sect. 23. problem. num. 30.

Heraclitus dixit contradictoria esse simul vera, & sui erroris fundamentum desumpsit ex sensibilibus, in quibus contradictoria sunt simul in potentia. Tom. 5. pag. 98, lib. 4. metaph. cap. 5. num. 1, 2, 3.

Error Heraclitì dicentis contradictoria esse simul vera est mutuo connexus cum errore Protagoræ dicétis quidquid apparet esse verum. Ibidem num. 1.

Heraclitus licet ore diceret contradictoria esse vera, mente non poterat id affirmare. Ibid. pag. 90, cap. 3, nu. 7.

HERBA. Equi, muli, atque asini vescuntur herba, & fructibus Tom. 3 pag. 951, lib. 8. de Histor. animal. cap. 8 nu. 1.

Oues pinguescunt herba, & tum præcipuè cum illam sale aspersam comedunt. To. 3, pag. 953, lib. 8. de Histor. animal. cap. 10, num. 2.

Herbæ medicæ prima seges mala est equis, & præterea cum aqua fœtida rigatur, euadit ijsdem noxius. Tom. 3. pag. 952, lib. 8. de Histor. animal. cap. 8. nu. 1.

Herbæ tamdiu viuere possunt, donec producant semen, ac semine producto, exarescunt. Tom. 5, pagin. 644, sect. 20. prob. num. 6.

HERCVLES. Mater Herculis maluit Herculem abesse, & mutari in Deum, quam adesse, & Euristheo seruire. Tom. 2. pag. 498, lib. 7, mor. ad Eud. cap. 2, num. 14.

In fabulis narratur Herculem ab Argonautis fuisse extra nauem relictum, quia cum longe alijs excelleret, nolebat nauem regere simul cum alijs. Tom. 2, pag. 614, lib. 2. pol. cap 3 num 3.

Si posterior fœtus conceptus fuerit paulo post primum, possunt simul edi: & hac ratione fabulantur Herculem, atque Iphiclem simul editos fuisse, itaut Hercules esset filius Iouis, Iphicles esset filius Amphitruonis Tom. 3, pag. 925, lib. 7 de Hist. anim. capit. 4, num 10.

Fabulantur Herculem ex duobus, & septuaginta liberis vnam tantum fœminam edidisse. Tom. 5, pagin. 927 lib. 7. de Hist. anim. cap. 6. num. 5.

Hercules dicitur habuisse naturam melancholicam, laborasse morbo comitiali, qui idcirco dicitur morbus Herculeus, & mētis emotione, & vlceribus, quæ oriuntur ex atra bile. To. 5, pag. 734, sect 30 prob. num. 1.

HERINACEVS. Herinacei habent testes nō foris, sed intus ad lumbos, quia eorum cutis est ita dura, vt sit inepta ad faciendam bursam testium extra positam. Tom. 3, pagin. 755, lib. 3. de Hist. anim. cap. 1, num. 4. & Tom. 4, pag. 451. lib. 1. de Gen. anim cap. 12, num 3.

Herinacei quo pacto coeant. Tom 3, pagin. 821, lib. 5. de Histor. anim. cap. 2. num. 5. & pag. 446, lib. 1. de Gener. anim. cap. 5: num. 1.

Herinacei præsentiunt mutationes temporum, & cum præsentiunt mutationes ventorum aquilonarium in australes, vel australium in aquilonares, mutant cubilia: quod cum quidam Bizantij aduertisset, famam diuinatoris comparauit Tom. 3, pagin. 990, lib. 9. de Histor. animal. cap. 6, num. 12.

Nomine pilorum comprehenduntur etiam duriores, qui habent speciem spinæ, quales habent Herinacei. Tom. 3, pag. 707, lib. 1. de Hist. anim cap. 6. num. 6.

Pili Herinaceorum ita indurantur, vt videan-

deantur degenerare in ſpinas. Tom. 3, pag. 776, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 11, nu. 1. & Tom. 4, pag 643, lib. 5. de Gen. anim. cap 3, num 2.

HERMAPHRODITÆ. Si contingat, vt aliqua pars ſeminis vincat materiam, alia vincatur à materia, tum generatur fœtus multiformis, hoc eſt partim mas, partim fœmina, vt accidit in hermaphroditis. Tom. 4, pag 604, lib. 4. de Gen anim. cap 3. num. 15.

Ex animalibus quædam naſcuntur cum duplici genitali, altero maris, altero fœminæ, vt accidit in Hermaphroditis: ſæpe etiam naſcuntur capræ, quæ vocantur hircinæ, eo quod habeant duo genitalia, &c. Ibidem pagin. 610, nu. 15.

In hermaphroditis vnum genitale ſolet eſſe vtile, alterum inutile, quia cum vnum ſit præter naturam, licet aliquid ſumat alimenti, tamen parum nutritur. Ibid. pag. 616 num. 33.

HERMOTIMVS Clazomenius dicitur obſcurè indicaſſe cauſam mundi, & totius ordinis eſſe intellectum, ex eoque id accepiſſe Anaxagoras. Tom. 5, pag 15, lib. 1. metaph. capit. 4, num. 3.

HERODOTVS pluries in ſua hiſtoria vſus eſt oratione non periodica, ſed pendente, vt patet legenti eius hiſtoriæ initium. Tom. 1, pagin. 850, lib 3. Rhetor. capit. 9, num. 1.

Siquis carminibus complecteretur ea, quæ narrantur apud Herodotum, adhuc talis narratio non eſſet poeſis, ſed hiſtoria. Tom. 1, pag. 909, lib Poet. cap. 7. num. 1.

Heredoto teſte, auis quædam, quæ dicitur regulus, eſt amica crocodilo, quia ex ore Crocodili ſumit reliquias cibi. Tom. 2, pagin. 468. lib. 7. moral. ad Eud. capit. 3, num. 6.

Semen omnium animalium eſt album, ideoque falſo ſcripſit Herodotus ſemen Æthiopum eſſe nigrum. To. 3. pag 789, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 22. num. 1. & tom. 4, pag. 504. lib. 2. de Gener. animal. cap 2. num. 11.

Quia nidi vulturis raro videntur, & inueniuntur, ideo Herodotus Briſonis Rhetoris pater falſo cenſuit vultures ex terra no is ignota aduolare. Tom. 3, pag. 877, lib. 5. de Hiſtor. animalium, capit. 5. num. 1.

Herodotus fabulator falſo ſcripſit piſces nõ coire, ſed fœminas concipere, deuorando oua propria, ac ſemen marium Tom. 4, pag. 568. lib. 3. de Gener. anim. cap. 5. num. 11.

Herodotus Heracleota ſcripſit Trochum eſſe animal habens duplex genitale, alterum maris, alterum fœminæ, ac cum ſe ipſo coire. Tom. 4. pag 569, lib. 3. de Gener. anim. cap. 6, nu. 6.

HEROES: Antiqui ſolos duces, & heroes inducebant in ſcenam, eorumque facta, & dicta repræſentabant: homines autem vulgares repræsentabant per choros. To. 5. pagin. 641, ſect. 19. problematum, numer. 49.

Heroes, ac præſertim Hercules exiſtimantur fuiſſe melancholici, ac laboraſſe morbis atræ bilis, ac præſertim morbo comitiali, qui idcirco appellatur morbus Herculeus. Tom. 5. pagin 743, ſect. 30. probl. num 1.

HEROICA virtus Beſtialitati, quæ eſt Vitium ferinum, opponitur virtus heroica, quæ eſt virtus pluſquam humana. Sicut enim homo poteſt ita deprauari, vt euadat ſimilis belluis, ſic poteſt ita perfici, vt euadat ſimilis Intelligentijs. Hanc virtutem antiqui tribuebant ſuis heroibus, ideoque Homerus inducit Priamum de Hectore dicentem, quod non videbatur filius hominis mortalis, ſed magna de ſtirpe Deorum. Tom. 2. pag. 183. lib. 7. Ethic. cap. 1, num. 4.

HEROICVS numerus conſtans ex dactylis, & ſpondæis, qui habent proportionẽ parem, propter ſuam æquabilitatem, eſt maieſtate plenus, ſonorus, & grandiloquus, atque eget harmonia, ideoque non eſt ſatis accommodatus ſolutæ orationi, quæ debet carere harmonia, ac debet eſſe minus grandiloqua. Tom. 1, pagin. 848, lib. 3. Rhet. capit. 8 nu. 3.

Heroicus numerus eſt maximè æqualis, ac ſtabilis, ideoque carmen heroicum, ſiue hexametrum maximè conuenit Epopœiæ, vtpote quæ continet imitationem maximè æqualem, ac ſtabilem. Tom. 1, pagin. 948, lib. Poet. capit. 23, num. 8.

HEROICVM carmen: Vide Heroicus numerus.

HESIODVS docuit nihil eſſe ingenitum, ſed omnia generari: at ex rebus genitis alias eſſe incorruptibiles, alias corruptibiles. Tom. 3, pagin. 393, lib. 3. de Cœlo, cap 2, num. 2.

Heſiodus dixit, quod Democratia eſt contraria tyrannidi per accidens, & ſicut figulus figulo: ſiquidem ipſa democratia eſt

eſt quædam tyrannis populi. Tom. 2, pag. 698, lib. 5. Polit. cap. 10. num. 11.
Heſiodus videtur quæſiuiſſe, & aſſignaſſe, cur mundus bene ſe haberet, dum cecinit ante omnia fuiſſe chaos, deinde terram ſpatioſam, atque amorem. Poſuit nimirum chaos vt materiam generationum, terram ſpatioſam vt locum, & receptaculum generationum, amorem vt cauſam mouentem, & ordinantem vniuerſum, vt bene ſe haberet. Tom. 5, pag. 15, lib. 1. metaph. capit. 4, num. 3.
HESIONE Teucri mater, & Priami ſoror fuit. Tom. 1, pag. 876. lib. 3. Rhet. cap. 15, num. 10.
HETEROGENEÆ partes. Partes homogeneæ animalium habent pro fine partes heterogeneas, ſiquidem actiones, & officia exercentur per partes heterogeneas, ex gr. viſio exercetur per oculos &c. Tom. 4. pagin. 29, lib. 2. de partib. anim. cap. 1, num. 7.
Partes heterogeneæ, quia debent eſſe organa ad exercendas plures, & diuerſas operationes, debent componi ex pluribus partibus homogeneis Ibid. pag. 30, num. 8 9.
Cor quo pacto ſit pars heterogenea, vel homogenea. Ibidem num. 9.
Partes heterogeneæ diſtinguuntur inuicem per virtutes operatiuas. Tom. 4, pagin. 460, lib. 1. de Generat anim. cap. 18, num. 8.
HEXAMETRVM carmen. Vide Heroicus numerus.
HIATICOLA. Vide Channa, Charadrius.
HIATVLA. Hiatulæ quæ etiam vocantur channæ, recenſentur inter piſces, qui ſolis carnibus veſcuntur. Tom. 3. pag. 942, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 2, num. 21.
Channæ, ſeu hiatulæ euenit, vt dum perſequitur piſces minores, ventriculum reuolutum extra os emittat: ſiquidem piſces cum careant gula, ventriculum habent propinquum ori. Ibidem pagin. 943, num. 24.
Channa, ſiue hiatula recenſetur inter piſces in alto degentes. Tom. 3, pag. 957, lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 13, nu. 1.
Dubitatur, vtrum in hiatulis detur mas, & fœmina: ſiquidem omnes hiatulæ capiuntur grauidæ. Tom. 3, pag. 886, lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 13, nu. 2.
HIATVS in Cœlo apparentes cauſantur à nigro interrumpente, & diſcontinuante lumen. Tom. 3, pag. 541, lib. 1. meteor. cap. 6, num 3.
HILARIS. Aſſeruntur aliqua ſigna hominis hilaris. Tom. 4, pag. 797. lib. Phyſiog. cap. 6. num. 7.
HINNVLARIA Aquila. Vide Aquila.
HINNVLVS. Coagulum hinnuli, ſeu ceruuli eſt optimum, ac medetur profluuio ventris. Tom. 3, pag. 787, lib. 3. de Hiſtor. anim. cap. 3. num 1.
HINNVS. Vide Ginnus.
HIPPARDIVM, ſeu equipardium participat naturam equi, & pardi, & eſt animal cornigerum, ac biſulcum, hoc eſt habens pedes diuiſos in duas partes. Tom. 3, pagin. 729, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 3. num. 19.
HIPPASVS Metapontinus docuit primum principium eſſe ignem. Tom. 5, pag. 13, lib. 1. metaph. cap. 3. num. 8.
HIPPEÆ Cancri. Vide Cancri.
HIPPELAPHVS, ſiue equiceruus participat naturam equi, ac cerui: habet duas iubas, alteram in ſummitate dorſi, alteram in ſummitate colli, & præterea habet quamdam barbam à mento pendentem. Eſt animal cornigerum, & biſulcum; habet magnitudinem cerui. Tom. 3, pagin. 729, lib. 2, de Hiſt. animal. cap. 18 num. 19.
HIPPIAS Athenienſis qua arte magnas pecunias compararit. Tom. 2. pagin. 808, lib. 2. Oecon. cap. 1, num 4.
HIPPOCRATES Chius inſignis Geometra quo pacto conatus ſit quadrare circulum. Proponitur eius demonſtratio, & oſtenditur, quod non concludit, licet procedat ex principijs geometricis. Tom 3, pag. 7, lib. 1. phyſic. cap. 2, num. 6.
Hippocrates cum eſſet geometra præſtantiſſimus, erat imprudentiſſimus in rebus agendis, ideoque magnam pecuniæ ſummam amiſit Byzantij, deceptus ab ijs, qui exigebant quoddam tributum, quod appellabatur quinquageſima. Tom. 2, pagin. 502, lib. 7. moral ad Eud. cap. 17. num 3.
HIPPODAMVS patria Mileſius, qui ciuitatum deſcriptionem, & diuiſionem repetit, & pyræum à reliqua vrbe Athenienſi abſcidit, ſecutus eſt modum viuendi valde accuratum, ac videbatur curioſius viuere, ac præſertim capillis vti prolixioribus, & comptioribus, quam par ſit. Veſtitu vtebatur frugali quidem, & modeſto, ſed valde farcto, & calido, non ſolum hyeme, ſed etiam æſtate; & cum eſſet naturæ vniuerſæ ſtudioſus, aggreſſus eſt in optima ciuitatis inſtitutione differere.

Tom.2. pagin.564. lib.2. politic. capit.6, num.1.

Hippodamus qualem Rempublicam instituerit. Ibidem pagin. 563, cap.6. per totum.

HIPPOLOCHVS omnium primus encomio fuit ornatus. Tom. 1, pag. 770, lib.1. Rhet. cap. 4, num.32.

HIPPOMANE. Equa cum peperit, statim euellit ex fronte pulli hippomane, quod præditum est magnitudine caricæ, seu ficus ficcæ, & est rotundum, latiori forma præditum, ac nigrum. Si quis hippomane pulli præripiat, mater eius dolore excitata in furias agitur. *Hippomane* quæritur à veneficis ad sua venefícia. Tom.3. pag. 908. lib. 6. de Hist. animal. cap.22, num.15. & pagin.973, lib.8. cap.24. numer. 3.

Equæ cum amore furunt, distillant quoddam virus, quod appellatur hippomane, & proportionaliter distillat ex genitalibus equorum insanientium, ac id, quod vocatur aprta, distillet ex genitalibus suũ, sed hippomane magis quæritur ad maleficia. Tom. 3. pag. 897, lib. 6. de Histor. anim. cap. 18. num. 3.

HIPPON philosophus censuit primum principium esse aquam: sed quia propter simplicitatem sui intellectus nihil addere potuit ijs, quæ dixerat Thales, non est cæteris præstantibus philosophis annumerãdus. Tom.5, pag.13, lib.1. metaph.cap 3. num.6.

HIPPOSELINVM. Vide apium.

HIPPOTAMVS. Vide Equus fluuiatilis.

HIPPOTHELÆ dicuntur asini, qui lactati fuerunt ab equa. Tom 3, pag 909, lib.6. de Histor. anim, cap.23. num 6.

HIPPVRVS, siue equiseles latet tempore hyemis, ac certis solum temporibus capitur, quia alijs latet. Tom. 3, pag.960, lib 8. de Hist.anim. cap 15, num.2.

HIRCVS. Hirci pinguescẽtes minus seminis emittunt, ideoque etiam plantæ, cum loco producendi fructus, totum alimentum conuertunt in pampinos, dicuntur hircire. Tom. 4 pag. 71, lib 1. de Gener. animal. cap.19, num.41.

Vide Capra, Caper.

HIRTVS. Vide pilosus.

HIRVDINES mouentur ita, vt partem posteriorem corporis attrahant ad priorem, intra quam pars posterior ingreditur; deinde parte anteriore se promouente, pars posterior egreditur ex posteriori. Tom. 4, pag.192, lib. de Incessu animal. cap.7, num.14.

HIRVNDINES. *Hirundo* est carniuora: bis eodem anno nidificat, & coit, ac parit: & prima auium parit: ac pulli hirundinis, si pungantur in oculis, itaut excæcentur, conualescunt, ac visum recipiunt. To.3, pag.877, lib.5. de hist.anim. cap.5, num.2. & pagin.836, lib.5. cap. 13, num.1.

Hirundo in constituendo nido, & prole educanda hominum ingenium, & artem imitatur: nam festucas luto coniungit: si luto egeat, madefacit se ipsam, ac deinde se volutat in puluere, & ex se facit lutum: in nido stragulum quoddam molle facit pro sui corporis magnitudine: prolis alendæ tum mas, tum fœmina curam gerit. Stercus filiorum ex nido ejciunt, atque filios docent, vt auersi stercus extra nidum ejciant. Tom.3, pag.990, lib.9. de hist.animal. cap.7, nu.2.

Hirundo, & auicula, quæ dicitur riparia, paruos habent pedes, & magnas alas, & hæ duæ aues sunt valde similes. Tom.3, pagin 699, lib.1. de histor. animal. cap.1, num.15.

Hirundo habet fel adiunctum, non iecori, sed intestino. Tom.3, pag. 748, lib.2. de hist.anim. cap.15, num.9.

Hirundo ventriculo longiore est prædita. Tom 3. pagin.754, lib.2. de histor.animal. cap. 5. nu.20.

Pennæ hirundinum licet sint nigræ, propter vehementiam frigoris albescunt. Tom. 3, pagin, 779, lib.3. de hist. anim. cap.12, num 1.

Hirundines marinæ, quæ vtpote habentes pennas longas, & latas, volant sublimes, alarum motu efficiunt quemdam stridorẽ. Tom. 3. pag. 819, lib 4. de histor.animal. cap 9, num.5.

Hirundines licet vnguibus aduncis non sint præditæ, tamen sunt carniuoræ, & muscas venantur. Tom.3, pag.945, lib.8. de hist. anim. cap.3, num. 1.

Hirundines instante hyeme ex nostris regionibus transmigrant. Tom 3, pag.956, lib 8. de Hist.anim. cap. 12, num.9.

Ex hirundinibus aliquæ hyeme non transmigrant, sed se abscondunt in cauernis &c, ideoque aliquando tempore hyemis inueniuntur deplumes. Tom.3, pag.962, lib.8. de Hist.anim. cap.16, num 1.

Hirundo officit aluearibus apum. To.3, pag. 1021, lib.9. de hist.anim. cap 4, num.17.

Hi-

*Hirundo excludit ex ouis pullos imperfectos, ac cœcos: & si oculi hirundinum pũgantur ita, vt excæcentur, sanantur, ac visum recuperant. Tom. 4, pag. 623, lib. 4. de gen. anim. cap. 6, num. 4.

*HISTORIA, Historicus. Historiæ conuenit dictio quædam exquisitissima. Tom. 1. pagin. 864, lib. 3. Rhet. cap. 12, num. 2.

Oblectamur præcipuè historijs rerum, neque admodum antiquarum, neque admodum recentium, quia admodum antiquis non satis credimus, admodum recentia, videntur consueta. Tom. 5, pag 617. sect. 18. prob. num. 10.

Magis oblectamur historijs, quæ vnam rem, quam quæ multas narrant, quia vnum, vtpote magis determinatum est notius. Ibidem num. 9.

*HISTRIONES vocem exercent mane, & ieiuni, quia qui post cibum clamant, solent vocem corrumpere. To 5. pag. 558, sect. 11. prob. num. 22.

Histriones exercent artem, quæ habet pro fine delectationem audientium. Tom 5, pagin. 615, sect. 18. prob. num. 4.

Histrio, qui agit in scenâ, certator simul, & imitator est, To. 5, pag. 626. sect. 19. prob. num. 15. B.

Histriones solent esse improbi, quia cum sint artifices delectationum, solent esse incontinentes, & habent incontinentiam coniunctam cum paupertate. To. 5. pag. 774. sect. 30. probl. num. 9.

*HOMERVS. Athenienses cum magarensibus de salamine contendentes, prolato in sui fauorem *Homeri* versu, victoriam obtinuerunt. Tom. 1, pag. 752, lib. 1. Rheror. capit. 15, num. 7.

Chij honorarunt *Homerum*, quamuis eorum ciuis non esset. Tom. 1, pag. 815. lib. 2. Rhet. capit. 24, num. 10.

Homerus, & *Empedocles* conueniunt solum in ratione versificatorum, ac solus *Homerus* est poeta, *Empedocles* est physicus. Tom. 1, pagin. 873, lib. poet. cap. 1, num 8.

Homerus vt plurimum imitatur meliores, quam communiter homines sint, & in hoc conuenit cum Sophocle Ibid pag. 894, num. 12 & pag 896, num. 14

Poetarum, qui extiterunt ante *Homerum*, nullum extat poema Tom. 1, pag. 898, lib. poet, cap. 2, num. 2.

Homerus fuit maximus poetarum, & in Iliade, atque in Odyssea imitatus est meliores, ac dedit exemplar tragœdiæ: in margite imitatus est deteriores, & dedi exemplar comœdiæ. Ibid. num. 2, 3.

Homerus sicut in cæteris excelluit, sic vel propter artem, vel propter naturam vidit ad vnitatem fabulæ requiri, vt imitetur actionem vnam. Tom. 1 pag. 908, lib. poet. cap. 6, num 3.

Homerus in odyssea constituit fabulam duplicem, & repræsentat bonos, ac malos, itaut boni transeant ex miseria in felicitatem, mali è conuerso. Tom. 1. pag. 918, lib. poet. cap. 11. num. 4.

Homerus etiam ex hoc capite præ cæteris diuinus est censendus, quia cecinit actionem maximè vnam in Iliade, & Odyssea. Explicatur. Tom. 1, pagin. 946, lib. poet. cap. 22, nu. 4.

Homerus ita narrat falsa, vt appareant verisimilia. Ibid pagin. 949. num. 10 11.

Homerus meretur summam laudem, quia paucissima dicit ex persona propria, pene omnia ex persona aliorum, quos loquentes inducit. Ibidem pagin. 948. num. 9.

Homerus vnus metaphoris significantibus actiones viuentium omnibus rebus tribuit vitam, & actionem. Tom. 1, pag. 859, lib. 3. Rhet. cap. 11. num. 2.

Soluuntur aliqua, quæ contra *Homerum* obijciuntur. Tom 1. pag. 955, lib. poet. cap. 23. num. 3. & sequ.

Afferuntur auctoritates *Homeri* ad ostendendum, quo pacto vir, & vxor debeant se gerere ad inuicem. Tom. 2, pagin. 801, lib. 1. Oecon. cap. 9, per totum.

Affertur locus *Homeri*, in quo mentionem facit venæ, quæ per spinam dorsi porrigitur. Tom. 3, pag. 766, lib. 3. de histor. animal. cap. 3, num 12

Affertur locus Homeri, in quo mentionem facit partis capitis, in qua equi percutiuntur valde periculosè. Tom. 4, pagin. 652, lib. 5. de Gener. animal capit 5, num. 2.

Afferrur locus *Homeri* ad ostendendũ, quod virgines crescere solent secundum longitudinem, non autem proportionaliter secundum cæteras dimensiones. Tom. 5, pag 537, sect. 10 prob num. 38.

Homerus finxit *Zephyrum* spirare per campos Elysios, quia est iucundissimus ventorum. Tom. 5, pagin. 706, sect. 26. prob. num. 33.

Affertur locus *Homeri* de Bellorophontis insania. Tom. 5, pag. 734, sect. 30. probl. num. 1.

Quidam interpretes Homeri magna mysteria in eius carminibus inueniebant, & ita red-

reddebant rationes quorundam minimorum, vt rationes, maiorum ex se manifestas non viderent. Tom.5, pagin.414. lib. 14, metaph. cap.9, num.7.

HOMICIDIVM. Iniquius est interficere mulierem, quam virum, quia dirum est ostentare fortitudinem aggrediendo multo infimiorem, ac non potentem resistere. Tom.5, pagin.729, sect.29. problem. num.11.

HOMO naturaliter est animal ciuile, ac sociale; imo est magis sociale, quam ciuile. Tom.2, pagin.515, lib.1. Politic. cap.2, num.3.

Qui viuit extra societatem aut nequam est, aut melior homine Ibidem num.3,4.

Homo si viuat sine lege, est pessimus animalium, quia est armatus prudentia, qua si abutatur, potest facere maxima mala. Ibid. pag.517, num.5.

Homo quare licet sit perfectissimus animaliū, tamen ad consequendum suum finem indigeat pluribus medijs,& pluribus actionibus, quam reliqua animalia. Tom.3, pagin.374, lib.2. de Cœlo, cap.12, nu.7.

Explicatur, quo pacto partes hominum quo ad situm, & ordinem se habeant ad partes aliorum animalium. Tom 3, pagin.717, lib.1 de Histor. anim. cap.15, num.7,8,9, 10, 11.

In homine partes inferiores, & superiores proportionaliter se habent, ac partes vniuersi, quia cum sit erectus, partes superiores proportionaliter se habent ad inferiores iuxta situm vniuersi. Ibidem pag.717, num.8.

In homine partes anteriores, & posteriores, dextræ, ac sinistræ perfectissimè distinguuntur, & perfectius, quam in alijs animalibus. Ibidem pagin 717, num.9. & Tom.4, pag.181, lib de Inc anim. cap.4, num.8.

Homo habet tactum perfectissimum, ac perfectiorem cæteris sensibus: Post tactum excellit gustus, & in his duobus sensibus excellit alijs animalibus: in alijs tribus à multis animalibus superatur. Ibidem. Tom.3, pag.718, num.11. & Tom.4. pag. 276, lib.2. de anima, capit.13, num.2, 3. & pag.345. lib. de sensu, & sensib. cap.4, num.1.

Homo quo pacto differat ab alijs animalibus quoad proportionem partiū superiorum, & inferiorum, & quoad modum crescendi. Tom.3, pagin.734, lib.2. de Histor.animal. capit.1. num.32.33.

In homine pars superior est, quæ à vertice capitis protenditur vsque ad loca, per quæ emittuntur excrementa: pars inferior est, quæ à locis excrementorum protenditur vsque ad plantam pedis: & pars inferior hominis est longior superiore, cum in alijs animalibus pars superior sit longior inferiore. Ibid. pagin.734, num.32.

Homo ab initio habet partem corporis superiorem longiorem inferiore: at quo magis per ætatem crescit, eo partes inferiores euadunt proportionaliter maiores superioribus. Oppositum accidit in reliquis animalibus. Ibid. pag.734, num.33.

In hominibus vir generat vsque ad annum septuagesimum, fœmina vsque ad quinquagesimum. Tom.3, pag.839. lib.5. de histor. anim. cap.14, num.12.

Ex animalibus homo habet cerebrum proportionaliter ampliſſimum: inter homines autem vir habet cerebrum maius, quam fœmina. Cum enim homo habeat plurimum caloris, indiget cerebro maximo ad calorem temperandum. Tom.4, pagin.50. lib.2. de part. animal. capit.7, num 10.

Ex animalibus habentibus cilia, solus homo habet cilia in vtraque palpebra: quadrupedes habent cilia tolum in palpebra superiore, & propter quam causam. Tom. 4, pag.67, lib.2. de partibus anim. capit.13, num.2.

Homo habet pilos potius in parte supina, quam in prona, quia pars supina vtpote nobilior magis eget integumento,& cum homo sit erectus, est æque exposita. Quadrupedes habent pilos potius in parte prona, quia cum sint curua, pars prona est magis exposita iniurijs ambientis, ac proinde magis eget integumento. Ibidem.

Homo caput habet præ omnibus animalibus capilosissimum, quia cum cerebrum hominis sit proportionaliter maximum, & frigidissimum, magis, indiget præsidio pilorum, vt defendatur à frigore ambientis, & quia cerebrum suppeditat multum humoris, ex quo gignuntur pili. Ibid. pag. 68, num.5.

Homo est animal erectum, cum cætera animalia sint prona, quia cum sit animal diuinum, debet habere corpus non ponderosum, quod impediret operationes mentis, adeoque tale, vt possit sustineri duobus pedibus,& esse erectum. To.4, pag.148, lib.4. de part anim. cap.10, num.8.

Om-

Digitized by Google

Omnia animalia, excepto homine, habent formam pomilionis, quæ consistit in hoc, vt pars superior sit proportionaliter magna, ideoque incedunt prona, sicut Infantes, quia habent partem superiorem proportionaliter magnam, reptant manibus, ac pedibus. Ibidem pag.149. nu.9,10.

Homo quia abundat calore efferente, est erectus, quadrupedes quia abundant substantia terrea, ac deprimente, sunt pronæ: & quæ magis calore deficiunt, minus sunt elata, vt serpentes. Ibidem pag.150, num.12.

Non ideo homo est prudentissimus animalium, quia habet manus, vt docuit Anaxagoras, sed ideo habet manus, quia est animalium prudentissimus. Ibid. pag. 151, num.13.14.

Cætera animalia nascuntur vestita, & armata, at homo nascitur nudus, & inermis. Adhuc tamen homo non est constitutus peius, sed melius, quam cætera animalia, quia cum habeat prudentiam, & manũ, potest vestimenta, & arma pro libito assumere, & deponere; ideoque manus est quodammodo omnia arma, & omnia instrumenta. Ibidem pag. 151, num.15, 16.

Manus hominis habet formam aptissimam ad hoc, vt sit instrumentum apprehensorium, siue instrumentum instrumẽtorum. Ibidem pag.152, num.16,17.

Homo est bipes, quia cum sit animal erectum, debet sustinere corpus duobus tantum pedibus: & vt possit corpus sustinere duobus tantũ pedibus, debet habere partes superiores proportionaliter minores, & leuiores, ac partes inferiores proportionaliter maximas, & firmissimas. Tom.4.pag. 196.lib. de Incessu animal. cap 9. nu.1.2.

Homo non potest esse animal alatum, quia stante figura corporis humani alæ essent homini inutiles ad volandum Ibid:pag. 197, num.6.

Quare homo habeat conuexitatem crurum antrorsum, & moueatur ita, vt crura flectat antrorsum. Tom. 4, pagin. 198, lib. de Inc.anim. cap 10,num.2.

Quare homo conuexitatem brachiorum nõ habeat antrorsum, sicut cõuexitatem crurum, sed habeat retrorsum, vel potius ad latus, concauitatem habeat antrorsum, vel potius ad latus. Ibidem pagin. 199, num.4.

Membra hominis alternatim flectuntur cõtrarijs flexionibus. Tom.4, pag.200, lib de Inc.anim.cap.11, num.3.

Homo habet odoratum imperfectiorem pleriique animalibus etiam minimis, ac vilissimis: siquidem discernit solum magnas differentias odorum. Tom.4.pag.276,lib. 2. de anima, cap.13 num. 1. & pag.345, lib.de sensu, & sensib. cap.3. num.1.

Homo habet gustum, & tactum exquisitissimum præ omnibus animalibus: & ex hominibus qui tactum habent exquisitiorem sunt ingeniosiores, & prudentiores. Ibidem pag.177, nu.3.

Homo habet sensus visus, & auditus etiam gratia comparandi prudentiam, & scientiam: ad prudentiam autem, & scientiam visus magis confert per se, cum manifestet plures differentias sensibilium: auditus magis confert per accidens, quia est sensus disciplinæ: homo autem plus scientiæ potest acquirere per disciplinam ab alijs, quam per propriam inuentionem: ideo cæci à natiuitate sunt sapientiores, & prudentiores surdis à natiuitate Tom 4. pagin.333 lib.de sensu, & sensib. cap.1 num.3.9.

Solus homo delectatur odoribus per se, & non solum in ordine ad sapores, quia cum habeat cerebrum proportionaliter amplissimum, frigidissimum, & humidissimum, recreatur inspiratione odorum, qui sunt calidi, & sicci. Tom. 4, pagin. 334 lib. de sensu, & sensib. cap.5. num.11,12.

Homo odoratur respirando. Ibid. pag. 355, num.12.

Conceptus humanus primo accipit animam vegetatiuam, deinde sensitiuam, ac demum rationalem. Tom.4. pag.505, lib.2. de gen. animal. cap.3, num.3.

Caput præsertim hominis sero solidescit, ideoque sinciput infantis iam nati adhuc est molle, quia homo habet cerebrum maximum, & humidissimum. Tom. 4, pagin. 533, lib. 2. de gener. anim. cap. 4, num.75.

In homine calor cordis debet temperari cerebro maximo, & frigidissimo, quia ad prudentiam, & intelligentiam requiritur calor valde temperatus. Ibidem.

Homo est magis nudus, quam omnia animalia, & habet vngues proportionaliter minimos, quia pili, & vngues, & alia, quibus animalia vestiuntur, & armantur, generantur ex excrementis terreis, & parum concoctis: homo autem habet corpus parum terreum, & propter perfectionem caloris bene concoquit alimentum. Ibid. pagin.537, num.90.

Digitized by Google

Si homines, vt quidam fabulantur, ſponte orti ſunt ex terra, facti ſunt non ex ouo, ſed ex verme. Tom.4. pagin.586, lib. 3. de gener.animal. cap.11, num.16,17.

Homo eſt aliquando vniparus, aliquando pauciparus, aliquando multiparus, ideoque eſt animal quodammodo ambiguũ: vt plurimum tamen eſt animal vniparum. Eſt etiam animal quodammodo ambiguum quoad tempus pariendi, ſiquidem parit menſe ſeptimo, octauo, nono, decimo; ſed qui naſcuntur menſe octauo plerumque non viuunt. Tom. 4. pagin. 6.5. lib.4. de Gener. anim. capit.4, num. 18 19.

Homo vt plurimum eſt vniparus, vel pauciparus, quia eſt animal magnum: animalia autem magna ſunt vnipara, vel pauciparа: at aliquando eſt multiparus, quia cum ſit calidus, & humidus, multum habet excrementi ſeminalis. Ibidem.

Homo ſi paulo poſtquam conceperit primum fœtum, iterum coeat, poteſt iterum concipere, & ſuperfœtare, itaut perficiat, & enutriat vtrumque fœtum: ſi coeat multo poſt, poteſt ſuperfœtare, ſed nõ poteſt perficere ſecundum fœtum. Affertur ratio. Tom. 4. pag.619, lib 4. de Gen. anim. cap.5, num.3.

Ex eadem cauſa, ex qua ſolus homo, & equus in ſenectute ſenſibiliter caneſcunt, ſolus homo, & equus ſæpe naſcuntur cum altero oculo cæſio. Caneſcunt enim, quia non perfectè concoquunt alimentum: & cum accidit, vt concoquant humorem vnius oculi, non autem alterius, oculus, cuius humorem non concoquunt, fit cæſius Tom. 4, pag. 639. lib. 5. de Gener. anim. cap.1. num 12.

Quare hominibus capilli defluant non propter hyemem anni, cum plantis decidunt frondes, ſed propter ſenectutem, quæ eſt hyems ætatis. Tom.4. pag.648, lib.5. de Gener.animal. cap.3, num 13.

Explicantur alia ſpectantia ad caluitiem hominum. Ibidem pag. 648. num.17,18,19, 20,21,22,23.

Explicantur ſpectantia ad canitiem hominum. Tom. 4, pagin. 16, lib. 5. de Gen. anim. cap.4. & 5.

Homo diutius viuit, quam equus, & alia quædam animalia maiora homine, quia habet humidum melius commenſuratum calori. Tom.4. pagin 669, lib. de longit. vitæ, cap.3, num.9.

In homine pars ſupera, & infera conſtitutæ ſunt ſecundum ſitum vniuerſi: in plantis conſtitutæ ſunt contra ſitum vniuerſi: in brutis animalibus medio modo ſe habent Tom.4, pag. 674, lib. de Iuu. & ſenect. cap.1, num.5.

Homo participat naturam tum animalium ſolitariorum, tum gregalium, ſiquidem & ſolus, & cum alijs incedit. Tom. 3. pagin. 699, lib 1. de hiſtor.animal. cap.1, num.16.

Homo eſt animal ſemper cicur. Ibid. pag. 700, num.19.

Homo eſt ſpecies atoma, ac non diuiſibilis in plures ſpecies. Tom. 3, pag. 707, lib 1. de hiſt.anim cap.6, num.3.

Homines naſcuntur imperfectiſſimi omnium animalium. Tom 4. pag. 635. lib.5. de Gener.anim. cap.1, num 12.

Sicut dantur homines manſueti, ſic dantur homines feri, ac ſylueſtres. Tom. 5, pag. 540, ſect. 10. prob num 44.

Cætera animalia, naſcuntur perfecta, at homo naſcitur imperfectus, ideoque cætera animalia, poſtquam fuerint orta, poſſunt per ſe viuere, vel ſaltem non indigent magna cura; homo poſtquam fuerit natus, indiget maxima cura, vt conſeruetur. Ibid. pagin.541, num.45

Homo eſt libidinoſiſſimus, ac ſalaciſſimus omnium animalium: poſt hominem equus tum mas, tum fœmina, Tom. 3, pag 905, lib.6 de hiſtor. animal. cap.22, num.2.

Ex animalibus plurimum ſeminis emittit homo comparatione magnitudinis. Tom. 3. pag.920. lib.7. de hiſtor.animal. cap 2. num.9.

Homo nõ ſolum præſtat animalibus in hoc, quod habet manus, ſed etiam in hoc, quod inueniuntur homines ambidextri, qui æquè expedite vtuntur vtraque manu. To. 3. pag. 716, lib 2. de hiſtor.anim. cap. 1, num.3.

Homo quia habet ſanguinem puriſſimum, & pulmonem calidiſſimum, & perfectiſſimum, eſt erectiſſimum omnium animalium. Tom.4, pagin. 699. lib. de Iuuent. & ſenect capite 3. num.2.

Homo plus temporis viuit, quam vllum ex alijs animalibus certa experientia notis, excepto elephanto. Tom 4, pag.630, lib. 4. de Generat. animal. capit. 4, num.1. & pagin.668, lib de Longitud. vitæ, cap.3, num. 3.

Homo magis ſomniat, quam reliqua animalia.

Digitized by Google

malia. Tom. 3, pag. 823. lib. 4. de histor. anim. cap. 10, num. 8.

Ex animalibus solus homo laborat calculis, quia cum vesica hominis habeat collum valde angustum, accidit, vt plures partes terreæ, & arenosæ remaneant in vesica, & concrescant in calculos. Tom. 5, pagin. 539, sect. 10. prob. num. 43.

Homo vel solus animalium, vel maximè in puerili ætate laborat morbo comitiali, ideoque cuadit stolidus, & sæpe ipsi deprauantur oculi. Ibidem pagin. 542, numer. 29.

Homo excellit alijs animalibus, tum in actione, tum in cognitione, cum habeat experientiam, discursum, & artem, & sit cognoscitiuus causarum. Tom. 5, pag. 4, lib. 1. metaph. cap. 1, num. 4.

Homo cuadit iniustissimus animalium, quia vtitur discursu ad iniustitiam. tom. 5. pag. 728, sect. 29. probl. num. 7.

Homo habet caput paruum comparatione aliorum membrorum, & ideo est prudentissimus animalium. Tom. 5, pag. 741, sect. 30. prob. num. 3.

Homini potius, quam cuiquam aliorum animalium est fidendum, quia habet rationem, est animal religiosum erga Deũ, & multarum artium capax. Ibid. pag. 742, num. 5.

Hominis partes. Vide nomina singularum partium, puta caput, cor, oculi &c.

Hominis sensus. Vide sensus.

Hominis vox. Vide vox.

Hominis semen. Vide semen.

Hominis generatio, & partus. Vide generatio, partus.

HOMOGENEA. In homogeneis, siue similaribus, quod est proprium totius, est proprium partis, & quod est proprium partus, est proprium totius, quia cum totum, & partes sint eiusdem rationis, habent eadem proprietates. tom 1, pagin 52, lib. 5. top. cap. 2, num. 37.

Non omnia corpora homogenea sunt simplicia, & elementa, sed aliqua, vt caro, ossa &c, sunt mista ex elementis. tom. 5, pag. 407, lib. 3. de cœlo, cap 8, nu 3. 4.

Enumerantur proprietates, per quas differunt corpora homogenea, quæ reducuntur ad nouendecim contrarietates. To. 3, pag. 674. lib. 4. meteor. cap. 8. nu. 2, 3.

Corpora homogenea sunt, quæ sensibiliter constant solum ex partibus similibus, & diuiduntur in partes similes. Tom. 3, pag. 685, lib. 4. meteor. cap 10, num. 2.

Corpora homogenea constant ex sicco, & humido, tamquam ex principijs passiuis, & ex calido, & frigido tamquam ex principijs actiuis. Ibidem.

Quo pacto inuestiganda sit natura corporum homogeneorum. Tom. 3, pagin. 690, lib. 4. meteor. cap. 12, per totum.

Natura, & forma corporum homogeneorum est parum nota, & minus, quam natura, & forma corporum heterogeneorũ. Ibidem pag. 690, num. 3. 4.

Difficile discernitur, vtrum corpora homogenea habeant suam naturam, & formam. Ibidem pagin. 691, num. 4.

Quo pacto de partibus homogeneis sit agẽdum. Ibidem pag. 692, num. 8.

Enumerantur partes homogeneæ animaliũ. Tom. 3, pagin. 760, lib. 3 de Hist. anim. cap. 3, num. 1.

Elementa habent pro fine partes homogeneas, partes autem homogeneæ habent pro fine partes heterogeneas. Tom. 4. pag 28, lib. 2. de part. animal. cap. 1. num. 3, 4, 5, 6, 7.

Affertur ratio, propter quam partes similares differunt secundum varias qualitates, & virtutes. Ibid. pag. 30, num. 8.

Partes heterogeneæ cõstant ex pluribus homogeneis: at partes homogeneæ non possunt cõstare ex pluribus heterogeneis. Ibidem pagin. 30, num. 9.

Ostenditur partes sensorias, & ordinatas ad patiendum debere esse homogeneas. Ibid. pagin. 310. num. 10, 11, 12, 13, 14, 15.

Enumerantur partes similares, tum molles, atque humidæ, tum solidæ, ac duræ, & assignantur tres modi, quibus dicuntur causæ. tom. 4, pag. 32, lib 2. de partib. animal. cap. 2. num. 1. 2.

Ex partibus similaribus animalium aliquæ concrescunt calore, aliæ frigore; & explicatur, quo pacto, & à quibus causis generentur. Tom. 4, pag. 530, lib. 2. de Gener. animal. cap. 4. num. 59, 60, 61, 62. 63, 64, 65, 66.

Vide similaria, partes homogeneæ.

HOMOPHONVM est consonantia constans ex vocibus similibus, atque vnisonis, ideo que est minus delectabilis symphono, hoc est consonantia constante ex vocibus dissimilibus. Tom. 5, pagin. 636, sect. 19. prob. num. 39.

HONESTAS, Honesta. Homines in publico dicunt honestissima, sed in occulto volunt vtilia. tom. 1, pag. 639, lib. 1. Elench cap. 12, num. 8.

Digitized by Google

In Rhetoricis finis generis demõstratiui est, vt ostendat ea, ex quibus aliquis laudatur, aut vituperatur, fuisse honesta, vel inhonesta. Tom.1, pag.700, lib.1. Rhetor. capit.3, num.45. & pagin.724, capit.9. num.1.

Honestum definitur dupliciter: primo quod cum per se eligibile sit, laudabile est: secundo quod cum bonum sit, est iucundũ, quia bonum. Tom.1,pag.725, lib.1. Rhet. cap.9, num.2.

Honestum differt à iucundo per hoc, quod hæc non sunt iucunda, quia sunt bona simpliciter: at honestum est iucundum, quia est bonum simpliciter. Ibidem.

Proponuntur loca, & propositiones, quibus potest ostendi aliquid esse honestum. Ibid. pagin.726, num.6. & sequ.

De honestis, & iustis apud varias sectas, & nationes tanta est opinionum diuersitas, ac tot errores, vt quidam putauerint nihil esse honestum, vel inhonestum ex sua natura, sed solum ex lege. Tom. 2, pag.6. lib.1. Ethic. cap.3, num.1.

Bonum honestum est permanens, ac non transit cum actione: at bonum vtile non est permanens, & transit cum actione. Tom. 2. pagin.263, lib.9 Ethicor. cap.7, num.6.

Memoria honestorum, quæ quis facit, est delectabilior memoria vtilium, quæ quis accepit. Ibid. pag.264. num.7.

Qui assueti sunt viuere non secundum rationem, sed secundum passiones, de honestate, veraque voluptate nihil curant, quia illas non degustarunt. Tom. 2, pag. 301. lib. 10. Ethic. cap.9. num.2

Honestus & bonus est, qui ita se habet, vt quæ simpliciter sunt bona, sint etiam bona ipsi, eo quod possit ijs bene vti, & quæ simpliciter sunt honesta, sint etiam honesta ipsi, eo quod rectè iudicet de honestis Tom.2. pag.378. lib.2. mag. mor. cap.10, num.4. & pagin. 508, lib.7. mor. ad Eud cap. 19 num.5.

Virtutes consistunt in honestate, ideoque vocantur bona honesta. Ibidem pag 378, num.3.

Ad hoc, vt homo habeat honestam probitatem, à qua denominetur simpliciter bonus, & honestus, requiritur, vt habeat omnes virtutes. Tom. 2. pag. 507, lib. 7. mor. ad Eud. cap.19. num.2.

Ad hoc vt aliquis sit simpliciter bonus, & honestus, requiritur, vt eligat honesta propter ipsam honestatem, & non solum propter bona, quæ non sunt honesta. Ibidem pagin. 507, num.3.

Honestus, & probus est, cui & insunt honesta, & bona, & est effectiuus honestorum, quia honesta sunt. Ibidem pag. 508. num.6.7.

Qui faciunt honesta, non propter honestatem, vt spartani &c, sunt boni bonitate quadam politica, non autem morali. Ibid. pag. 508, num.7.

Iuuenes ita sunt exercendi, vt exponant se periculis, non ex feritate, sed ex honestate: siquidem non lupus, nec vlla bellua exponit se periculis, cum honestum est, sed solus vir probus id facit. Tom.2. pag. 777, lib.8. pol. cap.4. num.1.

HONOR est signum opinionis, quam homines habent de beneficentia eius, quem honorant Tom. 1, pag. 707, lib.1. Rhet. cap.5, num.8.

Illi iustissimè honorantur, qui iam benefecerunt: at illi etiam honorantur, qui possunt benefacere. Ibidem.

Quæ censeantur honore digna. Ibid.

Species, & partes honoris sunt sacrificia, commemorationes in carminibus, vel soluta oratione, præmia, delubra, primi consessus, imagines, alimenta ex publico, inclinationes corporum, munera. Ibidem.

Donum est etiam signum honoris, ideoque appetitur tum ab auaris, tum ab ambitiosis. Ibidem.

Honor est iucundissimus, quia cum sit signum virtutis, quiuidet se honorari, imaginatur se esse virtute præditum, & probum: iucundius autem est honorari à notis, & prudentibus, quia minus verisimile est eos falli. Tom. 1. pag.739, lib.1. Rhet. cap.11, num 12.

Honor videtur finis vitæ ciuilis, ideoque homines elegantes, & ciuiles ponunt felicitatem in honoribus. Tom 2, pag. 10, lib.1. ethic. cap.5, num.2.

Felicitas non potest consistere in honore, qui magis est in honorante, quam in honorato, facile potest auferri, & cum habeat pro fine virtutem, est inferior virtute. Ibid. pag 10. num.3.

Tum laus, tum honor debetur agenti rationali propter aliquam excellentiam: verumtamen laus stricte sumpta videtur deberi propter excellentiam in ordine ad aliquem finem, honor verò propter excellentiam absolutam. Tom.2. pag. 29, lib. 1. ethic. cap.12, num.2.

Fe-

Digitized by Google

Felicitas quia eſt vltimus finis, non tam debet laudari, quam honorari; Deus etiam eſt ſummè honorabilis. Ibidem pag. 29, num. 3.

Honor eſt bonum maximum inter bona externa, & eſt præcipua materia magnanimitatis: ideo tribuitur Deo, maximè deſiderarur ab hominibus in dignitate conſtitutis, & dari ſolet vt præmium rerum pulcherrimarum. Magnanimus tamen moderatè gaudet honore, ideoque videtur contemptor omnium bonorum, excepta virtute. Tom. 2, pag. 101, lib. 4. ethic. cap. 3, num. 5. 11

Quo pacto magnanimus verſetur circa honores tum magnos, tum paruos. Ibidem pag. 103, num. 5

Magnanimus ipſum honorem exiſtimat paruum quid, & magnitudine ſua inferius. Ibid. pag. 102, num. 11.

Circa honores mediocres poteſt peccari per exceſſum, & defectum, ideoque datur quædam virtus innominata, quæ poteſt vocari modeſtia. Tom. 2, pag. 107, lib. 4. Ethic cap. 4. per totum.

Qui cum ipſi ſint inhonorati, vident alios honorari, ægrè ferunt; ideoque honor ſæpe eſt cauſa ſeditionum in politijs. Tom. 2. pagin. 670. lib. 5. Polit. cap. 2. num. 2.

Aliquando Reſpublicæ corrumpuntur ex eo, quod aliquibus immodici conferantur honores. Nam ex maximis honoribus acquiſitis ſolent homines corrumpi, atque in ſuperbiam efferri, nec cuiuslibet eſt magnam proſperitatem ferre. Tom. 2. pag. 687, lib. 5. pol. cap. 8, num. 8.

Quia Reſpublicæ aliquando corrumpuntur, quod aliquibus immodici conferantur honores, cauendum eſt, ne aliquibus immodici conferantur honores, & conandum eſt, vt potius parui conferantur, ac lõgo tempore paulatim augeantur. Quod ſi alicui nimij honores fuerint conceſſi, non ſunt omnes ſimul, ſed paulatim auferendi. Ibidem.

Honor in Rebuspublicis non tribuitur niſi ijs, qui beneficia in Rempublicam contulerunt. Ijs enim rependitur bonum publicum, hoc eſt honor; ijs verò, quibus rependitur pecunia pro laboribus, non rependitur ſimul honor. Tom. 2, pag. 249, lib. 8. ethic. cap. 14. num. 3.

Præmium virtutis, & beneficentiæ eſt honor: auxilium indigentiæ eſt lucrum. Ibidem.

Honor, qui tribuitur à multis, ſed vulgaribus hominibus, videtur paruus, & parui fit à magnanimis: honor, qui tribuitur à præclaris, & propter magnam dignitatem, quæ verè ineſt honorato, eſt magnus, & magnifit à magnanimo. Tom. 2. pag. 102, lib. 4. Ethicor. cap. 3, num 10. & pag. 455, lib. 3. mor. ad Bud. cap 7. num. 9. 10.

Perfectæ virtuti nullus honor æqualis poteſt exhiberi. Tom. 2 pag: 102, lib. 4. ethic. cap. 3, num. 10.

Honorari eſt appetibile ſolum per accidens & ratione alterius, ideoque homines appetunt honorari à potentibus propter ſpem recipiendi beneficia, à ſapientibus, & probis, vt argumento virtutis: at amari eſt appetibile propter ſe, ideoque melius eſt amari, quam honorari. Tom. 2, pag. 234. lib. 8. Ethic. cap. 8. num. 2.

Vnusquisque grauiſſimè fert, ſi priuetur honore debito, nec eſt contentus, ſi ſua illi auferantur, etiamſi in compenſationem tribuantur aliena. Tom. 2, pag. 800, lib. 1. Oecon. cap 8, num. 3.

Potentiæ, diuitiæ, & alia bona externa expetuntur propter honorem, qui proinde eſt maximum bonorum externorum. Tom. 2 pag. 103, lib. 4 Ethicor. capit. 3. num. 11.

Vulgus præfert pecuniam honori, ideoque iniuria in pecunijs videtur maior, quam iniuria in honore. Tom. 5. pag. 726, ſect 29. probl. num 1.

HOPLOSMIVS. Iuppiter Hoploſmius colebatur in Caria, & quid narretur de quodam eius ſacerdote. Tom. 3, pagin. 110, lib. 3. de hiſtor. animalium, cap. 19, num. 6.

HORDEATIO dicitur morbus quidam equorum Tom. 3 pag. 971, lib. 8. de hiſt. animal. cap. 8. nu. 2.

HORDEVM. Boues pingueſcunt hordeo, vel integro, vel fracto. Tom. 3, pagin. 951, lib. 8. de Hiſtor. animalium, cap. 7. num. 1.

Piſtores, qui faciunt panem hordeaceum, male ſe habent, & fluxionibus laborant; qui autem faciunt panem triticeum, bene ſe habent, quia cum recipiant multa corpuſcula triticea, vel hordeacea, triticea facile cõcoquunt, hordeacea non poſſunt concoquere. To. 5 pag. 664. ſect. 21 prob. num. 24.

Quare ptiſana hordeacea ſit leuior, & ægrotis accommodatior, quam triticea.

rom. 5. pagin. 450, sect 1. probl. num. 37.
Hordeum est humidius, & frigidius tritico, ideoque est vilior ægrotis, vt pote quod parum nutrit, & refrigerat. Ibidem num. 37.
HORRIBILE. Vide Terribile.
HORROR. Quare quidam soni asperi, & inæquales, qualis fit, dum secatur pumex, causent horrorem, per quem erigũtur pili. Tom. 5, pag. 513. sect. 7 prob. num. 5.
Quare horror causetur potius in alijs partibus corporis, quam in capite. Ibidem num. 5.
Quare aliquando horreamus, cum audimus quædam valde tristia, vt cædes notorum: si autem illa videamus, non horreamus, sed patiamur deliquia, & passiones vehementiores. Ibid. num. 5.
Quare horreamus ita, vt pili erigantur, infusa aqua tum frigida, tum calida. Tom. 5, pagin. 517, sect. 8. prob. num. 7.
Pili in cute eriguntur per horrorem, quia cutis contrahitur propter rigorem, & propter alias causas. Ibid. pag. 517, nu. 8. 11. 18. & sect. 35. num. 5.
In extrema emissione vrinæ sentimus quemdam horrorem, quia loco vrinæ calidæ, subintrat in vesicam, & meatus aer frigidus ad implendum vacuum. Ex eadem ratione horrescimus, cum sternuimus. Ibidem num. 9. & 14.
Quare non ijsdem omnes rebus horreamus. Tom. 5, pag. 772, sect. 35 problematum, num. 3.
Quare post cibum aliquantulum inhorrescamus. Ibid pag. 774, num. 9.
HOSPITALITAS. Amicitia hospitum videtur reduci ad amicitiam vtilitatis; siquidem hospites eatenus sunt amici, quatenus sunt sibi mutuo vtiles ad hospitia. Tom. 2, pagin. 224, lib. 8. Ethicor. cap. 8, num 4.
De Hospitalitate consonè dictum videtur: multorum neque sis hominum, neque nullius hospes. Tom. 2, pagin. 271. lib. 9. Ethic. capit. 10. num 1.
HOSTIS. Vide Inimicus.
HVDOR. Vide Humiditas
HVMECTABILE Humectatio. Humectatio est cõtraria exiccationi. Fit duplici modo, per concretionem, & per liquefactionem. Per concretionem spiritus, seu vapor humectatur, dum frigefactus concrescit in aquam: per liquefactionem humectatur id, quod cum esset concretum, liquefit. Tom. 3, pag. 67, lib. 4. meteor. cap 5, num. 7.
Humectatio differt à liquefactione per hoc, quod liquefactio fit per liquefactionem humidi intrinseci, humectatio è conuerso fit per hoc, quod res etiam intus madefiat humido extrinseco Tom. 3, pagin. 676, lib. 4. meteor. cap. 9, num. 6.
Corpora humectabilia sunt, quæ cum sint consistentia, & duriora aqua, tamen habent meatus maiores aqua, adeoque possunt ab aqua intra tales meatus recepta humectari, ita tamen, vt retineant suam consistentiam, & figuram. To. 3, pag. 677, lib. 4. meteor. capit. 9. num. 7.
Quare nitrum possit solum liquefieri ab aqua, non autem possit humectari: terra è conuerso possit solum humectari, non autem liquefieri. Ibidem pagin. 677, num. 8.
Vide Humidum.
HVMERI. Humerus dicitur prima pars brachij, quæ est principium brachij. Tom. 3, pag. 716, lib. 1. de Hist. anim. cap. 15, num. 5.
Humeri in hominibus, & armi in quadrupedibus contrario modo flectuntur, ac in hominibus cubiti, in quadrupedibus anteriora crura. Tom. 3, pagin. 727, lib. 2. de histor. anim. cap. 1. num. 11.
A spina dorsali oriuntur ossa humerorum, quæ vocantur scapulæ, quibus annexa sunt ossa brachiorum, & manuum. Tom. 3, pag. 772, lib. 3. de histor. animal. cap. 7, num. 3.
In homine membra flectuntur alternatim contrarijs flexuris. Nam Lacerti in ea parte, quæ coniunguntur humeris, habent concauitatem retrorsum, cubiti habent concauitatem antrorsum &c. Tom. 4. pag. 100, lib. de Incessu anim. cap. 12, num. 3.
Signum fortis sunt humeri lati, ac valde distantes, nec valde colligati, nec omnino dissoluti. Tom. 4, pag. 795. lib. Physiog. capit 6, nu. 1
Signum ingeniosi est, vt partes circa humeros, & collum, ac faciem sint graciliores, quia tales sunt auribus ingeniosioribus. Tom. 4, pag. 796. lib. Physiog. cap. 6, num. 3.
Qui habent humeros latos, ac bene solutos sunt liberales: qui habent humeros angustos, ac non bene solutos sunt auari, quia qui dant, humeros soluunt, & dilatant, qui dare nolunt constringunt.

Digitized by Google

Tom.4, pag.806, lib. Phyſiognom. cap.9, num 16.

Qui habent humeros piloſos ſunt inſtabiles, quia aues, quæ habent humeros piloſiſmos, ſunt valde inſtabiles. To.4 pag.811, lib. phyſiog. cap.10, nu.24.

HVMIDVM, Humiditas. Humidum eſt, quod non eſt terminabile termino proprio, ſed alieno, ideoque eſt repletiuum, ac ſubtile: & humiditas eſt vna ex primis qualitatibus tangibilibus. Tom. 3, pagin. 498. lib.2. de Gen. cap.2, num.2,3,6.

Humidum dicitur dupliciter. Primo humidum dicitur, quod habet humiditatem in profunditate, & hoc ſi habeat humiditatem natiuam, vt vua, dicitur propriè humidum, ſi habeat extraneam, vt ſpongia, dicitur humidum infuſum. Secundo humidum dicitur, quod habet humiditatem in ſuperficie, & hoc propriè dicitur vdum, ſiue madens. Ibidem pag.498, num.4.

Aer eſt calidus, & humidus, ſed magis humidus, quam calidus: aqua eſt frigida, & humida, ſed magis frigida, quam humida. Tom.3, pag 501, lib. 2. de Gen. cap. 3: num 9.

Humiditas, & ſiccitas ſunt qualitates paſſiuæ: calor, & frigus ſunt qualitates actiuæ. Tom.3. pag 653, lib.4. meteor. cap. 1, num.2.3.4.

Humidum actu eſt, quod actu eſt fluidum: humidum potentia eſt, quod poteſt euadere fluidum, abſque eo, quod mutetur in ſubſtantia, vt metalla. Tom.3, pag.664, lib.4. meteor. capit.5, num 1.

Humida, & ſicca quia ſunt miſcibilia, ſunt principia paſſiua. Ibid. num.2.

Humida, & ſicca ſe mutuo terminant, itaut alterum alteri ſit velut gluten. Ibidem pag 664, num.3.

Miſta conſtant ex humido, & ſicco, ac dicuntur humida, vel ſicca ex prædominio. Ibid. pag.664, nu.2.

Ex humiditate, & ſiccitate reſultant mollities, ac durities. Ibidem pag. 665, num. 5,6.

Humidum cum ex ſua natura diſſoluat, ac diluat, non poteſt cauſare concretionem corporum. To.3, pag.668, lib.4. meteor. cap.7. num.2.3.

Humida abſolutè dicuntur, quæ ſunt humida per ſe, & ſecundum ſuam naturam. Tom. 4, pag. 39, lib. 2. de Part. animal. cap.3, num.1.

Sanguis in quantum per calorem conſtituitur aptus ad ſuas operationes exercendas in animali, eſt calidus, & humidus: at ſecundum ſe præcisè non eſt calidus, neque humidus, liquidem ſibi relictus refrigeratur, & concreſcit. Ibidem pag 39, num 2.

Cauſa vitæ longæ videtur humidum, quod quia non facile, neque cito exiccatur, poteſt diu præſtare alimentum calido, & calidum quia neque facile, neque cito extinguitur, poteſt diu nutriri humido. Tom. 4, pagin. 669, lib de longit. vitæ capit.3. num.6.

Vt animal diu viuat, requiritur, vt humidum ſit pingue, & multum, adeoque habeat debitam quantitatem, & qualitatem, & vt habeat debitam proportionem cum calido. Ibidem pagin 669, num.7.8.9.

Qui valde laborant, cito ſeneſcunt, quia labor exiccat humidum. Ibidem pag.670, num 18.

Humiditas calida eſt cauſa vitæ, & augmenti. Ibidem pagin. 670, num.15.

Animalia, & plantæ, ſi deſit illis alimentum, corrumpuntur, & pereunt, quia calor corrumpendo humidum, quo alitur, corrumpit conſequenter ſeipſum. Ibidem pag.671. num.16,

Humiditas aquea facile putreſcit: & quia animalia aquatilia abundant humiditate aquea, vt plurimum vitam ducunt breuiorem, quam terreſtria. Ibidem pagin. 671. num.17.

HVMORES. In animalibus dantur humores, & partes ſolidæ, quibus humores continentur. Humor præcipuus in animalibus eſt ſanguis, & in exanguibus aliquid proportionale ſanguini, quod vocatur ſanies. Sanguis continetur venis: humor proportionalis ſanguini continetur fibris Tom. 3 pag. 702, lib. 1. de hiſtor. animal. cap.3, num.1.

Humores excrementitij animalium magis ſolent putreſcere æſtate, quam hyeme. Tom. 5, pagin. 466, ſect. 2. prool. num.21

Vide ſanguis, bilis, pituita &c.

HVMOR criſtallinus. Humor criſtallinus eſt ſenſorium oculi vnicè factus ad videndum; & eſt corpus humidum, & frigidũ. Videtur fieri per hoc, quod puriſſima pars humoris ſecernatur à cerebro, & deriuetur ad oculos per meatus, qui ab oculis tendunt ad membranam cerebri. Tom 4, pag.532, lib. 2. de Generat. anim. capit.4, num.4.

Vi-

Digitized by Google

Vide oculi.
HVMVS. Vide terra.
HYÆNA colore lupi eſt prædita, ſed eſt hirſutior, quam lupus, & iuba perpetua, & per totum corpus diffuſa eſt prædita. Falſum eſt illam habere duplex genitale, alterum maris, alterum fœminæ. Deſcribitur. Tom. 3, pag. 913, lib. 6. de hiſtor. anim. cap. 32, num. 1.
Hyæna fœmina raro capitur. Ibidem.
Hyæna, quam aliqui appellant glanum, eſt quadrupes non minor lupo. Inſidiatur homini, vt eius carnibus veſcatur. Inſidiatur etiam cani, ac vomens inſtar hominum, canes ad eius vomitum deuorandum accurrentes capit. Bruit ſepulchra, vt deuoret cadauera. Tom. 3, pag. 949, lib. 8. de Hiſtor. animalium, capit. 5. num. 2.
Aliqui falſo ſcripſerunt hyænam habere duplex genitale, alterum maris, alterum fœminæ, atque alternatim vno anno coire more maris, altero more fœminæ; & vnde natus ſit hic error. Tom. 4. pag 569. lib. 3. de Gener. animal cap. 6, num 6. 7.
Hyæna magno corde eſt prædita, ideoque eſt timida. Tom. 4, pag. 93, lib. 3. de part. anim. cap. 4, num. 25.
HYDROPISIS. Qui nimio potui indulgent, abſumpto per calorem externum calore naturali, incidunt in hydropiſim, quæ cauſatur à frigore. Tom 5, pag. 476, ſect. 3. prob. num. 5. B.
HYEMS. Tempore hyemis minus indigemus reſpiratione, ac minus crebro reſpiramus, quam tempore æſtatis. Tom. 4. pag. 686, lib. de Iuuent. & ſenect. cap. 6. num. 7.
Quare ſi æſtas fuerit aquilonia, & ſicca, autumnus autem auſtrinus, & humidus, hyeme proximè ſequenti homines ſoleant laborare dolore capitis, & tuſſi, quæ tandem euadit in tabem. Tom. 5, pagin. 441, ſect. 1. probl. nu. 10.
Qui morbis diuturnis laborant, ac ſenes, pereunt potiſſimum tempore hyemis, quia tum præcipuè extinguitur calor naturalis, in quo conſiſtit vita. Tom. 5, pagin. 444, ſect. 1. probl. num. 17.
Qui ægrotant, moriuntur magis hyeme, quàm æſtate, quia ægritudines hyemales ſolent oriri à cauſa validiore. Ibidem pagin. 447, num. 25, 28.
Homines moriuntur potiſſimum ſumma æſtate, & ſumma hyeme, quia exceſſus caloris, ac frigoris habent vim interficiendi. Ibid. pag. 448. num. 26.
Febres ardentes oriuntur magis hyeme, quam æſtate, quia æſtate calor liquefaciens pituitam, refrigerat bilem, hyeme verò calor augetur per antiperiſtaſim. Ibid. pag. 448. num. 29.
Quare hyeme ſpirare ſoleant venti orientales, æſtate occidentales. Tom. 5, pag. 703, ſect. 26. probl. num. 23.
HYPATE dicitur vox grauiſſima. Tom. 5, pagin. 622, ſect. 19. probl. num. 7.
Quare parhypate canatur difficile, Hypate facile, licet ſint voces propinquiſſimæ. Ibid. pagin 621, num. 4.
Hypate, quæ eſt vox remiſſa, facilius canitur, quam nete, quæ eſt vox acutiſſima. Ibid. pag 622, num. 7.
Nete eſt duplo acutior, quam hypate, quia chorda, vel canna edens hypaten, habent proportionem duplam ad chordam, vel cannam edentem netem. Ibidem pagin. 629, num. 23.
Hypate, & nete ſunt eiuſdem naturæ, ideoque ſi quis dum pſalterium pulſatur, netem pulſatum manu apprehenderit, ita vt ſonum ipſius interpellet, videbitur cõſonare per conſenſum hypate, non autem aliæ chordæ. Ibidem pagin. 622. num. 7. & pagin 629, num. 24. & pagin. 638. num. 43.
Nete deſinit in hypate, adeoque hypate, & nete quodammodo coaleſcunt in vnum. Ibid. pag. 636, num. 40. B.
Quare antiqui cum non ex octo, ſed ex ſeptem chordis inſtrumenta conficerent, adeoque omitterent vnam chordam, non omitterent hypaten, ſed netem. Ibidem pag. 622. num. 7. & pagin. 640, num. 48.
HYPENEMIA oua Vide oua.
HYPERBOLE aliquando confert ad dicta vrbana. Tom. 1, pag. 863, lib 3. Rhet. cap. 11, num. 11.
Hyperbolæ probatæ ſunt quædam translationes: afferuntur exempla. Ibid.
Hyperbolæ videntur iuueniles, ac ſignificant vehementem animi motum, nec decent ſenem. Ibid.
Irati, quia ſunt feruidi, vruntur hyperbolis. Ibidem.
Oratores attici frequenter vruntur hyperbolis. Ibidem.
HYPOCAVSTA. In hypocauſtis, ſeu caleſactorijs magis ſudamus hyeme, quam æſtate, quia hyeme calor propter antiperiſtaſim non poteſt foras prodire,

Tom.5, pag.469, ſect.2, prob. num.29.
Quare in hypocauſtis magis ſudetur, ſi calor paulatim augeatur. Ibidem pag.463, num.11. & pag.470. num.32.

HYPOCHONDRIA. Partes, quæ ſupra vmbilicum ſunt hinc, & inde, vocantur hypochondria. Tom.3, pag.714, lib.1. de Hiſt. anim. cap.13, num.1.

HYPOMOCHLION dicitur fulcimentum, cui vectis innititur. Tom.4. pag.724. lib. Quæſt.mechan quæſt.3. nu.1.
Vide Vectis.

HYPOTENVSA. In triangulo rectangulo linea oppoſita angulo recto vocatur hypotenuſa. Tom.4, pag 188, lib. de inceſſ. animalium, capit.7. num 6.
Cum homo mouetur, duo crura conſtituunt cum pauimento triangulum rectãgulum, cuius hypotenuſa eſt crus, quod mouetur. Ibid num.7,

HYPOTHESIS. Vide ſuppoſitio.

HYSTRIX. Hiſtrices, qui etiam vocantur ſpinacei, habent pilos duriores, qui habent ſpeciem ſpinæ. Tom. 3, pag. 797, lib.1. de Hiſtor.anim. cap. 6. num.6.
Hyſtrix aliquando latet: verum gerit tot diebus, quot vrſa, & reliqua agit, vt vrſa. Tom.3. pagin.912. lib.6. de Hiſtor. anim. cap.30, num.1. & pag.963, lib.8. de Hiſt. animal. cap.17, num.1.

I

IACERE. Laboriofius eſt iacere, & ſedere in locis planis, quam in concauis, quia ſuperficies noſtri corporis magis adaptatur locis concauis, quam planis. Tom.5, pag.499, ſect.5. prob. num.11.

IACTANTIA. Iactatores fingunt ſibi ineſſe quæ non inſunt, & ea, quæ inſunt, eſſe maiora, quam ſint, ideoque iactantia eſt vitium peccans contra veracitatem per exceſſum. Tom 2. pagin.113, lib.4. ethic. cap.7, num.2. & pag.339, lib.1. mag mor. cap 30, num.1. & pag 459, lib 3. mor ad eud. cap.9, nu.6.
Iactator eſt, qui inclinat ad dicendum de ſe ipſo maiora, quia delectatur de hoc ipſo. Ibidem num.3.
Qui nullius gratia ſe iactat, ſed ſolum quia delectatur tali iactatione, videtur potius vanus, quam malus: qui ſe iactat propter gloriam, non eſt multum vituperabilis: qui ſe iactat propter lucrum eſt vituperabilior. Ibid.pag.114, num.5.
Ad iactantiam ſpectant omnia, per quæ homines volunt apparere maiores, quam ſint: & quia aliqui volunt apparere maiores, quam ſint, ſua nimis deprimendo, ideo aliqui ſua nimis deprimendo, incidunt in vitium iactationis. Ibidem pag. 115, num.6.
Veſtitus Lacedæmonum deſpectior, quam deceret eorum ſtatum, ſpectabat ad quãdam iactationem. Ibidem pagin. 115, num.6.

IACTVRA. Iniquius ferimus iacturam eorum, quæ voluimus ſolum ſecura conſeruare, ac nullo periculo exponere, quam eorum, quæ voluimus exponere periculo, vt ex ijs lucraremur; ideo iniquius ferimus iacturam depoſiti, quam lucri. Tom.5. pag.726, ſect 29. problem. num.2.

IAM ſignificat partem temporis præteriti, vel futuri propinquam præſenti nunc. Tom. 3, pag. 139, lib. 4. Phyſic. cap. 17. num.7.

IAMBI cum conſtent ex prima ſyllaba breui, ſecunda longa, habent proportionem duplam. Numerus Iambicus eſt valde conſuetus locutioni familiari, quæ magna ex parte conſtat ex iambis, ideoque loquentibus nulli verſus excidunt tam crebro, quam Iambi. Quia verò numerus conueniens ſolutæ orationi debet eſſe grandior, & grauior, quam numerus cõueniens locutioni familiari, ideo numerus iambicus nõ eſt admodum accommodatus ſolutæ orationi. Tom.1, pag.848, lib. 3. Rhet. cap.8. num.3.
Dramati maximè conuenit numerus Iambicus, quia eſt valde ſimilis ſermoni familiari. Tom.1, pag.832, lib. 3. Rhetor. capit. 1. num. 5. & pagin. 899. lib. Poet. cap.2, num.6.

IASON Theſſalus dixit oportere ſe nonnulla iniuſtè facere, vt poſſet deinde multa iuſtè facere. Tom.1, pag.746, lib.1. Rhet. cap.12. num.24.

IBES, quæ ſunt aues Aegypti, ſunt duorum generum: ſiquidem aliæ ſunt candidæ, aliæ nigræ. Candidæ cum ſint in reliqua Aegypto, non ſunt prope Peluſium: nigræ cum ſint prope Peluſium, non ſunt in reliqua Aegypto. Tom. 3, pag. 1001, lib.9. de Hiſt.anim. cap.27, num.1.
Reijcitur error Anaxagoræ, qui cenſuit Ibes, & coruos ore coire. Tom. 4. pag. 568, lib. 3. de Gener.animal. cap.6, num. 1.2.3.4.5.

ICHNEVMO. Ichneumones ſunt quædam animalia Aegypti, quæ mures vocantur, atque eodem genere cibi veſcuntur, quo feles. Viuunt annis ſex, & tot pariunt, quot pariunt canes. Tom. 3. pag. 915, lib. 6. de Hiſt. animal. cap 35, num. 2.

Ichneumo Aegypti, vbi aſpidem ſuum hoſtem aſpexerit, non prius aggreditur, quam ſocios vocet, ac ſe luto contra aſpidis morſus obarmet. Vt autem luto ſe obarment, prius aqua ſe madefaciunt, deinde ſe in luto volutant. Tom. 3, pag. 986, lib. 9. de Hiſtor. animal. capit. 6, num. 4.

Ichneumones Veſpæ. Vide Veſpæ.

ICHOR eſt pars ſanguinis diluta, & aquoſa, vel ex eo, quod non ſit ſatis concocta, vel ex eo, quod ſanguis corruptus degenerarit in hanc materiam aqueam. Duæ proinde ſunt ſpecies Ichoris. Prima eſt pituita non ſatis concocta, quæ ſi vlterius concoquatur, euadit ſanguis: Secunda eſt ſanies, quæ eſt ſanguis corruptus. Tom. 4, pag. 44, lib. 2. de part. anim. cap 4, num. 7.

ICTIS, quam aliqui putant marturellum, eſt animal habens magnitudinem catelli melitenſis, ſed pilo, ac facie, candore ventris, & etiam ingenio, ac morum aſtutia eſt ſimilis muſtelæ. Cito manſueſcit, & cicuratur. Officit aluearibus, ſiquidem auida eſt mellis. Veſcitur auibus quemadmodum feles, vulgo *faine*. Genitali oſſeo eſt præditum, eiuſque ramenta exiſtimantur vtilia diſtillationibus vrinæ, ideoque præbentur cum potu vini. Tom. 3, pag. 990. lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 6, num. 13.

ICTVS eſt motus factus non ſolo tactu, ſed per impetum impreſſum motui antecedenti. Tom. 3, pagin. 679. lib. 4, meteor. cap. 9, num. 16.

Securis magis ſcindit ictu, quam pondere quieſcente, quia motu concipit impetũ. Tom. 4, pagin. 744, lib. Quæſt. mech. qu. 19, num. 1. 2.

Motus, & ictus habet magnam vim ad mouendum, & ſcindendum. To. 4, pag. 747, lib. Quæſt. mechan. qu. 22. num. 1.

Ictus habet vim vel diuidendi, vel collidédi, & contundendi. Tom. 5. pag. 507, ſect. 5. prob. num. 35.

IDEÆ Platonicæ. Oſtenditur non dari ideam communem boni, illam non eſſe per ſe bonam, nec eſſe conſiderandam à morali, nec in ea felicitatem conſiſtere. Tom. 2, pag. 11, lib. 1. Ethic. capit. 6, per totum, & pag. 404, lib. 1. mor. ad Eud. cap. 5. per totum.

Reijcitur opinio Platonis dicentis principia efficientia generationis eſſe ideas ſeparatas. Tom. 3. pag. 513. lib. 2. de Generat. cap. 9, num. 4.

Plato quare poſuerit ideas, ſeu vniuerſalia ſeparata à ſenſibilibus, & docuerit ſenſibilia fieri per participationem idearum. Tom. 5, pag. 24 lib. 1. metaph. cap. 7. nu. 2. & pag. 214, lib. 7. metaph. cap. 21, num. 3. & pag. 362. lib. 13. cap. 4, num. 2.

Quo pacto Plato poſuerit ideas eſſe cauſas formales. Tom. 5. pag. 25, lib. 1. metaph. cap. 7, num. 8.

Reijcitur opinio Platonis, in quantum ponebat ideas ſeparatas à ſenſibilibus, & oſtenditur eius rationes vel non concludere, vel nimis probare. Tom 5, pagin. 35, lib. 1. meraph. cap. 11, per totum. & pag. 362. lib. 13 cap. 5, & 6. per totum.

Oſtenditur ideas nec eſſe corruptibilibus neceſſarias vt principia mouendi, neque vt principia ſciendi, neque vt cauſas formales, neque vt principia efficientia. Tom. 5. pagin. 38, lib. 1. metaph. cap. 11, num. 10 11. 12. 13. 14. 15. 16. & pag. 365, lib. 13. capit. 6, per totum.

Reijcitur ſententia Platonis, in quantum dicebat ideas eſſe numeros. Ibid. pag. 40, à num. 17. vſque ad 25.

Reijcitur ſententia Platonis in quantum docebat ideas eſſe principia eſſendi. Ibid. pagin 43, à num. 28. ad 34.

Reijcitur ſententia Platonis, in quantum dicebat ideas eſſe principia ſciendi. Ibid. pag. 45, à num. 35 ad 40.

Abſurdum eſt hominem idealem, ac ſempiternum eſſe eiuſdem ſpeciei cum temporali, & corruptibili. Tom. 5, pagin. 62, lib. 3. metaph. cap. 3, num. 16. & pag. 288, lib. 10. metaph. cap. 13, num 4.

Diſputatur, vtrum ſit vna idea omnium eiuſdem ſpeciei. Tom. 5, pag. 711, lib. 3. metaph. cap. 5, num. 8. 9. 10.

Diſputatur, an præter ſenſibilia, & mathematica ponendæ ſint ideæ, quæ ſint principia ſenſibilium. Tom. 5. pag 801, lib. 3. metaph cap. 9, per totum.

Oſtenditur quidditates ſubſtantiarum non poſſe eſſe ideas ſeparatas à ſubſtantijs. Tom. 5. pag. 181, lib. 7. metaph. cap. 7, nu. 4. 5. 6.

Oſtenditur ſenſibilia non generari à formis, ſiue ideis ſeparatis. Tom. 5. pagin. 189, lib. 7.

Digitized by Google

lib.7. capit.10, per totum.
Ideæ ſeparatæ non ſunt neceſſariæ vt exemplaria, ad quorum ſimilitudinem ſenſibilia fiant. Ibid. num. 4. & pagin. 336, lib 13 cap.6, num.4.5.6.
Oſtenditur vniuerſalia non eſſe ſubſtantias ſeparatas à ſenſibilibus. Tom.5. pag.208, lib.7. metaph. cap.18, per totum.
Ideæ ſeparatæ ſunt ſingulares, ideoque indefinibiles, & qui conati ſunt illas definire, peccarunt contra regulas definiendi. Ibidem pagin.220, cap.19. per totum.
In ſententia de ideis ſeparatis non poteſt explicari, quo pacto definitum, & definitio ſint vnum. Tom.5, pag 231, lib.8.metap. capit.8, num.3.
Plato ponens ideas non potuit determinare numerum idearum. Tom 5, pag.340. lib. 12. metaph. cap. 8, num.1.
Reijcitur multipliciter opinio ponens ideas. Tom.5, pag 362.lib.13.metap. cap.5, &6. per tota.
Quo pacto Plato diceret ideas eſſe vnitates incombinabiles, ac ſpecie diuerſas. Tom.5, pagin 367, lib.13. metaph. cap 7. num. 2.
Si numeri conſtant ex vnitatibus eiuſdem rationis, impoſſibile eſt ideas eſſe numeros, ac dari. Tom. 5, pagin. 370, lib.13. metaph. cap.8, num.2.
Oſtenditur non poſſe dari numeros ideales. Ibid. pagin.378, num.5.6.
Oſtenditur numeros mathematicos non poſſe coincidere cum numeris idealibus. Tom.7. pag.379. lib.13. metaph. capit.9, num.3.
Afferuntur aliæ difficultates contra ideas Tom. 5, pagin 404, lib.14. metaphyſic. capit.5, num.11,12,13,14,15, & pag 408, cap.6, num.9.10.
Dari ideam lineæ quo pacto ab aliquibus probetur: ſed id videtur incredibile. Tom. 4. pagin.766, lib de lin.inſec cap.1.nu.3. & cap.2. num.5.
IDEA artis. Quo pacto Idea exiſtens in mente artificis ſit quidditas rei faciendæ. Tom. 5, pag. 185, lib 7. metaph. capit.8, num.4
Idea, quæ eſt forma artis, quo pacto differat à forma exiſtente in materia. Ibidem num.4.
Quo pacto ab idea exiſtente in mente artificis cauſentur artificialia. Ibidem num, 5, 6, 7, 8.
IDEM. Quæſtio, in qua quæritur, an aliquid ſit idem, vel diuerſum reducitur ad problema definitionis. Tom. 1, pagin. 428. lib. 1. top. cap.6, num.1.
Idem dicitur tripliciter, numero, ſpecie, & genere. Idem numero eſt, cum nomina ſunt plura, res ſignificata eſt vna. Idem ſpecie ſunt, quæ cum ſint plura, non differunt ſpecie. Eadem genere ſunt, quæ ſub eodem ſunt genere. Ibidem num.2.
Aqua ex eodem fonte eſt eadem ſpecie, ac habet quamdam maiorem congeneitatē. Ibid. num.3.
Idem numero, quod eſt maximè vnum, dicitur tripliciter: primo cum eadem res ſignificatur pluribus nominibus, vel nomine, & definitione: ſecundo res, & proprium rei: tertio res, & accidens rei. Ibid. pag.429 nu.4.
Proponuntur loca ad oſtendendum aliqua eſſe idem, vel eſſe diuerſa. Tom. 1, pag. 565. lib 7. topicor. cap.1. à num.1. vsque ad 17.
Idem per accidens quot modis dicatur. Tom.5.pag. 129. lib. 5. metaph. capit. 9. num.1.
Quæ ſunt idem per accidens, non prædicantur vniuerſaliter conuertibiliter. Ibidem cap.9, num.1.
Idem per ſe quot modis dicatur. Ibid. pag. 130. num.2.
Identitas eſt quædam vnitas eſſendi. Ibidem num.2.
Idem, quod eſt vnum in ſubſtantia, dicitur tripliciter: primo idem numero ſeu ſuppoſito, ſed non ſpecie: ſecundo idem ſpecie, ſed non numero, ſeu ſuppoſito: tertio idem ſpecie ſimul, ac numero, ſeu ſuppoſito. Tom.5, pag. 263, lib 10. metaph. cap.5, num.5.
Vide Vnum.
IECVR. In animalibus habentibus iecur, & lienem, iecur eſt in parte dextra, lien in ſiniſtra, licet aliquando transponantur, ac ſunt in ventre inferiore. Tom 3, pagin 723 lib. 1. de Hiſtor. anim. cap. 18, num.1.
Iecur in pluribus animalibus caret felle, in alijs habet adiunctam burſam fellis. Ibid. num.2.
Iecur nullam habet connexionem cum aſpera arteria, ſed adnectitur venæ magnæ. Ibid. num 3.
Iecur datur in omnibus animalibus ſanguineis, ſed quædam habent fel adiunctum iecori, quædam non habent. Tom. 3, pag.748. lib.2. de Hiſtor. animal. cap.15, num.5,6.

Ani-

Digitized by Google

Animalia, quæ iecore non fisso, sed continuo sunt prædita, habent totum iecur in parte dextra: at quæ habent iecur fissum, habent non totum iecur, sed maiorem partem iecoris in parte dextra. Explicatur, quæ animalia habeant iecur fissum. Tom. 3, pag. 749, lib. 2. de Histor. animal. cap. 17, num. 3.

Elephanti habent iecur simile iecori boum, sed quadruplo maius. Tom. 3, pag. 751, lib. 2. de Hist. anim. cap. 17, num. 13.

Serpentes habent iecur longum, & simplex. Ibidem pagin. 752, num. 16.

Quo pacto vena magna transeat per iecur. Tom. 3, pagin. 767, lib. 3. de Histor. anim. cap. 1, num. 2.

In aliquibus animalibus, ac præsertim in piscibus cartilagineis iecur solet pinguescere, & ex ipsis liquefit oleum. Tom. 3, pag. 782, lib 3. de Histor. animal. cap, 17, num. 2.

Chylus per secundam concoctionem in iecore conuertitur in sanguinem. Tom. 4. pagin. 41, lib. 2. de partib. animal. cap. 4. num. 7.

Principium sanguinis debet esse vel iecur, vel cor siquidem vtraque ex his duabus partibus inest omnibus animalibus sanguineis. At iecur non videtur per se esse principium sanguinis, cum non contineat sanguinem per modum fontis, & cum venæ oriantur à corde, transeant autem per substantiam iecoris. Tom. 4, pag. 90. lib. 3. de partib. animal. cap. 4, num. 14.

In hostijs, quæ sacrificantur, cor nunquam inuenitur vitiatum, iecur, & alia viscera sæpe inueniuntur vitiata. Ibidem pag. 93, num. 27.

Ostenditur in animalibus etiam iecur esse bipartitum. Tom. 4. pag 100, lib. 3. de part. anim. cap. 7, num. 3.

Lepores in quibusdam locis videntur habere duo iecora. Ibidem.

Iecora, ac lien videntur esse quasi duæ anchoræ, & duo claui, quibus vena magna, quæ duos ramos emittit, alterum ad lienem, alterum ad iecur, firmatur in corpore. Ibidem pagin. 101. num. 5.

Iecur suo calore confert etiam ad concoctionem cibi. Ibidem pagin 102. nu. 6.

Iecur est necessarium omnibus animalibus sanguineis cibi concoquendi gratia: nam sicut prima concoctio fit in ventriculo, sic secunda concoctio fit in iecore. Ideo nullum animal sanguineum carere potest iecore. Ibid. pag. 102, num. 7.

Explicantur quædam differentiæ iecorum. Tom. 4, pagin. 112, lib. 3. de partib. anim. capit. 12. num. 3.

Quia sanguis multum confert ad sanitatem animalis, iecur autem multum confert ad sanguinem, ideo iecur multum confert ad sanitatem animalis. Ibid. pag. 112, num. 3.

Animalia, quæ habent iecur bene temperatum, non solent habere bursam fellis, quia illa non indigent ad recipienda excrementa sanguinis: ex opposita ratione animalia habentia fel non bene temperatum indigent bursa fellis. Tom. 4, pagin. 122, lib. 4. de partib. animal. cap. 2, num. 7.

Quia iecora animalium felle carentium solent continere sanguinem dulcem, solent esse dulcia, & bene colorata. Ibid.

Quædam animalia habuerunt iecur in alio loco, quam deberent habere, sed nunquam visum est animal, quod cum deberet habere iecur, careret toto iecore, sed quædam caruerunt parte iecoris. Tom. 4, pagin. 610, lib. 4. de part. animal. capit 4, num. 15.

IECORINVS. Piscis, qui dicitur iecorinus, habet paucas appendices intestinorum. Tom. 3, pag. 755, lib. 2. de Histor. animal. capit. 17. num. 18

IEIVNIVM, Ieiunus. Homines cum cibum sumunt, sentiunt se refrigerari, cum autem sunt ieiuni, calefiunt, ac sitiunt. Tom. 4. pag. 681, lib. de Iuu. & senect. cap. 3, num. 5.

Quare ieiuni citius concumbant, & coeant. Tom. 5, pagin. 491, sect. 4 probl. num. 10.

Qui excesserunt in cibo, & potu, etiamsi minus laborarint, quam ieiuni, tamen sentiunt maiorem lassitudinem, quam ieiuni, qui magis laborarunt, quia alimentum inconcoctum, dum huc illuc que vagatur per corpus, ac se ossium iuncturis insinuat, causat lassitudinem. Tom. 5, pag. 496, sect. 5. prob. num. 7. A.

Ieiunantium ora grauius olent, quia vemer ieiunus incalescens halitus, & excrementa putrefacit. Tom. 5. pag. 580, sect. 13. probl. num. 7.

IGNARIA auis, quæ græcè dicitur pyralis, pugnat cum turture, quia ijsdem in locis degunt, & eodem pabulo viuntur. To. 3. pag. 982, lib. 9. de Hist. anim. cap. 1. num. 11.

IGNIS.

Digitized by Google

IGNIS. Si datur terra, debet dari ignis, tum quia si datur vnum contrarium, debet dari aliud, ignis autem est contrarius terræ; tum quia si datur priuatio, debet dari forma, terra autem, quæ est corpus graue, & immobile, opponitur priuatiuè igni, qui est corpus leue, & celerrimi motus. Tom.3, pag 352, lib.2. de Cœlo, cap. 3, num.1.

Pythagorici dixerunt solem esse ignem, ac esse in centro, quod idcirco vocatur custodia Iouis, quia præstantissimum corpus, quale est ignis, debet esse in præstantissimo loco, quale est centrum. Tom.3, pagin.376, lib.2. de Cœlo, cap.13, num.3.4 5 6.

Aliqui dixerunt vnicum elementum esse ignem, eo quod sit tenuissimum corporum. Reijcitur hæc opinio. Tom. 3, pag.411, lib.3. de Cœlo, cap.9, num.4.5. 6.7.8.9.

Aliqui dixerunt ignem, qui est primum, & acutissimum corpus, habere figuram pyramidalem, quæ est prima, & acutissima figurarum. Reijcitur hæc opinio. Ibidem pag.411, num 4. & pag. 419, lib.3. de Cœlo cap.13, num.2,5,6,7,8,9 10,11.

Ignis magis congregat, quam disgregat: nam per se cõgregat homogenea, per accidens disgregat heterogenea. Tom.3, pag.422, lib.3. de Cœlo, capit. 13, num.9.

Ignis est simpliciter leuis, & omnia corpora, excepto igne, in sua regione sunt grauia. Tom.3. pagin. 433, lib. 4 de Cœlo, cap.4, num.2. & pag.435. cap. 5. num 4.

Ignis comparatur ad terram, sicut perfectum ad imperfectum, & quodammodo sicut forma ad priuationem. Tom.3. pag. 460, lib.4. de Cœlo, capit.7 num.9.

Ignis est calidus, & siccus, sed magis calidus, quam siccus. Tom.3. pag.499, lib.2. de Gener. capit.3, num.19.

Ignis noster est impurus, & potius est igneus, quam ignis, & est quidam excessus caloris, & veluti feruor, ac ita se habet ad ignem elementarem, sicut glacies ad aquam. Ibidem pagin. 500, num.6,7, & pagin. 535, lib. 1. meteorologic capit. 4. num.5.

Sensibus est manifestissima generatio ignis. Tom. 3. pag. 504, lib. 2. de Gener. cap.4, num 6.

Quare ex elementis solus ignis videatur nutriri. Tom.3, pag.516, lib.2. de Generat. cap.8, num.11.

Reijcitur opinio dicens astra esse ignea, & spatium Cœli, in quo sunt astra, esse plenum igne. Tom 3, pag.532, lib.1. meteor. capit.3, num.5.6.

Ignis est in suprema parte mundi elementaris prope concauum Lunæ, ac ignis elementaris non est eiusdem rationis cum igne nostro vsuali. Tom.3, pag.535. lib.1. meteor. cap.4, num.5.

Ostenditur corpora Cœlestia non esse formaliter calida, neque ignea. Ibid.pag.537. num.11.

Ignes, seu meteora ignea propter quas causas generentur. Tom.3, pagin. 538, lib. 1. meteorologic. capit.5, num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

In fornacibus Cypri nascũtur Pyraustæ, hoc est quædam animalia alata, quæ viuunt in igne, et si ex igne educãtur, moriuntur. Tom.3, pagin.854, lib.5. de Hist. animal. cap.19. num.19

Salamandra per ignem ambulans, illum extinguit. Ibid.

Non solum fumus accensus, sed etiam carbo accensus dicitur ignis: caliditas verò est naturalis proprietas corporum igneorum. Tom.4, pag.38, lib.2. de part anim. cap.2, nu.17.

Proponitur, & explicatur opinio Democriti, & aliorum, qui dixerunt animam esse ignem, seu atomos rotundas. Tom.4, pag. 216, lib.1. de anima, cap.4.nu.4.5. & pag. 220, cap.5. nu.2,3.

Aliqui dixerunt ignem esse causam, propter quam viuentia nutriuntur, quia ex elementis solus ignis nutritur. Reijciuntur: nam ignis si non deficiat alimentum, augetur in infinitum, at viuentia augentur solum vsque ad certum terminum. Tom.4, pagin.257. lib.2. de anima, cap.5, num. 11

Ignis, seu calor naturalis est causa adiuuans ad nutritionem. Ibid

Quidam dixerunt lumen esse corpus tenuissimum, ideoque distinxerunt tres species ignis, carbonem, flammam, & lumen. Reijciuntur. Tom. 4, pag. 267, lib. 2. de anima, cap.10, num.6.7 8.9.

Sensus sunt passiui, ideoque ignis cum sit magis actiuus, quam passiuus, non potest constituere vllum organum sensus, sed est quodammodo communis omnibus sensibus, siquidem omnes ad sentiendum indigent spiritibus igneis. Tom. 4, pag. 289, lib.2. de anima, cap.17, num.4.

Proponitur, ac reijcitur opinio Empedoclis dicens organum visus esse ignem,

Digitized by Google

quia comprimendo oculos exprimitur aliquid lucens ad modum ignis. Tom. 4, pag. 334, lib. de ſenſu, & ſenſib. capit. 2, num. 6. & ſequ.

Organum odoratus poteſt tribui igni, quatenus odoratus odorando fit quodammodo ignis, ſiue exhalatio fumida, & ignea, in qua videtur conſiſtere odor. Tom. 4, pag. 338, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 3, num. 17.

Ignis per ſuum calorem non generat vllum animal, ideoque nullum naſcitur animal ex corporibus combuſtis: ideo calor vitalis, & vinificus non eſt igneus, nec habet naturam ignis. Tom. 4. pag 508, lib. 2. de Gener. anim. cap. 3, nu. 10

Licet verè detur ignis elementaris, tamen illum non debemus quærere in his inferioribus, quia hic non tam datur ignis, quam corpora ignea, aer nimirum accenſus in flammam, vel fumus ignitus, vel terra in carbonem accenſa. Tom 4, pag 582. lib. 3. de Generat. animal. capit 11, num 2.

Reijcitur opinio Empedoclis, qui dixit oculos eſſe cæſios ex eo, quod habeant plus ignis, quam aquæ, eſſe autem nigros ex eo, quod habeant plus aquæ, quam ignis. Tom. 4, pag 637, lib. 5. de Gen. anim. cap. 1, num 15. 16.

Reijcitur opinio dicentium, quod ſi ignis ponatur in ſuperiori loco, hoc eſt prope concauum Cœli lunaris, non poſſit corrumpi ex defectu contrarij. Tom. 4, pag. 666, lib. de logit. & breuit. vitæ, cap. 2. num. 6, 7.

Aliquando flamma maior corrumpit minorem, quia ſtatim abſumit pabulum, quo flamma minor nutriebatur. Ibidem pagin. 667, nu. 9.

Ignis ex. gr. flammæ lucernæ poteſt extingui, vel à contrario, vel per marcorem, eo quod abſumpſerit totum humidum, quo nutriebatur. Tom. 4, pag. 679, lib. de Iuu. & ſen. cap. 3 nu 1. & pag. 692. lib. de Iuu. & ſen. cap. 10 num. 2.

Heraclitus cenſuit omnia tandem eſſe conuertenda in ignem. Tom. 3. pag. 10, lib. 3. phyſic. capit. 8, nu. 4.

Ex eo quod ignis ſit ſubtiliſſimum corporum, Hippamus metapontinus cenſuit ignem eſſe primum principium entium. Tom. 5. pagin. 13, lib. 1. metaph. cap. 3, num. 8.

Licet aqua calida poſſit carnem corrugare, tamen ignis, qui eſt ſpiritus accenſus, penetrat intra cutem, ac carnem non corrugat, ſed tumefacit. Tom. 5, pag. 684, ſect. 24. probl. num. 7.

Ignis non poteſt putreſcere, quia corpora vt putreſcant debent acquirere calorem maiorem, quam exigat eorum natura. Tom. 5. pag. 694, ſect. 25. prob. num. 20.

Quare ignis non poſſit homines denigrare, & tamen denigret vaſa fictilia, ſol è conuerſo denigret homines, non autem vaſa fictilia. Tom. 5. pagin 779, ſect. 38 prob. num. 8.

IGNORANTIA, Ignoratio. Ignorantia puræ negationis eſt, per quam ſolum ignoratur verum, ſed non creditur falſum; ignorantia prauæ diſpoſitionis eſt, per quam creditur falſum. & hæc vel cauſatur per diſcurſum ſyllogiſticum, vel cauſatur non ex diſcurſu, ſed ex defectu diſcurſus. Tom. 1 pagin. 529, lib. 4. poſter. cap. 15, num. 1.

Ignorantia deceptionis, quæ cauſatur per ſyllogiſmum, alia eſt circa propoſitiones immediatas, alia circa mediatas. Ibidem num. 1.

Quot modis poſſit per ſyllogiſmum inferri concluſio falſa contraria propoſitioni veræ immediatæ. Ibid pagin. 330, num. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Quot modis poſſit per ſyllogiſmum ignorantiæ concludi propoſitio falſa contraria veræ mediatæ. Ibidem pag. 333. cap. 16, per totum.

Neceſſe eſt, vt qui caret aliquo ſenſu, habeat ignorantiam puræ negationis circa ſenſibilia propria talis ſenſus. Ibid. pag. 337, num. 21.

Quæ ignorantia, & quo pacto faciat actum inuoluntarium. Tom. 2, pag 57. lib. 3. ethic. cap. 1, num 15. 16. 17 & pag. 432, lib. 2. mor. ad eud. cap. 9, num. 15.

Explicantur circunſtantiæ, ex quarum ignoratione actus redditur inuoluntarius. Ibidem pag. 58, nu. 18, 19.

Quo pacto continens operetur ſciens, vel ignorans. Tom. 2, pag. 185, lib. 7. ethicor. cap. 2 num. 1. 2. 3. & pag. 188. cap. 3. per totum. & pag 361, lib. 2. mag mor. cap. 7, num 9 10. 11 12.

Quod ſit propter ignorantiam, ſit non ſponte, & non voluntariè, quia nihil volitum quin præcognitum: non tamen eo ipſo ſit inuoluntariè, quia ad hoc requiritur, vt fiat à nolente ſaltem virtualiter. Tom. 2. pagin. 57, lib. 3. Ethicorum, capit. 1. num. 15.

Non

Non idem eſt aliquid facere ignoranter, ac facere ex ignorantia, ita ut ignorantia ſit cauſa agendi. Ibidem pagin. 57, numer. 16.

Ignorantia, qua quis ignorat, quid oporteat facere in vniuerſali, vel in particulari, reputatur voluntaria, & culpabilis, ideoque non efficit actum muoluntarium. Ibidem pagin. 57, nu. 17.

Homines puniuntur etiam propter ea, quæ agunt ignoranter, cuius ipſi ſunt ſibi cauſa talis ignorantiæ, ideoque ebrij praua agentes merentur duplicem poenam. Tom. 2, pagin. 68, lib. 3. Ethic. cap. 5. nu. 5. & pagin. 334, lib. 1. magn. mor. cap. 31. num. 12.

Cum lædimus alterum ex ignorantia omnino muoluntaria, non eſt peccatum, ſed merum infortunium. Tom. 2, pag. 146, lib. 5. Ethic. cap. 8, num. 6.

Qui mala faciunt ex ignorantia, non facturi, ſi ſcirent, digni ſunt venia, & excuſantur à culpa: at qui faciunt ignoranter, non ex ignorantia, ſed ex paſſione vitioſa, quæ cauſat ignorantiam, non ſunt digni venia, neque omnino excuſantur à culpa, licet minus peccent. Ibid. pag. 147, num. 11.

Iudex ſi ex ignorantia iuris poſitiui iudicauerit iniuſte, licet faciat iniuriam materialiter, non facit iniuriam formaliter. Tom. 2. pagin. 150, lib. 5. Ethicor. cap. 9, num. 18.

ILEVM. Equi domeſtici laborant ileo morbo, hoc eſt torminibus inteſtinorum. Indicium eius morbi eſt, cum poſteriora crura ita attrahunt ad priora, vt ſe propemodum collidant. Tom. 3, pag. 972, lib. 8. de Hiſt. anim. capit. 8, num. 2.

ILIA. Vide Inguina.

ILIACVM. Tertia ſpecies turdorum vocatur iliaca, & eſt omnium minima, ac minus varia. Tom. 3, pag. 100, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 20, num. 1.

ILIAS. Homerus in Iliade, & Odyſſea dedit formam tragœdiæ, quia imitatus eſt actiones virorum præſtantium dramatice, cum illos pene ſemper inducat negotiantes, & agentes. Tom. 1. pag. 898. lib. poet. cap. 6. num. 3.

Ilias Homeri eſt poema ſimplex, & patheticum: Odyſſea eſt poema implexum: vtrumque eſt agnitionibus refertũ, atque egregiè mores exprimit. Tom. 3, pag. 946, lib. poet. cap. 22, num. 5.

Ilias Homeri habet perfectam vnitatem, cum ex ea poſſit fieri vna tantum tragœdia, & ad ſummum duæ. At parua Ilias, in qua quidam ſcripſit totũ bellũ Troianum, non habebat vnitatem, ſiquidem ex ea fieri potuerunt pluſquam octo tragœdiæ, ac de facto factæ fuerunt decem tragœdiæ, quæ enumerantur. Ibid. pag. 946, num. 4.

ILLIBERALITAS. Vide Auaritia.

ILLYRICVM. In Illyrico ex Cœli temperie oritur, vt aſini fiant admodum parui. Tom. 3, pag. 976, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 28, num. 7.

ILOTES vocabantur ſerui Lacedæmonum, ijque in aduerſa Lacedæmonum fortuna ſemper Lacedæmonibus inſidiati ſunt, & ſæpe à Lacedæmonibus defecerunt. Tom. 2, pag. 368, lib. 2. polit. cap. 7, num. 2. & pag. 377, cap. 8, num. 8.

IMAGINATIO. Vide Phantaſia.

IMAGO. Imaginibus delectamur, non tam propter res expreſſas, quam propter imitationem, ideoque ſæpe delectamur, videndo imagines rerum, licet res ipſas cũ moleſtia aſpiciamus. Tom. 1, pag. 897, lib. poet. cap. 2, num. 1.

Quænam ſit cauſa quarumdam imaginum, quæ noctu apparent in Cœlo. To. 3. pag. 541, lib. 1. meteor. cap. 5. per totum.

IMAGO Rhetorica. Vide ſimilitudo.

IMBECILLES. Qui collum habent gracile, & ſubtile, ſunt imbecilles, quia tale eſt colium mulierum. Tom. 4, pag. 866, lib. phyſiogn. cap. 9, num. 18.

IMBER. Vide Pluuia.

IMITATIO. Pictura, ſtatuaria, poetica, & aliæ facultates imitatiuæ ſunt iucundæ, & id, quod bene imitatione exprimitur, affert iucunditatem, licet res expreſſa non ſit iucunda, quia delectamur ratiocinatione, qua ex eo, quod alterum imitatur, cognoſcimus quid ſit id, quod exprimitur, adeoque addiſcimus aliquid. Tom. 1. pag. 740, lib. 1. Rhet. cap. 11, num. 10. & pagin. 897, lib. poet. cap. 2. num. 1.

Imitatio eſt genus commune poeſi, & eius ſpeciebus, ſonatoriæ, ſaltatoriæ, & alijs facultatibus affinibus. Tom. 1, pagin. 893. lib. poet. cap. 1, num. 2.

Ex facultatibus imitatiuis quædam imitantur aliquo permanente, hoc eſt coloribus, & figuris, quædam imitantur aliquo ſucceſſiuo, hoc eſt rhythmo, ſeu numero, oratione, & harmonia: Rurſus quædam imitantur aliquo ſolum ex his, quædam pluribus inter ſe miſtis, & combinatis.

Ibidem pagin. 893, num. 4.
Facultates ſonatoriæ imitantur ſolum harmonia, & numero, non autem oratione: ſaltatoria imitatur ſolo numero, non autem oratione, neque harmonia: Epopœia imitatur ſolis metris, ſine harmonia: Dramatica imitatur oratione, harmonia, & numero. Ibidem pag. 893, num. 5, 6, 7, 8.
Carmina non continentia imitationem, vt carmina Empedoclis, non ſunt poeſis. Ibidem nu. 8.
Tragœdia, & Epopœia imitantur meliores: Comœdia imitantur peiores: aliqui imitantur homines, vt ſunt. Ibid. pag. 895. num. 11, 12.
In Dithyrambica, & lyrica Poeta ita imitatur, vt omnia, vel pene omnia exponat ex propria perſona: in comœdia, & tragœdia omnia exponit ex perſona aliorum: in Epopœia quædam exponit ex perſona propria, quædam ex perſona aliorum. Ibid. pag 895. num. 13.
Homines naturaliter ſunt propenſi ad imitandum, vt patet, quia imitantur à pueris, differunt a brutis per imitationem, addiſcunt artes imitando, & delectantur rebus per imitationem expreſſis. Tom. 1. pagin 897. lib. poeticæ, cap. 2. num. 1.
IMMEDIATA propoſitio. Vide propoſitio.
IMMANITAS Vide Beſtialitas.
IMMISERICORDES ſolent eſſe ſtolidi, inuerecundi, & immodeſti. To. 4. pag. 798, lib. phyſiog. cap. 6, num. 17.
IMMOBILE dicitur primo, quod omnino moueri non poteſt: ſecundo quod multo tempore vix mouetur, & parum conficit ſpatij: tertio quod propter grauitatem tardè, & multo tempore incipit moueri: quarto quod cum ſit aptum moueri, non mouetur tempore, loco, & modo, quo poteſt moueri, & hoc propriè quieſcit. Ibidem Tom. 3, pagin. 154, lib. 5. phyſic. cap. 3, num. 15. & Tom. 5, pagin. 518, lib. 11. metaphyſic. capit. 12. num. 24.
Quod eſt immobile, propriè non quieſcit, ſed illud propriè quieſcit, quod ita caret motu, vt poſſit moueri. Tom. 3, pag. 136, lib. 4. phyſic. capit. 16, num. 6.
Quod eſt immobile caret omni mutatione, adeoque non menſuratur tempore. Ibidem.
Prima principia entium immobilium non poſſunt eſſe contraria. Tom. 5, pag. 392, lib. 14 metaph. cap. 1. per totum.
Quo pacto Xenophanes docuerit, & probauerit ens eſſe immobile. Tom. 5. pag. 417, lib. de Xenoph. cap. 1, nu. 5, 6.
Oſtenditur malè Xenophanem oſtendiſſe omne, quod eſt, eſſe immobile, & inalterabile. Tom. 5, pag. 423, lib. de Xenoph. cap. 6 per totum.
IMMORTALITAS. Operatio Dei eſt immortalitas, hoc eſt vita quædam perpetua. Tom. 3. pag. 351, lib. 2. de Cœlo, cap. 3. num. 2.
IMMORTALITAS animæ. Vide anima rationalis.
IMPAR. Quare Pythagorici dixerint par eſſe infinitum, impar eſſe finitum. Tom. 3, pagin. 73, lib. 3. phyſicor. cap. 5, num. 3, 4.
Numeri impares ordinatim additi ſemper faciunt quadratum, pares ordinatim additi variant figuram. Ibid. num. 4.
Quare Pythagorici dixerint numeros impares eſſe quosdam gnomones circumpoſitos vnitati, tamquam primo quadrato. Ibid.
Pythagorici cur dixerint impar eſſe determinatum, & perfectum, par indeterminatum, & imperfectum Tom 5. pag 20. lib 1. metaph. cap. 5, num. 4.
Numeri impares, ſi per ordinem ſibi addantur, ſemper faciunt quadratum. Ibidem num. 4.
IMPERATOR ita eſt finis exercitus, vt ſit cauſa totius ordinis, qui eſt in exercitu. Tom. 5 pag. 348, lib. 2. metaph. cap. 10, num. 2.
Imperatores dicuntur callidi, in quantum poſſunt hoſtes fraudibus, & dolis circumuenire. Tom. 5. pagin. 615, ſect. 18. prob. num. 4.
IMPERIVM Imperans. Aliqui exiſtimarunt facultatem imperandi deſpoticè ſeruis eſſe quamdam ſcientiam, ac non differre à politica: alij cenſuerunt imperiũ deſpoticum eſſe contra naturam, ac lege ſolum inductum. Tom. 2, pag. 518, lib. 3. pol. cap. 3, nu. 3.
Qui præſtant mente ſunt apti ad imperandum: qui ſunt hebetes mente, ſed robuſti corpore, adeoque non poſſunt ſe ipſos regere, ſunt nati ad ſeruiendum, ideoque aliqui naturaliter debent imperare, alij debent ſeruire. Ibid. pag. 520, nu. 10.
Oſtenditur, quod non ſolum in hominibus, ſed etiam in brutis, & in rebus inanimatis.

da-

datur natura imperans, & natura parens. Ibid. pag. 11, 12, 13, 14.

Anima naturaliter imperat corpori, ratio appetitui sensitiuo, mas fœminæ. Ibid. num. 12, 13.

Qui ita se habent ad inuicem, sicut anima ad corpus, & homo ad bestiam, ita se habent, vt alter debeat imperare, alter parere. Ibidem pag. 512, num. 15.

Natura hominibus aptis ad imperandum dare solet corpora liberalia, hominibus aptis ad seruiendum solet dare corpora seruilia, hoc est deformia, & robusta. Ibid. num. 16.

Stenditur imperium despoticum in seruos bello captos esse iustum. Tom. 2, pag. 523, lib. 1. polit. cap. 4, à num. 1, vsque ad 7.

Imperium politicum, oeconomicum, & despoticum specie differunt, atque imperium politicum est melius oeconomico, & despotico. Ibid. pag. 525, num. 8.

Imperium despoticum non est scientia, licet detur aliqua scientia imperandi seruis. Ibidem pagin. 525, num. 9.

Pater familias non solum præest seruis imperio despotico, sed etiam præest vxori imperio politico, & filijs imperio quasi regio. Tom. 2, pag. 537, lib. 1. pol. cap. 8, num. 2, 3, 4.

Imperans, & parens debent habere virtutẽ, sed differentem proportionaliter, ac differunt natura imperans, & natura parens. Ibidem pagin. 538, num. 5, 6.

Imperans debet habere perfectam prudentiam, & perfectam virtutem moralem: si enim non habeat perfectam prudentiam, non potest videre, & præcipere quid sit agendum: parens sufficit, vt habeat virtutem quantũ requiritur ad exequendum. Ibidem pag. 539, num. 6, 7.

Virtus imperantium est eadem, ac virtus boni viri, quia cum debeant cæteros ad virtutem promouere, debent habere prudentiam, & virtutem moralem. Tom. 2, pag. 541, lib. 3. Politicorum, capit. 3. numer. 6, 7.

Bonus ciuis debet esse aptus tum ad imperandum, tum ad parendum. Ibidem pag. 592, num. 9.

Prudentia est virtus maximè propria præcipientis. Ibid. num. 10.

Bene dixit Bias: *Imperium, seu magistratus virum ostendit*, quia ad bene imperandum requiritur virtus perfecta. Tom. 2, pag. 123, lib. 5. Ethic. cap. 1, num. 16.

IMPERFECTVM. *In omnibus generibus*, & prædicamentis datur perfectum, quod se habet vt forma, & imperfectum, quod se habet vt priuatio. Tom. 5. pag. 305, lib. 11. metaph. cap. 10. num. 4.

IMPETVS. Proiecta mouentur separata à proijciente, quia proijciens illis imprimit impetum, quo deficiente, moueri desinunt. Tom. 4. pag. 762, lib. qu. mechan. qu. 32. 33.

IMPOSSIBILE. Impossibilia propriè non sunt in tempore. Tom. 3, pag. 137, lib. 4. physic. cap. 16, num. 8.

Impossibilia non sunt generabilia, neque corruptibilia, nec vllo pacto mobilia, vel quietcentia, sed semper, & necessario nõ sunt. Ibid.

Falsum, & impossibile non sunt idem, siquidem aliqua falsa sunt possibilia. Tom. 3, pag. 335, lib. 1. de Cœlo, cap. 14, num. 3, 4.

Impossibile non potest sequi ex falso, & possibili, sed ex solo impossibili. Ibidem num. 4.

Impossibile aliud est tale absolutè, aliud ex suppositione. Ibidem num. 3. & Tom. 4, pagin. 423, lib. de motu animal. capit. 2, num. 10.

Impossibile logicè est, quod est falsum ex necessitate, seu cuius oppositum ex necessitate est verum. Tom. 5, pag. 137. lib. 5. metaph. cap. 12. nu. 10. & pag. 273, lib. 9. cap. 2, nu. 1.

Impossibilia sunt, quorum non datur potentia. Tom. 5, pag. 237, lib. 9. metaph. cap. 4, num. 5.

Impossibilia alia sunt ac falsa, & sunt, ex quibus si ponantur, sequitur aliquid impossibile. Tom. 5, pag. 238, lib. 9. metaph. cap. 5, num. 1, 2.

Ex possibili non potest sequi necessario impossibile, at ex impossibili potest sequi possibile, ac necessarium. Ibidem nu. 2.

IMPOTENTIA, Impotens. Quot modis dicatur impotentia, & impotens. Tom. 5, pagin. 137. lib. 5 metaphysicor. capit. 12. num. 9.

Impotentia opponitur potentiæ vt priuatio, & dicitur pluribus modis. Tom. 5, pag. 234, lib. 9. metaphysicorum, capit. 2, num. 7.

IMPRESSIO, impressibile. Impressio est superficiei secundum partem, pulsu, vel ictu, vel tactu in profundum recessus. Tom. 3, pag 679, lib. 4. meteorol. cap. 4, num. 14.

Quare corpora ſint impreſſibilia. Ibidem nu.13,14,15.

IMPROBI, qui honeſtate contempta, leges violant, debent coerceri, & ad virtutem impelli, & adigendi ſunt ad officia per dolores perinde ac iumenta. Tom.3. pagin. 302, lib. 10. Ethic. capit 9. num.6.

Improbi, qui poenis non coercentur, è viuis ſunt exterminandi. Ibid.

Improbi non ſunt ſibi ipſis benefici, nec beneuoli, neque concordes, ſed ſunt in continua quadam ſeditione, ac ipſos ſæpe pœnitet, & cum nihil habeant amabile, non ſunt amabiliter affecti erga ſe ipſos: ideo valde miſerum eſt eſſe improbum. Tom.2.pag.259. lib.9. ethic. cap.4, nu 8,9,10,11.

Improbitas eſt inſatiabilis, & qui ab initio dicunt ſufficere ſibi duos obolos, deinde appetunt plura, & plura in infinitũ. Ibidem num.2. pag.562, lib. 2. pol. cap. 5. num.11.

Improbis diuitiæ, dominatus &c, non ſunt bona, ideoque deberent illis priuari. Tom.2, pagin.356. lib.2. mag.mor: cap.4, num.5.

Quare paupertas potius verſari ſoleat apud probos, quam apud improbos. Tom. 5, pag.727, ſect.29. prob. num.4.

IMPVDENTIA, Impudens. Impudentia, ſiue inuerecundia eſt impaſſibilitas quædam in malis præteritis, præſentibus, aut futuris, quæ infamiam, atque ignominiam videntur afferre. Tom.1, pagin.775, lib.2. Rhet. cap.6. num.2.

Impudens eſt qui nihil veretur, aut verecundatur, ſed vbique, & in omnes loquitur, & omnia agit, prout euenerint. Verecundia autem eſt media inter impudentiam, & quamdam ſtupiditatem. Tom.2, pag.338, lib.1. mag. mor. cap. 27, num. 1. & pagin.459. lib.3. mor.ad eud. cap.9. num 3,

Oculi intenti, ac difficile mobiles ſigna ſunt impudentiæ Tom.3, pag. 711, lib.1. de Hiſtor.animal. cap.10, num.4.

Impudentes, & fortes conueniunt in hoc, quod habent faciem immutabilem. Tom. 4, pag.788, lib. phyſiog. cap.2, num.4.

Afferuntur plura ſigna impudentis, & inuerecundi Tom. 4, pag. 797, lib. phyſiogn. cap.6. num.5.

Qui habent digitos pedum, eorumque vngues curuos ſunt impudentes, quia aues vncungues ſolent eſſe impudentes. Tom. 4, pag.804. lib. phyſiog. capit.9, num.2.

Qui habent naſum ita curuum, vt ſtatim ac egreditur à fronte, incipiat curueſcere, ſunt impudentes, quia ſicut imitantur figuram, ſic imitantur impudentiam coruorum. Tom.4, pagin. 807, lib. phyſiog. cap.9, nu.21.

Qui caput habẽt acutum ſunt impudentes, & inuerecundi, quia habent caput ſimile capiti auium vncunguium, quæ ſunt impudentes. Ibidem pagin.809, num 24.

Qui habent oculos igneos ſunt inuerecundi, & impudentes, quia oculi ignei ſunt proprij canum, qui ſunt impudentes. Tom.4, pagin.811, lib. Phyſiogn. cap.10, num.18.

Qui pectus habent valde læue, & pilis denudatum ſunt impudentes, quia tale eſt pectus mulierum, quæ ſunt impudentes. Ibidem num.23.

IMPVLSIO, & expulſio ſunt ſpecies pulſionis. Impulſio eſt cum mouens non deſerit id, quod mouetur: expulſio cum deſerit. Tom.3, pag.209, lib.7. phyſic. cap. 3, num. 4.

INACHVS. In Græcia Inachus fluuius fluit ex Pindo monte. Tom.3. pag.565, lib.1. meteor. cap.13, num 8.

IN ALIO Explicatur, quot modis vnum ſit in alio, & examinatur, vtrum poſſit aliquid eſſe in ſe ipſo. Tom. 3, pagin. 98, lib.4. phyſic. cap.3 per totum.

INANE. Vide vacuum.

INANIMATA ad hoc, vt moueantur, non debent ſuſtentari aliquo quieſcente externo, cui nitantur, neque debent in ſe ipſis habere aliquam partem immotam, cui nitantur, quia non mouent ſe ipſa proprijs inſtrumentis, ſed motibus naturalibus mouentur à generante, quod dat determinationem ad motum, motibus autem violentis mouentur ab animalibus &c. Tom.4, pag.424, lib. de motu anim. cap.3, nu.7. & pag.425, num 11.

Proponuntur, & ſoluuntur problemata circa res inanimatas, eorumque quãtitatem. Tom.5. pagin 600, ſect.16. probl. per totam.

INCENDIVM Deſcribitur incendium templi Epheſini. To.3.pag.627, lib.3 meteor. cap.1, nu.8

INCENSIO. Vide præſter.

INCESSVS. Animalia mouentur motu ſaltus, cum mouentur ſimul toto corpore, ita vt ſecundum nullam partem corporis quieſcant: tum verò mouentur motu inceſſus, cum non mouentur ſimul toto cor-

corpore, ſed prius mouentur ſecundum vnam partem, deinde ſecundum aliam, itaut dum mouentur ſecundum vnam partem, quieſcant ſecundum alteram. Tom 4, pagin 178, lib. de Inc. animal. cap.3. num.1.

An animalia ſiue moueantur motu ſaltus, ſiue motu inceſſus, ſemper innituntur corpori ſubiecto, puta pauimento, & vna pars corporis nititur alteri. Ibidem numer.2,3.

Corpora, quæ non habent plura membra inuicem coaptata per iuncturas, non poſſunt ſe mouere motu inceſſus. Ibidem num.4.

Oſtenditur, quod ad hoc, vt animalia moueantur motu inceſſus, debent habere membra flexibilia. Tom. 4, pag. 187. lib. de inc.anim. cap 7, per totum.

Animalia habentia pedes mouentur ita, vt viciſſim ſtent, corpuſque ſuſtentent altero ex oppoſitis pedibus. Ibidem pagin. 188, num.3.

Oſtenditur, quod homo, dum mouetur motu inceſſus, flectit crura. Ibidem pag.189, num.8.

Vt animal progrediatur motu continuo, & firmo, quali ſolemus naturaliter progredi, non debet manere erectum, ſed debet identidem corpus ſuſtentare cruribus inſiſtentibus in pauimento ad angulos acutos. Ibidem pagin 190, num. 11, 12, 13.

Propter quam cauſam quadrupedes moueantur diametraliter, itaut ſimul cum pede dextro anteriore promoueant ſiniſtrum poſteriorem &c. Tom. 4. pagin. 201, lib de inc.anim. cap.12, num.1,2,3,4.

Natatio, volatio, reptio, & motus progreſſiuus licet conueniant in nomine inceſſus, tamen differunt ſpecie. Tom.4, pagin.34, lib. 1. de partib. animal. capit. 1, num.3.

Qui mouentur greſſu longo, ſed tardo ſunt efficaces in agendo, & quæ aggrediuntur perficiunt: qui mouentur greſſu breui, & tardo ſunt conſultatiui, ſed nihil perficiunt. Qui mouentur greſſu longo, & veloci ſunt efficaces, & inconſulti: qui mouentur greſſu breui, ac celeri ſunt inconſulti, & inefficaces. Tom.4, pag.811, lib. phyſiog. cap.10, num.34,35,36,37.

INCESTVS. Ex communitate vxorum, quam Plato voluit in ſua Republica, orirentur inceſtus, ideoque talis communitas eſt contra honeſtatem. To.2.pag 546, lib.2. pol. cap.2, num.7,8,9

Cameli nunquam cum matre coeunt, & cum aliquando Camelus à Camelario deceptus cum matre coiſſet, camelarium morſu peremit. Equus etiam quidam, cum ignarus cum matre coiſſet, mox ex rupe ſe præcipitem dedit. Tom.3. pagin. 1031, lib.9. de Hiſtor.animalium, cap.46, num.1.

INCISIONES factæ inſtrumento æreo citius, & facilius ſanantur, quam quæ fiunt inſtrumento ferreo, quia æs propter ſuum naturale temperamentum habet virtutem medendi vulneribus. tom.5. pagin.450, ſect.1. probl num.35.

INCOMPLEXA ſunt, quæ dicuntur ſine vlla complexione, vt Homo, Bos. Tom.1, pagin.31, lib. prædicam. capit. 1, num.4.

INCOMPLEXI termini. Vide Terminus.

INCONCOCTIO Vide Concoctio.

INCONCRETILE. Vide Concretile.

INCONSTANTIA Oculi nictabundi, ac facile mobiles ſigna ſunt inconſtantiæ. To. 3, pag.711, lib 1 de Hiſtor.animal. cap.10, num.4.

INCONTINENS, incontinentia. Incontinentes per intellectum practicum cognoſcunt, & imperant, quid ſit agendum, & tamen illud non agunt, ſed operantur, & mouentur ſecundum concupiſcentiam tom.4, pag 320. lib 3. de anima, cap 8, num.9.

Incontinentes operantur ſecundum appetitum concupiſcentiæ, & ſecundum phantaſiam contra rationem. Tom.4, pag.322, lib.3. de anima, cap.9, num.6

Eos tantum vocamus incontinentes, & intemperantes, qui ſectantur voluptates guſtus, & tactus, quia ſuperantur à voluptatibus omnium deterrimis, & quas ſolas proſequuntur bruta. Tom.5. pagin. 374, ſect.18. prob. nu.2,3,7.

Vide Continens, Continentia.

INCORRVPTA. Quæ continentur in vtribus vehementer inflatis diu durare poſſunt incorrupta, quia aer denſus difficilius alteratur ab ambiente. Tom. 5, pag. 693, ſect.25 probl num.17.

INCORRVPTIBILE dicitur tripliciter primo quod licet poſſit definere eſſe, tamen non poteſt definere per propriam corruptionem: ſecundo quod cum ſit ens, non poteſt deſinere eſſe, & hoc eſt propriſſimè incorruptibile: tertio quod non poteſt facile corrumpi. Tom.3, pa-

Digitized by Google

gina 333, lib.1. de Cœlo, cap.13, num.5.
Oſtenditur ingenerabile, & incorruptibile dici ad conuertentiam, itaut nullum generabile poſſit eſſe incorruptibile, nullũ incorruptibile poſſit eſſe generabile. Tom. 3, pag.339, lib.1. de Cœlo, cap.14. à num. 18, vſque ad 25.
Oſtenditur omne ſempiternum eſſe ingenerabile, & incorruptibile, & è conuerſo. Tom.3, pag.329. lib. 1. de Cœlo, cap.13, num.6,7,8,9,10,11,12.
Nihil poteſt eſſe ingenerabile, vel incorruptibile caſu. Tom.3, pag.342, lib.1. de Cœlo, capit.14, num.23.
Oſtenditur nullum corruptibile poſſe fieri incorruptibile ratione loci. Tom. 4, pagin.666, lib. de longit. vitæ, cap.2, num. 6,7,8,9.
Corruptibilium, & incorruptibilium an poſſint eſſe eadem principia. Tom.5, pag. 71, lib 3. metaph. cap 6, num.5.6,7,8,9, 10,11, & pag.288, lib.11. cap.2, nu.4.
Propter quam cauſam Empedocles dixerit Cœlum eſſe incorruptibile. Ibidem pag. 72, lib 3. cap.6, num.9.
In corruptibilibus datur materia, quæ fortaſſe non eſt potentia ad formam, & priuationem, ſed ſolum ad diuerſa loca. Tom.5, pagin. 228, lib.8. metaph. cap. 6, num.6.
Incorruptibilia, & corruptibilia differunt in materia, ac nõ ſunt eiusdem generis phyſici. Tom.5, pag:282,lib.10. metaph. cap. 13, num.1,
Idem corpus non eſt indifferens, vt ſit corruptibile, vel incorruptibile. Ibidem num.2,3.
Vide corruptibile.
INCREMENTVM. Vide Augmentatio.
INCREPATIO. Iucundum eſt alios increpare, & arguere, quia qui alios increpãt, videntur ſibi in honore eſſe. Tom.1, pag. 741, lib.1 Rhet. cap.11, num.24.
INCVBATIO auium. Aues incubando celerius excludunt oua æſtate, quam hyeme. Tom.3. pag.870, lib.6. de Hiſtor.animal. cap.2, nu.6.
Aues maiores triginta diebus debent ouis incubare, aues mediæ debent incubare diebus viginti. Tom.3, pag. 877, lib.6. de Hiſtor. anim. cap.6, num.1.
Explicantur plura circa auium incubatum. Tom.3, pagin.879, lib.6. de Hiſtor. anim. cap.8, per totum.
In quibus auibus incubent alternatim mas, & fœmina; in quibus incubet ſola fœmina. Ibidem num.13.
Vide Aues. Oua.
INDIA. Indiam coniungi per oceanum terræ ad columnas Herculis Ariſtoteles ſuſpicatur. Tom.3, pag.391, lib.2. meteorol. cap.16, num.11,12.
In India ſunt Elephanti. Ibidem num.11.
INDICI Canes. Vide Canes.
INDIGENTIA. Beneficium creſcit ex eo, quod fuerit collatum valde indigenti. Tom.1, pagin. 779, lib. 2. Rhetor. cap. 7, num.2.
Indigentiæ ſunt appetitiones, ideoque cum valde quis aliquid appetit, magnopere indiget. Ex appetitionibus verò illæ maiorem includunt indigentiam, quæ trahunt dolorem, niſi quod cupimus, conſequamur, & tales ſunt concupiſcentiæ. Ibidem.
Indigentia ex natura rei eſt menſura commutationum, & eſt vinculum ſocietatis humanæ. Tom.2. pagin.137. lib.5. Ethic. cap.5, num 8.
Æſtimabilitas rerum in ordine ad commutationes non deſumitur ex intrinſeca earum perfectione, ſed ex aptitudine, quam habent ad deſeruiendum indigentijs humanis. Ibidem.
Quo pacto pecunia ſit menſura ſenſibilis loco indigentiæ, & ſit fideiuſſor indigentiæ. Ibidem pagin.137, num 8,9,10,11.
Qui nullius indiget propter ſufficientiam, nulla pars eſt ciuitatis: quare aut beſtia, aut Deus. Tom.2, pag.516, lib.1. pol. cap. 1, num.4.
Homines ab ipſa indigentia fuerunt edocti quæ ſunt ad vitam neceſſaria, qualis eſt inſtitutio Reipublicæ. Tom. 2, pag. 750, lib.7. pol. cap.10, num.2.
INDIGNATIO. Inuidere eſt triſtari proſperitatibus bonorum: indignari eſt triſtari proſperitatibus malorum. To.1. pag.449, lib.2. top cap.2, num.6.
Nemeſis, ſiue indignatio eſt laudabilis, & eſt mediocritas inter inuidiam, & maleuolentiam. Eſt autem indignatio, per quam triſtamur, quod malis eueniant bona, & bonis mala. Tom.2.pag.337, lib.1. mag. mor. cap 25, nu.1. & pag.49, lib 2. Ethic. cap.7, num.14.
Indignari eſt dolere propter bona, quæ quis indignè obtinet. Tom. 1, pag. 783, lib. 2. Rhet. cap.9, num 1,2.
Affectus indignationis eſt probus, ac differt ab affectu inuidiæ, quia inuidia eſt dolor de proſperitate non indigni, ſed æqualis, in-

Digitized by Google

indignatio eſt dolor de proſperitate indigni. Ibid. pag 184, num.2.
Indignatio eſt contraria miſericordiæ,& impedit affectum miſericordiæ.Ibidem pag. 784, num.4,10.
Non indignamur }, quod aliquis ſit virtute præditus, neque quod poſſideat bona naturæ , neque quod antiquitus poſſideat bona fortunæ,ſed quod bona fortunæ indigni poſſideant recenter. Ibid. pag.785, num.5,6.
Indignamur etiam , cum viri probi poſſident bona ipſis improportionata, & cum inferior contendit cum ſuperiore.Ibidem pag 785, num.7,8.
Procliues ad indignandum ſunt qui ſunt digni maximis bonis , & ea non poſſident . Ibidem pag.786,num.9.
Homines probi, ac virtute præditi,& etiam qui ſunt honoris amantes ſunt ad indignandum procliues. E conuerſo homines perditi , & mancipijs ſimiles non ſolent indignari. Ibid.
INDISSOLVBILIA. Vide Solubilia.
INDIVIDVVM eſt , quod ex proprietatibus conſtitit , quarum aggregatum nunquam in alio idem fiet. Explicatur , quænam ſint proprietates indiuiduales.Tom.1.pag. 12, lib. prædicab cap.3, num.10.
Indiuiduum continetur ſub ſpecie , & eſt pars ſpeciei. Ibid. pag.13, num.11.
Indiuidua ſunt infinita, ac proinde non ſcibilia,ideoque Plato dicebat ſcientias non debere deſcendere vſque ad indiuidua , ſed ſolum vſque ad ſpecies ſpecialiſſimas. Ibid. pag.11, num.8.
Quænam ſint partes ſpeciei , vel potius ſolius indiuidui Tom.5,pag.198,lib.7. metaph. cap.15, per totum.
Vide ſingularia.
INDIVISIBILIA non poſſunt ſe tangere, quin ſe tangant ſecũdum ſe tota, adeoque penetrentur. Tom.3,pag.170,lib.6. ethic. cap. 1. num.1.
Continuum non poteſt componi ex indiuiſibilibus. Tom.3, pagin.170, lib.6. phyſic. cap.1, per totum & pag.176, cap.3, num. 13, 14.
Indiuiſibile per ſe moueri non poteſt, at per accidens poteſt moueri. Tom.3, pag.179, lib.6. phyſic. cap.4, num.8. & pagin.201, cap. 12, per totum.
Oſtenditur rationibus tum mathematicis, tum phyſicis corpora non componi ex ſuperficiebus, lineis , & punctis indiuiſibilibus. Tom.3, pag.394, lib.3. de Cœlo, cap.3, per totum .
Indiuiſibilia non poſſunt eſſe grauia,vel leuia, rara, vel denſa , dura , vel mollia. Ibidem pag.395, num.6,7,8.
Affertur, & ſoluitur ratio, qua Democritus probabat primas magnitudines eſſe indiuiſibiles. Tom.3, pag.450, lib.1. de Gen. cap 4, per totum.
Indiuiſibile dicitur duplicitur: primo quod eſt continuum , adeoque licet poſſit diuidi, non eſt diuiſum actu: ſecundo quod neque eſt diuiſibile potentia, ſed partibus caret. Tom.4 pagin.311, lib.2. de anima, cap.5. num.3.
Indiuiſibile quot modis cognoſcatur. Ibid. pagin.311, num.2,3 4,5.
Indiuiſibile dicitur etiam , quod licet conſtet ex pluribus partibus non continuis, tamen habet vnam ſpeciem,vt domus,vel exercitus. Ibidem pag.312, num.4.
Terminus communis duarum diſtantiarum eſt indiuiſibilis. Tom.4, pag.369, lib. de ſenſu, & ſenſib. capit.8, num.20.
Proponuntur, ac ſoluuntur rationes eorum, qui dixerunt dari lineas , & quantitates indiuiſibiles. Tom.4, pag. 765, lib. de lin. inſecab. cap. 1, & 2. per tota.
Oſtenditur rationibus mathematicis,ac phyſicis nullas dari lineas indiuiſibiles , ac partibus carentes . Tom 4, pag. 772, lib. de lin. inſec. cap. 3, per totum.
Si darentur lineæ indiuiſibiles , & minimæ, omnes lineæ eſſent commẽſurabiles. Ibid. pag 773, num.4.
Indiuiſibile, & partibus carens habet vnum tantum modum tangendi , ac non poteſt tangere, niſi ſecundum ſe totum. Tom.4, pag 776, lib. de lin. inſecab. capit.3, numer.8.
Indiuiſibilia dum vniuntur ita , vt ſe tangant , non faciunt extenſionem , nec efficiunt coniunctum maius. Ibidem num.9.
Indiuiſibile additum non facit maius, demptum non facit minus , vt docuit Zeno ; additum tamen facit plus, & hoc ſufficit, vt ſit ens. Tom.5, pag.76, lib.3. metaph. cap.7, num.5,6.
Omnis vnitas dicit aliquam indiuiſibilitatem. Tom.5, pag.125,lib.5. metaph. cap. 6, num.9.
Vide Atomi.
INDIVISIBILE temporis. Vide inſtans.
INDOLENS. Eſſe indolens eſt proprium aſini, quippe qui nullis aduerſis videtur dolere. Tom.4, pagin.800, lib. phyſiogn. cap.7, num.5.

IN-

Digitized by Google

INDVCTIO. Omnis ratio, per quam inducimur ad aliquid credendum, vel eſt inductio, vel ſyllogiſmus, ac cæteræ argumentationes reducuntur ad iſtas. Tom. 1, pagin. 275, lib. 2. Prior. capit. 29, numer. 2.

Inductio eſt argumentatio, per quam maius extremum probatur de medio per minus extremum, hoc eſt per inferiora, quæ continentur ſub medio. Ibidem num. 3.

Quid requiratur ad hoc, vt inductio ſit perfecta, & reducatur ad ſyllogiſmum. Ibid. pagin. 275, num. 4, 5.

Syllogiſmus inductiuus præſertim deſeruit ad probandas propoſitiones immediatas, & medio carentes, & quo pacto differat à ſyllogiſmo probatiuo. Ibid pag. 276, num. 6, 7.

Syllogiſmus ex toto procedit ad partem: inductio ex parte procedit ad totum: exẽplum ex vna parte nota procedit ad aliã ignotam. Tom. 1, pag. 277, lib. 2. prior. cap. 30, nu. 2.

Inductio habet quamdam oppoſitionem cũ abductione. Tom 1, pag 278, lib. 2. prior. cap. 31, nu. 1.

Quo pacto cognitiones vniuerſalium, & principia ſcientiarum acquirantur per inductionem ſingularium. Tom. 1, pag. 415, lib. 2. poſt cap. 11, nu. 8, 9.

Inductio, & ſyllogiſmus non ſunt duæ ſpecies differendi. Eſt autem inductio argumentatio, per quam à ſingularibus procedimus ad vniuerſale. Tom 1, pag. 434, lib. 1. top. cap 10, nu. 2.

Inductio eſt facilior, & clarior, & multitudini accommodatior quam ſyllogiſmus Ibidem num 3, & pag. 581, lib. 8. top cap. 2, num. 3.

Cum facta inductione plurium, negatur propoſitio vniuerſalis, debet peti inſtantia in re non controuerſa Tom. 1, pag. 582, lib. 8. top. cap. 2, nu. 4, 5.

Proponitur locus Rhetoricus ex inductione, & afferuntur eius exempla. Tom. 1, pagin. 815, lib. 2. Rhetor. capit. 24, numer. 10.

Per inductionem plurium ſingularium poſſumus doceri de aliquo vniuerſali. Per ſyllogiſmum verò ex principijs vniuerſalibus poſſumus doceri de concluſionibus contentis in talibus principijs. Tom. 2, pagin. 161, lib. 6. Ethicor. capit. 3, numer. 4.

INDVRATIO. Ex corporibus alia induruntur virtute caloris, alia virtute frigoris. Tom. 3, pag. 675, lib. 4, meteor. cap. 9, nu. 1

INDVS eſt longiſſimus fluuiorum, qui ex Paraponiſo Aſiæ monte decurrunt. Tom. 3, pag. 565, lib. 1, meteor. capit. 13, num. 8.

INDVSTRIA. Vide Perſpicacia, Syneſis.

INEDIA cauſat iram, ideoque Gallinæ dũ ouis incubant, quia propter inediam macreſcunt, efferantur etiam, ac ſæuiunt. To. 5. pag. 537. ſect. 10. prob. num 37.

INERTIA opponitur arti, & eſt habitus cũ falſa ratione factiuus. Tom. 2. pag. 163, lib. 6. Ethic, cap. 4, num. 5.

INFAMIA ex eo, quod turpia agamus, eſt malum, quod honeſtum eſt timere, turpe non timere, ideoque qui talem infamiam timent, laudantur vt probi, qui non timent vituperantur vt impudentes. Tom. 2, pagin. 72, lib 3. Ethicor. capit. 6, num 4.

INFANTES. Ad alendos infantes melius eſt lac liuidius, quam lac vſquequaque candidum: rurſus lac mulierum fuſcarum eſt ſalubrius lacte candidarum. Maximè nutrit lac illud, quod plurimum habet caſei; ſed ſalubrius infantibus eſt lac, quod minus habet caſei. Tom. 3, pag. 789, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 21, num. 4.

Ex quibusdam mulieribus non prægnantibus, cum vbera ſugerentur, lac fluxit in tanta copia, vt infantes alere potuerint. Tom. 3. pag. 786. lib. 3. de Hiſt. animal. cap. 20, num. 6.

Infantes non ſomniant, ſed pueri vt plurimum incipiunt ſomniare quarto, vel quinto anno ætatis ſuæ. Tom. 3, pagin. 823, lib. 4. de Hiſtor. animalium, cap. 10, num. 8.

Infantes, ſi ſint mares, quadrageſimo circiter die à prima conceptione mouentur in parte dextra vteri, ſi ſint fœminæ die nonageſimo ſolent moueri Sed in his nihil habetur certi. Tom. 3, pag. 912, lib. 7. de Hiſt. anim. cap. 3, num. 4.

Infantes nati ante ſeptimum menſem non ſunt vitales: qui naſcuntur menſe ſeptimo ſunt vitales, ſed imbecilles: octimeſtres ſunt vitales in Aegypto, in Græcia vt plurimum non ſunt vitales. Tom. 3, pag 914, lib. 7. de Hiſtor animal. cap. 4, num. 7.

Infantes aliquando naſcuntur referti cibis, quos mater comedit; & ſi mater largius vtatur ſale, fœtus naſcitur ſine vnguibus.

Ibi-

Ibidem pagin. 925, num. 10.
Infantes ſuapte natura naſcuntur in caput verſi, itaut primo prodeat caput, brachijs ad coſtas porrectis, atque extenſis, vt minorem occupent locum. ſtatim ac fuerunt ex vtero egreſſi, vocem edunt, & manus ori admouent: ſtatim, vel paulo poſt emittunt excrementa. Tom. 3, pag. 932, lib 7. de Hiſt. anim. cap. 10, num. 23.
Quod ſit officium obſtetricum circa infantes Ibidem pagin 931, num. 1.
Infantes antequam ſint ex vtero egreſſi, nullam vocem emittunt, etiam cum egreſſum fuit caput, ſed reliquum corpus eſt intra vterum. Ibidem pag. 932, num. 3.
Infantes primis quadraginta diebus, dum vigilant, neque rident, neque flent, ſed vagiunt: noctu autem, dum dormiunt, aliquando & vigilant, & flent: ſi titillantur, non ſentiunt, & maximam partem temporis dormiunt. Somniant, ſed prima ætate ſomniorum non recordantur. Ibidem pagin. 932. nu. 5.
Infantes os verticis habent molle: naſcuntur ſine dentibus, ac non niſi ſexto poſt ortum menſe incipiunt dentes emittere atque illi celerius emittunt, qui fugunt lac calidius. Ibidem pagin. 932. num. 6.
Plurimi ex infantibus moriuntur ante ſeptimum diem, ideoque ſeptimo die ſolet ijs nomen imponi, quia tunc incipit bene ſperari de eorum vita. Tom. 3, pag. 933, lib. 7. de Hiſtor. anim. cap. 12, num. 1.
Infantes præſertim corpulentiores quare ſoleant laborare conuulſionibus, & maxime in pleniluniis. Ibid.
Infantes ab initio habent partem ſuperiorem, hoc eſt caput proportionaliter magnum, partem autem inferiorem proportionaliter paruam: ideo habent formam pomilionis, ac non poſſunt ambulare, nec ſtare erecti. Tom. 4, pagin 149, lib. 4. de partib. animal. cap. 10, num. 9. & pag. 196, lib de Inceſſu animal. cap. 9, num. 2.
Infantes prima ætate multum dormiunt, quia totum pene alimentum mutatur in vapores, & aſcendit ſurſum, ideoque prima ætate caput, & partes ſuperiores excedũt debitam proportionem partium inferiorum, quia totum pene augmentum fit ſurſum. To. 4. pag 396, lib. de ſomno, & vig. capit 4, num. 1.
Infantes ſolent laborare epilepſia, ſeu morbo caduco, & comitiali, vulgo *infantigliolo* propter multitudinem vaporum aſcendentium ſurſum. Ibidem.
Neque infantibus, neque infantium nutricibus dandum eſt vinum, quia cum ſit vaporoſum, causat in ipſis Epilepſiam. Ibidem.
Probabile eſt infantes in vtero ſemper dormire. Primis quinque menſibus non poſſunt collũ flectere, & ſe habent vt ebrij. Ibidem.
Quia in infantibus datur magna agitatio humorum propter multitudinem vaporum aſcendentium, turbantur imagines, ac nulla fiunt ſomnia. Tom. 4, pagin. 407, lib. de ſomnijs capit. 3, num. 1
Democritus cenſuit infantes in vtero ali per hoc, quod per quamdam caruunculam inſtar papillæ ſugant alimentum. Reijcitur hæc opinio. Tom. 4, pag. 539, lib. 2. de Gen. anim cap. 5, num. 4.
Aliqui ex infantibus, qui in lucem eduntur menſe ſeptimo, ſunt ita imperfecti, vt adhuc in ipſis meatus aurium, & narium non ſint abſoluti, ſed perficiantur poſt natiuitatem; & tamen multi eorum longo tempore viuunt. Tom. 4, pag 623, lib. 4. de Gener. animal. cap. 6, num 5.
Infantes licet ab initio non vigilent, tamen neque dormiunt, quia ſomnus eſt in ſubiecto capaci vigilare: infantes autem ab initio ſunt incapaces vigilandi. Tom. 4, pag. 634, lib. 5. de Gener. animal. cap. 1, num 7, 8, 9.
Quare infantes dum vigilant non ſoleant ridere, dum autem dormiunt, rideant, & aliquando etiam plorent. Ibidem pag. 635, num. 11, 12.
Infantes quia pene ſemper habent caput, & cor vaporibus occupatum, pene ſemper dormiunt, & vitam tum vegetatiuam, tum ſenſitiuam tranſigunt dormiendo, ideoque dormiendo mouentur, ſentiunt, & mouentur ad ridendum. Ibidem numer. 12.
Infantes plus dormiunt, quam fœtus cæterorum animalium, quia naſcuntur proportionaliter imperfectiores, quam fœtus aliorum animalium Ibid.
Infantes ſicut propter imbecillitatem pedum ambulare nequeunt, ſic propter imbecillitatem linguæ, & organorum non poſſunt vllum verbum articulare, ſed ſolum proferunt voces inarticulatas more brutorum. Tom. 5, pag. 56., ſect. 11. prob. num. 30.
Quare aliqui infantes ante tempus incipiũt loqui, ac deinde rurſus obmuteſcunt, & re-

remanent muti vſque ad conſuetum tempus loquendi. Tom. . pag. 559, ſect. 11. probl. num. 27.
Infantes eodem tempore incipiunt intelligere loquentes, quo incipiunt poſſe verba articulare. Ibidem num. 27.
Vide Pueri.
INFENSI. Vide Irati.
INFERIVS. Vide infra.
INFINITVM quatenus infinitum non eſt à nobis ſcibile. To. 3, pag. 17, lib. 1. phyſic. cap. 6, num. 4.
In Phyſica agendum eſt de infinito, quia magnitudo, motus, & tempus per ſe dicuntur finita, vel infinita. Tom. 3, pag. 72, lib. 3. phyſic cap. 4, num. 1.
Antiqui conuenerunt in admittendo infinitum eſſe quoddam principium rerum: ſed Pythagorici dicebant principium eſſe ſubſtantiam, adeoque principium per ſe: phyſici dicebant infinitum eſſe accidens, adeoque infinitum eſſe principium per accidens, aliquod autem corpus infinitũ, puta aquam, vel aerem &c, eſſe principium per ſe. Ibid. num. 2.
Pythagorici non ponebant aliud infinitum, quam quod datur in ſenſibilibus. Plato ſicut vltra ſenſibilia poſuit ideas ſeparatas, ſic vltra infinitum, quod datur in ſenſibilibus, poſuit infinitum ſeparatum. Ibid. pag. 73, num. 3.
In quo ſenſu Pythagorici dixerint par eſſe infinitum, impar eſſe finitum, Plato autem poſuerit duo infinita, magnum nimirum, & paruum Ibid. pag. 73, num. 3, 4.
Quo pacto Phyſici, qui dicebant infinitum non eſſe ipſam ſubſtantiam rerum, conuenirent, ac differrent. Ibid. pag. 75, num. 5, 6, 7, 8, 9.
Antiqui circa infinitum conueniebant in quatuor: primo quod eſſet principium: ſecundo quod eſſet ingenerabile & incorruptibile: tertio quod contineret omnia: quarto quod eſſet aliquid diuinum. Ibid. pag. 76, num. 9.
Infinitum videtur admittendum, tum propter tempus, quod videtur ſemper fuiſſe, & fore, tum propter magnitudinem, quæ eſt diuiſibilis in infinitum, tum propter perpetuitatem generationum, tum quia finitum videtur terminari alio, quod ſi eſt finitum, terminatur alio &c. tum quia dato quocumque numero, cogitamus maiorem, data quacumque magnitudine, cogitamus maiorem. Tom. 3, pagin. 76, lib. 3. phyſic. cap. 6, num. 1, 2, 3, 4, 5.
Quæſtio de infinito difficilis eſt, & dubitabilis in vtramque partem. Ibid pag. 77, num. 6.
Infinitum quot modis dicatur. Infinitum, de quo agimus, eſt quod cum ſit de genere pertranſibilium, pertranſiri non poteſt, eo quod careat fine. Ibidem pagin. 77, num. 7.
Afferuntur rationes oſtendentes non poſſe dari corpus ſenſibile infinitum Ibid. pag. 79, cap. 8, per totum.
Reſoluitur quæſtio, & oſtenditur dari infinitum in potentia, non autem infinitum in actu. Ibid. pag. 84 cap. 9 per totum.
Oſtenditur infinitum non definiri *cuius nihil eſt extra*, ſed *cuius ſemper eſt extra*. Tom. 3, pag. 88, lib. 3. phyſic. cap. 10, per totum.
Antiqui quia confuderunt infinitum cũm toto, infinito tribuerunt proprietates totius. Ibidem pag. 89, num. 5.
Infinitum non tam continet, quam continetur: non ſe habet per modum totius, ſed per modum partis, ac materiæ, & vt tale eſt ignotum. Ibidem pagin. 89, num. 5, 6.
Quo pacto differant infinitum per additionem, & infinitum per diuiſionem. Tom. 3, pag. 90, lib 3. phyſic cap. 11, num. 1.
Explicatur differentia, quæ datur inter infinitum in magnitudine, & in numeris. Ibidem pag. 9, num. 1.
Quo pacto infinitum detur in motu, in magnitudine, & in tempore. Ibid. pagin. 91, num. 3.
In quo ſenſu mathematici ſumant lineam infinitam. Ibid num. 4.
Infinitum eſt quodammodo principium materiale Ibid. pag. 91, num 5.
Comparatur infinitum in tempore & in generationibus perpetuis, & explicatur quo pacto detur. Tom. 3, pag. 86, lib. 3. phyſic. cap. 6, nu. 3, 4.
Comparatur infinitum in diuiſione cum infinito in appoſitione, & explicatur, quo pacto dentur. Ibidem pag. 86, num. 5, 6.
Infinita magnitudo non poteſt pertranſiri tempore finito, nec finita magnitudo tempore infinito. Tom. 3, pag 191, lib. 7. phyſic. cap. 9, per totum.
Plures motus poſſunt eſſe infiniti ſecundum tempus, at vnus motus non poteſt eſſe infinitus ſecundum tempus niſi ſit circularis. Tom 3, pagin. 204, lib. 7. phyſicor. cap. 13, num. 4.

Oſten-

Oſtenditur vniuerſaliter nullum corpus naturale, ſeu moueatur motu circulari, ſeu recto, poſſe eſſe infinitum. Tom. 3, pag. 300, lib. 1. de Cœlo, capit. 5, 6, 7. per tota.

Corpus infinitum non poteſt moueri circulariter. Ibidem pagin. 302, num. 4, & ſequ.

Corpus infinitum habet infinitam grauitatem, quod repugnat. Tom. 3, pag 308, lib. 1. de Cœlo, capit. 6, num 4. & ſequ.

Corpus infinitum neque poteſt eſſe homogeneum, neque heterogeneum, adeoque repugnat. Tom. 3, pag. 311, lib. 1. de Cœlo, cap. 7, num. 1, & ſequ.

Infinitum corpus neque poteſt moueri, neque poteſt agere, aut pati. Ibid. pag. 312, num. 6, & ſequ.

Infinitæ partes magnitudinis non poſſunt cogitatione tangi, ac numerari. Tom 4, pag. 771, lib. de lin. inſecab. capit. 2, numer. 9.

Anaxagoras docuit principia eſſe infinita ſpecie inuicem commiſta, ex iiſque omnia fieri. Tom. 5, pag. 14, lib 1. metaph. capit. 3, num 10.

Examinatur, & reijcitur dicta opinio. Ibid. pag. 32, cap. 9, per totum.

Infinitum eſt, quod pertranſiri non poteſt, & dicitur quatuor modis, ſicut impertranſibile. Tom. 5. pag. 308, lib. 11. metaphyſ. cap 11, num. 1.

Proponitur, ac reijcitur opinio Platonis, qui docuit dari infinitum ſeparatum à ſenſibilibus, & eſſe aliquam ex ideis, quæ ſunt principia ſenſibilium. Tom. 5, pag. 309, lib. 11 metaph. cap. 11, nu. 3, 4, 5.

Oſtenditur neque poſſe dari infinitum in ſenſibilibus. Ibidem pagin. 310. à num. 6. ad 13.

Omne corpus debet eſſe terminatum figura, & ſuperficie, adeoque non poteſt eſſe infinitum. Ibid. nu. 6.

Infinitum neque poteſt eſſe corpus ſimplex, neque mixtum. Ibidem pagin. 810, num. 8, 9.

Infinitum non poteſt eſſe graue, neque leue, cum in eo non eſſet medium. Ibidem pag. 312, nu. 11.

Locus non poteſt eſſe infinitus, alioquin nullæ in eo eſſent differentiæ loci. Ibidem num 12.

Licet non poſſit dari infinitum actu, datur infinitum potentia in magnitudine, motu, & tempore. Ibid. nu. 13.

Quo pacto, & ex quibus rationibus Xenophanes docuerit omne, quod eſt, eſſe infinitum. Tom. 5, pagin. 416, lib. de Xenoph. cap. 1, num 2.

Ingenitum, & æternum videtur poſſe habere principium, & finem magnitudinis, ac non eſſe infinitum. Tom. 5, pagin. 421, lib. de Xenoph. cap. 4, per totum.

Rotundum non poteſt eſſe infinitum. Ibid. num 3.

Finitas, & infinitas videntur paſſiones corporis quanti. Tom. 5, pagin. 422, lib. de Xenoph. cap. 5, num. 1, 2.

INFIRMITAS intellectus. Infirmitas intellectus eſt, qua quis quia non poteſt ſoluere aliquas rationes apparentes, ore ſaltem fatetur eſſe verum id, quod per tales rationes ſuadetur. Tom. 5, pag. 99, lib. 4. metaph cap. 5, num. 2.

Quo pacto ſit diſputandum contra errantes ex infirmitate intellectus. Ibid. nu. 2.

INFLAMMABILIA. Vide Flamma.

INFLAMMATIO. Ex acceſſione, ſeu inflammatione materiæ præter naturam oriuntur febres acutæ, quæ cito interimunt. Tom. 5, pagin. 438, ſect. 1 probl. num. 6.

Aliqui vt inflammationem impediant, partes verberibus colliſas perfricant ſale, & aceto, ſiquidem acetum ſua ſubtilitate penetrans incidit materiam, ſal autem poros aperit, & materiam liquefactam extrahit. Tom 5. pagin. 521, ſect 9. prob. num. 1.

Quare inflammatio impediatur etiam ouis fractis, & pellibus arietum recenter detractis. Ibid.

Easdem inflammationes medicorum aliqui curant calefaciendo, vt calore externo concoquant materiam crudam, alij curant frigefaciendo, vt materia cruda concoquatur à calore interno per antiperiſtaſim fortiori. To 5, pag. 454, ſect. 1. prob. num 45.

INFLEXIBILIA. Vide Flexibilia.

INFORTVNIVM. Vide Fortuna.

INFRA. Quodnam in plantis, & animalibus ſit infra, ſeu pars inferior. Tom. 4, pag. 674, lib. de Iuuent. & ſenect. cap 1, num. 5.

Vide Deorſum.

INGENERABILE. Ingenitum, ſiue ingenerabile dicitur tripliciter. Primo quod licet de nouo ſit, non accipit propriè eſſe per generationem: ſecundo quod cum poſſit fieri, vel non fieri, adhuc non eſt factum: tertio quod impoſſibile eſt vt aliquan-

Digitized by Google

liquando fit, aliquando non fit, sed semper, & necessario est. Tom. 3, pag. 332, lib. 1. de Cœlo, cap. 13, num. 2.

Ostenditur, quod omne sempiternum est ingenerabile, & incorruptibile, & quod è conuerso omne ingenerabile, & incorruptibile est sempiternum. Tom. 3, pag. 336, lib. 1. de Cœlo, cap. 14, num. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Ostenditur ingenitum, & incorruptibile dici ad conuertentiam, itaut nullum ingenitum possit esse corruptibile, nullum corruptibile possit esse ingenitum. Ibid. pagin. 339, num. 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25

INGENIVM, ingeniosus. Sanguis crassior, & calidior est melior ad robur. at sanguis subtilior, & frigidior est melior ad ingenium, & ad vim intelligendi. Ideo apes quia habent humorem proportionalem sanguini subtiliorem, & frigidiorem, sunt ingeniosiores multis animalibus exanguibus &c. Tom. 4, pag. 34. lib. 2. de partib. animal. cap. 2, num 4.

Nonnulla ex animalibus habentibus sanguinem minus fibrosum, ac tenuiorem, sunt ingeniosiora, quia sanguis subtilior, & syncerior est mobilior, & propter mobilitatem spirituum causat sensum mobiliorem: ingenium autem sequitur mobilitem sensus. Tom. 4, pag. 42, lib. 2. de part. anim. cap. 4, num. 2.

Tum qui præditi sunt ingenio valde tardo, tum qui præditi sunt ingenio valde celeri, non solent esse memores, quia primi sunt ficciores, secundi sunt humidiores, quam oporteret ad imagines retinendas. Tom. 4. pagin. 374, lib. de mem. & rem. cap. 2, num. 3.

Is est bono ingenio præditus, qui à natura habet ingenitam quamdam vim recte iudicandi de vltimo fine. Tom. 2, pag. 71, lib. 3. Ethic. cap. 5, num 13.

Qui habitant loca frigida propter abundantiam caloris interni sunt similes ebrijs, ac non valent ingenio, quo futura prospiciant, ac rerum rationes inquirant: qui habitant loca calida sunt similes sobrijs, & valent ingenio Tom. 3, pag. 587, sect. 4. probl. num. 15.

Contentiosa disputatio ingenia exercet, & acuit, quia in hoc genere disputandi sæpe accidit, vt disputans vincat, atque vincatur Tom. 5, pag. 6. 4, sect. 18. probl. num. 2.

Quare qui præstanti ingenio claruerunt vt plurimum fuerint melancholici. Tom. 5, pagin. 734, sect. 30. probl. nu. 1.

Vt plurimum qui præstant memoria tardi sunt ingenio: illi autem præstant reminiscentia, qui sunt ingenio veloces, & ad discendum faciles Tom. 4, pag. 370, lib. de mem. & rem. cap. 1, num. 1.

Qui abundant atra bile certo modo temperata sunt ingenioli. Tom. 5, pag. 739, sect. 30. probl. num. 1.

Caro læuis, & fortis significat hominem ingeniosum, ac versatilem. Tom. 4, pag. 792, lib. physiogn. cap. 4, num. 4.

Afferuntur pluta signa ingenioli Tom. 4, pag. 796, lib. physiogn. cap. 6, nu. 3.

Vt quis bene se habeat ad ingenium, & mores, mediocribus oculis debet esse præditus. Tom. 4, pag. 808, lib. physiog. cap. 9, num. 22.

INGLVVIES est pellis cana, quam habent quædam aues, in qua primo recipitur cibus nondum concoctus. Quænam aues ingluuiem habeant, vel non habeant. To. 3, pag. 754, lib. 2. de Histor. anim. cap. 17, num 9, 20, 21, 22.

Quia aues carent dentibus, ac proinde non possunt cibum in ore præparare, ideo quædam aues habent ingluuiem, quæ oris officio fungatur, cibum præparando. Tom. 4, pag 114, lib. 3. de part. anim. cap. 14, num. 5.

Quia tum aues, tum animalia mollia non possunt cibum in ore præparare, habent ingluuiem, vel quasi ingluuiem ventriculo præiacentem, in qua cibum præparent ad concoctionem. Tom. 4, pag. 120, lib. 4. de part anim cap. 5, num. 10.

INGRESSVS. Vide Incessus.

INGVINA. Partes ventris, quæ subsunt vmbilico hinc, & inde, vocantur inguina. Tom. 5, pagin. 714. lib 1. de Histor. anim. cap. 13, num. 1.

Mulieres sæpe cognoscunt se concepisse ex quodam tumore inguinum. Tom. 3, pagin. 922, lib. 7. de Histor. animal. cap. 3, num. 3.

Tumores, qui nascuntur in inguine, medicamentis sunt curandi, non autem vrendi, vel incidendi. Tom 5, pag. 449, sect. 1. prob. num. 34.

Quia inguina habet communicationem cum corde, percusso inguine, nascuntur in eo bubones, seu tubercula. Tom. 5, pag. 504, sect. 5 prob. num. 26.

Quia melancholia est flatuosa, ideo dolores iliorum, seu inguinum, qui nascuntur à fla-

Digitized by Google

à flatibus, medici ſolent tribuere melancholiæ. Tom.5, pagin.736, ſect.30. prob. num.1. B.

INIMICITIA, inimicus. Homines cum inimicis ne in via quidem volunt communicare. Tom.2, pag.647, lib.4. pol. cap.11, num.5.

Vide odium, moroſitas.

INIQVITAS, ſeu legum transgreſſio continet omnem iniuſtitiam, & eſt quid commune iniuſtitiæ, ac cæteris vitijs, ſiquidem omnia vitia ſunt transgreſſiones legis. Tom 2, pag. 123, lib.5. Ethic cap.1, num.10.

Quo pacto differant iniuſtum, & iniquum, ſiue inæquale, quod eſt contra legem. Tom. 2, pag. 125, lib.5. Ethicor. capit.2, num.7.

INIVRIA afficere eſt *nocere alteri ſponte, & contra legem.* Tom.1, pag.732, lib.1. Rhet. cap.10, num.2.

Homines iniurias faciunt propter vtilia, vel propter iucunda. Ibidem pagin.735, num.8.

Quinam, & quomodo affecti ſoleant iniurias facere. Tom.1 pagin.742, lib.1. Rhet. cap.12, à num.1. ad 12.

Quinam, & quomodo affecti iniuria afficiantur. Ibid. pag.744, à num.15, ad 24.

Quibus in rebus homines iniuria afficiantur. Ibid. pagin.746, num 25, 26, 27, 28.

Magnitudo iniuriarum quo pacto deſumatur vel ex magnitudine habitus iniuſtitiæ, vel ex magnitudine damni, vel ex circunſtantijs. Tom. 1, pagin. 751, lib 1. Rhet cap.14 per totum.

Traduntur loca ad probandum iniuriam eſſe maiorem, vel minorem. Ibidem.

Iniuria affici eſt iniuſta pati à volentibus. Tom.1, pagin.748, lib.1. Rhetor. cap 13, num.4.

Ad iniuriam requiritur, vt quis lædat alterum ſponte, & voluntariè. Tom. 2, pag. 147, lib.5 Ethic. cap.9, num.1.

Licet qui faciunt iniuriam, faciant ſponte, tamen qui patiuntur, patiuntur inuitè, ideoque iniuria non poteſt fieri volenti. Ibid. pag.147, à num.1, vſque ad 10.

Iniuriam facere eſt *alterum lædere voluntariè præter voluntatem læſi.* Ibidem pag. 149, nu.8.

In diſtributionibus iniuriam facit qui diſtribuit inæqualiter, non autem qui plus accipit. Ibidem pagin.149, num.11,12,13,14.

Non poteſt homo propriè iniuriam facere ſibi ipſi, Tom.2, pagin.154, lib.5, Ethic. cap 11, à num.1. vſque ad 9. & pag 345, lib.1. magn. moral cap.31, num.13,14,15, 16,17.

Per ſe peius eſt iniuriam facere, quam pati: per accidens poteſt eſſe peius iniuriam pati, quam facere. Ibidem pag.155, num. 10, 11.

Non poteſt quis iniuriam facere ſibi ipſi. Tom.2. pag 346, lib.1. mag.mor. cap.31, num.18,19,20.

Homines maximas iniurias faciunt, non quia concupiſcant neceſſaria, ſed quia appetunt plura neceſſarijs, & exceſſus. Tom.2, pagin. 561, lib 2. politic. capit 5, num.7,8.

Negare depoſitum cenſetur maior iniuria, quam negare mutuum, quia turpius eſt iniuriam facere a nico, quam non amico. Tom.5, pagin.726, ſect.29. problem. num.2, & 6.

Iniuſtior eſt qui facit iniuriam, etiamſi exiſtimet ſe non poſſe latere, vt iniuſtus accuſator, quam qui facit exiſtimans ſe poſſe latere. Ibidem pag.731, num 13. G.

Contumelia cum priuet honore, qui eſt maius bonum, videtur maior iniuria, quã furtum, quod priuat pecunia, & tamen furto ſtatuta eſt pœna capitis, non autem contumeliæ. Quæritur ratio. Ibidem pag. 733, num.13.

Iniquius eſt iniuriam inferre homini infortunato, quam fortunato. Ibidem pag.726, num.2.

Qui ſe ipſum interficit, facit iniuriam non ſibi ipſi, ſed ciuitati. Tom.2, pag.154, lib. 5. Ethic. cap.11, num.2,3.

Vna pars hominis poteſt facere alteri quamdam iniuriam metaphoricam. Ibidem pag.156, num.12.

Maior iniuria eſt, qua quis priuatur maiore bono. Tom.5. pagin 726, ſect.29 prob. num 1.

Quare licet honor ſit melior pecunijs, maior iniuria cenſeatur, qua homines priuantur pecunijs, quam qua priuantur honore. Ibid.pag.720,num.1. & pag.733, num 16.

Quare iniurias verborum non ſolemus ita amplificare, ſicut iniurias rerum. Ibid. pag.728, num.5.

INIVSTITIA, iniuſtus. Iniuſtitia eſt, per quam quis habet aliena, & nõ ſecundum legem. Tom 1, pag.725, lib.1. Rhet. cap.9, num.5.

Homo eſt iniuſtiſſimus omnium animalium, quia vtitur diſcurſu ad iniuſtitiam.

tiam. Tom.5. pagin.728, sect.29. probl. num.7.

Iniustitia armata est sæuissima, & perniciosissima: & quia homo est armatus prudentia, si sit iniustus, & prudentia abutatur, est pessimus, & perniciosissimus omnium animalium. Tom. 2, pag.517, lib.1. pol. cap.2, num.5.
Vide iustitia, iniuria.

INOPIA. Vide Paupertas.

INOPINABILE est vna ex metis sophistarum. Est autem inopinabile absurdum relatè ad opinionem. Tom.1,pag.609, lib.1. Elench. cap.3, nu.1.

Proponuntur fallaciæ, per quas Sophistæ ducunt ad metam inopinabilis. Tom.1, pagin. 638, lib.1. Elench. cap.12, per totum.

INQVILINVS. Inquilini, & aduenæ in Ciuitate dicuntur, qui ita habitant in Ciuitate, vt sint incapaces magistratuum. Tom. 2, pagin. 595, lib.3. polit. capit.3, num.5.

Quia inquilini, seu peregrini solent esse dissimiles ciuibus, ciuitates solent disponi ad seditiones propter multitudinem inquilinorum, ideoque pene omnes ciuitates, quæ receperunt peregrinos, seditionibus fuerunt agitatæ. Tom.2,pagin.672, lib.5. pol cap.3, num.20.

INQVINATIO. Elixationi opponitur inquinatio, quæ est mala, & imperfecta elixatio. Est autem inquinatio *inconcoctio propter defectum caloris in humido interminato & aqueo amisenie, in quo res deberet concoqui.* Propter quas causas fiat præsertim in stomacho. Tom.3,pag.662, lib. 4. meteor. cap.4, nu.10.

Inquinata sunt duriora, & minus perfectè terminata, quam elixata. Ibidem

INSANIA. Aliqui euadũt brutales ex morbo, vt ille qui ex mania matrem mactauit, ac deinde comedit, & quidam seruus, qui ex infania occidit conseruum, & iecur ipsius comedit. Tom.1,pag.196,lib.7. Ethic. cap.5, num.2.

Nimia siccitas æstatis, & autumni in hominibus melancholicis, hoc est abundantibus atra bile, apta est causare insaniam, quia nimia copia atræ bilis, nisi alijs humoribus temperetur, apta est causare insaniam, nimia autem siccitas facit, vt pituita euaporet, adeoque atra bilis remaneat pura, & syncera. Tom 5,pagin.442, sect.1. prob. num.12.

Qui ex insania delirant, valde sitiunt, ac vinum appetunt, quia in phreneticis pulmones feruent. Tom.5, pag.720, sect.27. prob.num.4.

Insignes bello viri fuerunt melancholici, ideoque Hercules ex atra bile passus est amotionem mentis, ex qua pueros interfecit; & Aiax propter excessum atræ bilis factus est demens. To. 5, pag.734. sect. 30. prob. num 1.

Insani quia propter nimium calorem vehementissime agitantur, sunt ad intelligendum inepti. Ibid. pag.746 num.13, H.
Vide Amentia, Furor.

INSECTA. Vocantur insecta animalia, quorum corpora in parte supina, vel etiam in prona distincta sunt quibusdam incisuris, vt vespæ, apes &c. Hæc carent pulmonibus, ac non respirant, & tamen in terra viuunt, & cibum quærunt. Tom. 3. pag.697, lib 1. de Histor. anim. cap.1, num.11. & pag.790. lib.4. cap.1, num.5.

Insecta constituunt quartum genus animalium exanguium, sub quo continentur multæ species innominatæ. Insecta non constant ex corpore partim carneo, partim osseo, sed ex corpore mediæ cuiusdam naturæ, itavt eorum corpus intus, & foris sit æquè durum. Ex insectis quædam sunt alata, quædã alis carent, quædã sunt generis ancipitis, ita vt eorum quædam sint alata, alia careant alis. Tom. 3, pagin.790, lib.4. de Histor. animal. cap.1, num.5.

Describuntur insecta, & eorum partes, & explicatur, in quibus varia genera insectorum conueniant, ac differant. Tom.3, pag. 809, lib. 4. de Histor. anim. capit.7. per totum.

Ostenditur insecta omnibus quinque sensibus esse prædita. Ibidem pag. 817. cap.8, num.21,22.

Insecta cum careant pulmone, & gutture, proprie non edunt vocem, edunt tamen quosdam sonos, & bombos, & quo pacto illos edant. Ibidem pagin. 819, cap.9, num 3.

Ostenditur insecta aliquando dormire. Tom.3. pagin.823. lib.4. de Histor. anim. cap.10, num.7.

Insecta quo pacto coeant. Tom.3, pag. 831, lib.5. de Histor. anim. cap.8, num.1.

Insecta, quæ generant ex coitu, non multo post coitum pariunt non ouum, sed vermem, & quo pacto ex verme fiat insectum. Tom.3, pagin. 851, lib.5. de Hist. animal. capit.19. num.1.2.3.

Ex

Digitized by Google

Ex insectis quædam generantur à simili, quædam sponte ex rore, ex lignis, ex cœno, ex excrementis &c. Ibid. pag 851, num. 4.

Quo pacto generentur varia genera insectorum. Ibidem pagin. 851, cap. 19, per totum.

Quo pacto aliqua insecta generentur per nidificationem. Ibidem pag. 855, cap. 20, per totum.

Generatio insectorũ vermiparorum vt plurimũ perficitur tribus hebdomadis. Generatio insectorum ouiparorum perficitur quatuor hebdomadis, & ijdem dies, qui sunt critici in morbis, solent esse critici in mutationibus insectorum. Ibid. pagin. 855, num. 3.

Sicut maiora animalia pereunt senectute, sic insecta pereunt, membris præ siccitate corrugatis. Insectis alatis non solum membra corrugantur, sed etiam alæ præ siccitate contrahuntur, autumni præsertim tempore. Ibid. pag 856, nu. 4.

Insecta dentibus prædita sunt omniuora: at quæ carent dentibus aluntur solo liquore, quem exugunt. Ex his quædam exugunt liquorem ex omnibus rebus, quædam ex aliquibus solum. Tom. 3, pag. 953. lib. 8. de Histor. animal. cap. 11, num. 1.

Insecta pene omnia tempore hyemis se abscondunt, exceptis ijs, quæ in hominum domicilijs degunt, & quæ prius intereunt, quam annus integer labatur. Tom. 3, pagin 960, lib. 8. de Hist. anim. cap. 14, num. 1.

Quo pacto quædam insecta exuant pellem senectutis. Tom. 3, pagin 964, lib. 8. de histor. animal. cap. 7, num. 6.

Insecta bene valent, cum tempus fuerit humidum, ac tepidum, & verno simile. Tom. 3, pag 974, lib. 8. de Hist. anim. cap. 27, num. 1.

Omnia insecta oleo tacta intereunt, & tunc celerrimè, cum capite oleo illito exponuntur soli. Ibid. pag. 974, num. 3.

Nouem sunt species insectorum sauificantium: sex gregales, Apes, reges apum, fuci, Vespæ, Crabrones, & Teredines: tres solitariæ, syren maior, syren minor, & Bombyx. Tom 3. pag. 1015, lib. 9. de Hist. animal. cap. 40, nu. 1.

Explicantur quæ spectant ad nouem enumeratas species insectorum sauificantium. Ibidem pag. 1015, cap. 40, 41, 42, 43. per tota.

Insecta, & mollia ab alijs animalibus differunt in hoc, quod non habent vllam partem duram discretam à molli: at insecta differunt à mollibus in hoc, quod cum mollia totum corpus habeant molle, & tactui cedens, insecta totum corpus habent durum duritie tali, vt sit mollius osse, ac durius carne, adeoque comparatũ cum osse sit quodammodo carneum, comparatum cum carne sit osseum. Per hanc autem duritiem obtinent, vt non facile possint diuidi. Tom. 4, pag 53, lib. 2. de part. anim. cap 8, num. 7.

Insecta, & crustacea sicut conueniunt in hoc, quod palpebris carent, ita conueniunt in hoc, quod habent oculos duros: & quia ex oculis duris sequitur, vt obtusius videant, natura dedit insectis, & aliquibus crustaceis oculos mobiles, vt illos ad lucem conuertentes melius possint videre. Tom. 4, pag. 66. lib. 2. de part. anim. capit. 13, num 7, 8.

Ex insectis quædam extra os habent linguam, vel aliquid proportionale linguæ, quo sapores gustant, vt formicæ: alia loco linguæ gerunt quemdam aculeum fungosum, & cauum, & quamdam veluti promoscidem, vt eo alimentum simul possint gustare, & sugendo attrahere, vt muscæ, apes &c. Hæc quasi lingua proportionaliter respondet nari Elephantorum. Sicut enim Elephanti nare, quæ est instrumentum odorandi, vtuntur etiam vt manu, sic talia insecta lingua aculeata, quæ est instrumentum gustandi, vtuntur etiam vt aculeo ad perforandum. To. 4, pag. 76, lib 2. de part. anim. cap. 17, num. 13. & pag. 126, lib. . de part. animal. cap. 5, num. 7.

Ex insectis quædam habent dentes, vt nonnulla genera apum, & formicarum, quædam carent dentibus, præsertim quæ cibo vtuntur humido: ex his verò quædam dentes habent non ad vsum conficiendi cibum, sed ad vsum armorum. Tom. 4, pagin. 126, lib. 4. de part. animal capit 5, num. 7.

In insectis pars illa, quæ est instrumentum sentiendi, constituta est inter caput, & aluum, & in quibusdam est multiplex, ac diuisibilis in plures partes. Ibid. pag 135, num. 37.

Explicantur multa spectantia ad partes insectorum. Tom. 4, pag. 136, lib. 4. de part. anim. cap. 5, nu. 38, 39, 40, 41, 42, & cap 6, per totum.

Digitized by Google

Insecta, & præsertim cicadæ, quia parum habent caloris, parum absumunt humidi, ideoque tenuissimo alimento sunt contenta, & viuunt pene succo suo. Ibid. pag. 136, num. 42.

Insecta vtpote frigida, & exanguia sunt tarda ad motum, ideoque sunt multipeda, ac pluribus, quam quatuor pedibus prædita, vt numerus pedum suppleret defectum caloris. Tom. 4. pag. 137, lib. 4. de part. animal. cap 6, num. 2.

Ex insectis longiora pluribus incisuris sunt prædita, & sunt in potentia plura animalia, ideoque plures habent pedes, quam minus longa: quæ pauciores habent pedes alis sunt prædita, vt alæ compensent pedum paucitatem. Ibidem pagin. 137, num. 3, 4.

Explicantur tres classes insectorum alatorum. Ibidem pag. 138, num. 5.

Insecta habent plures incisuras, tum quia sunt in potentia plura animalia, tum quia insecta longiora debent posse se in orbem conglomerare, insecta breuiora debent posse se intra suas incisuras contrahere, & quodammodo abscondere. Ibid. pag. 138, num. 6.

Quæ insecta armentur aculeo, & in quo situ. Ibidem pag 138, num. 7, 8.

Quædam insecta, vt muscæ &c, habent crura anteriora, & posteriora longiora medijs, vt cruribus anterioribus abstergant oculos, qui vtpote duri sunt valde hebetes, & cruribus posterioribus vtantur ad saltandum, & corpus attollendum, prout oportet ad volandum. Ibid. pag. 540 num. 9.

Insecta diuisa non diu viuunt, quia per diuisionem læsa sunt instrumenta conseruatia naturam. Cum verò in partibus diuisis exerceant operationes totius, partes diuisæ habent animam eiusdem rationis, ac totum. Tom. 4, pag. 141, lib. 1. de anima, cap. 14, num. 7.

Quædam insecta generant per hoc, nõ quod mas emittat semen in fœminam, sed per hoc, quod fœmina partem quandam immittat in marem, & ita alterata à virtute maris quadam humiditate fœminæ, ex ea humiditate fit animal Tom 4, pag. 463, lib 1. de Gen. anim. cap. 18, num. 14. & pag. 484, cap. 20. num 18.

Insecta, quæ generant vermem, sunt in duplici classe. In prima classe sunt quæ coeunt, & ipsa generantur ex coitu, vt aranei: in secunda classe sunt, quæ licet non generentur ex coitu, tamen coeunt, ac generant aliquid imperfectum, quod non adæquat perfectionem generatis, vt plures muscæ Tom. 4, pag. 492. lib. 2. de Gener. animal. cap. 1, num. 13.

Non omnia animalia exanguia, sed sola insecta, quia supra imperfectionem exanguis addunt imperfectionem insecti, pariunt vermem. Vermiculi insectorum conueniunt cum ouis imperfectis in hoc, quod postquam creuerint, transeunt in speciem oui. Ibidem pag. 495, num. 19. & pagin, 573, lib. 3. de Gener. anim. cap. 9, num 3.

Insecta, quæ generantur ex coitu, ab initio edunt vermem. Insecta, quæ generantur sponte, primo habent speciem vermis, ideoque omnia insecta generantur ex vermibus, etiam quæ generantur ex erucis, siquidem etiam erucæ reducuntur ad vermes. Aranei licet videantur generari ex ouis, tamen illa, ex quibus generantur, verè non sunt oua, sed vermes. Tom. 4, pag. 574, lib. 3. de Gener. animal. cap. 5, nu. 5, 6.

Insecta omnia perficiuntur triplici generatione. Nam primo vermiculi augentur: secundo vermiculi aucti mutantur in oua, siquidem cortice indurato, euadunt immobiles: tertio hoc immobile mutatur in perfectum insectum. Ibid. pag 575, num. 7, 8, 9.

Generatio vesparum, crabronum, aliorumque insectorum similium apibus est quodammodo similis generationi apum To. 4, pag. 580, lib. 3. de Gen. anim. cap. 10, num. 22.

Insecta, quæ sponte nascuntur, ab initio habent partem inferiorem magnam, superiorem paruam, deinde parte superiore trahente alimentum ex inferiore, pars superior augetur, pars inferior minuitur. Tom. 4, pagin. 587. lib. 3. de Gener. anim. cap. 11, num. 17.

Insecta conueniunt cum plantis in hoc, quod diuisa viuunt: differunt, quod insecta diuisa non possunt diu viuere ex defectu organorum, plantæ autem possunt diu viuere. Tom 4, pag. 672. lib. de long. vitæ, cap. 4, num. 4.

Insecta non respirant, sed satis se refrigerant motu aeris intrinseci, quo membranam attollunt, & deprimunt, absque eo, quod respirando trahant aerem extrinsecum. Tom. 4. pag. 694. lib. de Iuuent. & senect. capit. 11, num. 4, 5.

In

In animalibus, quæ diuisa viuunt, partes non sunt actu, sed potentia propinquissima actui: per diuisionem verò ponuntur actu. Tom.3, pag.213, lib 7. metaph. cap. 20, num.2

INSENSATVS, Insensibilitas. Insensatus dicitur, qui laborat vitio opposito intemperantiæ, & fugit omnes voluptates. Tom.2, pagin. 37, lib.2. Ethicor. capit.2, num.5.

Vitium, quo quis prosequitur voluptates minus quam oportet, est innominatum, sed posset vocari stupiditas, vel insensibilitas. Tom.2, pagin.47, lib.2. Ethic. cap. 7, num.3.

Proponuntur signa physiognomica hebetis, seu insensati. To.4. pag.796. lib. physiog. capit.6, num.4.

Vide Hebetes, stupidi.

INSIDIÆ, Insidiosus. Cum homines se mutuo lædunt in commercijs solent se lædere clam, & ex insidijs. Tom.2, pag.147, lib.5. Ethic capit.9, num 10.

Per iram non solemus nectere insidias, per concupiscentiam solemus insidias nectere, ideoque Venus dicitur dolos, & fraudes nectere tom.2. pag.199, lib 7 ethic. cap.6. nu.4.

Serpentes, ac lupi sunt insidiosi. tom. 3, pag. 701, lib. 1. de Histor. animal. cap 1, num.25.

Qui collum habent valde breue sunt insidiosi, quia collum habent simile lupis. Tom.4. pagin.806, lib. physiogn. cap. 9, num.18.

INSITIONES Cum ramus euellitur ex arbore, vt inseratur alteri arbori, euelli debet cum nodo, vel debet inseri nodo, quia nodus est principium surculi, ac nouæ arboris. Tom. 4. pag. 676, lib. de iuu. & senect. cap.1, num.10.

INSOMNIA. Vide somnium.

INSTABILES. Qui pectus, aluum, & humeros habent valde pilosa, sunt instabiles, quia aues & sunt instabiles, & pectus, aluum, & humeros habent pilosissima. tom.4, pag.811, lib. Physiog. capit 10, num.22,24.

Qui sunt parui, calidi, & sicci, sunt instabiles, ac nihil perficiunt Tom.4, pag.814, lib. Physiog. cap.10, num.57.

INSPIRATIO. Vide Respiratio.

INSTANS temporis. Quid sit instans, seu nunc temporis, & vtrum sit idem in toto tempore. Tom.3, pag.124, lib.4. physic. cap.12, num 4,5,6 & pag.129, capit.14, per totum.

In tempore notissimum est nunc, siue instans. Tom. 3, pag. 129, lib.4. physic. capit.14, num.2.

Neque instans, seu nunc fluens potest esse sine tempore, neque tempus potest esse sine nunc. Tom.3, pag. 130, lib.4. physic. cap 15. per totum.

Quo pacto tempus continuetur per ipsa nunc, siue instantia. Ibidem pagin. 130, num 2.

Sicut puncta non sunt partes lineæ, sic nunc non sunt partes temporis. Ibid. pag. 131, num.4.

Nunc, siue instantia temporis quo pacto conueniant, ac differant à punctis. Ibidem pag. 131, num.3.

Licet instans, quod dicitur esse nunc, non primo, & ratione sui, sit diuisibile, tamen quod dicitur esse nunc primo, & ratione sui est indiuisibile, & tale instans necessario datur. Tom.3, pagin.177. lib.6. physic. cap.4. num.1,2,3,4

Quid sit nunc ratione alterius, vel ratione sui. Ibid. num.1.

Idem nunc, siue instans, quod est finis præteriti, est principium futuri. Ibid pag.177, num.2.

In nunc, siue instanti indiuisibili nihil potest propriè moueri, vel quiescere. Ibid. pag.178, num.5.6 7.

Instans indiuisibile additum tempori non facit illud maius Tom 3, pag.272, lib.8. physic. capit.13, nu.12.

Instantia temporis non possunt esse continua, sed inter duo instantia semper debet aliquid intercipi, ideo tempus non potest constare ex instantibus, seu nunc. Tom.4, pag.780, lib. de lin.insecab cap.4, num.6.

INSTANTIA est propositio propositioni contraria. Differt à propositione, contra quam affertur, quia propositio debet esse vniuersalis, saltem in syllogismis vniuersalibus: at instantia potest esse tum vniuersalis, tum particularis; siquidem propositio vniuersalis destruitur tum per vniuersalem contrariam, tum per particularem contradictoriam. Tom 1, pag. 279. lib.2. prior. cap. 32, num. 1. & pag 320. lib.1. post cap.12, num.10.

Quot modis afferri possit instantia. Ibidem pag.280, num.2,3.

Instantiæ connaturaliter afferuntur per primam, & tertiam figuram, non autem per secundam. Ibidem pagin.280, num. 2, 3, 4.

Digitized by Google

Quo pacto afferantur inſtantiæ probabiles ex contrario, ex ſimili, & ex auctoritate. Ibid. pag.281, num.8.

Inſtantia demonſtratiua eſt propoſitio propoſitioni contraria, quæ ponitur vt demonſtranda, ac debet eſſe vniuerſalis, quia propoſitiones demonſtrandæ debét eſſe vniuerſales Inſtantia dialectica eſt propoſitio propoſitioni contraria, quæ ponitur vt probabiliter probanda, & poteſt etiam eſſe particularis. Tom.1, pag. 320, lib.1. poſt. cap.12, num.10.

Inſtantia debet afferri in non controuerſis, & in non æquiuocis. Tom.1,pag.582.lib.8. top. cap.2, num 4,5,6,7.

Inſtantiæ poſſunt afferri ex quatuor: ex eodem, ex contrario, ex ſimili, ex aliorum iudicio, & auctoritate, & earum exempla. Tom.1, pag.827,lib.2. Rhet.cap.26, num.2.

Quo pacto afferri poſſint inſtantiæ contra enthymemata ex veriſimilibus,exemplis, & ſignis. Ibid pag.828, num.5.

Inſtantia non eſt enthymema. Ibid pag.828 num.3.

INSTRVMENTVM. Quatuor ſunt inſtrumenta generalia, quæ poſſunt ſuppeditare copiam ſyllogiſmorum, & propoſitionum in quocumque problematum genere. Primum eſt ſumptio propoſitionum, ex quibus tamquam ex principijs poſſūt confici ſyllogiſmi: ſecundum eſt diſtinctio,per quam explicatur,quot modis res dicatur: tertium eſt conſideratio, & inuentio differentiarum: quartum eſt conſideratio, & inuentio ſimilitudinum,conuenientiarum, & proportionum. Ex his quatuor tria reducuntur ad primum, hoc eſt ad ſumptionem propoſitionum. Tom.1, pag.434, lib.4. topic. cap. 11, per totum.

Explicantur ſingula inſtrumenta dialectica. Ibidem pagin.455.cap.12,13,14.

Tum inſtrumenta, tũ actiones ſunt, & fiunt propter finem vltimum. Tom.3, pag.46, lib.2. phyſic. cap 2. num.5.

Inſtrumenta artificialia tunc ſunt perfecta, cum vnum deſeruit vni, puta gladius ad pugnandum, ſerra ad ſecandum: cum verò inſtrumenta fiunt ad plures vſus, qualis erat gladius Delphicus, tunc non ſunt perfecta,ſed fiunt talia propter pauperes. Tom.2, pag. 513, lib. 1. pol. cap.1, num 6.

Natura quia intendit, vt inſtrumenta ſint perfecta, propter diuerſa munera facit diuerſa inſtrumenta. Ibidem.

Sicut artes ad efficienda ſua opera indigent inſtrumentis, ſic œconomia indiget ſuis inſtrumentis: & ſicut artes vtuntur tum inſtrumentis inanimatis,tum animatis,ſic oeconomica indiget tum inſtrumentis animatis,tum inanimatis. Seruus autem eſt inſtrumentum animatum. Tom.2,pagin. 518. lib.1. pol. cap.3, num.5.

Inſtrumenta artium ſunt factiua, quia non ſolum deſeruiunt ad vſum, ſed etiam deſeruiunt ad hoc, vt fiat opus diſtinctum ab vſu: at inſtrumenta domus ſunt actiua, quia deſeruiunt ſolum ad vſum. Ibidem pag 519. num.6.

Seruus eſt *inſtrumentum animatum, actiuum, ſeparatum, alterius, homo exiſtens.* Ibid. pag.519, num.8.

In domo inſtrumenta,quorum vſus eſt quotidianus, ſeparanda ſunt ab inſtrumentis, quorum vſus eſt rarior. Vt autem poſſimus inſtrumentis vti, cum oportuerit, vtile eſt laconicum inſtitutum, vt ſingula ſuis iaceant in locis. Tom. 2, pagin. 796, lib.1. Oeconom. cap.6. nu.3.

Omnia inſtrumenta habent pro fine illas actiones, ad quas ordinantur: & quia corpus, & ſingulæ partes corporis ſunt inſtrumenta animæ, corpus, & ſingulæ partes corporis habent pro fine aliquas actiones. Tom.4,pagin.26, lib.1. de part. anim. cap.5. num.9.

Partes inſtrumentariæ corporis ordinantur ad hoc vt animalia per illas exerceant ſuas actiones, & motus Tom.4, pag. 31, lib 2. de part. anim cap.1, num.10.

Animalia mobiliora, cum plures debeant exercere operationes,& motus, pluribus indigent inſtrumentis, quam minus mobilia. Tom. 4. pag. 140, lib. 4. de partib. anim. cap.7. num.1.

Natura dat inſtrumenta apta ad officia, & vſus, non autem dat officia,& vſus propter inſtrumenta. Tom.4, pag. 168, lib.4. de part.animal.cap.12, nu.13.

Sicut in artibus, ſic in animalibus dantur quædam inſtrumenta vniuerſalia,quibus natura vtitur ad plura; & præſertim natura vtitur ſpiritu animali vt inſtrumento ad plures actiones exercendas. To. 4, pagin. 663, lib.3. de Gen. anim. cap. 8, num.8.

Natura dedit nobis duo inſtrumenta, quibus vti poſſumus omnibus rebus, & inſtrumentis externis, manum nimirum corpori, & mentem animo. Tom.5,

pag.742, sect.30 prob. num.4.
Instrumenta manus sunt res naturales: instrumenta mentis sunt res intentionaliter existentes in anima per species intelligibiles. Ibid.
INSVLA. Quare terræmotus frequentius fiant in insulis terræ vicinis, quam in remotis. Tom.3, pag.619, lib.2. meteorol. cap.8. num 24.
INTELLECTVS, intellectiuum, intellectio. Reijcitur error dicentium intellectum non distingui à sensu. Tom. 1. pag. 366, lib 1. post. cap.22, num.4.
Intellectus videtur præstantissima potentia hominis, quia imperat cæteris potentijs, & quia primo potest conuerti ad æterna, & diuina, ideoque est aliquid diuinum, & à corpore separabile. Tom.2, pag 293, lib.10. Ethic. cap.7, num.1.
Anaxagoras putauit primum intellectum mouere immotum. Idem Anaxagoras aliquando docet intellectum esse potentiam, per quam rectè iudicamus de rebus, aliquando docet intellectum esse idē cum anima, adeoque omnia, quæ habent animam, habere intellectum. Tom.4 pag. 218, lib.1. de anima, cap 4. nu.7,8. & pag. 220. cap.5, num.4.
Democritus docuit omnem intellectum nihil aliud esse, quā animam alicuius corporis operantem per corpus, adeoque intellectum esse quemdam sensum, vel quamdam phantasiam. Censuit rursus intellectum non esse potentiam iudicatiuā veritatis, sed esse animam, cui res sic, vel sic appareat. Ibidem pagin.217, num.7. & pag.220, cap.5, nu 4.
Sola anima intellectiua reflectit supra se ipsam, & supra suos actus; & Plato inconuenienter docet intellectum esse magnitudinem continuam. Tom.4. pagin.226, lib.1. de Anima, capit.8, num.3,1.
Plato docet intellectum intelligere, non per acceptionem specierū, sed per quemdam cōtactum intelligibilium. Reijcitur. Ibidem pagin.226, num 4,5.
Ostenditur contra Platonem intellectum non esse circulum, & actum intelligendi non esse circulationem, sed potius esse motum rectum. Ibidem pag. 227. num.6.
Intellectus tum practicus, tum speculatiuus mouetur motu non circulari, siquidem incipit à principijs, & terminat motum conclusionibus. Ibidem pag 217, num.6.
Plato malè docuit actum intelligendi esse quemdam motum, siquidem intellectio magis assimilatur quieti, quam motui, cum anima intelligendo quiescat in veritate, ac de ea delectetur. Ibid. pag 228, num.4,5.
Plato docet beatitudinem animæ consistere in actu intelligendi, ac melius esse intellectui, vt sit vnitus corpori, quam vt sit separatus à corpore. Ibidem pagin. 228, num.8,9.
Intellectio vel recipitur in organo corporeo, vel potius est operatio altior, & recipitur in sola anima, licet per ipsam anima non moueatur, quia intellectio non est motus. Tom.4, pag.231, lib.1. de anima, cap 10, num.3.
Operatio intelligendi non videtur communis composito, sed propria intellectus, siue animæ intellectiuæ, ideoque intellectus videtur accedere corpori ab extrinseco, esse substantia per se subsistens, sicut est per se intelligens, & non interire cum corpore, sed esse incorruptibilis. Ibid. pag.232, num.6.
Anima intellectiua in ordine ad intelligendum langueſcit, debilitato organo phantasiæ. Intellectus verò, quia fortasse est diuinior, & impassibilis, remanet, corrupto corpore, & tunc exercet proprium actum intelligendi. Ibidem pagin. 232, num.7.
Nihil prohibet dari aliquas potentias animæ, quæ non sint actus corporis, neque organi corporei, adeoque sint separabiles à corpore: & talis potentia est intellectus. Tom.4, pagin.246, lib.2. de anima, cap.2, num.5.
Intellectus videtur genere differre ab alijs potentijs animæ, & esse separabilis à corpore, eo pacto, quo immortale est separabile à corruptibili. Tom.4, pagin.250, lib.2. de anima, cap.3, num.10.
In homine datur intellectus, qui inest etiam substantijs separatis. Tom. 4. pagin.253, lib.2. de anima, cap.4, num.4.
Intellectiuum in homine continet etiam vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, & loco motiuum. Ibid. pag.253, nu.6.
Differentia intellectus à sensu consistit in hoc, quod intellectus est incorporeus, adeoque non patitur ab obiectis corporeis, sensus autem est corporeus, adeoque patitur ab obiectis corporeis. Tom. 4, pagin. 297, libr. 2. de Anima, capit. 20, num 2.
Antiqui cum Empedocle censuerunt simile cognosci simili, adeoque intellectum

Digitized by Google

cum cognoſcat corpora, eſſe corporeum, & eſſe quemdam ſenſum. Reijcitur hic error. Ibidem pagin. 297, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Intelligimus rectè tum ſcientia, tũ prudentia, tum opinione, per quam probabiliter iudicamus de rebus: contrarijs intellectionibus intelligimus non rectè. Ibidem pag. 298, nu. 7.

Phantaſia eſt media inter ſenſum, & intellectum, quia ſicut operatio phantaſiæ nõ fit, niſi præceſſerit operatio ſenſus, ita opinio, quæ eſt operatio intellectus, non fit, niſi præceſſerit operatio phantaſiæ. Tom. 4, pag. 299, lib. 2. de anima, cap. 11, num. 5.

Intellectus conuenit cum ſenſu in hoc, quod ſicut ſenſus eſt potentia omnia ſenſibilia, & fit actu ſentiens per hoc, quod patiatur, vel quaſi patiatur à ſenſibili, ſic intellectus eſt potentia omnia intelligibilia, & fit actu intelligens per hoc, quod patiatur, vel quaſi patiatur ab intelligibili, ideoque intelligere eſt quoddam pati, licet propriè intellectus non patiatur, ſed ſit impaſſibilis. Tom. 4, pag. 304, lib. 3. de anima, capit. 1, num. 2.

Aliqui cenſentes ſimile cognoſci ſimili exiſtimarũt intellectum, quia cognoſcit omnia corpora, eſſe compoſitum, & miſtum ex omnibus corporibus. Dicendum tamen cum Anaxago a intellectum quia cognoſcit omnia corpora non eſſe miſtum, imo carere omni corporeitate, & eſſe omnino incorporeum. ſiquidem non poſſet cognoſcere omnia corpora, niſi excederet omnia corpora. Ibid. pag. 304. num. 3.

Natura intellectus cõſiſtit in hoc, vt ſit poſſibilis fieri omnia, recipiendo ſpecies, & formas omnium rerum ſecundum eſſe intentionale. Hinc intellectus non eſt miſtus vlli corpori, adeoque non habet vllum organum corporeum, alioquin non poſſet cognoſcere omnia corpora. Ibid. pagin. 305, num. 4.

Intellectus, ſiue anima intellectiua eſt locus ſpecierum, ſeu formarum, cum ſpecies intelligibiles recipiantur in ipſa anima intellectiua ſine vllo organo. Ibid. pagin. 305, num. 5.

Senſus licet non poſſit per ſe pati, & corrumpi à ſenſibili, tamen poteſt pati, & corrumpi per accidens, & corrupto organo: intellectus è conuerſo cum careat organo, non poteſt pati, & corrumpi neque per ſe, neque per accidens. Ibid. pag. 305, num. 6.

Intellectus poſtquam intellexit valde intelligibilia, non hebetatur, ſed potius roboratur in ordine ad intelligenda minus intelligibilia. Ibidem pag. 305, num. 6.

Intellectus, qui ſecundum ſe eſt pura potentia, fit in actu primo per hoc, quod recipiens obiectum ſecundum eſſe intentionale, per ſpeciem intelligibilem fit quodammodo obiectum: & tunc non ſolum poteſt intelligere alia obiecta, ſed etiam ſeipſum. Ibidem pagin. 305, num. 7.

Quo pacto intellectus intelligat quidditates, & ea, quorum ſunt quidditas. Tom. 4, pag. 306, lib. 3. de anima, cap. 2, per totum.

Intellectus quidditates cognoſcit cognitione directa, ſiquidem non cognoſcit illas vt ante cognitas per aliam potentiam. Indiuidua, quorum ſunt quidditas, cognoſcit cognitione quodammodo reflexa, ſiquidem illa cognoſcit vt ſenſata, adeoque vt ante cognita per aliam potentiam. Ibidem pag. 306, num. 2, 3, 4.

Licet intellectus ſit ſimplex, tamen poteſt pati paſſione communiter dicta, per quam ſubiectum pure perficitur. Tom. 1, pagin. 307, lib. 3. de anima, cap. 3. num. 1. 3.

Intellectus ſecundum ſe eſt potentia omnia intelligibilia, & eſt ſicut tabula raſa, & ſicut liber, in quo nihil fuerit ſcriptum, & poteſt fieri in actu, & intelligere per hoc, quod recipiat formas, & ſpecies intelligibiles ſecundum eſſe intentionale. Ibid. pag. 308, num. 3.

Intellectus eſt ſimul intellectiuus, & intelligibilis, & omnia intellectiua, quia carent materia, ſunt ſimul intelligibilia. Quæ autem habent materiam ſunt intelligibilia ſolum potentia, & fiunt intelligibilia actu per abſtractionem a materia. Ibidem pagin. 308, nu. 4. 5.

Præter intellectum poſſibilem datur etiam intellectus agens, quia in omni genere præter paſſiuum, debet dari ſuum actiuũ proportionatum Tom. 4. pag. 309, lib. 3. de anima, cap. 4, num. 1.

Intellectus agens eſt, qui poteſt omnia fieri, recipiendo ſpecies intelligibiles omnium rerum: intellectus poſſibilis eſt, qui poteſt omnia facere, imprimendo intellectui poſſibili ſpecies intelligibiles omnium rerum. Ibidem pagin. 309, numer. 2.

Intellectus agens eſt ſeparabilis à corpore, impatibilis, incorporeus, & inorganicus, atque actu ens. Cum enim intellectus poſ-

possibilis sit separabilis, à fortiori est separabilis intellectus agens, qui est perfectior. Ibidem pagin.309. num.3.

Datur etiam intellectus in actu, hoc est habens scientiam actualem, qui est quodammodo obiectum scitum. Ibidem pag.310, num.4.

Solus intellectus separatus, hoc est non habens organum corporeum, qualis est intellectus tum possibilis, tum agens, est aliquid, quod verè est, hoc est potens per se ipsum subsistere, & hic solus est immortalis, & perpetuus à parte post, sed cum fuerit separatus, non exercet operationes dependentes ab organo corporeo. At intellectus passiuus, hoc est pars cogitatiua materialis animæ est corruptibilis, & perit simul cum corpore. Ibidem pag 310, num 8.

Duæ sunt operationes intellectus. Prima est simplicium apprehensio, in qua non datur veritas, vel falsitas. Secunda est, in qua datur veritas, & falsitas, eo quod in illa detur compositio conceptuum, per quam ex pluribus fit vnum. Tom. 4, pagin. 310. lib. 3. de anima, cap. 5. num. 1, 2.

Explicantur tres modi, quibus intellectus intelligit indiuisibilia. Ibidem pag. 311, num 3. 4. 5.

Intellectio, qua cognoscimus, quid sit res, semper est vera: at intellectio, qua per compositionem, & diuisionem cognoscimus quæ rei insunt, aliquando est vera, aliquando falsa. Ibid. pag.312, nu.6.

Explicatur proportio intellectus cum sensu tom. 4. pag. 313, lib.3. de anima, cap.6, per totum.

Quo pacto intellectus moueatur ad intelligendum, itaut ex affimatione, vel negatione sequatur deinde profesutio, vel fuga. Ibidem pag. 314, num.5.

Sicut sensibilia se habent ad sensum, sic phãtasmata se habent ad intellectum, ideoque sicut sensus mouetur à sensibilibus, sic intellectus mouetur à phantasmatibus Ibid. pag.314, num.5.6.7.8.

Intellectus vniuersalia separata à sensibilibus cognoscit abstractione. Ibidem pag. 316, num.10.

Intellectus dum est vnitus corpori, dependet à sensu, & à phantasia, ita vt si non habeat sensum, & phantasiam, non possit intelligere Tom.4, pagin.317, lib.3. de anima, cap.7, num.5.

Intellectus dum speculatur actu, debet sibi formare aliquod phantasma: sed actus phantasiæ differunt ab actibus intellectus. Ibidem pag.317, num.6.

Ostenditur nullum viuens corporeum posse habere intellectum sine sensu. Tom.4, pagin.327, lib.3. de anima, cap 11, num. 4, 5.

Intellectus dum est in corpore, non potest quidquam intelligere sine phantasmate, ac sine actu imaginationis, licet actus intelligendi non solum percipiat id, quod imaginamur. tom. 4, pag. 372, lib. de mem. & rem. cap.1. nu.7.

Actus, quo recordamur, primo, & per se spectat ad phantasiam, secundario, & quasi per accidens spectat etiam ad intellectũ. Ibidem num.8.

Licet somnium non sit actus intellectus, tamen dum somniamus, exercemus etiam actum intellectus, siquidem intelligimus aliquid purè intelligibile. Ibid. pag.400, num.4.

Intellectus potest corrigere phantasiam, vt cum corrigimus imaginationem, quod sol sit pedalis: cum tamen morbus est grauis, vincitur à phantasia. Tom.4, pag.405. lib. de somnijs, cap 2, num.8.9.10.

Quo pacto intellectus sit principium motus in animalibus. tom. 4. pag. 426. lib. de motu animal. cap.3, num.12.13.

Intellectus est separabilis à corpore, ideoque remanet, corpore corrupto. Tom 4, pag.508, lib. 2. de Gener. animal. cap.3, num.11.

Anaxagoras dicens intellectum esse causam mundi loquitur vt sobrius inter ebrios. Tom. 5, pag. 15, lib.1. metaphys. cap. 4 num.3.

Intellectus humanus se habet ad maximè intelligibilia naturæ, sicut oculus noctuæ ad lumen solis, ideoque difficile cognoscit Deum, ac diuina, & eius proportionatum obiectum est ens materiale. tom.5, pagin 47, lib.2. metaphys cap.1, num.2.

Antiqui putarũt intellectum esse quemdam sensum, & intelligere esse quoddam sentire, ac verum consistere in quadam apparentia sensibili. Tom.5, pag.101. lib.4. metaph. cap.5, num.6.

Intellectus, & fortuna versantur circa eadem. Tom.5, pag.304, lib.11. metaphys. cap.9, num.11.

Intellectio est quidam actus, ideoque intelligibile vt intelligatur debet poni actu. To.5 pag.250, lib.9 metaph. cap.12 nu.3.

Res fiunt intelligibiles per reductionem ad actum, ideoque actus est magis intelligibilis, quam potentia. Tom.5, pagin.249, lib 9. metaph. cap 12. num.1.

Solum id quod mouet vt intelligibile, & appetibile, ita mouet, vt non moueatur, ideoque primum mouens mouet vt intelligibile, & appetibile. Tom.5, pag.334, lib.12. metaph. cap.6. num.1.

Vide anima rationalis.

INTELLECTVS practicus. Intellectus practicus, qui est principium prudentiæ, circa quæ versetur. To.2, pag.175, lib.6. ethic cap 11, num.2,3.

Intellectus practicus est principium, & finis demonstrationum practicarum. Ibid. pag. 176, num.5.

In practicis non minus habenda est ratio de opinionibus prudentium, & expertorum, quam de demonstrationibus. Ibid. pag. 177, num.6.

Intellectus speculatiuus, & practicus differunt fine: intellectus etiam speculatiuus ratiocinatur solum gratia sciendi, & habet pro fine scientiam: intellectus practicus ratiocinatur gratia operis, & habet pro fine opus. Tom.4. pag. 32, lib.3. de anima, capit.9, num 2.

Principium mouens non est intellectus speculatiuus, sed practicus: intellectus autem, & appetitus sunt quodammodo vnum mouens in quantum mouent vt mota ab alio primo mouente, quod est obiectum appetibile. Ibidem pagin.321, numer.2.3.

INTELLECTVS, siue habitus principiorum, Intellectus, siue habitus principiorum est principium scientiæ, & assentitur primis principijs. Tom.2, pag.165, lib.6. Ethic. cap.6, num.1.

Intellectus versatur circa veritates per se notas, & indemonstrabiles, & per hoc differt à scientia. Ibid.

Intellectus est habitus semper dicens verum circa principia per se nota. Tom.4, pag. 300, lib 2. de anima, cap.21, nu.7.

INTELLIGENTIÆ sunt vnum, in quãtum sunt per se actus. Tom.5 pag.231, lib.8. metaph. cap.8, nu.47.

Si Cœlum mouetur ab intelligentijs non informantibus, sed assistentibus, prima principia mouentia principalia sunt intellectus, & voluntas Intelligentiarum, corpora Cœlestia sunt prima principia vt instrumenta. Tom.5, pag. 327. lib.12. metaph. cap. 4, num. 7.

Quot sint sphœræ cœlestes, & Intelligentiæ motrices. Tom.5.pag.340, lib.12. met ap capit.8. per totum.

Videtur, quod numerus intelligentiarum desumatur ex numero sphœrarum, & astrorum, quæ mouentur. Ibidem numer.2.

Intelligentiæ per se immobiles sunt finis alicuius motus. Ibid. pag.343, num.8.

Intelligentias motrices antiqui vocarunt Deos Ibid. pag.344, nu 11.

INTEMPERANTIA, intemperans. Intemperantia est, per quam homines indulgẽt voluptatibus corporis contra legem. Tom.1, pagin.725. lib.1. Rhetor. capit.9, num.5.

Intemperantia versatur circa voluptates nõ animi, sed corporis, non quaslibet, sed gustus, & tactus, & præsertim tactus, & excedit in appetitu delectationum, quæ conueniunt homini, in quantum animal est. Tom.2, pag.82. lib 3. ethic. cap. 10, nu.4.5.6. & pag.450, lib 3. mor. ad eud. cap.4, num.4.5.6.7.

Intemperantia est vitium bestiale, ideoque maximè vituperandum. Ibidem pag.83, num.6.

Intemperantia vnico modo peccat circa voluptates naturales, hoc est per excessum, pluribus modis circa voluptates præternaturales. Tom.2, pag 83, lib.3. Ethicor. cap.11. nu.2,3,4.

Intemperantia acquiritur magis voluntariè, quam timiditas, ideoque est magis vituperabilis. Tom.2. pag.85. lib.3. Ethicor. cap.12, num.1.2.3 4.

Intemperantia est vitium quodammodo puerile. Ibid. pag.86, nu.5.6.

Intemperans est, qui excedit in concupiscentia voluptatum necessariarum, easque prosequitur non ex sola passione, sed ex electione, ideoque intemperans est incurabilis, quia eum non pœnitet. Incontinens prosequitur voluptates non ex electione, sed ex vehementia passionis, ideoque est curabilis, & eum pœnitet. Tom.2, pag.201, lib.7. Ethic. cap.7, num.3. & 6. pagin. 305, lib.2. mag. mor. cap.7, nu.18,19.

Intemperans est peior incontinẽte, siquidem turpia agit ex electione, & non ex sola passione. Ibid. pag. 202, num 4. & pag. 203, cap.8, num.1.2.3.4 & pag.365. lib.2. mag.mor. cap.8, num.20.

Intemperans, & incontinens licet non conueniant in malitia, conueniunt in actionibus.

nibus. Tom.2. pagin 204, lib.7. Ethicor. cap.8, num.5.
Intemperantia eſt morbus continuus, & intus latens. Ibidem num.2.3,
Intemperans, & incontinens dicuntur non ad conuertentiam, ſiquidem omnis intemperans eſt incontinens, non è conuerſo. Tom. 2, pagin. 366, lib.2. mag. mor. capit.7, num.22,23,24.
Quare qui aſſueuerunt viuere intemperatè, ſi præter morem incipiant viuere temperatè, ſoleant ægrotare. Tom. 5, pag.723, ſect.28 probl num.1.
Eos tantum vocamus incontinentes, & intemperantes, qui ſectantur voluptates guſtus, & tactus, quia ſuperantur à voluptatibus omnium deterrimis, & quas ſolas perſequuntur bruta. Ibid. pag. 724, nu.2.3.7.
Vide temperantia. Continentia.
INTENSIO. Si definitio eſt capax intenſionis, & ſuſcipit magis, & minus, etiam definitum debet eſſe capax intenſionis, ac ſuſcipere magis, & minus & è conuerſo: ac rurſus debent ſimul intendi, ac remitti. Tom. 1, pagin. 548, lib.6 top. cap.2, num.22,23,24.
Motus intenſionis eſt alteratio. Tom.3. pag. 154, lib.5 phyſic. cap.3, num.14.
INTERCALARE. Chori, in quibus canuntur res non ſpectantes ad fabulam, ſeu tragœdiam, non ſunt partes fabulæ, ſed ſunt Emboliſmata, hoc eſt carmen intercalare adiectum fabulæ. To. 1. pag.932, lib. poet. cap.18, num.1.
INTERIVS Vide Corruptio, mors.
INTERPRES ſomniorum. Vide ſomnium.
INTERROGATIO dialectica eſt, per quã quæritur, vt admittatur altera pars contradictionis, relinquendo optionem reſpondenti, vt annuat, vel contradicat. vna verò interrogatio dialectica eſt vnius de vno. Tom.2, pag.87. lib.2. periherm. cap. 2, num.2.
Interrogatio, qua quæritur, *quid ſit res*, non eſt dialectica, quia quærit immediatè vnam partem contradictionis. Ibid.
Idem in quantum ponitur vt præmiſſa ſyllogiſmi, eſt propoſitio, in quantum ponitur vt conſequentia illata, eſt concluſio, in quantum interrogatur, vel petitur, eſt interrogatio, & petitio Tom 1, pag.318, lib 1 poſt cap 12, num 5.
Dantur interrogationes propriæ ſcientiarum, & ſunt per quas interrogamus de principijs proprijs ſcientiarum, vel de concluſionibus demonſtrandis à ſcientia. Ibid. pag.318, num.3,4.
Sicut dantur interrogationes propriæ ſcientiarum, ſic dantur interrogationes contrariæ ſcientijs, & quæ ſint. Ibidem, pag. 319, num.6.7,8.
Quatuor ſunt præcipuæ opportunitates interrogandi in iudicijs. Prima eſt, cum præuidemus, quod ſi interrogemus, ex reſponſione coniuncta cum ijs, quæ aduerſarius iam dixit, ſequetur abſurdum: ſecunda, cum vna præmiſſa, ex qua ſequitur aliquid noſtræ cauſæ fauens, eſt perſpicua, alteram autem aduerſarius eſt conceſſurus, ſi interrogetur: tertia cum volumus oſtendere aduerſarium ſibi contra dicere, vel aſſerere contraria ab opinione communi quarta cum aduerſarius non poteſt reſpondere niſi ſophiſticè, & captioſè nimisque ſubtiliter: afferuntur exẽpla. Cum non adſunt tales opportunitates, non eſt interrogandum, quia ſi aduerſarius bene reſpondeat, interrogans videbitur victus Tom.1, pag.886. lib.3. Rhet. cap 18, num.1.
Interrogatio ambigua diſtinguenda eſt, & diſtinctio fuſius explicanda. Ibidem pag. 887, num.2.
Cum aduerſarius interrogando vult nos cogere ad contradictionem, ſtatim afferenda eſt ſolutio apparentis contradictionis, qua vult inferre. Ibidem pag. 887, num.3.
Interrogationi ſolum debet reſponderi quod quæritur, alioquin poſſent reſponderi infinita, ac nunquam abſolui reſponſio. Tom.5, pag.93. lib.4. metaph. cap.4, num 10
Vide Fallacia plurium interrogationum.
INTERSEPTVM. Pars, quæ ſeparat duo foramina naſi, vocatur interſeptum, & conſtat præcipuè ex cartilagine Tom. 3, pag. 712, lib. 1. de Hiſtor. anim. cap.11, num 6
INTESTINA. In homine ſub ventriculo ſunt inteſtina, quorum alterum eſt ſimplex, & flexuoſum, alterum eſt latum. Tom.3, pag. 721, lib.1. de Hiſtor.animal. cap.16, num.11.
Piſces quoad ventrem, & inteſtina conueniunt cum ſerpentibus. Piſces, & maxima pars auium hoc habent peculiare, vt habeant quasdam appendices, & quosdam veluti ramos inteſtinorum, & quo pacto differant. Tom.3, pag.713, lib.2. de Hiſt. anim. cap.17, num.17.18.

Ani-

Digitized by Google

Animalia vtrinque dentata ſicut differunt ventre à ſemidentatis, ſic differunt inteſtinis. Animalia ſemidentata ſicut ſunt maiora, ſic habent inteſtina maiora, & quædam ex illis habent inteſtina cum quibusdam appendicibus. Nullum animal non vtrimque dentatum inteſtinis rectis eſt præditum. Ibidem pag. 751, num. 13

Inteſtinum Elephanti eſt ita finuoſum, vt videatur continere quatuor aluos. Non datur in Elephanto vētriculus diſtinctus ab intenſtinis. Ibid.

Quale ſit inteſtinum mollium. Tom. 3, pag. 793, lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 4, num. 13.

Quale ſit inteſtinum animalium teſtaceorum. Tom. 3. pag. 803, lib. 4. de Hiſtor. animal. cap 4, num. 12.

Quale ſit inteſtinum inſectorum. Tom. 3, pag. 68. lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 7, num. 7.

Quia animal primo cibum per os recipit, deinde concoquit, & transmutat, atque excrementa inutilia eijcit, ideo neceſſe eſt, vt in animalibus ſit ventriculus, in quo cibum concoquat, & ſint inteſtina, in quibus excrementa recipiat. Tom. 4, pag. 113, lib. 1. de partib. animal. capit. 14, num. 1,

Explicantur differentiæ & cauſæ inteſtinorum. Tom. 4, pagin 116, lib. 3. de partib. animal. cap. 14, a num. 9. vſque ad finem.

Animalibus, quæ natura voluit eſſe minus voracia, dedit inteſtina plurimus circumuolutionibus inuoluta, vt cibum diutius retinerent. Ibidem pag. 117, num 14.

Animalia quo rectiori, & minus tortuoſo inteſtino ſunt prædita, eo citius poſtquam ſumpſerint cibum, laborant fame. Animalia rurſus, quæ inteſtino amplo, ac recto ſunt prædita, aut cibum copioſum capiunt, aut ſæpius ſumunt. Ibidem.

Sicut in animalibus datur ventriculus, in quo recipitur cibus nondum concoctus, & datur inferior pars inteſtini, in qua recipiuntur excrementa, à quibus ſuccus fuerit iam ſeparatus, ſic datur ſuperior pars inteſtini, in qua recipitur alimentum medio modo ſe habens, quæ vocatur inteſtinum ieiunum. Ibidem pagin 117, num. 15.

Inteſtina eodem pacto ſe habent in quadrupedibus ſanguineis omnibus, quales ſunt lacerti &c, ac in ſerpentibus, qui carent pedibus. Tom. 4, pag. 119, lib 4. de part. animal. cap. 1. num. 1.

Cum poſt hyemem auſtrinam, & pluuiam ſuccedit ver ſiccum, & aquilonare, in mulieribus quia ſunt frigidæ, & humidæ, pituita calore æſtatis ebulliens ſolet cauſare dyſenterias, ſeu difficultates inteſtinorum. Tom. 5. pagin. 440, ſect. 1. probl. num. 9.

Si poſt hyemem aquiloniam, & ver auſtrinum ſequatur æſtas admodum ſicca, autumnus eſt pernicioſus omnibus, ac præſertim pueris, qui ſolent laborare dyſenterijs, ſeu difficultatibus inteſtinorum quia humiditas cruda deſcendens ad ventrem cauſat dyſenterias, ſeu difficultates inteſtinorum. Ibidem pagin 444. numer. 19.

INTESTINA terræ. Inteſtina terræ ſunt quidam lumbrici longi, & rubei, qui ſpōte oriuntur ex luto, & ex ijs fiunt anguillæ. Tom. 3, pag. 892, lib. 6. de Hiſt. anim. capit. 16, num. 2.

Inteſtina terræ naſcuntur, tum in mari, tum in fluuijs, præſertim vbi fit putrefactio. Ibid.

Vide lumbrici.

INVENTIO. Artes inuentæ tempore perficiuntur, qnia licet diuini ingenij ſit principia artium, ac ſcientiarum inuenire, adhuc facile eſt inuentis addere, ideoque ingenia communia poſſunt artes inuentas perficere, addendo quæ deſunt. Tom. 2, pag. 18. lib. 1. Ethic. capit. 7, num. 8.

Quædam facultates ſunt purè coniecturales, & inquiſitiuæ: quædam, vt mathematicæ ſunt inuentiuæ demonſtrationum. Tom. 5. pagin. 741, ſect. 30. probl. num. 2.

Hippodamus in ſua Republica ſtatuit, vt qui inueniſſet aliquid vtile ciuitati, præmijs afficerentur, & an talis lex ſit vtilis. Tom. 2. pagin. 564, lib 2. politicor. cap. 6, num. 2. 6.

INVERECVNDIA. Vide Impudentia.

INVIDIA. Inuidere eſt triſtari ex proſperitatibus bonorum: indignari eſt triſtari ex proſperitatibus malorum. Tom. 1, pag. 449, lib 2. top. capit. 2, num. 6.

Inuidia eſt dolor, quo angimur de apparente ſimilium proſperitate quoad bona non propter nos, ſed propter ipſos, quos æquè ferimus talibus bonis eſſe cumulatos. Tom. 1. pagin. 786, lib. 2. Rhetor. cap. 10, num. 2.

Inuidia differt ab indignatione, quia indi-

gnatio est dolor de prosperitatibus indignorum, quia indigni sunt; inuidia est dolor de prosperitate similium, quia simile sunt. Ibidem.

Quia inuidia est dolor de prosperitate similium, ij sunt proclines ad inuidendum, quibus aliqui sunt, aut videntur similes genere, cognatione, ætate, scientijs, artibus, gloria. Sunt etiam ad inuidendum proclines illi, quibus parum abest, quin adsint omnia: qui magna gesserunt, & prospera fortuna vtuntur: qui ob aliquam rem & præcipuè ob sapientiam, & felicitatem eximiè honorantur: ambitiosi etiam, & pusillanimi solent esse inuidi. Ibidem pagin. 787, num 3.

Inuidia versatur circa ea potissimum bona, in quibus homines videri volunt primi, & pro quibus de honore contendunt: & circa ea, quæ vehementer appetimus, nobisque deberi existimamus. Ibidem pag. 787, num. 4.

Homines plerumque inuident propinquis tempore, loco, ætate, existimatione, nec non ijs cum quibus de honore decertant, maximè autem competitoribus, & rivalibus. Inuident etiam ijs, qui celeriter, ac nullo labore adepti sunt ea, quæ ipsi sero solum, & magno labore potuerunt obtinere. Inuidemus etiam ijs, qui ea possident, quæ nobis conueniebant, & quæ ipsi olim possedimus, ideoque senes inuident iunioribus. Ibidem pagin. 787, num. 5.

Quo pacto possit orator excitare inuidiam. Ibidem pag. 788, nu 6.

Inuidia dolet, quia bona adsunt similibus: æmulatio dolet, non quia similibus adsunt, sed quia nobis non adsunt. Tom. 1. pag. 885, lib. 2 Rhet. cap. 11, num 2.

Inuidens excedit, ac dolet de prosperitatibus omnium, tum bonorum, tum malorũ. Qui deficit, ac nihil curat de ijs, quæ spectant ad alios, caret nomine, & tales solent esse qui suo tantũ abdomini seruiunt: Tom. 2. pag. 419, lib. 2. mor. ad Eud. cap. 5, num. 21.

Pauones sunt inuidi, & ornatus, ac pulchritudinis studiosi. Tom. 3, pagin. 701, lib. 1. de Histor. anim cap 1, num. 5.

Supercilia demissa indicant inuidiam. tom. 3, pag 710, lib. 1. de Histor. animal. cap. 9, num 1.

Qui sunt iracundi, tristes, ac pusillanimi, sunt naturaliter inuidi. Tom. 4, pag. 793, lib. physiog. capit. 5, num. 4.

INVISIBILE. Quia per visum discernimus visibilia ab inuisibilibus, lucida nimirum à tenebrosis, ideo visu dicimur percipere etiam inuisibilia, puta tenebras. Et quia etiam quæ habent lumẽ excessiuum sunt inuisibilia, vt sol, ideo per visum percipimus etiam inuisibilia propter excessum luminis. Tom. 4, pag. 280, lib. 2. de anima, cap. 14, nu. 4,

INVITVM. Vide inuoluntarium.

INVOLVNTARIVM. In morali agendum est de voluntario, & inuoluntario. Tom. 2, pagin. 54, lib. 3. Ethicor. capit. 1, num. 1.

Propter ea, quæ agimus voluntariè, meremur laudem, & vituperationem, propter ea, quæ agimus inuoluntariè, meremur veniam, vel misericordiam. Ibidem.

Inuoluntaria sunt, quæ fiunt per violentiam, vel ignorantiam. Ibidem pagin. 54. num. 2.

Quæ facimus ex metũ, sunt mista ex voluntarijs, & inuoluntarijs. Ibidem pag. 55, num. 4, 5.

Qui ex metu, adeoque inuoluntariè secundum quid faciunt, vel patiuntur aliquid molestum, vel turpe, aliquando sunt laudabiles, aliquando vituperabiles, aliquando neque sunt laudabiles, neque vituperabiles Ibid. pag. 56, num. 6. 7.

Falsum est, quod quæ agimus contra præscriptum rationis, agamus violenter, & inuitè. Ibid. pag. 56, nu. 9 10. 11. 12. 13. 14

Reijcitur error dicentium, quod quæ fiunt ex passione puta ex concupiscentia, vel ira, fiunt inuoluntariè Ibid. pag. 59, nu. 21, 22, 23, 24, 25, 26.

De voluntario ex ignorantia. Ibid. pag. 57, à nu. 15, vsque ad 19.

Vide ignorantia.

Vide voluntarium.

INVNDATIO. Quare terræmotus aliquando caueant inundationes maris. Tom. 3, pag. 618 lib. 2. meteorol. cap. 8, num. 21.

IOCVS. In vita humana necessaria est quædam requies, per quam homines seriis defessi se recreent, & hæc recreatio præcipuè obtinetur per iocos; & quia circa iocos potest dari excessus, & defectus, ideo debet dari virtus, quæ est mediocritas ponens debitum modum in iocis dicendis, & audiendis, ac vocatur Eutrapelia. Tom. 2. pag. 115, lib. 4 Ethic. cap. 8, num 1.

Princeps si dicat aliquos iocos, peccat contra decorum, si audiat, non peccat. Ibid.

Qui

Digitized by Google

Qui excedunt in iocando, vocantur ſcurræ; qui deficiunt, ſunt agreſtes. Ibid. pag. 116, num 2.

Ex iocis aliqui ſunt liberales, alij ſeruiles: & ioci cum conuicio deberent prohiberi per legem. Ibid. pagin. 116, num. 3.

In iocando debemus dicere quæ decent hominem liberum, & debemus non contriſtare, ſed potius delectare eum, qui iocos audit. Ibid pag. 116, num. 4.

Ludus, & iocus eſt quædam requies à ſerijs, ſicut ſomnus eſt requies ab operationibus ſenſitiuis, & ideo ioci, habent pro fine operationes ſerias: & quia felicitas eſt vltimus finis, non poteſt conſiſtere in operationibus ludicris, ſed in ſerijs. Tom. 2, pagin. 291, lib. 10. Ethicor. cap. 6, num. 4. 5. 6. 7 Vide ludus.

IPHICRATES ſe ipſum laudauit ex eo, quod cum eſſet filius ſutoris, ob rei militaris ſcientiam ampliſſimos honores ſit conſecutus, & copias Athenienſium duxerit. Tom. 1, pag. 720, lib. 1. Rhet. cap. 7, num. 38.

Iphicrates contra Harmodium dixit: ſi antequam facerem quæ feci, ſtatuam poſtularem, dummodo facerem, vos eam mihi conceſſiſſetis: cum verò iam fecerim, non concedetis? Tom. 1, pag. 614, lib. 2; Rhet. capit. 24, nu. 5.

Iphicrates qua arte pecunias ad exercitum alendum parauit. Tom. 1, pag. 819, lib. 3. Oecon. cap. 3, nu. 26.

IRA, Iracundus, Iratus. Qui iraſcitur, triſtatur de contemptu: ira tamen non eſt triſtitia, ſed eſt effectus triſtitiæ, ſiquidem prius triſtatur quis de contemptu, deinde iraſcitur. Tom 1, pag. 498, lib. 4. top. cap. 4, nu. 3.

Triſtitia eſt in concupiſcibili, ira eſt in iraſcibili, ideoque ira non eſt triſtitia, ſed effectus triſtitiæ. Ibidem pagin. 499, numer 4.

Quia ſpes eſt iucunda, ideo etiam ira eſt iucunda, cum includat ſpem vltionis, ideoque Homerus cecinit, quod ira eſt dulcior melle. Quia verò nemo ſperat vlciſci, cum vltio apparet impoſſibilis, ideo nemo iraſcitur, cum vltio apparet impoſſibilis. Et quia nihil, aut parum ſperamus nos vlturos eorum, qui ſunt multo potentiores nobis, ideo vel illis non iraſcimur, vel parum iraſcimur. Tom. 2, pag. 738, lib. 1. Rhetor. cap 11, num. 8. & pagin. 760, lib. 2. Rhetor. capit. 2, num 2.

Ira eſt *apparentis vltionis appetitus cum dolore coniunctus propter apparentem immeritum in ſe, vel in ſuos contemptum*. Et quia nemo putat ſe contemni, niſi ab aliquo ſingulari, ideo nemo iraſcitur niſi ſingularibus. To. 1, pag 760, lib. 2. Rhet. cap. 2, nu. 1.

Quia homines exiſtimant ſe debere magni fieri ab inferioribus genere, potentia, virtute, & vniuerſim ab ijs, quibus in aliquo genere valde excellunt, ideo cum contemnuntur ab inferioribus &c, valde iraſcuntur. Ibidem pag. 761, nu. 5.

Homines valde etiam iraſcuntur, cum contemnuntur ab ijs, à quibus exiſtimant ſe debere accipere beneficia. Ibidem.

Homines cum dolent, procliues ſunt ad iram. Et quia ægrotantes, paupertate laborantes, amantes, ſitientes, & vniuerſim aliquid deſiderantes &c dolent, ideo ſunt ad iram procliues, præſertim contra eos, qui videntur eos contemnere in ijs, quæ ad præſentem eorum miſeriam ſpectant. Ibidem pag. 762, num. 6.

Quibus homines ſoleant iraſci. Ibidem pagin. 763, num. 7.

Qualis debeat eſſe oratio, vt moueat ad iram, vel vt iram placet. Ibidem pagin. 763. num. 7. & pag. 766, cap. 3, num. 4.

Placabilitas contraria iræ eſt iræ ſedatio, atque remiſſio. Explicatur, quibus homines ſint placabiles, quo pacto affecti placentur, & per quas cauſas placentur. Tom. 1, pag. 764, lib 2. Rhet. cap 3, per totum.

Homines facile placantur vni, cum iram in altero puniendo conſumpſerunt. Ibidem pag. 766, num. 4.

Non iraſcimur iuſtè lædentibus: & ideo qui exiſtimant ſe iniuſtè egiſſe, ac iuſtè pati, non iraſcuntur Ibid.

Ira appetit vltionem de homine ſingulari, qui contempſit, vt punitus doleat ſe contempſiſſe, & deſinat contemnere: ideo cum putamus ipſum non intellecturum, deferueſcit ira, ac non iraſcimur ijs, qui non ſentiunt, neque mortuis, quaſi iam ſuerint perpeſſi vltionum malorum. Ibid. pag 766, nu. 4.

Homines cum ſint mortales, non debent cõſeruare iram immortalem Tom. 1, pag. 806, lib. 2. Rhet. cap. 22, num. 4.

Ira eſt cauſa odij. Tom. 1, pagin. 770, lib. 2. Rhet. cap. 4, num 17.

Ira, & odium licet ſint affinia, differunt in pluribus. Primo ira concipitur ſolum prop-

propter ea, quæ ad nos referuntur, reſpicit perſonam ſingularem, eſt ſanabilis tempore: odium è conuerſo concipitur etiam propter ea, quæ nos non reſpiciunt, concipitur aduerſus totum genus, & eſt inſanabile. Iratus vult vltionem ſentiri, & dolorem inurere: odium intendit malum eius, quem odio proſequitur. Ira habet adiunctum dolorem, odium non habet. Iratus ſi videat illum, cui iraſcitur, miſerijs obrui, mouetur ad miſericordiam, ſecus qui odio habet. Ibidem pagin. 170, num. 18.

Reijcitur error dicentium, quod quæ fiunt ex ira, fiunt inuoluntariè. Tom. 2, pag. 59, lib. 3. Ethic. cap. 1, num. 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26.

Quæ fiunt ex ira, fiunt cum voluptate. Ibid. pag. 59. num. 24.

Aliquando oportet iraſci, & punire delinquentem. Ibidem pag. 59, num. 23.

Ira confert ad fortitudinem, & facit quodammodo fortem: nam ira eſt impetuoſiſſima ad pericula aggredienda, eo pacto, quo feræ vulneratæ concitantur in vulnerantes. Tom. 2, pagin. 78. lib. 3. Ethic. capit. 8, num 6.

Circa iram poſſumus peccare per exceſſum, ac defectum, ideoque virtus circa iram eſt mediocritas, per quam iraſcimur prout oportet, & vocatur manſuetudo, quæ potius vergit ad defectum, quam ad exceſſum. Tom. 2, pag. 108, lib. 4. Ethicor. cap. 5, num. 3.

Defectus omnimodus iræ non eſt laudabilis, vt dicebant Stoici, ſed eſt vituperabilis, quia eſt quædam ſtoliditas, & quia aliquando oportet vlciſci, qui autem non iraſcitur, non eſt aptus ad vlciſcendum. Ibid. pag 109, num. 4. 5. 6.

Circa iram per exceſſum poſſumus peccare pluribus modis. Primo iraſcendo quibus non oportet: ſecundo ex cauſis, ex quibus non oportet: tertio magis, quam oportet: quarto citius, quam oportet: quinto longiori tempore, quam oportet. Sed non omnes iſti exceſſus poſſunt inueniri in eodem. Ibidem pagin. 109. num. 7. 8.

Plures ſunt ſpecies eorum, qui excedunt in ira. Prima eſt iracundorum. ſecunda amarulentorum, ſiue acerborum: tertia inſenſorum. Iracundi ſunt, qui iraſcuntur citius, quam oportet, quibus non oportet, ex cauſis, ex quibus non oportet, & magis, quam oportet, ſed cito placantur, & tales ſunt qui habet complexionem cholericam. Amarulenti, ſiue acerbi ſunt qui non ita facile iraſcuntur, ſed difficile placantur, & diu retinent iram. Inſenſi ſunt, qui pro quibus non oportet, & magis quam oportet, iraſcuntur, nec ſine vltione reconciliantur. Ibid. pag. 110. nu. 7. 8 9. 10.

Manſuetudini magis opponitur exceſſus, quam defectus iræ, quia exceſſus iræ eſt homini connaturalior, & facit deteriorem. Ibidem nu. 11.

Quis modus circa iram ſit tenendus. Ibid. num. 11.

Qui nimis proſequitur delectationem vindictæ, non eſt incontinens ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid. Tom. 2, pag. 195, lib. 7. Ethic. cap. 4, num. 9. & pagin. 363, lib. 2. mag. mor. cap. 7, nu. 15.

Incontinentia concupiſcentiæ eſt peior, quam incõtinentia iræ, quia ira quodammodo audit rationem, & paret rationi, non autem concupiſcentia: & quia magis eſt cõnaturalis appetitus vindictæ, quam voluptatis; & quia per concupiſcentiam magis ſumus inuſti, quam per iram. Tom. 2, pag. 198, lib. 7 Ethic. capit. 6, nu. 1. 2 3. 4 5. & pag. 364, lib. 2. mag. moral. capit. 7, num. 16.

Iratus comparatur ſeruo, & cani. Ibidem pag. 198, num. 2.

Qui non poſſunt continere iram, propriè non dicuntur incontinentes, quia ira aliqualiter ſequitur rationem. Porro ira cum ſit appetitus vindictæ, ſequitur rationem oſtendentem contumeliam, ſed non ſequitur modum vindictæ, quem ratio præſcribit. Tom. 5. pag. 724. ſect 28. prob. num 3.

Ira definiri poteſt: *accenſio ſanguinis circa cor propter apprehenſionem contemptus cum appetitu vindictæ.* Tom. 4, pag 214, lib. 1. de anima, cap. 2, num. 14.

Quia ira eſt paſſio communis compoſito, non debet dici, quod anima iraſcitur, ſed quod homo iraſcitur anima. Tom. 4, pag. 232, lib. 1. de anima, capit. 10, nu. 5.

Cum ex apprehenſione contemptus excitati fuerimus ad iram, etiamſi ceſſante illa apprehenſione, velimus cohibere, ac ſiſtere motum iræ, non poſſumus. Tom. 4, pag. 384, lib. de mem. & rem. cap. 4, num. 4.

Animalia, quæ habent ſanguinem multis, & craſſis fibris refertum, adeoque magis terreum, vt tauri, & apri, ſunt iracunda, & etiam furibunda, quia ira eſt calorifica:

Digitized by Google

fica: ſanguis autem craſſior eſt aptior ad calorem concipiendum, & conſeruādum. Tom. 4. pag. 43, lib. 2. de part. animal. cap. 4. num. 4.

Diſputatur, vtrum quod fit ex ira, ſit voluntarium. Tom. 2, pag. 426, lib. 2. mor. ad Eud. cap. 8, num. 6. 7. 8. 9.

Heraclitus dixit difficile eſſe iræ repugnare: animum enim pellit ira. Ibidem pag. 426. num 6.

Ira, & concupiſcentia conuenium etiam ferís. Tom 2. pag. 433. lib 2. mor. ad Eud. cap. 10, num. 2.

Irati ſolent eſſe audaces, ſiquidem ira rapit animum extra ſe. Ideo fortitudo ex ira eſt maximè naturalis: ſiquidem ira eſt inuicta, & ipſi pueri cum fuerint irati, optimè pugnant, & mutuo pugnis ſe cædunt. Tom. 2 pag. 445, lib. 3. mor. ad eud. cap. 2. num. 1.

Inedia cauſat iram, ideoque Gallinæ dum ouis incubant, quia propter inediam macreſcunt, efferantur. Tom. 5. pag. 537, ſect. 10. prob. num. 37.

Prouerbio dicitur: *fratrum iræ acerbiſſimæ*, quia maximè prouocat ad iram lædi ab ijs, à quibus expectamus beneficia. Tom. 2, pagin. 746, lib. 7. polit. capit. 7, num. 3.

Qui contra dominantes inſurgunt ex ira, vt vlciſcantur iniurias illatas, ſolent impetum facere contra corpus dominantis, ac de eo vltionem ſumere, non autem contra dominationem, & principatum. Tom. 2. pag. 695, lib. 5. politicor. cap. 10. num 6. 7.

Quæ fiunt ex ira, cenſentur non fieri ex prouidentia, & electione, quia principium ea faciendi videtur magis eſſe in eo, qui mouit ad iram, quam in eo, qui iraſcitur. Tom. 2, pag. 147, lib. 5. Ethic. cap 8. num. 9. 10.

Ex ira non nectimus inſidias, ſiquidem ira eſt manifeſta, & iratus ſumit vindictam palam. Tom. 2. pag. 199. lib. 7. Ethicor. cap. 6, num. 4.

Cum quis iraſcitur, ſanguis accenditur, & efferueſcit circa cor. Tom. 5, pag. 468. ſect. 2. prob. num. 26.

Qui iraſcuntur, calore intus collecto, & ſanguine circa cor efferueſcente, euadunt audaces, & in eis accenditur ſitis. Tom. 5, pagin. 719, ſect. 27. probl. num. 3. A. B.

Quare cum pudore afficimur, rubeſcunt aures, cum iraſcimur, rubeſcunt oculi. Tom. 5, pag. 748, ſect. 31. prob. num. 3. & pag. 759, ſect. 32. prob. num. 8.

Qui iraſcuntur non rigent, neque ſentiunt frigus, quia ira conſiſtit in quodam calore. Tom 5, pagin. 520, ſect. 8. probl. num. 17.

Pueri cum iraſcuntur, primo retrahunt ad cor magnam partem ſpiritus calidi deinde rubeſcunt, quia ſpiritus calidi intus retenti, & humidiores facti cauſant ruborem. Et quia calor extinguitur frigido, ſi quis pueris iratis infuderit aquam frigidam, extincto in eis calore, ſedat iram. Tom. 5, pagin. 520, ſect. 13. probl. num. 17.

Qui ſunt ſimul iracundi, triſtes, & puſillanimi, ſunt naturaliter inuidi. Tom. 4, pagin. 793, lib. Phyſiognomic. capit. 5, num. 4.

Vox acuta videtur ſignificare iracundiam, quia qui iraſcuntur ſolent emittere vocem acutam. Ibidem pagin. 794. numer. 5.

Afferuntur aliqua ſigna iracundi. Tom. 4, pag. 798. lib. phyſiog. cap. 6, num. 11.

Omnia animalia etiam viliſſima iraſcuntur propter iniurias, ideoque ira eſt paſſio communis omnibus animalibus. Tom 4. pagin 800. lib. phyſiogn. cap. 7. num. 4.

Qui collum habent craſſum, & carnoſum, ſunt iracundi, quia collum habent ſimile tauris. Tom. 4. pag. 806, lib. phyſiognom. cap. 9, num 18.

Qui naſum habent acutum in extremitate, ſunt iracundi iracundia quadam ſæua, & canina, quia naſum habent caninum. Ibid. pag. 807. nu. 20.

Qui nares habent apertas ſunt iracundi, quia irati aperiunt, & dilatant nares, vt calor poſſit facilius expirare. Ibidem num. 20,

Qui pectus habent flammei coloris, ſunt valde iracundi: qui venas habent circa collum, & tempora elatas, ſunt itidem iracundi. Tom 4, pag. 810. lib. phyſiog. capit. 10. num. 8 9.

Qui oculos habent rubeſcentes, ita ſunt iracundi, vt ex ira ſtupeſcant, & extra ſe ferantur. Ibidem pag. 810. num. 12.

Qui cum aliquem vocant, incipiunt à voce graui, & deſinunt in acutam, ſunt iracūdi, & queruli. Ibid. pag. 813. nu. 40. 50.

Qui frontem habent rotundam ſolent eſſe iracundi. Tom. 3, pag. 709, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 8, num. 2.

IRASCIBILIS. In appetitu ſenſitiuo datur duplex pars, concupiſcibilis, nimirum & iraſcibilis. Concupiſcibilis eſt, quæ fertur in bonum ſecundum ſe. Iraſcibilis eſt quæ fertur in bonum arduum. Ex paſſionibus aliquæ ſpectant ad iraſcibilem, aliquæ ad concupiſcibilem Tom. 2. pag. 42. lib. 2. Ethicorum, cap. 6. numer. 2.

Communiter aſſignantur tres partes animæ, rationalis nimirum, iraſcibilis, & concupiſcibilis. Tom. 4, pag. 378, lib. 3. de Anima cap. 8. nu. 2.

Reijciuntur antiqui ponentes tres partes animæ ſubiecto diuiſas, Ratiocinatiuam nimirum, concupiſcibilem, & iraſcibilem. Ibidem pagin. 322, cap. 9, numer. 5.

IRIS. Proponuntur aliqua, quæ fuerunt obſeruata circa Iridem. Tom. 3, pag. 628, lib. 3. meteor cap. 2, num. 3.

Quare Iris lunæ raro fiat, & videatur. Ibid. pag. 629 num 6

Iris fit per hoc, quod in nube rorida oppoſita diametraliter ſoli tamquam in ſpeculo videatur color, ſeu lux, non autem figura ſolis. Tom. 3, pag. 634, lib. 3. meteor cap. 4, num 5. 4.

Quare Iris appareat vt varijs coloribus diſtincta, area autem non appareat, vt varijs coloribus diſtincta. Ibidem pag. 635, num. 7. 8.

Quo pacto aliquando fiat quædam Iris integra circa ſolem, & circa lucernam, & fiant aliæ duæ ſpecies Iridis. Ibidem pag. 636, num. 9, 10, 11.

Quare in Iride appareant tres præcipui colores, puniceus, viridis, & purpureus. Ibidem pag. 639 num. 19.

Quare cum apparet duplex Iris licet vtraque ſit tricolor, tamen colores oppoſito ordine diſponantur. Ibidem pagin. 639, num. 20.

Quare aliquando inter colorem puniceum, & viridem appareat color flauus. Ibidem pag. 639. num. 21.

Quare cum iris eſt duplex, ſecunda appareat languioribus coloribus, & contrario modo diſpoſitis, quam prima. Ibidem pag. 640, nu. 22. 23. 24 25.

Oſtenditur, quod iris nunquam poteſt eſſe circularis, neque maior ſemicirculo, ſed ſole exiſtente in horizonte, eſt ſemicircularis, ſole eleuato ſupra horizontem, eſt minor ſemicirculari, ſole exiſtente in meridiano, eſt minima portio circuli, & affertur ratio, cur tempore hyemali Iris videatur etiam in meridie, tempore æſtiuo non videatur in meridie. Tom. 3. pag. 642. lib. 3. meteor. cap. 5, per totum.

Vtrum verum ſit, quod dici ſolet, quod arbores, in quas Iris incubuit, reddantur magis odoriferæ, & ſi eſt verum, quæ ſit ratio. Tom. . pag. 574, ſect. 12. probl. num. 3.

IRONICI. Vide Simulatores.

IRRIGATIO. Agricolæ ſolent plantas, & herbas irrigare, non meridie, ſed mane, aut veſpere, quia meridie ſol multum humoris abſumeret, & aqua à ſole calefactâ radices plantarum non refrigeraret, ſed calefaceret, & arefaceret. Tom. 5, pag 648, ſect. 20. prob. num. 15.

Plantæ ſi irrigentur aqua frigida, emittunt fructus dulciores, quam ſi irrigentur tepida, quia calor excedens dum quodammodo comburit, cauſat quandam amaritiem. Ibid. pag. 653, num. 29.

ISOCRATES propter conſuetudinem ſcribendi orationes declamatorias, in quibus præcipuus eſt vſus comparationum, ſolebat vti comparationibus. Tom. 1, pag. 731, lib. 1. Rhet. cap. 9, num. 33.

Iſocrates dum laudat, vtitur Epiſodijs, & cũ non ſuppetunt ſatis multa in eo, quod laudatur, digreditur ad laudandum alia affinia. Tom. 1, pag. 883, lib. 3. Rhet. cap. 17, num. 12.

ISTER. Vide Danubius

ITALIA, Italus. Itali prius vocabantur Oenotrij, ac dicti ſunt Itali ab Italo rege, qui fuit primus publicarum comeſſationum inſtitutor. Tom. 2. pagin. 750. lib. 7. Polit. cap. 10. nu. 1

Italus Italis, qui prius vitam paſtoritiam agebant, & in agris palabantur, agriculturam docuit, & leges poſuit. Ibid.

Italiæ partem, quæ ad Tyrrhenium obuerſa eſt, Opici qui nunc Auſonij dicuntur, incolebant, partem autem appellatam Cyrtim, quæ ad Zephygiam, & Ionium pertinet, incolebant Chaones ab Oenotrijs orti. Ibidem

In quibusdam locis Italiæ morſus Stellionũ ſunt lethales. Tom. 1, pag. 977, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 29, num. 3.

ITER. In itineribus potiſſimum laborare ſolet media pars femoris, quia quod eſt continuum, & longum laborat præſertim in media parte. Tom. 5, pag. 502, ſect. 5. probl. nu. 20.

Iter videtur longius, cum ignoramus, quã cum

cum ſcimus, quantum ambulamus, quia indeterminatum habet quamdam ſpeciē infiniti. Ibid. pag. 503, num. 25.

ITHACA. In Ithaca inſula lepores, ſi aliunde illuc allati dimittantur liberi, viuere nequeunt, ſed reuertuntur ad eam littoris partem, per quam in inſulam ſunt ingreſſi, ibique moriuntur. Tom. 3, pagin. 975, lib. 8. de Hiſtor. animalium, cap. 28, num. 2.

IVBA. Dantur aliquæ quadrupedes biſulcæ, iubatæ, & bicornes. Tom. 3. pagin. 732, lib. 2. de Hiſtor. animal. cap. 1, num. 25.

Leones mares habent iubam. Tom. 4, pagin. 68, lib. 2. de Partib. animalium, capit. 14. num. 3.

Natura non dedit homini iubam, quia excrementum, quod in quibuſdam animalibus conuertitur in iubam, in homine conuertitur in barbam. Tom. 5, pagin. 533, ſect. 10. prob. num. 27.

IVCVNDA. In Rhetorica agendum eſt de iucundis, quia homines agunt, vel propter vtilia, vel propter iucunda. Tom. 1, pagin. 735, lib. 1. Rhetoricorum, cap. 10, num. 8.

Iucundum eſt, quod eſt effectiuum tranſitus ſenſibilis ad ſtatum naturæ conuenientem. Tom. 1, pag. 736, lib. 1. Rhet. cap. 11, num. 1. 2.

Quænam ſint iucunda. Ibid. pag. 736, à num. 3. vſque ad finem.

Quare iucunda ſint, quæ ſunt ſecundum naturam, ſecundum conſuetudinem, & non ſunt violenta & quorum nobis cupiditas ineſt. Ibidem num. 3. 4. 5, 6.

Quare iucunda ſint memoria, ſpes, ira pleræque cupiditates, & vltio. Ibid. pag. 737, num. 7. 8. 9. 10.

Quare iucunda ſit victoria, honor, gloria, amicus, amari, & in admiratione eſſe, & adulator. Ibidem pag. 738, num. 11. 12. 13, 14. 15.

Quare iucundum ſit eadem ſæpius agere, diſcere, & admirari. Ibidem pag. 739, nu. 16. 17, 18.

Quare ſimile ſit iucundum ſimili. Ibidem pag. 741, num. 21, 22.

Quare iucundum ſit videri ſapientem, alios arguere, & ludere. Ibid. pag. 23, 24. 25. 26.

Quare iucundum ſit beneficia tum conferre, tum accipere. Ibidem pagin. 740. numer. 9.

Obiecta iucunda, & triſtia ſunt principia mouentia, & alterantia corpori, ideoque ex imaginatione iucundorum ſequitur calefactio propter diffuſionem ſpirituū, ex imaginatione triſtium ſequitur frigefactio propter ſpirituum retractionem. Memoriæ etiam, & ſpes iucundorum, & triſtium alterant corpus, illud calefaciendo, vel frigefaciendo. Tom. 4, pagin. 431, lib. de motu animalium, capit. 5, num. 7.

Vide Delectabile, Delectatio.

IVDEX, Iudicium. Leges rectè inſtitutæ debent relinquere arbitrio iudicum ea ſolum, quæ ſpectant ad quæſtionem facti, cætera verò debent ipſæ determinare. Tom. 1, pagin. 685, lib. 1. Rhet cap. 1. num. 7

Iudex debet quodammodo fungi munere argentarij. Nam ſicut argentarij debent diſtinguere argentum verum ab adulterinò, ſic iudices debent diſtinguere iuſtum verum à falſo. To. 1, pag. 753. lib. 1 Rhet. cap. 1, num. 3.

Iudex eſt quoddam iuſtum animatum, ad quod confugiunt litigantes. Tom. 2, pag. 32, lib. 5 Ethic cap. 4 num. 3.

Iudex vt iudex eſt medium, cui dum conformantur, æquantur inæqualia, & iuſtantur iniuſta, & ideo vocatur etiam mediator. Ibid.

Iudex dicitur, quia diuidit quodammodo bifariam, & ponit æquale. Ibid. pagin. 113 num 5.

Examinatur, vtrum expediat, vt iudices aliquando proferant ſententiam cum diſtinctione, partim abſoluendo, partim condemnando, vt ſtatuit Hippodamus in ſua Republica. Tom. 2, pagin. 564. lib. 2. Polit. cap. 6. num 2, 5.

In Republica Lacedæmonica erat inconueniens, vt iudices cum eſſent homines vulgares, haberent poteſtatem iudicandi ex propria ſententia, & vtilius eſſet, vt tenerentur iudicare ſecundum leges Tom. 2, pagin. 571, lib. 2. Politicorum, cap. 7, num. 6.

Solon ſtatuit, vt in Republica Athenienſi iudices ſorte eligerentur ex populo: Pericles Salaria iudicibus ſtatuit. Neceſſe autem eſt, ne populus ſit diuitum, & nobilium ſeruus, vt habeat poteſtate creandi magiſtratus, & eorum delicta in iudicijs puniendi. Tom. 2, pagin. 581, lib. 2. Ethicorum, capit. 10, numer. 2. 3. 4.

Melius eſt, vt dominetur lex, quā vt dominetur homo, ſed lex, vt ſit prudēs, debet ſtatuere, vt iudices definiant, quæ per lege

expe-

dire non possunt, & vt per æquitatem naturalem legem corrigant in ijs, in quibus lex deficit. Tom. 2, pag. 622, lib. 3. Polit. capit. 2 num 3.

Iudices sunt pars necessaria ciuitatis. Nam sicut anima, quæ continet corpus, magis est pars hominis, quam reliquæ, sic iudices, qui continent reliquas partes ciuitatis, magis sunt pars ciuitatis, quam qui continentur. Tom. 2, pagin. 634, lib. 3. Polit. cap. 4, num. 5.

Frustra exercentur iudicia, nisi executioni mandentur quæ fuerint in iudicijs decreta, ideoque est summè necessarius magistratus, qui versetur circa executionem iudiciorum. Tom 2, pag. 727, lib. 6. Polit. capit. 8. num. 7

Iudex debet ponere æqualitatem inter accusatorem, & reum Tom. 5. pagin. 729, sect. 29 probl. num. 12.

Quare apud iudicē reo detur locus dexter, accusatori sinister. Ibid.

Quare si in iudicijs tot iudicum suffragia ferantur pro accusatore, quot pro reo, reus absoluatur, & ex iudicio abeat victor. Ibidem pag. 730, num. 13, & pagin. 733, nu. 15.

Vide Iudicia.

IVDICIA, Genus iudiciale. In iudicijs deberet oratoribus interdici excitatio affectuum, sicut interdicebatur in areopago. Tom. 1, pag. 684. lib. 1. Rhetor. capit. 1. num 5. 9.

Excitatio affectuum magis vtilis est in iudicijs, quam in deliberationibus, quia iudices iudicant de alienis, deliberantes iudicant de proprijs. Ibid. pag. 686, numer. 9.

Generis iudicialis duæ sunt partes, accusatio, ac defensio. Finis est, vt ostendat id, de quo est iudicandum, esse iustum, vel iniustum, ac genus iudiciale respicit tēpus præteritum. Tom. 1, pagin. 699, lib. 1. Rhet. cap. 3, num. 2. 3. 4.

Quot sint genera iudiciorum. Tom. 2. pag. 663, lib. 4. polit. cap. 16. num. 1, 3.

Quot sint modi constituendi iudices, & quinam modi sint singulis politijs accommodati. Ibid. pag. 664, num 4, 5.

Iudices iurabant se mente optima iudicaturos: ad iudicandum autem mente optima iudicandum est non solum ex necessarijs, sed ex verisimilioribus. tom. 2, pagin. 828, lib. 2. Rhetoric. capit. 26, num 5.

In Democratia omnes iudicant de omnibus, vel de plurimis, vel de præcipuis, puta de ijs, qui reddunt rationem gestorum, de spectantibus ad Rempublicam, & etiam de priuatis contractibus. To. 2, pag. 714. lib. 6. Polit. cap. 3, num 3.

In oligarchijs diuites compelluntur in iudicijs adesse, proposita pœna, si non adsint: in democratijs pauperes compelluntur adesse, proposita mercede, si adsint. tom. 2, pag. 637, lib. 4. Politicorum, capit. 14. num. 11.

Sicut facilius corrumpitur parum aquæ, quam multum, sic facilius corrumpitur vnus iudex, quam multi: ideo vtile est, vt iudices sint multi. To. 2, pag. 619, lib. 3. Polit. cap. 11, num. 10.

Ad recte iudicandum requiritur, vt iudices bene cognoscant ciues, de quibus debent iudicare. Tom. 2, pag. 741. lib. 7. Polit. cap. 4, num. 7.

Vide iudex, ius, iustitia.

IVDICIVM intellectus. Iudicium est secunda operatio intellectus, in qua datur veritas, & falsitas, quia in illa datur quædam compositio conceptuum, per quam ex pluribus fit vnum. Explicatur. tom. 4, pagin 310, lib. 3 de anima, capit. 5, numer. 1. 6.

IVGALE, seu claues dicuntur ossa per humeros transuersa ad modum crucis. tom. 3, pag. 771, lib. 3. de Histor. anim. cap. 7, num. 3.

IVGVLARIÆ venæ. Venæ vbi primum in iugulo incipiunt in plures ramos versus latera, & humeros deduci, vocantur iugulares, quia ibi venas scindendo animalia iugulantur. Siquis venas iugulares extrinsecus comprimat, animalia licet non suffocentur, tamen sensibus priuata concidunt, quia intercipiuntur spiritus. Tom. 3, pag. 766, lib. 3. de Histor. animal. cap. 5, num. 13.

IVGVLVM est pars communis collo, ac pectori; siquidem per iugulum collum connectitur pectori. Tom 3, pag. 715, lib. 1. de Hist. anim. cap. 14, num. 2.

IVGVM aliquando sumitur pro ligno oblongo, ac tereti, in quo textores auxilio collopum, seu stangularum telas obuoluunt. Tom. 4. pagin. 738. lib. Quæst. mechan. qu. 13. num. 1.

Circa idem iugum maiores collopes facilius mouent, quia habent vim maiorum vectium. Ibid. num. 1. 2.

IVLIÆ pisces. Iuliæ, seu Iulides recensentur inter pisces gregales Tom. 3, pagin.

915. lib. 9. de Hiſtor animalium, capit. 2. num. 1.

IVLI. Vermes quidam pedibus præditi vocantur iuli, & ſunt inſecta pennis carentia. Tom. 3, pagin. 790, lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 1, num. 5.

In vermibus quibuſdam multipedibus, & gracilibus, quæ diuiſa viuunt, pars, quæ eſt principium ſenſus, eſt multiplex, & diuiſibilis in plures partes, quæ poſſunt ita diuidi, vt omnes ſeparatæ retineant ſenſum. Tom. 4. pag. 135, lib. 4. de partib. anim. cap. 5, num. 37.

Ex inſectis iuli quia corpus habent oblongum, & frigidum, plures habent pedes, quia cum propter frigiditatem ſint tardi ad motum, debuerunt adiuuari numero pedum. Tom. 4, pag. 137, lib. 4. de part. animal. capit. 6, num. 3.

IVMENTA. Iumentorum ſpecies ſunt equus, aſinus, mulus, ginnus, hinnus, mulæ ſyriæ. Tom. 3, pag. 707. lib. 1. de Hiſtor. animal. cap. 6, num. 7.

Iumenta non creſcunt ſecundum partem inferiorem, quæ ab vngula protenditur ad clunes, ſed ſolum ſecundum partem ſuperiorem, hoc eſt ſecundum truncum, & quia truncus creſcit etiam profunditate, euadunt altiora, licet crura non euaſerint longiora. Tom. 3 pag. 734, lib. 2 de Hiſtor. anim, cap 1, num 33.

Iumenta quo plus bibunt, eo magis appetũt cibum, & quominus potum detrectant, eo facilius pinguescunt. Farrago, qua vtuntur iumenta, cum multo ſuccò eſt turgida, facit, vt acquirant pilum læuiorem. Tom. 3, pag. 952, lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 8. num. 1.

Si aliquod iumentum minxerit in aliquo loco, omnia iumenta, quæ tranſeunt per illum, olfacientia vrinam, mingunt in eodem loco, quia olfactu vrinæ excitatur in ijs appetitus mingendi. Ad excitandum verò appetitum mingendi, iumentis vtpote obtuſioribus nõ ſolet ſufficere aſpectus vrinæ, ſed ſolet requiri eiuſdem olfactus. Tom 5. pag. 512, ſect. 7. prob. num. 2.

Iumenta non laborant calculis, quia habent amplos meatus, tum per quos vrina ex renibus deſcendit ad veſicam, tum per quos ex veſica foras emittitur. To. 5. pag. 539, ſect. 10. prob. num. 42.

Iumenta non ſolent ructare, quia ventrem habent valde ſiccum, qui proinde abſumit humorem: ructus autem causatur ex humore flatu inflato, & per os egrediente. Eadem iumenta ſæpe emittunt crepitus per aluum, quia cum habeant collum valde longum, flatuoſitates, quæ non poſſunt egredi per collum, egrediuntur per anum. Ibidem pag. 539, num. 43.

IVNCO auis. Iunco, ſeu iuncus eſt auis, quæ græcè dicitur ſchoenilo, & quærit victum circa lacus, & fluuios. Tom. 3, pagin. 947, lib. 8. de Hiſtor. anim cap. 3 num. 7.

Iunco, græcè ſchœnilus, ſeu ſcœnio eſt auis amica Alaudæ. Tom. 3, pagin. 984, lib. 9. de Hiſt. anim. cap 1. num. 24.

IVNCTVRÆ. Animalia non poſſunt mouere membra, niſi circa iuncturas, quibus vtuntur vt centris motuum. Membra verò coniuncta per iuncturas ſunt in potentia ad hoc, vt ſint vnum membrum, vel plura membra, & in iuncturis poteſt deſignari pars mota, & pars quieſcens. Tom. 4, pag. 418, lib de motu anim. cap. 1, num. 4. 5, & pagin. 432. cap. 6, num. 2. 3.

Membra organica cõiunguntur per iuncturas, quæ ſunt finis vnius partis, & principium alterius, ideoque natura vtitur iũctura vt vna parte, & duabus. Tom. 4, pag. 431, lib. de motu anim. cap. 6, nu. 2. 3.

Oſtenditur virtutem motiuam animalium non eſſe primo in iuncturis. Ibidem pag. 433. num. 4.

IVNIORES. Vide iuuenes.

IVPITER. Homerus Iouem Regem hominum, ac Deorũ vocat Patrem hominũ, ac Deorũ, quia poteſtas paterna eſt quodãmodo eadem, ac regia. Tom. 2, pag. 538, lib. 1. Polit. cap. 8. num. 3.

In Caria colebatur Iupiter hoploſmius, & quid acciderit cuidam ipſius ſacerdoti. Tom. 4. pag. 100, lib. 3. de part. anim. cap. 10, num. 6.

Antiqui in ſuis fabulis non tribuunt regnum primis principijs, ſed Ioui, quem putant genitum ex primis principijs, quia exiſtimarunt optimum, & pulcherrimum non conuenire primis principijs. Tom. 5, pag. 407. lib. 14 metaph. cap 6. num. 3.

IVRAMENTVM. Quo pacto orator debeat vti probatione ex iuramento, ſeu alius offerat, ſeu offerratur, ſeu accepiet, ſeu recuſet. Tom. 1, pag 755, lib. 1. Rhet. cap. 15, à num. 17, vſque ad finem.

Xenophanes dixit, quod non eſt æqualis prouocatio, cum impius pium prouocat ad iurandum, quia impius eſt paratus iurare tum verum, tum falſum, pius eſt paratus ſolum iurare verum, ideoque pius

po-

poteſt iuramentum non acceptare. Ibid. num.19.

Videtur indignum, vt prouocatus ad iurandum nolit iurare de re, de qua dignum exiſtimat, vt iudices iurati ſententiam proferant. Ibidem pag.756 num.21.

In oligarchijs aliqui iurabant: *populum malè habebo, & conſilijs eritis, vt malè habeat.* Debuiſſent potius iurare: *non afficiam populum iniurijs.* Tom. 2, pag. 691, lib.5. Polit. cap.9.num 6.

Iuramentum debet fieri per honorabiliſſimum, & antiquiſſimum, ideoque Poetæ dicentes Deos iurare per aquam ſtygiam inſinuarunt aquam eſſe primum principium entium. Tom.5.pag.13,lib.1. metaph.cap.3.num.6.

IVS aliud eſt naturale, aliud poſitiuum. Ius naturale eſt, quod quia pendet ex ipſa natura, non autem ex decreto, vel opinione hominum, vbique gentium habet eamdem vim obligandi, ideoque eſt vbique ſeruandum. Ius poſitiuum, ſeu legitimum eſt, quod quia non pendet ex ipſa natura, ſed ex decreto, & opinione hominũ non eſt vbique ſeruandũ, imo tale eſt, vt antequam quidquã ſanciatur, nihil referat, vtrum operemur ſic, vel ſic, poſtquam verò fuit ſancitum, refert. Tom 2 pag.142. lib.5.Ethic. cap.7.num.1. 2, & 3. pag.343. lib.1. mag.mor. cap.31. num.9.

Oſtenditur dari ius naturale. Ibidem pagina 143, num.3,4, & Tom.1, pagin.747, lib.1. Rhet.cap.13.nu,2.

Quo pacto ius naturale diſcerni poſſit à poſitiuo. Ibid.Tom.2.pag,143.num.5. 6. & pag.343. num.9.

Vide iuſtitia, iuſtum, lex.

IVSIVRANDVM. Vide iuramentum.

IVSTITIA, & iniuſtitia, iuſtum, iniuſtum, iuſtus iniuſtus. Iuſtitia eſt virtus, per quam ſinguli habent, quæ ſua ſunt ſecundum legem. Iniuſtitia eſt per quam quis habet aliena, & non ſecundum legem. Tom.2.pagin.725.lib.1.Rhetoric. capit.9, num,5.

Nomine iuſtitiæ homines intelligunt habitũ, per quem habens diſponitur ad iuſta gerenda: nomine iniuſtitiæ intelligunt habitum, per quem habens diſponitur ad agenda iniuſta, & iniuſta agit, ac vult. Tom. 2, pagin. 120. lib.5 Ethic. capit 1, num.3.

Ad iuſtitiam requiruntur tria, primo vt ſit habitus inclinans ad facienda iuſta: ſecundo vt non ſolum inclinet, ſed faciat: tertio vt faciat opera iuſta plena, & vniuerſali voluntate, per quam efficaciter velit iuſta agere. Ibidem pagin.120, nu 4.

Iuſtus, & iniuſtus dicuntur multipliciter, ac præſertim duobus modis. Primo iniuſtus dicitur qui violat leges: ſecundo qui ſumit ſibi inæquale, hoc eſt plus de bonis, ac minus de malis, quam ſit æquum. Proportionaliter iuſtus primo dicitur qui legibus obtemperat: ſecundo qui eſt æqualis, eo quod neque de bonis ſumat ſibi plus, neque de malis minus. Ibidem pagin.121,num 9.

Iniuſtus ſumit ſibi plus de bonis, non quidẽ honeſtis, ſed ex ijs, in quibus conſiſtit proſpera, & aduerſa fortuna, puta ex diuitijs. Ibid.pag 121,num.10.11.

Legaliter iuſtus eſt, qui agit ſecundum legem: legaliter iniuſtus eſt, qui transgreſſor eſt legis. Ibidem pag.122.nu.12.

Iuſtitia legalis eſt virtus quædam perfectiſſima, & vniuerſalis, & continens omnes virtutes, ſiquidem lex præcipit actus omnium virtutum. Ibid.pag.122,num.13,14, 15, 16, 17.

Iuſtitia legalis differt à virtute vniuerſali ſolum ratione. Nam idem habitus in quãtum eſt perfectio habentis, & reddit illum bonum, dicitur virtus; in quantum eſt ad alterum, & intendit bonum commune, dicitur iuſtitia legalis. Ibidem pag.123 num.17.

Obiectum iuſtitiæ legalis eſt legitimum, hoc eſt quod eſt ſecundum legem. Ibid. pag.122, num.13.

Oſtenditur, quod præter iuſtitiam, & iniuſtitiam legalem datur iuſtitia, & iniuſtitia particularis. Tom.2, pag.124, lib 5.Ethic. cap.2, num.1.2.3,4,5.

Iuſtitia legalis, & particularis conueniunt in hoc, quod ſunt ad alterum, differunt, quod particularis verſatur circa materiã particularem, hoc eſt circa ea, quæ ſunt ſua vniuſcuiuſque, iuſtitia legalis verſatur circa materiam vniuerſalem. Ibidem pag.125. num.5.

Iuſtitia particularis diuiditur in diſtributiuam, & commutatiuam. Diſtributiua eſt, quæ iuſtè diſtribuit bona, & onera communia inter eos, qui in eadem ſocietate ciuili verſantur. Commutatiua eſt, quæ ponit rectitudinem in contractibus, & commutationibus, per quas aliquid ex vno transfertur ad alium, & vniuerſim in actionibus, per quas alter agit, alter pa-

patitur. Ibidem pagin. 126. num. 11, 12.
Iuſtitia commutatiua verſatur tum circa commutationes voluntarias emptionis, venditionis &c, tum circa inuoluntarias cædis, furti, rapinæ &c. Ibid. pagin. 127, num. 13.
Oſtenditur, quod iuſtum intentum à iuſtitia diſtributiua eſt quoddam æquale, ac medium, & quo pacto ſumatur medium iuſtitiæ diſtributiuæ. Tom. 2, pag. 127, lib. 5. Ethic. cap. 3. num 1, 2.
Ad iuſtum diſtributiuum æqualibus debent æqualia diſtribui, inæqualibus inæqualia ſecundum proportionem dignitatis. Ibid. pag. 128, nu. 2. 3. 4.
Iuſtum intentum à iuſtitia diſtributiua conſiſtit in quadam æqualitate proportionalitatis, non arithmeticæ, ſed geometricæ. Ibidem pagin. 130, num. 9, 10. 11.
Iuſtum intentum à iuſtitia commutatiua conſiſtit in æqualitate arithmetica: iuſtum intentum à iuſtitia diſtributiua conſiſtit in æqualitate geometrica. Explicatur. Tom. 2. pagin. 131, lib. 5. Ethicor. cap 4, num. 1. 2.
Iuſtum commutatiuum conſiſtit in quadam æqualitate, iniuſtum in quadam inæqualitate inter damnum, & lucrum. Ibidem pag. 132, num. 3.
Quod ſit medium iuſtitiæ commutatiuæ, & quo pacto differat à medio iuſtitiæ diſtributiuæ, Ibidem pag. 133 nu, 4. 5
Iuſtum dicitur ex eo, quod diuidat bifariam, & ſic ſumat æquale. Ibidem pagin, 133. num. 5.
Iuſtum iuſtitiæ diſtributiuæ non conſiſtit in talione. Tom. 2, pag. 134, lib. 5. Ethic. capit. 5, num. 2.
Iuſtum iuſtitiæ vindicatiuæ non ſemper cõſiſtit in talione. Ibidem pagin. 135. numer. 3.
Iuſtum in commutationibus quo pacto cõſiſtat in talione. Ibid. pagin. 135, numer. 4, 5, 6.
Quo pacto iuſtitia ſit mediocritas, iniuſtitia ſit ſimul exceſſus, ac defectus. Ibid. pagin. 139, num. 12. 13. 14.
Afferuntur definitiones iuſtitiæ, & iniuſtitiæ. Ibid. pagin. 139. num. 13.
Quodnam ſit iuſtum ſimpliciter, ſeu ciuile, & quodnam ſit iuſtum ſecundum quid, ſeu hærile, paternum, & oeconomicum. Tom. 2, pag. 140, lib. 5. Ethic. cap. 6. per totum.
Oſtenditur, quod ad hoc, vt quis ſit ſimpliciter iuſtus, vel iniuſtus, debet facere iuſta, vel iniuſta voluntariè, ex electione, & ex plena deliberatione. Tom. 2, pagin. 344, lib. 5 Ethic. cap. 8. per totum.
Vtrum in diſtributionibus ſit iniuſtus qui inæqualiter diſtribuit, an qui plus accipit. Tom. 2, pag. 149, lib. 5. Ethic. capit. 9. num. 11. 12. 13. 14.
An, & quo pacto iuſtitia differat ab æquitate, & æquum à iuſto. Tom. 2, pag. 152 lib. 5. Ethic. cap. 10, per totum.
Quo pacto inter rationem, & appetitum detur iuſtitia quædam, & iniuſtitia metaphorica. Tom. 2, pag. 154, lib. 5. Ethic. cap. 11. num. 12.
Ad iuſtitiam ſpectat vnicuique tribuere æquum etiam in familiaribus colloquijs, agendo cum vtroque ſecundum dignitatem. Tom 2. pagin. 335, lib 2. mag. mor. cap. 3, num. 1. 2.
Iniuſtitia non poteſt coniungi cum prudentia. To. 2, pagin. 335, lib. 2. mag. mor. cap. 4, num 3, 4.
Cum quis non poteſt aliter agere, ideoque non agit ex electione non poteſt eſſe iuſtus. Ibid. pag. 336, num. 5.
Iuſtitia definitur à Pythagora *numerus pariter par*. Tom. 2, pag. 309, lib. 1, mag mor. cap 1, num. 1.
Iuſtum legale eſt, quod lex iubet: & quia lex iubet actus omnium virtutum, ideo iuſtum legale continet actus omnium virtutum. Tom 2, pag. 339, lib 1, mag. mor cap. 31. num. 2.
Iuſtum ad alterum, quod intendit iuſtitia particularis, eſt æquale, iniuſtum eſt inæquale. Ibidem pagin. 340, nu. 4.
Quodnam ſit iuſtum proportionale, quod intendit iuſtitia diſtributiua. Ibidem pagin. 341, num. 5. 6.
Quodnam ſit iuſtum talionis, quod intenditur à iuſtitia vindicatiua. Ibidem pagin. 341, num. 7.
Quodnam ſit iuſtum deſpoticum, familiare, & ciuile. Ibidem pagin. 342, numer. 8.
Quid requiratur ad hoc, vt agamus iuſta, vel iniuſta. Ibidem pagin 344, num. 10, 11, 12.
Aſſignantur plures ſpecies iuſtorum. Tom. 1, pagin. 749, lib 1. Rhetoricorum, cap. 13, num. 8
Iuſtum ſimpliciter eſt, vt in diſtributionibus bonorum communium habeatur ratio dignitatis ſimpliciter, quæ deſumitur in ordine ad finem ciuitatis, qui finis eſt bene, beatèque viuere. Tom. 2, pagin. 601, lib.

lib.3.Polit. cap 6, num.4.5.6.7.
Qui habent corpora proportionata, & cõmenſurata, ſunt iuſti, ac fortes Tom. 4. pagin. 815, lib. phyogn. cap.10, num. 61.
Iuſtitiam maximè laudamus in pauperibus, quia per illam abſtinent à pecunijs, quibus maximè indigent. Tom.5,pagin.724, ſect.28. probl. nu,4.
Cenſetur actus maioris iuſtitiæ opem ferre defunctis, quam viuis, quia defuncti ſibi amplius prouidere non poſſunt. Tom. 5. pagin 729, ſect.29. prob. num 9,
IVVENCÆ. Vide Bos.
IVVENES, iuuentus. Fortitudo, & intemperantia ſunt magis neceſſariæ, ac magis eligibiles tempore iuuenturis,quam tempore ſenecturis, quia labores bellici, ad quos neceſſaria eſt fortitudo, ſpectant ad iuuenes, & magis ſolent concuti concupiſcentijs ideoque magis indigent temperantia ad illas refrænandas. Tom. 1, pag. 432, lib.3 Top. cap 2,num.7.
Iuuenes ſunt cupidi, iracundi, ſtudioſi honoris, ac victoriæ, ſimplices, credulí bonæ ſpei pleni,ac velut temulenti. Tom.2. pag.791, lib. 2. Rhetor. capit. 12, num. 2. 3, 4, 5.
Iuuenes viuunt ſpe: ſunt fortes, verecundi, ac magnanimi: eligunt potius honeſta, quam vtilia; & ſupra cæteros ſtudioſi ſunt amicorum, & ſodalium,Ibidem pag. 791.num.6,7,8,9,10.
Iuuenes in omnibus peccant per exceſſum: ſunt contumelioſi, miſericordes,amantes ludi, & riſus. Ibid. pag.792,nu.11,12.13,14.
Mores iuuenum ſunt contrarij moribus ſenum. Tom.1 pagin.792, lib.2. Rhet. cap. 13,num 1.
Iuuenes moribus, hoc eſt qui viuunt ſecundum paſſiones, non ſunt idonei auditores moralis. Tom.2,pag.7, lib.1.Ethic.cap.3, num.3.4.
Iuuenes propter motum ſpirituum diſponuntur vt vinolenti, ideoque magis indigent voluptatibus tamquam medicinis doloris. Tom. 2, pag. 218, lib. 7. Ethic. cap.14.nu.10.
Iuuenes inire ſolent amicitias propter iucunditatem, quia magis ducũntur paſſione, & affectu, quæ feruntur ad bonum præſens iucundum, quam electione, quæ fertur ad bonum futurum vtile. Tom.2. pag.224, lib.8.Ethic.cap.3,num.5.
Iuuenes facile mutant amicitias, quia amant non ſecundum electionem, ſed ſecundum concupiſcentiam delectationis, quæ eſt admodum varia. Cum autem ſunt amici alicui, toto die volunt conuerſari cum illo, quia cum amant propter iucunditatem,toto die volunt frui illa iucunditate. Ibid.
Nimis iuuenes ſæpius generant fœminas, quam mares, quia in nimis iuuenibus calor adhuc non eſt perfectus, fœminæ autem oriuntur ex defectu caloris. Tom. 4, pag.598. lib. 4. de Gener. animal.cap. 2,num. 1.
Iuuenes ſæpius, quam ſenes laborant in oculis morbo luſciositatis, quia luſcioſitas oritur ex abundantia humoris, iuuenes autem cerebrum habent humidius,quam ſenes. Ex oppoſita ratione ſenes magis, quam iuuenes laborant morbo glaucomatis, qui oritur ex nimia ſiccitate. Tom.4,pag. 638. lib. 5. de Gener.animal. cap. 1, num. 19
Iuuentus eſt vigor caloris vitalis, eo quod humidum, quo calor vitalis nutritur, adhuc abundet To.4. pag.679, lib.de iuu & ſen. cap.3, num.1.
Iuuentus eſt *primæ refrigerabilis particulæ augmentatio:* hoc eſt iuuentus eſt ætas, qua anima ſenſitiua ita eſt in ea parte corporis, in qua primo eſt calor vitalis, adeoque indiget refrigeratione, quæ pars eſt cor, vel aliquid proportionale cordi, vt ſit apta nata corpus viuentis, & eius vires ſenſibiliter augere. Tom. 4, pagin. 703, lib. de Iuuent. & ſenect. capit. 14, num.9.
Pulſus eſt validior in iunioribus, quia iuniores vtpote calidiores ſuo calore magis ſanguinem rarefaciunt, eumque efficiunt ſpumoſiorem, & magis vaporoſum, qui proinde magis ebullit, & causat pulſum validiorem. Tom.4. pag. 707. lib. de Iuu. & ſen. cap.15, num.5.
Temperantiam maximè laudamus in iuuenibus, ac diuitibus, quia per temperantiam abſtinent à voluptatibus, quibus maximè indigent. Tom.5 pagin. 724,ſect. 28. probl.num.4.
Quare iuuenes facilius addiſcant, quam ſenes, ſenes mente, & prudentia magis valeant, quam iuuenes.Tom.5.pagin.712, ſect. 10. prob. num.4.
Iuuenes facilius addiſcunt,quam ſenes,quia cum pauca ſciant, & mens ſit finitæ capacitatis, facilius alia capiunt. Ibidem num.4.
IVVENVM educatio. Oſtenditur iuuentutẽ diſciplinis publica cura eſſe inſtituendam

Tom 2,pag.772, lib.8. polit.cap.2,per totum.

Iuuenes disciplinis liberalibus, & quousque sint instituendi.Ibid.pag.774,cap.2. num. 1. 2 3.

Propter quem finem, & quo pacto iuuenes sint instituendi quatuor disciplinis, nimirum grammatica,gymnastica,musica, & figuratiua,seu delineatiua.Ibidem pag. 774,cap.3. per totum.

Propter quem finem, & quomodo iuuenes instituendi sint in musica, & sonatoria, & quibus instrumentis, harmonijs, & rhythmis sit vtendum.Tom.2, pagin.778, lib.8. polit. cap.5,6,7, per tota.

IYNGES est auis minor, quam fringilla, ac vario colore est prædita. Linguam habet similem linguæ serpentium, eamque pro arbitratu quatuor digitis extra os porrigit, ac deinde retrahit intra rostrum, & reliquo corpore immoto, collum conuertit retro, vt serpentes. Magnos habet vngues, ac similes vnguibus monedularum. Vocem emittit stridulam. Tom. 3, pag.742, lib. 2.de Histor. animal. cap 12, num 2.

L

ABOR. Post laborem solemus somno corripi, quia per laborē liquefiunt quædam partes, ex quibus deinde eleuantur vapores soporiferi Tom.4, pagin. 395, lib.de somno,& vig.cap.4. nu.9.

Mares laboriosi citius senescunt, quia labor exiccat humidum, adeoque causat senectutem, quæ est quædam exiccatio. Tom. 4, pagin. 670. lib. de longit. vitæ, cap.3, num.13.

Magis diligimus bona, quæ nobis facimus cum labore, quam bona, quæ sine labore accipimus: & quia matres filios cum maiori labore suscepernnt, quam patres, ideo matres filios magis diligunt, quam patres. Tom.2.pagin.264, lib 9.Ethic.cap. 7. num 9.

Pueri vsque ad pubertatem non sunt immodicis laboribus exercendi, ne corpora impediantur crescere. Immodici enim labores impediunt, ne corpora crescant. Tom. 2. pagin 778, lib. 8. Politic.cap. 4. num. 2

Cauendum est, ne iuuenes simul ad labores mentis, & corporis incumbant, cum labores corporis,ac mentis se mutuo impediant. Ibidem.

Quare qui laborant, cum defliterint à labore, sudare incipiunt. Tom. 5, pagin.466, sect.2. prob. num.20,23.

Cum laboramus, venæ spiritu inflantur, ac interius dilatantur, exterius contrahuntur, ac pori fiunt minores, ideoque sudor non potest effluere.Ibidem num.20,23.

Quare qui laboribus præsertim gymnasticis exercentur, minus possint potare vsque ad ebrietatem, ac difficilius leuentur vino. Tom. 5, pagin. 480, sect. 3. problem. num.15.

Qui laboribus exercentur, habent corpora sicca, & siticulosa, ac parum emittunt vrinæ. Ibid.num.15.

Longæ ambulationes per loca æqualia sunt magis laboriosæ, quam per loca inæqualia, quia semper laborant eædem partes corporis Tom.5, pagin.495, sect.5. prob. num. 1.

In ijs, qui laborant, absumitur pinguedo, quia calore liquefit,&quia pinguedo præsertim est in ventre, labore autem extenuatur venter. Ibidem 3.4.

Labor liquefacit, & colliquamentum iunctaris se insinuans causat lassitudinem. Ibidem pag.496,num 7.8.

Quare post laborem non statim esuriamus. Ibidem pagin 506,num.30.

In aliquibus propter nimium laborem nascuntur tubercula,& vlcera,quia prodeūtibus humoribus subtilibus, excrementa crassa, quæ prodire non possunt, causant tumores, & vlcera. Ibidem pagin.505, num.27

Quare tum in ijs, qui labore lassescunt, tum in ijs, qui tabo consumuntur, semen genitale in somnijs effluat. Ibidem pag 506, numer. 31.

Quare labor corporis oculis nocumentum afferat, & visum imminuat. Tom. 5, pag. 752. sect 31. probl. num.24.

LABRA, Labia. Sub naso dantur duo labra, seu labia,quæ cōstant ex carne facile mobili Tom.3, pag.713,lib.1. de Hist. anim. cap.11,num.7.

In animalibus sanguineis, ac dentatis, sub naribus constituta sunt labra. Aues, quæ carent dentibus,carent etiam labris,quippe quæ data sunt in præsidium dentium. Tom. 4, pag.72, lib 2. de part.anim.cap. 16. num.6.

Quia labra data sunt in præsidium dentium, animalia,quæ habent dentes perfectos,& bene formatos, habent etiam labra per-

se.

Digitized by Google

fecta, & bene formata : quæ habent dentes imperfectos, habent etiam labra imperfecta. Ibid.

Natura dedit homini labra mollia, & carnosa, ac diuersa à labris aliorum animaliũ, tum ad tutelam dentium, tum ad vsum formandi, & articulandi sermonem. Ibid.

Si homo non haberet labra humida, & ad motum agilia, non posset exprimere magnam partem literarum. Ibidem pag. 72, num. 7.

Ex accensione spirituum oritur, vt inferius labrum hominis irati tremat, & concutiatur. Tom. 5. pagin. 500 sect. 5. probl. num. 15. & pag. 721. sect. 27. nu 6.

In timentibus tremit labrum inferius, quia calor deserit partes superiores, & descendit ad inferiores. Tom. 5, pag. 721, sect. 27. prob. num. 6.

Molestior est titillatio labrorum, quam aliarum partium capitis, quia labra sunt magis carnosa, & magis mobilia, atque ad sentiendum magis apta. Tom. 5, pagin. 773. sect. 35. probl num. 7.

Labrum superius eleuatum est signum contumelioſi. Tom. 4, pag 708, lib. Physiogn. capit 6, num. 16.

Qui habent labia subtilia, & in extremis collabijs, vbi coniunguntur, mutuo relaxata, ita vt labium superius propendeat ad inferius, sunt magnanimi, quia habent labia similia labijs leonum. tom. 4, pagin. 807, lib. Physiogn. capit. 7, numer. 19.

LAC, Lactantes. Lac est terreum simul & aqueum, sed magis terreum, ac concrescit calore, sed addito coagulo. Serum est pars aquea lactis : quod verò coagulatur in caseum, est pars terrea lactis. Separatur autem serum à lacte, vel moderato calore lac decoquendo, vel addendo coagulum. Si verò datur aliquod lac, ex quo non fiat caseus, tale lac est magis aqueũ, quam terreum, & est parum aptum ad nutriendum. Tom. 3, pag. 671, lib. 4. meteor. cap. 7, num. 12.

Lac est humor postgenitus, quia generatur in animali postquam est genitum, & ordinatur ad prolem nutriendam. Tom. 3. pag. 786, lib. 3. de Histor. animal. cap. 20, num. 3.

Pisces, & aues carent lacte, & mammis. Ibid. pag. 786. num. 4,

Animalia lac habentia continent illud in mammis. Omne lac habet duas partes, serum nimirum aquosum, & caseum terreum. Lac animalium non vtrimque dentatorum non coit. Lac frigore non coit, sed calore. Ibid. pag. 786, nu. 4. 5.

Vt plurimum animalia lac non habent, antequam conceperint : aliquando tamen effluxit ex ijs, quæ non conceperunt, & in monte oeta elicitur ex capris, quæ coitum non patiuntur. Ibidem pag. 786, numer. 6.

Aliquando accidit, vt etiam mares, habuerint lac. Ibid.

Lac cogitur, & coagulatur, tum succo fici, tum coagulo. Ibid. pagin. 787. nu m. 8.

Explicantur alia quædam circa lac. Ibidem pagin. 787. num 7, & pagin. 788. capit. 21. num. 2.

Plus, aut minus lactis ex animalibus emulgetur, vel ex eo, quod sint maiora, aut minora, vel ex eo, quod meliore, vel deteriore pabulo vtuntur. Ibid pag. 788, numer. 2.

Pabuli duplex est genus : ex alio in animalibus eo pabulo vtentibus lac minuitur, vt ab herba, quæ dicitur medica, quæ lac imminuit præsertim in animalibus ruminantibus ; ex alio lac augetur, quale est cytisus, quem vocant trifolium. Quædam etiam flatuosa, vt fabæ copiam lactis faciunt. Signum plurimi lactis est, cum vbera ante tempus pariendi distenduntur. Vniuersim animalia ruminantia multum habent lactis. Ibidem pag. 788. num. 3.

Boues apud Toronam paucis ante partum diebus lacte carent, reliquo tempore habent lac. Ibid.

Lac liuidius est melius ad infantes alendos, quam lac vsquequaque candidum. Rursus lac mulierum fuscarum est salubrius lacte candidarum. Maximè nutrit lac illud, quod plurimum habet casei, sed salubrius infantibus est lac, quod minus habet casei. Ibidem pag. 789, num. 4.

Canes triginta circiter ante partum diebus incipiunt lac habere. Lac canum statim post partum incipit esse vtile ad filios alendos. Initio est crassum : procedente tempore euadit tenuius. Lac canum crassitudine præstat lacti cæterarum quadrupedum, excepto lacte suillo, & caprino. Tom. 3, pag. 902. lib. 6. de Histor. animal. capit. 20, nu. 5.

Lac boum, quod primum prodit si concrescat, perinde ac lapis durescit. Tom. 3. pagin. 905, lib. 6. de Hist. animalium, cap.

capit. 21, numer. 5.

Lac mulierum ante ſeptimum menſem non eſt vtile, ſed ſimul ac infantes ſunt maturi ad naſcendum, lac incipit eſſe vtile. Primum lac tum mulierum, tum ouium eſt falſum: deinde circa tempus pariendi euadit dulce, & vtile propter concoctionem. Tom 3. pag. 926, lib. 7. de Hiſt. anim. cap. 5, num. 1. & Tom. 4, pagin. 627, lib. 4. de Gener. cap. 8. num. 1.

In mulieribus poſt partum, & poſt purgationes magna lactis copia generatur, ita ut quibuſdam effluat non ſolum ex papillis, ſed ex totis mammis, imo & ex axillis. Si verò humor, qui debet conuerti in lac, non concoquatur, oriuntur quidam globi duri, qui vocantur ſtrumulæ. Tom 3. pag. 933, lib. 7. de Hiſtor. animal. cap. 11, num. 1.

Mulieribus tandiu lac durat, quoad iterum concipiant: poſtquam conceperint, lac ceſſat, non ſolum in mulieribus, ſed in quadrudibus viuiparis. Vt plurimum cum lac emanat, ceſſant purgationes mẽſtruæ, quia cum humor erumpit per alias partes, non ſolet erumpere per vterum. Ibidem pagin. 933. num 2. & tom. 4, pag. 629, lib. 4. de Gener anim cap. 8. num. 7.

Natura dat fœminis lac, quia fœtus iam natus, adeoque non amplius trahens ex matre alimentum per vmbilicum, indiget alimento, quod trahat per os. Tom. 4, pagin 627, lib. 4. de Generat. animal. capit. 8. num. 1.

Lac ab initio eſt falſum, quia magna pars excrementi dulcis abſumitur in formatione fœtus, & circa tempus pariendi, cum fœtus eſt formatus, plus ſupereſt alimenti dulcis, quod conuertatur in lac. Ibidem pagin. 627, num. 2.

Lac colligitur in mammis, quia cum in mulieribus grauidis excrementum menſtruum non emittatur foras per purgationes menſtruas, nec abſumatur à fœtu, niſi ſecundum modicam partem, regurgitat, & implet loca vacua, & ſpongioſa, quales ſunt mammæ, in ijſque concoquitur ita, vt euadat alimentum aptum ad nutriendum fœtum. Ibidem pagin. 628, num. 5.

Lac habet naturam excrementi menſtrui, ex quo fœtus generatur, quia animal ex eadem materia, ex qua gignitur, nutritur. Ibid. pag. 629, nu. 6.

Empedocles malè vocauit lac pus album: nam lac eſt ſanguis concoctus: pus autem, ſeu putredo eſt quid contrarium humori concocto. Ibid. pag. 629, num. 7.

Reijcitur Democritus, qui docuit dentes anteriores ideo decidere, quia propter vſum lactis naſcuntur ante tempus debitũ. Tom. 4. pag. 661, lib. 5. de Gener. anim. cap. 8, num. 2. 3. 4.

Licet lactis vſus non ſit cauſa, vt dẽtes præter naturam oriantur ante tempus præſcriptum, tamen calor lactis confert ad hoc, vt dentes citius oriantur, ideoque infantes, qui veſcuntur lacte calidiore, citius emittunt dentes. Ibidem pag 661, num. 5.

Ex inductione aliorum animalium, & ex conſuetudine gentium etiam bellicoſarum patet prima ætate aptiſſimum pueris alimentum eſſe lac. Tom. 2. pag. 769, lib. 7. Polit. capit. 17, num. 1.

Lac licet ſi largè ſumatur, purget, tamen propriè non eſt medicamentum, quia purgat ratione ſolius quantitatis, non autem ratione qualitatis. Tom 5, pagin. 455, ſect. 1. prob. num. 48.

Quare ex capris, & ouibus plus lactis emulgeatur, quam ex hominibus, & bobus. Tom. 5. pagin. 526, ſect. 10. problem. num. 6.

LACTIS coagulum. Vide coagulum.

LACTES. Vide meſenterium.

LACTEA via. Vide Galaxia.

LACEDÆMONES. Lacedæmonum Reſpublica malè conſtituta eſt quoad ſeruos, qui vocantur Ilotes, ideoque ſerui contra dominos ſæpe rebellarunt, & cur. Tom. 2. pag. 568, lib. 2. Polit. cap. 7, num 1.

Lacedæmonum Reſpublica malè conſtituta eſt quoad diſciplinam mulierum, & quare apud eos, cum viri ſint temperantes, mulieres ſint intemperantes, ac diſſolutæ. Ibidem pag. 569, num. 3.

Lacedæmonum Respublica malè conſtituta eſt quoad magiſtratus, & quinam apud illos eſſent magiſtratus. Ibid. pagin. 571. num. 6, 7, 8.

Lacedæmonum Respublica malè etiam cõſtituta eſt quoad publica conuiuia, quoad milites, & quoad ærarium Ibid pag. 573. num. 9. 10, 11.

Lacedæmonum Reſpublica videtur conſtituta ad imitationem Cretenſis, quia Lycurgus Lacedæmonum legislator diu moratus eſt in Creta. Tom. 2, pagin 574, lib. 2. Polit. cap 8, num. 1. 2.

Lacedæmonum Reſpublica quo pacto eſſet tem-

Digitized by Google

temperata ex oligarchia, & democratia. Tom. 2, pag. 645, lib. 4. Politicor. cap. 9, num. 5.

In sola Lacedæmonum ciuitate legislator curam posuit, vt iuuenes rectè educentur. Tom. 2, pag. 303 lib. 10. Ethic. capit. 9. num. 8.

Apud lacedæmones mulieres publicis negotijs se immiscebant, ac multa per mulieres agebantur: & cum Thebani Lacedæmonios sunt aggressi, mulieres magis turbarunt ciuitatem, quam hostes ipsi. Tom. 2. pagin. 569, lib. 2. Politic. cap. 7. num 3.

Ab inito omnes finitimi erant hostes lacedæmonum. Ibid. pag. 568, num 2.

Ex eo, quod in lacedæmonum ciuitate diuitiæ peruenerint ad paucos, ciuium numerus ita est imminutus, vt accepta vna clade, ciuitas non potuerit amplius surgere propter hominum paucitatem. Ibidem pag. 570. num. 5.

Lacedæmones omnia ordinabant ad virtutem militarem, quasi virtus militaris esset tota virtus, & in hoc errabant. Hinc oriebatur, vt tempore belli bene se haberent, tempore autem pacis male se haberent, siquidem nec erant quieti, nec sciebant se exercere in actionibus pacis, quæ meliores sunt actionibus bellicis Ibidem pagin. 574 num. 10.

Lacedæmonum Respublica omnia ad imperium, bellicamque potentiam dixerit, & in hoc errauit Tom. 2, pag. 563, lib. 7 Polit. cap. 14, num. 6, 7 8.

LACERTÆ, ac serpentes abdunt se cauernis subterraneis. Tom. 3, pagin. 700, lib. 1. de Histor. anim. cap. 1, num. 18.

Quadrupedes ouiparæ, quales sunt lacertæ, quo pacto flectant crura. Tom. 3, pag. 727, lib. 2. de Histor. animalium, cap. 13 numer. 8.

Lacertæ conniuent palpebra inferiore, vt aues. Tom. 3. pagin. 742, lib. 2 de Histor. anim. cap. 12. num. 4.

Serpentes similes sunt lacertis, ac differunt à lacertis, quia sunt longiores, & pedibus carent Tom. 3, pagin. 752. lib. 2. de Histor. animal. cap. 17, num. 15.

Serpentes, ac lacertæ habent linguam in summitate bifidam, hoc est duas in partes scissam. Ibidem.

Qualis sit vterus lacertarum. Tom 3, pag. 759, lib. 3. de Histor. animalium, capit. 1, num. 17.

Lacertæ sua ouа terræ gremio committunt, atque ex ijs sponte fœtus excluditur. Nó viuunt vno integro anno, sed solum sex circiter mensibus. Tom. 3, pag. 866, lib. 5. de Hist. animal. cap. 33. nu. 5.

Lacertæ se abscondunt, ac latent quatuor circiter mensibus hyemis acrioris, ac tunc nihil comedunt. Tom. 3, pag. 960 lib. 8. de Hist. animal. cap. 15, nu. 1.

Lacertæ sunt omniuoræ, atque aluntur cibis cuiusliber generis. Tom. 3, pagin. 948, lib. 8. de Histor. animal. cap. 4, numer. 1.

In Arabia lacertæ excedunt longitudinem cubitalem. Tom. 3, pagin. 976. lib. 8. de Histor. anim. capit. 28. nu 8.

Lacertæ se exuunt amictu pellis, quæ vocatur senectus. Tom. 3. pagin. 964. lib. 8. de Hist. anim. cap. 17, num. 4.

Quadrupedes ouiparæ, vt lacertæ carent auriculis, ac loco earum cauernulis, seu meatibus auditorijs sunt præditæ. Tom. 4, pag. 64, lib. 2. de part animal. cap. 12, numer. 2.

Lacertæ ad gustandos sapores linguam habent longam, & bifidam Tom 4. pagin. 74, lib. 2. de partib. animalium, cap. 17, num. 6.

Lacertæ habent pulmonem siccum, & exiguum, cuique parum sanguinis inest, sed aptum ad hoc, vt cum spiritu inflatur, valde intumescat. Tom. 4, pagin. 99, lib. 3. de part. anim. cap. 6, num 7.

Lacertæ habent pedes valde obliquos, ac lateraliter inflexos, quia debent subire cauernas. Tom. 4, pag. 205, lib. de Inc. anim. cap. 16, nu. 6.

Lacertæ habent pulmones, ac respirando aerem accipiunt, ac reddunt, & habent testes intus latentes, & lumbis adhærentes loco renum. Tom. 4, pag. 444, lib. 2. de Generat. anim. cap. 3, num. 3.

LACERTVS brachij Nomine lacerti intelligimus illam partem brachij, quæ ab humeris protenditur vsque ad primam brachij curuaturam. Tom. 3, pagin. 716, lib. 1. de Hist. anim. cap. 15 num. 5.

In lacertis sunt plurimi nerui propter motum. Tom. 3, pagin. 771, lib. 3. de Histor. anim. capit. 5. num. 6.

Lacerti in ea parte, qua coniunguntur humeris, habent concauitatem retrorsum, cubiti antrorsum. Tom. 4, pagin. 200, lib. de Inc. anim. cap. 11. nu 3.

LACERTI pisces Lacerti recensentur inter pisces gregales. Tom. 3, pag. 985, lib. 9. de Hist anim. cap. 2. nu. 1.

LA-

Digitized by Google

LACRYMÆ. Quia vinolenti efficiuntur calidi, & humidi præsertim in capite, fiunt ad lacrymandum procliues. tom. 5, pag. 484. sect. 3. probl. num. 23.

Qui currunt in equis, quo velocius currunt, eo magis lacrymantur, quia & calor causatus per motum, & frigiditas aeris, & ipse aer oculos feriens lacrymas exprimunt. Tom. 5, pag. 499, sect. 5. problem. num. 13. & pag. 507. num. 35.

Lacrymæ sunt quidam sudor, ideoque sunt salsæ sicut sudor: & quia calor habet vim exprimendi sudorem, habet etiam vim exprimendi lacrymas. Ibidem pag. 507, num. 35.

Perfricatio oculorum elicit lacrymas. tom. 5, pag. 747, sect. 31. problematum, num. 1.

Cepa lacrymas exprimit, quia emittit halitus calidos, tenues, & viscosos. Tom. 5. pag. 650, sect 20. probl. num. 22.

Licet lacrymæ, quas emittimus ex mærore, sint calidæ, tamen lacrymæ, quas emittimus ex oculorum ægritudine, sunt frigidæ, quia ægritudines oculorum causantur ex humoribus inconcoctis, adeoque frigidis. tom. 5. pag. 755. sect. 31. probl. num 24.

LACRYMATIO oculorum. Vide lippitudo.

LACTVCA sylvestris. Draco cum fructuum esu est grauatus, exorbet succum lactucæ sylvestris. tom. 3, pag. 990, lib. 9. de Hist. anim. cap. 6 num. 8.

LACVS sunt candidiores non solum mari, sed etiam fluuijs, ideoque pictores non ineptè pingunt lacus albos, flumina pallida, mare cœruleum. Tom. 5. pagin. 671. sect. 23. probl. num. 6.

Lacus vel nullam generant arenam, vel minorem, quam flumina, & maria, quia nec terram radunt, & saxa suo fluxu frangunt, vt flumina, nec tanto impetu scindunt saxa, vt mare. Ibidem pag. 680, num. 33.

Quare cum lacus exiccatur, aut minuitur, frumentum in campo natum acrius soleat vri à gelu, & glacie. Ibid. pagin. 680, num. 34.

Quare lacus, qui vocatur Pæsa, licet habeat aquam dulcem, & potabilem, tamen vestimenta simul lauet, & à sordibus abstergat. Ibidem pag. 682. num. 40.

LÆDVS, quem aliqui vocant celeum, colit flumina, & fruticeta, & est amicus auis, quæ appellatur Ibius. tom. 3, pag. 984, lib. 9. de Histor. anim. cap. 1. num. 24.

LÆTITIA. Cor est principium lætitiæ, ac tristitiæ. Tom. 4, pag. 89 lib. 3. de partib. anim. cap. 4. num. 11.

Calor causat lætitiam: & quia pueri sunt calidiores senibus, ideo sunt lætiores senibus. Tom. 5, pagin 740, sect. 30, probl. num. 1. F.

Vide Delectatio, gaudium.

LÆVA. Vide sinistra.

LÆVIA. Læuitas oritur ex eo, quod humiditas facit partes superficiei ex æquo fluere; & ex æquo iacere, ideoque est secunda qualitas orta ex siccitate. Tom. 3, pagin. 498, lib. 2 de Generat. capit. 2. num. 3

Corpora læuiora validius reflectunt voces: & quia ædificia nuper illita sunt læuiora, vtpote magis immunia à rimis, ideo magis resonant. Tom. 5 pag. 553, sect. 11. problem. num. 7.

Sicut lux, sic etiam vox magis reflectitur à corporibus læuibus, quam ab asperis. Ibidem pag. 559, num. 24.

LANA. In quadrupedibus senescentibus lanæ fiunt crassiores, sed rariores. tom. 3, pag 778, lib. 3. de Histor. animal. capit. 11, num. 9.

Plumbum quia est densius lana, euadit calidius lana. Tom. 5. pag. 519, sect 8. prob. num 16.

LANGVOR. Vide lassitudo.

LAPIDES. Lapis, qui dicitur pyrimachus, seu marchesita, calore liquescit, & fluit, deinde frigore rursus induratur. Lapis etiam, qui dicitur mola, calore liquescit, & deinde frigore rursus concrescit in massam nigram similem calci. Tom. 3. pagin. 669, lib. 4. meteorologic. capit. 7. num. 7. 8.

Lapides carent odore, quia carent sapore. Tom. 4, pag. 351, lib. de sensu, & sensib. cap. 5, num 3.

Lapides in mari acquirunt figuram rotundam, ac sine angulis, quia maris agitatione anguli vndique atteruntur. Tom. 5, pag. 681, sect. 23, probl. num 36.

Lapides generantur, & concrescunt potius in aquis calidis, quam in frigidis, quia ad generandos lapides requiritur, vt humidum calore liquescat, ac deinde frigore superueniente coaguletur. Tom. 5. pag. 686, sect. 24. probl. nu. 11.

LARVS auis. Vide Gauia.

LASSITVDO. Ex quibus causis in corporibus causetur lassitudo. Tom. 5. pagin. 496, sect.

sect. 5. probl. num. 7.

Lassitudo oritur ex eo, quod ossa præsertim circa iuncturas, aut collidantur, aut obstruantur, aut defatigentur. Ibidem numer. 7. H.

Labor causat lassitudinem, quia liquefacit, & colliquamentum se iuncturis insinuat. Ibidem nu. 7. B.

Vomitus medetur lassitudini, quia eijcit partes excrementitias, quæ causabant lassitudinem. Ibidem num. 7. B.

Vomitus cum est imperfectus, causat lassitudinem propter excrementa, quæ remanent in ventriculo. Ibidem num. 7. B.

Lassitudines quare citius cessent, cum quis ipsum corpus perfricuerit oleo misto aquæ. Ibid. num. 6.

Vide Defatigatio.

LATAX, seu latra recensetur inter quadrupedes syluestres, quæ victum quærunt circa lacus, & fluuios, ac robustis adeo dentibus est prædita, vt noctu egressa virgulta circa fluuium enata dentibus excindat. Tom. 3, pagin. 950, lib. 8. de Hist. anim. cap. 5, num. 5.

LATERA. Quare vinolenti sæpe laborent pleurytide, seu dolore laterum. tom. 5, pag. 474. sect. 3. problem. num. 1, & pagin. 477, num. 6.

LATIO. Vide motus localis.

LATITVDO est, cum magnitudo est diuisibilis secundum duas dimensiones. Tom. 5, pag. 139, lib. 5. metaphysicor. capit 13, num. 2.

LAVDABILE, Vituperabile. Laus, ac vituperatio sunt partes generis demonstratiui. Tom. 1. pag. 999, lib. 1. Rhetoric. capit. 3. num. 2.

Proponuntur loca ad laudandum, & vituperandum ex honestis, & inhonestis. To. 1. pagin. 726. lib. 1. Rhetor. cap. 9, à num. 6. vsque ad 26.

Ad laudandum, & vituperandum non solũ possumus vti locis ex honestis, & inhonestis, sed etiam ex ijs, quæ habent apparentiam honestatis, & inhonestatis. Ibid. pag. 718, nu. 27.

Vnusquisque debet laudari ex ijs, quæ sunt in honore apud eos, apud quos laudatur. Ibid. pag. 728, nu. 28.

Consilium quo pacto verti possit in laudẽ. Ibid. pag. 730, num. 31.

Laus desumitur ex comparatione. Ibidem pagin. 731, num. 33.

Amplificatio est aptissima ad laudandum. Ibid. pag. 731, num. 34.

Laus est oratio indicans magnitudinem virtutis. Ibidem pag. 729. num. 30.

Ad laudandum, & vituperandum sciri debent omnia, vel plurima spectantia ad id, quod laudatur. Tom. 1, pagin. 810, lib. 2. Rhet, capit. 23, num. 3.

Aliquando aduersarius parum laudat, vt grauius deinde vituperet: multa etiam aduersariorum bona, quæ ad causam non spectant, laudant, vt vnum deinde crimẽ, quod ad causam facit, auditoribus persuadeant. Tom. 1, pag. 876, lib. 3. Rhetor. cap. 15, nu. 11.

Tum laus, tum honor debetur agenti rationali propter aliquam excellentiam: sed laus strictè sumpta videtur deberi propter excellentiam in ordine ad finem, honor verò videtur deberi propter excellentiam absolutam: & quia felicitas est vltimus finis, virtus autem est in ordine ad finem, ideo virtus est laudabilis, felicitas autem est potius honorabilis, quam laudabilis. Tom. 2, pagin. 29, lib. 1. Ethic. cap. 12, per totum, & pag. 412, lib. 2. mor. ad Eud. cap 1, nu. 12.

Magis solemus laudari, & vituperari propter electionem, quam propter opera. Tom. 2, pagin. 441, lib. 2. mor. ad Eud cap. 12, num 7.

Bona simul & honesta sunt, quæ per se sunt laudabilia. Laudabiles autem sunt illi habitus, quorum actiones sunt laudabiles. Tom. 2, pagin. 508, lib. 7. mor. ad Eud. cap. 19, num. 4.

LAÆNA. Vide leo.

LEBADICVS ager. In Bœotia in orchomenio agro talpæ sunt multæ, at in propinquo agro lebadico talpæ nullæ sunt, imo si aliunde ferantur, nolunt terram perfodere. Tom. 3. pagin. 975, lib. 8. de Hist. anim. cap. 28, num. 2.

LECTIO. Quare aliqui si legere ceperint, somno occupentur etiam inuiti, alij è conuerso cum volunt somnum abigere, id legendo obtineant. Tom. 5, pagin. 614. sect. 18 probl. num. 1, 7.

Dum post lectionem obdormescimus solemus pluribus somnijs agitari: causatis à motu lectionis. Ibidem pagin. 616. numer 7, C.

LEGES. In concionibus ad proponendam abrogationem legis solent concionantes proponere legem meliorem. tom. 1, pagin. 564, lib. 6. Topicorum, cap. 3, numer. 13.

Vt apud Platonem Callicles disputat in Gor-

Digitized by Google

Gorgia, antiqui cenſuerunt ea, quæ ſunt ſecundum naturam, eſſe contraria ijs, quæ ſunt ſecundum legem, & in quo ſenſu. Tom. 1, pagin. 640, lib. 1. Elench. capit. 12, num. 9.

Lex eſt quædam opinio multitudinis. Ibidem.

Leges rectè poſitæ pauciſſima debent relinquere arbitrio iudicis, puta quæ ſpectant ad quæſtionem facti. reliqua debent determinare. Tom. 1. pag 685, lib. 1. Rhetor. cap 1, nu. 7.

Lex alia eſt propria, ſecundum quam cum ſcripta ſit, ciues vniuſcuiuſque ciuitatis vitam dirigunt, & vocatur ciuilis: alia eſt communis, quæ licet ſcripta non ſit, tamen ab omnibus gentibus conſenſu quodam eſt recepta. To 1, pag 732, lib. 1. Rhet. cap. 10, num. 2. & pag. 747. capit. 13, num. 2.

Oſtenditur dari legem naturalem. Ibidem pagin. 747, num. 2.

Quo pacto orator vti debeat probatione ex lege, tum ſcripta, tum naturali. Tom 1. pagin. 751, lib 1. Rhetor. cap. 15, num. 2, 3, 4, 5.

Non eſt diſputandum contra leges, quia licet leges poſſint errare, adhuc magis nocet Reipublicæ aſſuetudo non parendi legibus, quam error legis, ideoque leges laudatæ interdicunt, ne quis velit eſſe legibus ſapientior. Tom. 1, pag. 751, lib. 1. Rhet. cap. 15, num. 5.

Lex debet præcipere actus omnium virtutum, in quantum vt præcepti ſunt viles ad felicitatem. Tom. 2, pag. 122. lib 5. Ethic. cap. 1. num. 13 14.

Omnis lex poſitiua corrigi debet per æquitatem naturalem, quia ex vna parte lex debet eſſe vniuerſalis, ex alia parte non poteſt prævidere omnes caſus, in quibus expedit, vt non obliget. To. 2, pag 152, lio 5. Ethic. cap. 10, num. 3.

Lex eſt ratio agendorum conſtituta ab aliquo intellectu, & ab aliqua prudentia, habens vim coactiuam, inquantum procedit à publica poteſtate. Tom. 2, pagin. 30, lib. 8. Ethic. cap. 9, num. 7.

Vt homines virtuti aſſuefcant, neceſſariæ ſunt leges. Ibidem pagin. 302, numer. 5, 6, 7.

Cura legum ad ciues bene inſtituendos in ſola ciuitate Lacedæmonum fuit adhibita. Ibid. pag. 303, num. 8 9.

Scientia ponendarum legum ad ciues bene inſtituendos neceſſaria eſt etiam priuatis. Ibidem pagin. 303. num. 9.

Scientiam ponendarum legum non poſſumus ſatis addiſcere, neque à politicis, neque à ſophiſtis. Ibidem pagin. 305. num. 12, 13, 14, 15.

Leges non poſſunt rectè poni, niſi ab expertis. Ibid. pag 306, nu. 14.

Hippodamus ſanxit tres ſpecies legum, circa iniuriam, circa damnum, & circa mortem. Tom. 2, pagin. 564, lib. 2. Poſt. cap. 6, nu 2.

Vtrum expediat patrias, ac receptas leges mutare in meliores. Tom. 2, pag. 567, lib 2. Polit. capit. 6. à num 6. vſque ad finem.

Sæpe contingit, vt ex legis mutatione parua quædam exiſtat vtilitas, at ſit magnum malum aſſueſcere mutationibus legum, ideoque ſatius eſt tolerare defectus legum, & magiſtratuum, ne minus profit correctio, quam obeſt aſſuefactio ad non obſeruandas leges antiquas, & magiſtratuum ſtatuta. Ibid. pag. 567, n. 13,

Lex non habet vim, vt ipſi pareamus, niſi ex more, & conſuetudine faciendi quæ per legem præſcribuntur, ideoque facilitas mutandi leges aufert vtilitatem legũ. Ibidem pagin. 567, numer 4.

Leges, quibus firmantur ſocietates, & quæ ordinantur ad hoc, vt ſeruetur iuſtitia inter contrahentes, ſunt veluti quidam fideiuſſores iuſtorum, vt ait Lycophron ſophiſta. Tom. 2, pagin. 601, lio. 3. Polit. capit. 6, nu 6.

In ciuitate debent dominari leges rectæ: leges autem rectæ ſunt, quæ conferant ad bonum commune. Tom. 2, pagin. 608, lib. 3. Polit. cap 7, num. 15, 16, & pagin. 612, num. 8.

Oſtenditur melius eſſe, vt dominetur lex, quam homo. Tom 2, pag. 622, lib. 3. Polit. cap. 12, nu. 3. 4, 5.

Lex non ſolum debet eſſe recta, ſed etiam debet eſſe ita poſita, vt illi pareatur. Tom. 2, pag. 642, lib. 4 Politicorum, capit 8. num. 5.

Quænam ſint leges fauentes oligarchiæ, democratiæ, vel Reipublicæ communi. To. 2. pag 662, lib. 4. Polit. cap. 13, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Aliquando contingit, vt lege vna mutata, mutentur reliquæ, & Reſpublica diſſoluatur. Tom. 2, pag. 684, lib. 5. Polit. cap. 7. num. 8.

In ciuitate bene conſtituta non eſt neceſſe, vt gubernator ſit vbique præſens, ſed vnuſ-

nuſquiſque operatur, prout præſcribit lex. Tom. 4. pag. 436, lib. de motu anim. cap. 7, num. 1.

Quædam leges, quæ videntur democraticæ, vel oligarchicæ, deſtruunt democratiam, & oligarchiam per exceſſum: ideo periculoſum eſt facere multitudinem dominam omnium, etiam legum. Tom. 2, pagin. 691, lib. 5. Politicorum, capit. 9. num. 6.

Lege gentium ſtatutum eſt, vt qui bello capiuntur, ſint ſerui capientium, & an hæc lex ſit iuſta. Tom. 2, pag. 123. lib. 1. Polit. cap. 4, num. 4, & ſeq.

Antiquitus gentes vtebantur legibus valde rudibus, & etiam ſtultis, qualis erat lex, quæ apud Cumas ſanciebant, vt ſi quis accuſaret alterum de homicidio, etiamſi accuſator adduceret conſanguineos vt teſtes, accuſator putaretur conuictus. Tom. 2, pagin. 566, lib. 2. Politicor. cap. 6, num. 9.

Lex apud aliquas gentes conſtituta, qua præſcribitur modus facultatibus ciuium, eſt vtilis: ſed legislator præſcribens modum facultatibus debet etiam præſcribere modum numero filiorum. Tom. 2, pagin. 559. lib. 2. Polit. capit. 5. nu. 2.

Ad politiam, ſeu Rempublicam requiritur, vt lex dominetur, ideoque cum omnia fiunt arbitrio multitudinis, non eſt Reſpublica. Tom. 4, pag. 637. lib. 4. Polit. cap. 4, num 15.

Pleræque cantilenæ vocantur leges, quia priſci homines antequam ſcriptione vterentur, leges cantabant, vt eas memoriæ traderent. To. 5, pag. 630, ſect. 19. problem. num. 28.

Quare cantilenæ, quæ vocantur leges, non fierent per ſtrophas, & antiſtrophas. Ibid pag. 625, num. 19.

LEGVM latores. Enumerantur legum latores. tom. 2, pag. 583, lib. 2. Polit cap. 10, num. 5, 6, 7, 8.

Zaleucus leges poſuit Locris occidentalibus: Charondas Catanenſis poſuit leges ciuibus ſuis, & alijs ciuitatibus chalcidicis, nec non quibuſdam alijs Siciliæ, & Italiæ vrbibus. Philolaus Corinthius fuit Thebanorum legislator: recenſentur aliquæ eius leges præſertim de adoptionibus, ac de patrimoniorum æqualitate. Draco in ſuis legibus nihil proprium addidit præter acerbitatem pœnarum, quibus præcipit delicta puniri. Pittacus ſtatuit legem, vt ſi ebrij aliquid mali commiſerint, duplici pœna punirentur. Androdamas Rheginus chalcidenſium in Thracia legislator leges poſuit de homicidijs, ac de hæreditatibus. Ibid.

Quia leges Draconis erãt ſæuiſſimæ, ideo de ijs Herodicus dixit, quod erant leges, non hominis, ſed Draconis. tom. 2, pag. 821. lib. 2. Rhet. cap. 24, num. 28.

LEGVMINA quia multum continent terræ, cum coquuntur, humore aqueo euaporante, dureſcunt. Tom. 3 pag. 50, lib. 2, de part. anim cap. 7, nu. 9.

Legumina viuunt ſolum per annum, non ex alia ratione, niſi quia cum ſint fœcundiſſima, totum alimentum conuertunt in ſemen. tom. 4, pag. 550, lib. 3. de Gen. anim. cap. 1, num. 13.

LENDES. Inſecta, quæ paſcuntur ſucco animalium viuorum, vt pediculi, ex coitu generant quaſdam ſordes, quæ vocantur lendes. ex quibus nihil naſcitur. Tom. 3, pag. 863, lib. 5. de Hiſtor. animal. capit. 31, nu. 2.

LENITAS. Vide placabilitas.

LENTES quia dum coquuntur, calori reſiſtunt, aliquando exiliunt, calore elaudante e aqua feruens, quia non reſiſtit, non exilit. To. 5, pag. 685, ſect. 24. problem. num. 9.

LENITITVDO. Vide Puſillanimitas.

LEO, Læna. Leones ſunt liberales, fortes, & nobiles. Tom. 3. pag. 700, lib. 1. de Hiſt. anim. capit. 1, num 25.

Collum leonis à collo aliorum animalium differt in hoc, quod cum alia animalia habeant os, ſeu ſpinam colli pluribus vertebris diſtinctam, leo habet os, ſeu ſpinam colli integram, ac nullis vertebris diſtinctã. Omnia interiora leonis ſunt ſimilia interioribus canum. Tom. 3, pagin. 716, lib. 2. de Hiſtor. animalium, cap 1. num. 2.

Leo, & Camelus ambulant pedatim, itaut pes ſiniſter nunquam antecedat dextrum. Ibidem pagin. 728, nu. 15

Leones habẽt os reſciſſum in vaſtum hiatũ. tom. 2, pag. 737, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 7. num. 1.

Leo habet vnicum ventrem. Tom. 3, pagin. 751, lib. 2. de Hiſtor. animalium, cap. 17, num. 12.

Oſſa leonis præ aliorum animalium oſſibus adeo ſunt dura, vt ex ijs colliſis, perinde ac ex ſilicibus excutiatur ignis. Tom. 3, pag. 773, lib. 2. de Hiſtor. anim. capit. 7, num. 5.

Leo habet medullam admodum exiguam, eamque in paucis ossibus, hoc est in solis ossibus femorum, & crurum anteriorum. Ibid.

Leones parum habent medullæ, quia cum eorum ossa magnum habeant calorem, totum fere sanguinem conuertunt in se ipsa, adeoque parum sanguinis supereſt, qui conuerti possit in medullam. Tom. 4, pag. 147, lib. 2. de partib. animalium, cap. 6. num. 4.

Leones tempore coitus magis efferantur, sed raro dimicant inuicem, quia non sunt gregales. Tom. 3, pag. 896, lib. 6. de Hist. anim. cap. 6, nu. 2.

Leones auersi coeunt, & retro vrinam reddunt. Tom. 3, pagin. 828 lib. 5. de Histor. anim. capit. 2, nu. 2, & pagin. 913, lib. 6. de Hist. anim. capit. 31, num. 1.

Leo coit, & parit quouis tempore, licet coeat singulis annis. Pariunt tempore veris, vt plurimum binos, nunquam plures, quam sex, interdum vnum tantum. Falsum est lænam vna cum partu vterum eijcere. Leones sunt admodum pauci, ac paucis in locis generantur, ita vt in Europa generentur solum in eo terræ spatio, quod intercipitur inter Achelo-um, & Nessum fluuios. Læna sicut & vrsa parit filios admodum paruos, itaut leunculi vix post secundum mensem possint ambulare. Tom. 3, pag. 913, lib. 6. de Hist. anim. capit. 31, num 1.

Leones Syriæ quinquies in vita pariunt, & singulis vicibus vno pauciores fœtus. Læna caret iuba, ac solus leo mas habet iubam. Leo mutat solum quatuor dentes, eos nimirum, qui vocantur canini. Ibid. num. 2.

Læna primo partu parit sex leunculos, secundo quinque &c, & post quintum partum sterilescit, quia absumit excrementum in prioribus partubus. Tom. 4, pag. 550, lib. 3. de Gener. animal. capit. 1, num. 14.

Leo vescitur carnibus, ac serratis dentibus est præditus. Cibo largo vtitur, ac deinde præ nimia saturitate duobus, aut tribus diebus abstinet à cibo. Parum bibit: excrementa egerit tertio, vel quarto die: excreméta autem leonis sunt dura, & sicca, ac similia excrementis canum. Emittit ex aluo flatum, teterrimum, ac vrinam malè olentem, ideoque canes leones venantes odorantur arbores; eius viscera edunt fœdum odorem, ideo in cibo relinquit fœdum odorem ex suo halitu. Tom. 3. pag. 950, lib. 8. de Hist. animalium, cap. 5, num. 4.

Leones, & Thoes, seu lupi ceruarij sunt inimici, quia cum eodem cibo vtantur; ac sint carniuori, pugnant pro cibo. Tom. 3, pag. 985, lib. 9. de Histor. animalium, cap. 1, num. 15.

Venenum, quod vocatur Pendaliarches, leones interficit. Tom. 3, pagin. 989, lib. 9. de Hist. anim cap. 6. num. 3.

Leo cum comedit, & fame laborat, est ferociſſimus: fame expleta, est mitiſſimus. Præditus est ingenio minimè suspicioso: est festiuus, ludibundus, & mirè blandus, præsertim erga educatores. In venationibus, dum cernitur, nunquam fugit, sed pedetentim se subducit: cum non cernitur, fugit. Tom. 3, pagin. 1029, lib. 9. de Hist. anim cap. 44. nu. 2.

Leo, viso igne, terretur: obseruat eum, à quo ictus fuit, eumque inuadit: cum propter senectutem venari non potest, vrbes petit. Viuit multos annos. Ibidem pag. 1029, num. 4, 5, 6.

Duo sunt genera leonum: alterum rotundius, ac iuba crispiore præditum, idque timidius: alterum longius, iuba præditum spissa, & fortius. Capite firmissimo est præditus, & parte illi est ita imbecillus, vt ictum nequeat sustinere. Ibidem pag. 1030, num. 6, 7.

Ex vulneribus à leone inflictis effluit quædam sanies. Ibid. pag. 1030, num. 6.

Leo aliquando fugit, cauda inter crura demissa, more canum. Aliquando suem aggressus, vbi vidit se defendentem, fugit. Ibidem pag 1030. num. 8.

Leo cæcos generat. Tom. 4, pag. 526, lib. 2. de Gen. anim. cap. 4, num. 46.

Leo duas tantum habet mammas in medio ventre constitutas, quia non multo lacte abundat, adeoque ipsi sufficiunt duæ mammæ. Ratio verò, cur leo non multo lacte abundat, est, quia cum sit carniuorus, ac feras non facile venetur, raro comedit, adeoque cum totum pene, alimentum conuertat in suam substantiam, parum illi supereſt, quod conuertere possit in lac. Tom. 4, pagin. 154. lib. 4 de part. anim. cap. 10, num. 21.

Leo magnas habet extremitates: pilum habet durum, & fulvum, & est fortis, & impauidus, ideoque homines, qui quoad dicta similes sunt leoni, videntur esse fortes, & impauidi. Tom. 4, pag. 788, lib.

Phy-

Phyſiog.cap.2,num.1.
Deſcribitur leo, qui ex animalibus perfectiſſimè habet formam maris. Tom. 4, pag. 803, lib. Phyſiognomicorum, cap 8 num.8.
LEONTINVS Ager. In Sicilia in agro leõtino oues nimis pingueſcunt præ vbertate pabuli, ideoque paſtores ſolent in ijs locis oues ad paſcua ducere, die in veſperã inclinata. Tom. 3, pagin. 782, lib.3.de Hiſtor.anim.cap.17,num.5.
LEOPHANES docuit teſtem dextrum eſſe cauſam, cur generetur mas, ſiniſtrum cauſam, cur generetur fœmina, ideoque dicebat, quod ſi quis coeat, ligato teſte ſiniſtro, generabit marem, ſi coeat, ligato teſte dextro, generabit fœminam. Reijcitur. Tom.4, pag.592, lib.4.de Gen. anim. cap.1, num.14.
LEPRA. Quare ſcabies per contactum facilius contrahatur, quam lepra. Tom.5. pagin.513.ſect 7. prob. num 4.
LEPVS Lepores ſunt cauti, ac timidi. Tom. 3, pag.701 lib.1. de Hiſtor. anim. capit.1, num.25.
Lepus eſt animal vtrimque dentatum, & vterum habet cum acetabulis. Tom. 3, pag.760, lib.3. de Hiſt. animalium, capit. 1, num.21.
Sanguis ceruorum, ac leporum non concreſcit firmiter, ſicut ſanguis aliorum animalium ſed concretcit imperfecte, eo pacto, quo concreſcit lac, addito coagulo. Tom. 3, pag.771, lib.3. de Hiſtor.animal. cap.6, num. 2.
Ex animalibus vtrimque dentatis lepores habent coagulum, quod habet vim medendi profluuiei ventris. Tom. 3, pagin. 787, lib. 3. de Hiſtor. animalium, cap.21, num 1
Ratio, propter quam lepus, licet vnico vẽtre ſit præditus, habeat coagulum, eſt, quia mater leporis paſcitur herba ſucci lactei, cuius herbæ humor cum lacte in leporẽ lactantem tranſmiſſus ſtringit lac. Tom.4, pagin. 118, lib.3. de part.animal. cap.15,nu.4.
Lepores auerſi coeunt, ac retro mingunt. Tom. 3, pag. 828, lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 2, num. 2, & pag. 914, lib.6. de Hiſt. anim. cap.33, num. 1.
Lepores coeunt, & pariunt quolibet anni tempore, ac poſtquam aliquos peperere, rurſus alios in vtero gerunt, ac ſuperfœtant, & ſingulis menſibus pariunt: non pariunt ſimul omnes, quos in vtero gerunt, ſed tot ferè interponuntur dies inter partus, quot inter coitus. Ibidem pag. 914,num.1.
Lepus fœmina, antequam pariat, iam habet lac. Poſt partum repetit coitum, & etiam dum lactat, concipit nouam prolem. Lac leporis quoad craſſitudinem ſimile eſt lacti ſuillo. Parit filios cœcos, ſicut pleraque animalium fiſſipedorum. Ibid.
In inſula Ithaca lepores, ſi alibunde illuc allati dimittantur liberi, viuere nequeunt, ſed reuertuntur ad eam littoris partem, per quam in inſula ſunt ingreſſi, ibique moriuntur. Tom.3,pag.975,lib.8.de Hiſt. anim. cap.28, nu.2.
Lepores in Ægypto ſunt minores, quam in Græcia, quia minus habent cibi. Ibidem pag.976, num. 6.
Lepores quocumque tempore coiuerint, ſuperfœtant, quia ſunt parui, quia multifidi, adeoque multipari, & quia abundant ſemine, & excrementis menſtruis. Signum, quod abundant ſemine, & excrementis, eſt, quod ſunt piloſiſimi, ſiquidem ſoli ex animalibus pilos habent ſub pedibus, & inter genas: piloſitas autem oritur ex abundantia excrementorum. Tom.4, pagin. 621, lib. 4. de Gener. animal. cap.5, num 8.
Lepores habent pilos breuiores, quia eorum pili naſcuntur in ſumma leporum cute, nec habent radices profundas, ideoque ſicut non ſunt profundi, neque ſunt longi. Sunt etiam molles, quia ſunt ſimiles filamentis, quæ ſunt in ſuperficie pannorum, quæ filamenta ſolent eſſe mollia. Tom. 4, pag. 646, lib.5. de Gener. anim. cap. 3. nu. 12.
Lepores habent cor magnum, ideoque ſunt timidi. Tom.4, pag.93, lib.3.de part. anim. cap. 4, num.25.
LEPORARIÆ Aquilæ. Vide Aquila.
LETHARGVS. In lethargicis ſomnus cauſatur ab excrementis humidis calefactis, ex quibus ad caput aſcendit magna multitudo vaporum ſoporiferorum. Tom. 4, pagin. 395. lib. de ſomno, & vigil.cap.4, num.10.
LEVCIPPVS, & Democritus fuerunt valde familiares, & in omnibus fere opinionibus conſenſerunt. Proponitur eorum opinio de principijs. Tom.5,pagin. 18,lib. 1. metaph. capit.4,num 7.
LEVITAS, leuia. Leue eſt, quod ex ſua natura aptum eſt ferri à medio, ſeu centro ad

Digitized by Google

ad circunferentiam. Leuiſſimum eſt, quod ex ſua natura collocatur ſuper omnia, quæ ſurſum feruntur. Leue ſecundum quid eſt, quod reſpectu aliquorum mouetur ſurſum, reſpectu aliorum mouetur deorſum. Tom. 3, pagin. 294, lib. 1. de Coelo, cap. 3, nu. 3.

Corporibus cœleſtibus nõ eſt naturalis grauitas, neque leuitas. Ibidem pagin. 295, num. 4, 5.

Leue eſt quod mouetur à medio; & quia in infinito non datur medium, ideo in infinito non poteſt dari graue, neque leue. Tom. 5, pag. 312, lib. 11. metaph. capit. 11, num. 11.

Vide Grauia, & leuia.

LIBERALIS, Liberalitas eſt mediocritas in datione, & acceptione modicarum pecuniarum, ſicut magnificentia eſt mediocritas circa ſumptus magnos. Tom. 2, pagin. 47, lib. 2. Ethic. cap 7, num. 4, 5. & pagin. 336, lib. 1. mag. mor. cap. 22, num. 1, & pag. 453, lib. 2. mor ad Eud. capit. 6. numer. 1. 2.

Liberalitas imponit modũ cupiditati præmiorum, & verſatur circa pecunias, & earum cupiditatem, tamquam circa propriam materiam. Tom. 2, pag. 88, lib. 3. Ethic. cap. 1. num. 1.

Præcipuus actus liberalitatis eſt bene vti pecunijs, eaſque dare, & expendere, prout oportet: actus ſecundarius eſt pecunias accipere, prout oportet. Ibid. pagin. 89, num. 4, 5.

Quo pacto liberalis ſe habeat in dando, & accipiendo, in dolendo de amiſſione pecuniarum, & in contractibus. Ibidem pag. 90, num. 6, 8, 14, 15, 16, 17.

Liberalis ita dat, vt pauciora ſibi retineat, & dat iuxta proportionem facultatem. Ibid. pag. 91, num. 9, 10.

Magis ſolent eſſe liberales, qui non acquiſierunt, quam qui acquiſiuerunt diuitias, quia qui diuitias acquiſiuerunt, experti ſunt indigentiam, ideoque pluris faciunt diuitias. Ibidem pag. 91, num. 11.

Non eſt facilè liberalem diteſcere quia parui facit diuitias. Ibidem pag. 91. nu. 12.

Liberali propinquior eſt prodigus, quam auarus. Ibid. pag. 93, nu. 21.

Liberalitas conuenit cum magnificentia in hoc, quod vtraque verſatur circa ſumptus: differt, quod liberalitas verſatur circa omnes actus pecuniarios, magnificentia verſatur ſolum circa ſumptus magnos. Tom. 2, pag. 96. lib. 2. Ethic. capit. 2, num. 2.

Liberalitas eſt mediocritas inter prodigalitatem, & amicitiam: ad liberalem autem non ſpectat pecunias acquirere, ſed ſolũ pecunijs habitis rectè vti. Tom. 2, pagin. 335. lib. 1. mag. mor. cap 22, num. 1, 2, 3.

Liberalis dat, cum honeſtum eſt dare, & gratia honeſtatis, & cum voluptate Tom. 2. pag 90 lib. 3. Ethic. cap. 1. num 6.

Liberales maximè amantur. Ibidem pag. 89. num. 5.

Liberalis ita dat, vt pauciora ſibi retineat. Ibidem pag 91, num. 9.

Qui habent humeros latos, & bene ſolutos ſunt liberales, quia qui dant, humeros ſoluunt, & dilatant. Tom. 4, pagin. 806, lib. Phyſiog. cap. 9, num. 16.

Qui collum habent retrorſum piloſum, ſunt liberales, quia habent collum ſimile leoni, qui eſt liberalis. Tom. 4. pagin. 811, lib. Phyſiog. cap. 10, nu 26.

LIBERTAS, liber. Si nihil eſſet liberum, auferrentur conſultationes Tom. 1, pagin. 78, lib. 1. Periherm. capit. 6. num 9.

Libertati opponitur neceſſitas abſoluta, & antecedens, non autem neceſſitas conſequens, & ex ſuppoſitione. Ibid. pagin. 79, num. 10. 11.

Oſtenditur eſſe in noſtra poteſtate actiones cauſantes in nobis virtutes, & vitia, adeoque virtutes, & vitia eſſe in noſtra poteſtate. Tom. 2, pag. 67, lib 3 Ethic capit. 15, per totum, & pag. 322, lib. 1. mag. mor. cap 10. per totum.

Ex eo, quod homo ſponte fiat malus non ſequitur, quod ſtatim ac vult, poſſit deſinere eſſe malus. Ibidem pagin. 70. num. 9. & pag. 314, num. 9

Homo eſt principium ſuarum actionum, illaſque habet in poteſtate. Tom. 2. pagin. 74. lib. 3. Ethic. cap. 7. per totum.

Libertas eſt id, quod præcipuè intenditur in democratia. Tom. 1, pag. 713, lib. 6. Polit. cap. 1, num. 1.

Duæ ſunt præcipuæ partes libertatis. Prima eſt, vt per vices omnes præſint, & ſubſint: ſecunda eſt, vt vnuſquiſque viuat prout vult. Ibid. pag. 713. nu. 2.

LIBERI. Vide filij.

LIBIDO, Libidinoſus. Libido ſæpè transuerſos agit etiam viros optimos, ſcum ſunt in poteſtate conſtituti. Tom. 2, pag. 612, lib. 3. Polit. cap. 12, num. 4.

Pili congeniti in libidinoſis citius decidunt: pili poſtgeniti in libidinoſis citius oriuntur. Tom. 3, pagin. 778, lib. 3. de Hiſtor. animalium, cap. 11, num. 7.

Quadrupedes tum mares, tum fœminæ ex libidine, siue amore coeundi insaniunt. Describitur insania variarum quadrupedum. Tom. 3. pagin. 896, lib. 6. de Histor. animal. cap. 18, à nu. 1, ad 11.

Quia pueri, seu puellæ circa tempus pubertatis maximè ad libidinem excitantur, præcipua cura custodiri debent. Nam si tum se temperant, solent etiam seruare temperantiam annis sequentibus: si tempore pubertatis libidini indulgeant, solent euadere intemperantes per totam vitam. Affertur ratio. Tom. 3, pagin. 918, lib. 7. de Histor. animal. capit. 1, num. 4.

Mares libidinosi citius senescunt. In mulieribus libido mitigatur frequentia partuũ. Ibidem pag 919, num. 10.

Sicut animalia rectis intestinis prædita sunt voracissima, quia cibum cito transmittũt, sic animalia, quæ vel testibus carent, vel illos habent intus, sunt libidinosissima, quia cito semen transmittunt. Tom. 4, pagin. 446, lib. 1. de Gen. animalium, cap. 4, num. 4.

Aues paruæ plerumque sunt libidinosæ, salaces, & fœcundæ, quia cum parum alimenti conuertant in magnitudinem corporis, plurimum illis supereſt excrementi, quod conuertant in semen. Tom. 4, pag. 149, lib. 3. de Gener. anim. cap. 1, num. 8, 9.

Ex animalibus pedestribus sola mulier, & equa sunt ita libidinosæ, vt cum sunt grauidæ, admittant coitum, & quare. Tom. 3, pag. 620. lib. 4. da Gen. anim. cap. 5, num. 4.

Animalia, quæ habent vterum densum, quare soleant esse valde libidinosa. Ibid. pag. 620, num. 5.

In genere auium fœminæ sunt minus libidinosæ, quam mares. Ibidem pagin. 620, num. 6.

Animalia libidinosa, & semine redundantia citissime senescunt, & moriuntur, quia excrementis abundant, & cum semen prodit in magna copia, exiccatur humidum. Tom. 4, pag. 670, lib. de longit. vitæ, cap. 3, num. 12.

Quare qui equitant assiduè libidinosiores euadant. Tom. 5, pagin. 491 sect. 4. prob. num. 12.

Voluptas libidinis est similis voluptati pruritus. Ibid. pag. 492, num. 16.

Libido excitatur tum a cibo, tum ab imaginatione. Ibidem pag 493, nu. 17.

Tum homines, tum oues, cum sunt pilosiores, solent esse libidinosiores, quia cum pili generentur ex excrementis virtute caloris, habent complexionem calidam, & humidam. Claudi etiam soleut esse libidinosi, quia cum habeãt tibias vitiatas, minus alimenti emittunt ad partes inferiores, ideoque plus illis supereſt excrementi, quod conuertant in semen. Tom. 5, pag. 533, sect. 10, problematum, num. 26.

Flatus excitant libidinem. Tom. 5, pag. 736, sect. 30. prob. num. 1. B.

Libido immodica prodest morbis causatis à pituita, quia semen habet naturam pituitæ. Tom. 5, pag. 456. sect. 1. problem. num. 51.

Tum melancholia, tum vinum reddit homines propensos in Venerem. Tom. 5, pag. 736, sect. 30. prob. num. 1. B.

Qui naturaliter habent oculos sursum ductos, sunt libidinosi, quia qui coeunt, solẽt oculos attollere. Tom 4, pagin. 788, lib. Physiog. cap. 2, num. 3.

Qui habent tibias graciles, subtiles, ac neruosas, sunt libidinosi, quia habent tibias similes tibijs auium, quæ sunt libidinosæ. Tom. 4. pag 804, lib. Physiog. cap 9. num 4.

Qui nasum habent concauum, & quæ ante frontem, rotunda, circunferentiam autem superiorem erectam sunt libidinosi, quia sunt similes gallis. Ibidem pagin. 807, numer. 20.

Qui habent oculos lucentes, vt galli, & corui, sunt libidinosi. Tom. 4, pag. 811. lib. Physiog. cap. 10, num. 20.

LIBRA. Describitur libra, seu bilanx, & statera, quæ est instrumentum satis oblongum ad rerum pondera exploranda. Tom. 4, pagin. 720, lib. Quæst. mechan. qu. 1. num 1,

Circulus est principium admirabilium, quæ fiunt per libram: libra est principium admirabilium, quæ fiunt per vectem. Tom. 4. pag 713. lib. Quæst mechan. capit. 2, num. 5.

Quare libræ maiores, hoc est longioribus brachijs præditæ sint, etiam exactiores. Tom. 4. pagin 720, lib. Quæst. mechan. qu. 1, num. 23.

Vt libra sit exacta, spartum debet esse in medio libræ, & brachia debent esse æque grauia, ante oppositã fiunt libræ doloiæ. Ibidem pag. 721. num. 4.

Quo pacto spartum possit constitui supra, vel infra libram, aut in eadem linea cum libra:

libra : & quare si spartum sit supra, libra inclinata reuertatur ad suum æquilibriũ; si sit infra, libra inclinata non reuertatur ad suum æquilibrium. Tom. 4, pagin. 721. lib. Quæst mech. quæst 2 per totam.

Libra constans ex brachijs æqualibus vocari solet bilanx, in eaque pondus æquilibratur solum à pondere æquali : libra constans ex brachijs inæqualibus vocatur statera, in eaque pondus maius impositum brachio minori potest eleuari, & æquilibrari à pondere multo minori impositio brachio maiori. Tom. 4, pag. 724, lib. Quæst. mechan. qu. 3. num. 1.

Vectis est quædam libra, seu statera æqualium brachiorum, habens spartum inferne, ideoque minus pondus impositum brachio maiori eleuat pondus maius impositum vectis brachio minori. Ibid. pag. 725. num. 2.

Quare libræ, seu bilances facilius eleuentur, si sint omni pondere vacuæ, quam si habeant æquale pondus in vtraque lance. Tom. 4, pagin. 736. lib. Quæst. mechan qu. 10, num. 1, 2.

LIBYA. Quare si quis in Libya, siue Africa terram foderit prope mare, inueniat aquam dulcem, quæ paulo post contrahit salsedinem, & euadit salsa. Tom 5 pagin. 676, sect. 23. prob. num. 21.

Vide Africa.

LIBYCVS. Quare si circa æquinoctium spiret libycus, siue africus, sequi soleat pluuia. Tom. 5. pag. 704, sect 26. probl. num. 28.

Vide Africus.

LIEN. Sub septo tranuerso in dextra parte est iecur, in sinistra lien : in aliquibus tamen quadrupedibus aliquando lien per accidens est in parte dextra, iecur in sinistra. Sunt in vētre ad inferiore ad omentũ, quo teguntur intestina. Lien hominis est angustus, & longus, ac similis lieni suillo. Tom. 3, pag 783. lib. 1 de Hist. anim. cap. 18, num. 1, 2, & pag. 750, lib 2. capit 17, num. 4.

Licet omnia animalia sanguinea habeant iecur, non omnia habent lienem : quædam etiam, vt pleræque aues, & quadrupedes ouiparæ lienem habent valde exiguum. Tom. 3. pag. 748. lib. 2. de Histor. anim cap. 15, num. 5.

Elephanti lien est multo minor, quam videretur exigere propottio cum reliquo corpore. Tom 3, pag 751, lib. 2. de Histor. anim. cap 17, num. 13.

In animalibus, quæ habent lienem manifestum, lien nihil aliud videtur esse, quam quoddam iecur adulterinum, & imperfectum positum in latere sinistro, quod est quodammodo necessarium, sed non est necessarium simpliciter, & ideo non adest omnibus animalibus. Tom. 4. pag. 110, lib 3. de Partib. animalium, cap. 7, num. 3

Lien est recepiaculum excremẽtorum melancholicorum, atque attrahit ex ventriculo vapores melancholicos superfluos, eosque concoquit, ideoque in animalibus, quæ vapores melancholicos possunt aliter concoquere, lien est valde paruus. Ibid. pag 102. nu. 9. 11.

Cum lien propter defectum caloris non satis potest concoquere excrementa melancholica, tum corpus languescit, & euadit lienosum, ac ventres etiam fiunt præduri. Ibid. pag. 103, num 10.

Quare animalia, quæ vesicam habent, & pulmone sanguineo sunt prædita, lienem habeant prædurum. Ibidem pagin. 103, num. 2.

Ex animalibus cornigeris, quæ habent pedes bisulcos, lienem habent rotundum, vt capra, oues, exceptis paucis, quæ quia corpora habent magna, & longa lienem habent longiorem, vt boues. Animalia quæ pedes habent multifidos, lienem habent longiorem, vt homo, canis &c: quæ pedes habent solidungulos, vt equus &c, lienem habent medium, & quodammodo ancipitem, itaut eius altera pars sit longa, altera lata. Tom. 4 pagin. 112, lib. 3 de part. anim cap. 12, num. 4, 5, 6.

Quædam animalia nascuntur sine liene, quædam cum duplici liene : quædam cum iecore, & liene loco transpositis. Tom. 4. pagin 611, lib. 4. de Genet. anim. capit. 4, num. 15.

Cicatrices eorum, qui laborant vitio lienis, solent esse nigræ, quia sanguis vitiatus propter vitium lienis contrahit colorem nigrum Tom. 5. pag. 522, sect. 9. problem num 5.

LIGDAMVS. Qua arte Ligdamus Naxius magnam pecuniam compararit, Tom. 2, pagin 807, lib. 2, Oecon. capit 1, num. 2.

LIGNA non sunt liquabilia, sed vstibilia, quia constant ex terra, & aere : quæ autem sunt talia comburuntur, non autem liquefiunt, neque mollificantur. Signum autem, quod ligna includunt multum aeris, est, quod supernatant aquæ, excepta he-

hebeno. Tom. 3. pag. 673, lib. 4. meteorol. cap 7. num. 15.

Vt plurimum ligna sunt fissilia solum secũdum longitudinem, quia sunt composita ex multis venis, seu longitudinibus inuicem coagmentatis ad faciendam vnam latitudinem, ideoque tales longitudines possunt facile separari fissione: at secundum latitudinem partes sunt magis compactæ, ideoque non possunt separari fissione. Tom. 3, pag. 681, lib. 4. meteor. cap. 9, num. 22.

Ligna sunt inflammabilia, non autem liquabilia, quia habent humidum aereum bene diffusum, ac veluti continuũ, quod humidum est accendibile in flammam. Ibidem pag. 684, num. 30.

Ligna sunt odorosa, & illa magis, quæ habent admistam humiditatem valde viscosam ad instar olei, vt cedrus, & quæ exudant balsamum. E conuerso quæ cõtinent humiditatem magis aqueam, sunt minus odorosa. Tom. 4, pag. 351, lib. de sensu, & sensib. capit. 5, num. 3.

In ligno nascitur bestiola, quæ vocatur acarus. Tom. 3, pag. 865, lib. 5. de Histor. anim. cap. 32, num. 2.

In ligno nascitur quidam vermiculus, qui vocatur Xylopthorus, seu ligniperdus. Ibid. pag. 865, num. 4.

Ligna facilius genu franguntur, si quis illa manu comprehendat in extremitatibus distantioribus, & trahat, quia virtus applicata extremitatibus distantioribus à centro habet vim maiorem. Tom. 4, pagin. 739, lib. Quæst. mechan. qu. 14, numer. 1, 2.

Quare difficilius sit longa ligna ab extremo humeris ferre, quam à medio, licet eorũ pondus sit æquale. Tom. 4 pag. 757. lib. Quæst. mechan. qu. 26, num. 1, 2.

LIGVLA. Vide Vuea.

LIGVRINVS. Auis, quæ dicitur spinus, seu spinula, & ligurinus, vescitur spinis, ideoque recensetur inter aues spiniuoras. Tom. 3. pag. 946, lib 8. de Hist. anim. cap. 3, num. 3.

Ligurini, qui vocantur achantides, sunt aues victu, & colore ignobiles, sed vocem habent argutam. Tom. 3. pagin. 999, lib 9. de Hist. animal cap. 17, num. 5.

LILIVM. Quare lilium, si ex terra excindatur, & in aliquo loco suspendatur, circa solstitium æstiuum germinet, & floreat. Tom. 5, pag. 750, sect. 20. problemat. num. 21, 26.

LIMACES terrestres carnem quidem habet, sed penitus inclusam testa, excepto capite, quod apparet. Tom. 3, pag. 801, lib. 4. de Histor. animal. cap. 4, nu. 2.

Testa limacibus naturaliter adhæret, ideoq; testa detracta, reddũtur inutiles, & moriuntur. Tom. 3 pag. 865, lib 5 de Hist. animal. capit. 32, num 4.

Vbi sunt limaces, neque sunt sues, neque perdices, non quia limaces habeant vim fugandi sues, & perdices, sed quia sues, & perdices comedunt omnes limaces. Tom. 3, pag. 1009, lib. 9. de Hist. anim. capit. 37, num. 5.

Limaces, seu cochleæ se abscondunt hyeme. Tom. 3, pag. 959, lib 8. de Hist. anim. cap 13, num. 10.

Limaces præditæ sunt quibusdam cornibus similitudinarijs, quæ vere non sunt cornua, quia non funguntur munere cornuũ, hoc est armorum ad se defendendum. Tom. 4, pagin. 80, lib. 3. de part. animal. cap. 2, num. 2.

Limaces sunt animalia testacea, quæ nascuntur in terra. Tom. 4, pagin. 582, lib. 3. de Gen. anim. capit. 11, num. 2.

Vide Cochleæ.

LIMARIÆ. Vide Thunni, Pelamides.

LIMITAS oculorum. Vitium limitatis oculorum consistit in eo, vt vel globi oculorum sint in situ dissimili, vel pupillæ non sint in eodem puncto globi. Tom. 5, pag. 750, sect. 31. probl. num. 7, C.

Oculi solent per limitatem peruerti præsertim ex morbo comitiali: & quia homo, vel solus, vel maximè in pueritia laborat morbo comitiali, ideo homo vel solus, vel maximè inter animalia incidit in vitium limitatis. Ibidem pagin. 756, num. 27.

LIMVS. In limo generantur tum aliqui pisces, qui ita generantur ex materia putri sine coitu, vt non generent ex coitu, tum aliqui, qui ita generantur ex materia putri, vt ipsi deinde generent ex coitu. Tom. 3, pag. 890, lib 6. de Hist. anim. cap. 16, num. 1.

LIMOSÆ, seu pelamides, aut thunni recensentur inter pisces gregales. Tom. 3, pagin. 699. lib. 1. de Histor. animal. capit. 1, num 16.

LINEA est species continui, quia potest in linea sumi punctum intermedium, ad quod copulantur partes lineæ, tanquam ad terminum communem, qui sit principium vnius partis, & finis alterius.

Tom. 1, pagin. 40, lib. Prædicam capit. 7, num. 4.

Proponuntur, ac reijciuntur rationes, quibus aliqui probabant dari lineas indiuiſibiles, & partibus carentes. Tom. 4, pagin. 765, lib. de lin. inſecab. cap. 1. & 2, per tota.

Oſtenditur rationibus mathematicis, & phyſicis nullas dari lineas indiuiſibiles. Tom 4. pagin. 772, lib. de lin. inſecab capit. 3, per totum.

Quæ ſint lineæ commenſurabiles, vel incómenſurabiles. Tom. 4. pag. 767, lib. de lin. inſecab. cap. 1, num 6, & pagin. 771, capit. 2. num 10.

Lineæ habent in potentia infinita puncta. Tom. 4, pag. 769, lib. de lin. inſecab. cap. 2, num. 2.

Abſurdum eſt dari per ſe lineam, ſiue ideam lineæ. Ibid. pag. 770, num. 5, 6.

Lineis indiuiſibilibus non conueniret definitio lineæ. Tom. 4. pag. 773. lib. de lin. inſecab. cap 3, num. 3.

Si darentur lineæ indiuiſibiles, omnes lineæ eſſent commenſurabiles. Ibid. pagin. 773, num. 4.

Linea habet duos modos tangendi, ac poteſt tangere vel ſecundum ſe totam, vel ſecundum alteram extremitatem. Ibid. pag. 776, num. 8.

Omnis linea non infinita terminatur duobus terminis. Ibidem pag. 777, nu. 14.

In qualibet linea datur punctum, & ex qualibet poteſt conſtitui quadratum. Ibidem pag. 777, nu 15, 16, 17.

Oſtenditur lineas non poſſe componi ex punctis indiuiſibilibus. Tom. 4, pagin. 779, lib. de lin. inſecab. capit. 4, per totum.

Vna linea non poteſt aliam excedere puncto. Ibidem pagin. 779, num. 4.

Linea addita lineæ non facit latitudinem. Ibidem pag. 780, num. 7.

Si linea conſtaret ex punctis, linea recta tangeret aliam rectam in duobus punctis. Ibid. pagin. 781 num. 11.

Puncta non poſſunt per ſe addi lineis, vel a lineis auferri, poſſunt tamen per accidens addi, & auferri. Tom. 4. pag. 783, lib. de lin. inſecab. cap. 5. num. 1, 2.

Punctum propriè non tangit lineam. Ibid. pagin. 783, num. 3.

Lineæ, puncta &c, an ſint ſubſtantiæ ſeparatæ, ac quidditates ſenſibilium. Tom. 5, pagin. 77, lib. 3. metaphyſicor. cap. 8, per totum.

Lineæ ſunt termini diuiſionis, & habentur actu in corporibus. Ibidem pagin. 78, numer. 3.

Linea eſt, quod in continuo eſt diuiſibile ſecundum vnicam dimenſionem. Tom 5, pag 126. lib 5. metaphyſicorum, capit. 6, num. 12.

Linea circularis eſt maximè perfecta, cum non poſſit illi fieri additio, ideoque eſt maximè vna Ibid. pagin. 115, nu. 10.

Linea eſt ſpecies magnitudinis, & quid ſit. Tom. 5. pag. 139, lib. 5. metaph. capit. 13, num. 2.

Sola linea recta, quæ vnica duci poteſt inter duo puncta, & eſt omnium minima, eſt menſura diſtantiæ. Tom. 5, pag. 319, lib. 1. metaph. cap. 13. num. 4.

Antiqui lineam denominabant ab vno, quia habet vnicam dimenſionem. Tom. 5, pag. 382, lib. 13. metaphyſicorum, cap. 9, num. 15.

Antiqui dicebant longum, ac breue eſſe principia linearum. Tom. 5, pag. 385, lib. 13. metaph. cap. 9. num. 24.

Reijcitur opinio dicens lineas &c, ex eo, quod ſint termini, eſſe ſubſtantias rerum. Tom. 5, pagin. 404, lib. 14. metaph. capit. 5, num. 9.

Vide continuum.

LINEA recta vtpote breuiſſima eſt menſura diſtantiarum, ideoque loca contraria ſunt, quæ maximè diſtant ſecundum lineam rectam. Tom. 3, pag. 274. lib. 8. Phyſic. capit 15, num 2.

Linea eſt magnitudo diuiſibilis ſecundum vnam tantum dimenſionem, & eſt magnitudo imperfecta. Tom. 3, pag. 289, lib. 1. de Cœlo, capit. 1, num. 5.

LINEA circularis. Vide circulus.

LINGVA eſt inſtrumentum guſtandi, præſertim in acumine, in qua guſtus eſt exquiſitiſſimus. Quia verò lingua eſt pars carnea, ideo ea non ſolũ percipimus ſapores, ſed etiam alia tangibilia, nimirum calida, & frigida &c. Tom 3. pagin. 713, lib. 1. de Hiſtoria animalium, capit. 11, num. 8.

Lingua alia eſt latior, alia anguſtior, alia mediocris, quæ eſt aptiſſima ad explanatè loquendum. Rurſus alia eſt ſoluta, alia impedita, qualis eſt blæſorum, & balborum. Conſtat ex carne rara, & fungoſa. Pars illa, quæ adhæret ad radices linguæ, vocatur epiglottis, ſiue lingula, & vuea. Tom. 3, pag. 713. lib. 1. de Hiſtor. animal. cap. 11, num. 8.

Elephantus habet linguam valdè exiguã, & recedentem versus gulam, itaut videri vix possit. Tom. 3, pagin. 737, lib. 2. de Histor. anim. cap. 6. num 7.

Omnes quadrupedes ouiparæ linguam habent, excepto Crocodilo Aegyptio, qui cum habeat naturam affinem quibusdam piscibus, etiam in lingua assimilatur piscibus. Sicut igitur pisces habent linguam quamdam spinosam, quæ proinde non satis discernitur esse lingua, sic crocodili habent locum linguæ destinatum adeo læuem, vt non appareat vllum vestigium linguæ, nisi crocodilus valdè os deduxerit. Tom. 3, pagin 739, lib. 2. de Hist. anim. cap. 10, nu. 2.

Omnes aues habent linguam, sed aliæ longam, aliæ breuẽ, aliæ latam, aliæ angustam. Omnium maximè animalium potit hominem quædam auium genera linguas proferunt, & præcipuè quæ latam habent linguam. Tom. 3, pag. 743, lib. 2. de Hist. anim. cap. 12, nu 5.

Serpentum lingua est tenuis, longa, & nigra, & cum extrahitur, porrigi longius potest. Serpentes, & lacertæ habent linguam bifidam in summitate, ac præsertim serpentes, qui linguam quibusdam filamentis celerrimè vibrant. Vitulus etiam marinus habet linguam bifidam. Tom. 3, pagin. 752, lib. 2. de Hist. animal. cap. 7, num. 15.

Omnia insecta habent linguam, vel quasi linguam manifestam, quæ data est etiam animalibus testaceis, eaque insecta vtuntur ad cibum tum gustandum, tum attrahendum. Lingua in quibusdam est mollis, in aliis dura. Omnia siquidem insecta, quæ non habent aluum armatum aculeo, habent os armatum lingua duriore. Tom. 3. pagin. 810, lib. 4. de Histor. anim. capit. 7. num 4.

Consonantes fiunt ex voce, tamquam ex materia, & per linguam, & fauces tamquam per instrumenta, ideoque animalia, quæ vel carent lingua, vel quia habent illam adhærentem inferiori parti oris, liberè mouere non possunt, nequeunt vocem, ac locutionem formare, licet possint quosdam sonos elidere. Tom. 3, pagin. 818, lib. 4. de Hist. animal. capit. 9, num. 2.

Per medietatem linguæ ducitur quædam fissura, per quam lingua diuiditur in duas partes, ideoque etiam sensorium gustus est quodammodo duplex. Tom. 4, pag. 62. lib. 2. de part. anim. cap. 10, numer. 17,

Lingua data est homini, & ad gustandum, & ad sermonem articulandum, ideoque ad hunc finem facta est ex carne mollissima, vt esset mollissima, ac valde flexibilis. Tom. 4, pag. 72, lib 2. de part. anim. cap. 16. nu. 6. 7.

Lingua hominis ad sermonem articulandum debuit esse maximè absoluta, lata, & mollis. Qui enim habent linguam non satis absolutam, sunt blæsi, qui linguam habent angustam, non possunt articulare multas litteras. Tom. 4. pagin. 73. lib. 2. de part. animal. cap. 17, num. 2,

Quadrupedes sanguineæ, & viuiparæ, vt equus, bos &c, parum possunt vocem articulare, quia lingua dura, & crassa, & minus articulata sunt præditæ. Aues plures sunt poliphonæ, & plurimas voces variant. Ibid. pag. 74, num. 5.

Animalia terrestria, sanguinea, & ouipara vt plurimum prædita sunt lingua dura, & adhærente, & parum absoluta, adeoque parum vtili ad vocem formandam. Serpentes, quia habent linguam bifidam, ideo quodammodo sensum gustus habent duplicatum, ex quo oritur, vt sint auidissimi lambendi sapores. Ibidem pagin. 74, num. 6.

Quare lingua piscium, & crocodilorum sit valde imperfecta. Ibidem pagin. 74, numer. 7, 8

Explicantur alia spectantia ad linguam piscium. & insectorum. Ibid. pag. 75, nu. 9, 10, 11, 12, 13. & pag. 150, lib 4. de part. animal cap. 11. num 4

Lingua multorum insectorum proportionaliter correspondet nari Elephantorum. Nam sicut Elephanti vtuntur nare, & ad odorandum, & vt manu ad capiendum, sic aliqua insecta vtuntur lingua & ad gustandum, & vt aculeo ad perforandũ, & exugendum. Ibid. pag. 76, num 13,

Natura vtitur lingua, tum ad munus gustandi, tum ad munus formandi vocem. Tom. 4, pag. 275, lib. 2. de Anima, cap. 11, num. 3.

In lingua sunt plures tactus, & communis, quo discernimus sensibilia, & proprius, quo discernimus sapores. Tom. 4, pag. 283, lib, 2, de Anima, cap. 15, num. 9.

Animalia sicut differunt colore aliarum partium, ita differunt colore linguæ, quia pili oriuntur ex cute, color pili sequitur colorem cutis: lingua verò cum etiam

etiam ipſa tegatur cute, habet colorem cutis. Tom. 4. pag. 655. lib. 5. de Gener anim. cap. 6, num. 5.

Lingua debet eſſe rara, & fungoſa, vt poſſit imbibere humorem, & percipere ſapores: & quia pinguia non ſunt rara, ſed denſa, ideo nullius animalis lingua eſt pinguis. Tom. 5, pag. 531, ſect. 10. probl. num. 21.

Quia lingua per aſperam arteriam eſt annexa cum pulmone, adeoque cum corde, quod eſt principium febrium, in lingua apparere ſolent ſigna febrium. Tom. 5. pag 768, ſect 34 prob. num. 4.

Quia lingua eſt fungoſa, in eius concauitatibus naſcuntur glandulæ, hoc eſt quædã puſtulæ inconcoctæ. Ibidem pagin. 768, num. 4.

Quare lingua ouium verſicolorum ſit verſicolor. Ibidem pag. 768. num. 4, 6.

Quare lingua poſſit effici amara, & acida, at non poſſit effici dulcis. Ibidem pagin. 769 numer. 5.

LINGVLA. Vide Vuea

LINGVLACA. Coturnices cum ex noſtris regionibus abeunt, ducem habent lingulacam, ſeu ligulam auem, quæ appellatur hoc nomine, quia linguam exerit valde longam. Tom. 3, pag 956, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 12, num. 10.

LIPPITVDO oculorum. In oculorum lippitudine, ſeu lachrymatione quandiu ex oculis defluit humor ſubtilis, ac ſeparatus, dicitur inconcoctus: cum verò humor ille concreuerit, & incraſſatus fuerit per vnionem cum partibus ſiccis, itaut adhæreant oculis quædam ſordes, dicitur concoctus. Tom. 3, pag. 658, lib. 4. meteor. cap. 3. nu. 3.

Vere auſtrino, & pluuio corpora hominum implentur humiditate, quæ dum deinde à calore æſtate liquefit, ebulliens cauſat lippitudines oculorum. Tom. 5. pag. 439, ſect. . probl. num 8, A.

Aliqui poſtquam laborauerint lippitudine oculorum, per talem lippitudinem purgatis, & purificatis oculis, acutius vident. Tom. 5, pagin. 751, ſect. 31. probl. num 9.

LIQVEFACTIO, liquabile, ineliquabile.

Quia contrariorum contrariæ ſunt cauſæ, corpora, quæ concreſcunt calore ſicco, vt ſal, liquefiunt frigido humido, hoc eſt aqua: quæ concreſcunt frigore, vt cera, & glacies, liquefiunt calore ignis. Tom. 3, pag. 668, lib. 4 meteorol. capit. 7, numer. 2, 4.

Quænam corpora poſſint liquefieri calore, vel frigore. Ibid. pag. 667 cap. 7, per totum.

Corpora, quæ concreſcunt calore, ficiente vt humidum euaporet, liquefiunt per hoc, quod humidum per meatus rurſus ingrediens illa diſſoluat, vt ſal: ſi verò ita perfectè concreuerint, vt humor ingredi non poſſit propter anguſtiam meatuum, vt accidit in lateribus, diſſolui non poſſunt. Quæ concrescunt frigore exprimente calidum, vt plumbum, æs &c, liquantur calore. Tom. 3. pagin. 675. lib. 4. meteor. cap. 9. nu. 3.

Liquefactio differt ab humectatione per hoc, quod liquefactio fit per reſolutionẽ humidi intrinſeci, humefactio fit per hoc, quod humectatum etiam intus madefiat humido extrinſeco. Ibidem pagin. 676, num 6.

Liquabilia ſunt, quæ recipiunt aquam in tota ſua ſubſtantia, itaut humidum ſenſibiliter tangat humidum. Ibidem pag 677. num 7.

Nitrum ſolum liquatur, non autem humectatur, quia habet meatus per totum corpus nitri diffuſos, ideoque aqua ingrediens totum nitrum diſſoluit in partes inſenſibiles. Terra quia non habet meatus ita diffuſos, poteſt humectari, abſque eo quod liquetur, licet ſi paulatim deinde aqua laxet meatus, & ſe per illos inſinuet, tandem diſſoluatur, & liquefiat. Ibidem pag. 677, num. 8.

LIQVIDA. Vide humida.

LIS. Empedocles docuit prima principia eſſe quatuor, nimirum quatuor elementa, & præterea litem, & amicitiam. Tom 4, pag. 218, lib. 1. de anima, cap. 4, num. 11.

LITIGIOSVS ſyllogiſmus. Vide contentioſus ſyllogiſmus.

LITTERA, ſiue elementum definitur vox indiuiſibilis in plures voces diuerſæ rationis, ex natura ſua apta ad hoc, vt ex ipſa componi poſſint voces intelligibiles, hoc eſt aptæ ad communicandas mutuo noſtras intellectiones. Tom. 1, pagin. 934, lib. Poet. cap. 20, num. 2.

Proponitur diuiſio litterarum in vocales, ſemiuocales, & mutas, & quid ſint. Ibid. pag. 934, num. 3.

Litteræ poſſunt differre ex quinque: primo quod os in ijs proferendis debeat conformari in diuerſam figuram: ſecundo quod

quod formentur in diuerſis locis: tertio tenuitate, & craſſitudine: quarto breuitate, & longitudine: quinto accentu. Ibid. pag. 935, num. 4.

Quatuor ſunt præcipua loca, in quibus litteræ formantur, labia nimirum, dentes, lingua, & palatus, & quæ litteræ formentur in his locis. Ibidem pagin. 935, num. 4.

Omnium maximè animalium poſt hominem quædam auium genera litteras proferunt, ac præſertim quæ latam habent linguam. Tom. 3, pag. 743, lib. 2. de Hiſtor. anim. capit. 12, nu. 5.

Litteræ vocales fiunt ex voce, tanquam ex materia, & per guttur tanquam per inſtrumentum. Conſonantes fiunt ex voce tanquam ex materia, & per linguam, & fauces tanquam per inſtrumenta. Tom. 3, pagin. 818. lib. 4. de Hiſtor. animal. cap. 9, num. 2.

Sermo articulatus conſtat ex litteris: litteræ autem partim formantur lingua, partim compreſſo ore exprimuntur. Tom. 4. pag. 72, lib. 2. de part. animaliuni, cap. 16, num. 7.

Ad litteras exprimendas plurimum conferunt dentes primores. Tom. 4, pag. 77, lib. 3. de part. anim. cap. 1, num. 3,

LITTORA, quæ fluctibus magis agitantur, ſolent ſolideſcere, itaut euadant ſimilia pauimento ſtrato, quia arenæ minutiſſimæ, & madefactæ, dum pondere aquarum premuntur, coagmentantur, condenſantur, & ſolideſcunt. Tom. 5, pag 678, ſect. 23. probl. num. 29.

LIVIA eſt prima ſpecies generis columbini, quæ dicitur à liuore. Differt autem liuia à columba primo, quia eſt minor, ac difficilius manſueſcit, ſecundo quia habet plumas liuidas, ac pene nigricantes: tertio quia habet pedes rubros, & aſperos, ac nullus ſolet alere liuias. Tom. 3, pag. 836, lib. 5. de Hiſt. animal. cap. 13, num. 2

Liuiæ, ſiue Turriliæ, inſtante hyeme, ſolent diſcedere, nec apud nos hybernant. Tom. 3, pagin. 956. lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 12, num. 9.

Vide Columbæ.

LIVIDI. Qui frigore rigent, euadunt liuidi, quia cum albedo tribuatur igni, & calori, ſanguis congelatus liueſcit. In ſenibus etiam calor color liueſcit ex defectu caloris. Tom. 5, pagin. 515, ſect. 8. probl. num. 1.

LIXIVIVM habet vim aſtrictiuam, non autem liquefactiuam, ideoque non poteſt auferre ſtuporem dentium. Tom. 5, pag. 451, ſect. 1 prob. num. 39.

LOCVS, locatum. Locus eſt quantitas cõtinua, quia partes habet copulatas termino communi, ſicut corpus. Tom 3, pag. 41. lib. Prædic. capit. 7, num. 6.

Omnia videntur eſſe in loco, ac ſola impoſſibilia eſſe nullibi. Tom. 3, pag. 94, lib. 4. Phyſic. cap. 1, num. 5, & ſequ.

Loca naturalia ſunt ſex: ſurſum, & deorſum: ante, & retro: dextrorsum, & ſiniſtrorsũ: Ibid. pag. 94, num. 6.

Sex allatæ differentiæ loci non deſumuntur per ordinem ad nos, ſed dantur ex natura rei ſurſum, & deorſum, quo feruntur grauia &c. Ibidem pagin. 94, numer. 7.

Diſputatur, quid ſit locus, & vtrum ſit materia, vel forma. Tom 3, pag. 96, lib 4. Phyſic. cap. 2, per totum.

Locus eſt in alio, non tamquam in loco, ſed tamquam terminus in terminato. Tom. 3 pag. 100. lib. 4. Phyſicor. cap. 3, num. 6.

Locus, neque eſt materia, neque forma locati, neque ſpatium penetratum cum locato. Tom. 3, pag. 102, lib. 4. Phyſic, cap. 5, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

Locus eſt extremitas, ſeu finis corporis continentis, & hoc eſt genus loci. Ibidem pagin. 104, nu. 7

Locus definitur *finis continentis, immobilis, primus*. Ibidem pag. 104, num. 9.

Differentia loci à vaſe eſt, quod ſit ſuperficies immobilis, & quo pacto conſtituatur immobilis. Ibidem pagin. 104, numer. 8, 9.

Quo pacto locus ſit ſimul penetratiuè cum locato Ibid. pag 105, nu. 10.

Quo pacto res ſint in loco ſimpliciter, vel ſecundum quid; potentia, vel actu; per ſe, vel per accidens. Tom. 3. pag. 106, lib. 4. phyſic. cap. 6, num. 1, 2, 3, 4.

Mundus eſt in loco, non ſimpliciter. & per ſe, ſed ſolum ſecundum quid, & ratione partium. Ibidem pagin. 107, num. 4.

Locus communis omnium non eſt cœlum, ſed ſola ſuperficies concaua vltimi cœli. Ibidem pag. 107, num. 5.

Quare corpora moueantur ad propria loca, & quieſcant in proprijs locis. Tom. 3, pagin. 108. lib. 4 Phyſicor. cap. 7 (numer. 2, 3, 4.

Locus communis eſt, in quo, & intra quod

Digitized by Google

ſunt omnia corpora. Locus proprius eſt, in quo primo continetur corpus, itaut in eo non contineatur aliud corpus. Tom.3, pagin 96, lib. 4. Phyſicorum, capit. 2, num. 11.

Locatum ſe habet ad locum, ſicut pars ad totum, quia locus continet, locatum continetur Tom.3. pag 108, lib.4. Phyſic. cap. 7, nu.3.

Extra cœlum non datur locus. Tom.3. pag. 326, lib.1 de Cœlo, cap.10, num.11.

Explicatur, quo pacto locus ſit quodammodo forma corporis, & quid ſit corpora moueri ad ſuum locum. Tom.3, pag 431, lib.4. de Cœlo, cap.3, num.3.

Loca ita ordinantur, vt continens habeat rationem formæ, & actiui, contentum habeat rationem materiæ, & paſſiui. Tom. 3. pagin. 436, lib. 4. de Cœlo, capit. 6. num. 6.

Ratione loci poteſt quidem corpus corruptibile longiori tempore durare, quam duraret extra talem locum, at non poteſt reddi perpetuum, & omnino immune à corruptione. Tom 4, pagin. 667, lib. de longit. vitæ, cap. 2, num. 7 8, 9.

Empedocles dixit, quod animalia vt conſeruentur, debent degere in locis contrarijs eorum tẽperamẽto, puta quod animalia calida debent degere in locis frigidis, & è conuerſo. Examinatur. Tom. 4. pagin. 700, lib. de Iuu. & ſenect. capit. 13, num. 7.

Puncta non ſunt in loco per ſe, ſed ſolum per accidens. tom.4, pag. 784 lib. de lin. inſecab. cap. 5. nu.9.

Omne corpus ſenſibile eſt in loco, & idem eſt locus naturalis totius, ac partium. Tom. 5. pag. 311. lib.11. metaph cap.11, num. 10

Locus non poteſt eſſe infinitus, quia in infinito non poſſent dari ſurſum, deorſum, vel aliæ ſpecies loci Ibidem pagin. 312, num. 12.

Loca contraria ſunt, quæ maximè diſtant per lineam rectam, quæ ſola eſt menſura diſtantiæ. Tom. 5, pag. 319, lib. 11. capit. 13, num.4.

Locus eſt proprius ſingularium ſeparabiliũ à loco, ideoque antiqui malè dixerunt mathematica immobilia eſſe in loco. Tom.5. pag.410, lib.14. metaphyſic. cap.7, num. 1.

LOCA contraria ſunt, quæ plurimum diſtant per lineam rectam. Tom.3, pag.155, lib.5. Phyſic. cap.4, num.4.

LOCA Topica. Proponuntur loca topica ex contrarijs, contradictorijs, priuatiuis, caſibus, genere, definitione, ac differentia ad oſtendendum aliqua dici multipliciter. Tom. 1, pag.437, lib 1 Topic. cap.13, per totum.

Proponuntur loca topica in problemate accidentis. Tom. 1, pag.447, lib. 2 Topic. cap. 2, 3, 4, per tota.

Proponuntur loca topica in problemate accidentis ex contrarijs, contradictorijs, priuatiuis, relatiuis, coniugatis, caſibus, generationibus, & corruptionibus. Tom. 1. pagin. 458, lib. 2, Topicorum cap.3, per totum.

Proponuntur loca topica in problemate accidentis ex ſimili, ex appoſitione, ex magis, & minus, ſimpliciter, & ſecundum quid. Ibidem pag.463, cap.4 per totum.

Proponuntur loca topica in problematibus comparationum, quibus, quæritur, vtrum aliquid ſit melius, & eligibilius altero. Tom 1. pagin. 467, lib. 3. topicorum, cap. 1, 2, 3, per tota.

Proponuntur loca topica in problematibus comparationum, quibus quæritur, vtrum aliquid ſit magis, vel minus tale. Tom. 1, pagin. 477. lib 3. topicorum, capit. 4, per totum.

Proponuntur loca topica in problemate generis. tom.1. pagin. 483, lib. 4. top. cap. 1, 2, 3, 4, 5, 6, per tota.

Proponuntur loca topica in problemate, in quo quæritur, an proprium ſit bene aſſignatum. Tom.1, pag. 507, lib. 5. top. cap. 2, & 3. per tota

Afferuntur loca topica ad probandum definitionem allatam eſſe obſcuram, vel redundantem, Tom. 1. pagin 532, lib. 6. topic. cap. 1. à num. 5, ad 18.

Afferuntur loca ad probandum orationem allatam non eſſe definitionem Ibidem pagin 537, à numer. 19. vſque ad finem capitis.

Afferuntur loca topica ad examinandum, vtrum aliquid ſit verè differentia. Tom.1. pagin. 542, lib. 6. Topicor. cap 2, à num. 1, ad 14.

Afferuntur alia loca in problemate definitionis. Ibidem pag. 546, à num. 15, vſque ad finem.

Afferuntur loca topica ſpectantia præſertim ad definitiones compoſitorum. Tom. 1, pagin. 556, lib. 6. topicor. cap. 3, per totum.

Pro-

Proponuntur loca pro problemate, in quo quæritur, vtrum aliquid sit idem, an diuersum. Tom.1, pag.564, lib 7. top. cap. 1, à num.1. vsque ad 17.

Proponuntur loca ad constituendam definitionem. Ibidem pag 567. à num.18, vsque ad finem capitis.

Proponuntur loca topica pro sumēdis propositionibus celatiuis. Tom.1. pag.577, lib.8. top. cap 1, à num. 10. vsque ad 25.

Proponuntur loca pro sumendis propositionibus amplificatiuis, & explicatiuis. Tom. 1, pagin. 580. lib. 8 topic. cap. 2, num. 1.

LOCA Sophistica. Vide Fallacia.

LOCA Rhetorica. Locus Rhetoricus sumitur pro eodem, ac elementum enthymematum. Tom 1. pag 811. lib.2. Rhet. cap.23, num.6.

Traduntur loca verorum Enthymematum rhetoricorum. Tom.1, pagin. 812. lib.2. Rhet. cap.24. per totum.

Traduntur loca enthymematum apparentium, & sophisticorum Tom. 1, pagin. 821, lib.2. Rhet. cap.25. per totum.

Traduntur loca rhetorica ex contrarijs, similibus, & relatiuis. Tom. 1, pagin. 812, lib.2. Rhet. cap.24. num.1,2,3.

Traduntur loca rhetorica ex maiori & minori, ex circunstantia temporis, ex definitione & inductione. Ibidem pag.813, nu 4 5,6,7,8,9,10.

Traduntur loca ex enumeratione, ex consequentibus, ex proportione, & ex nomine. Ibidem pag.816, num.12,13,14,15, 16, 28.

Traduntur loca rhetorica apparentia ex æquiuocatione, ex compositione, ac diuisione, ex consequenti, ex non causa vt causa, ex simpliciter, & secundū quid. Tom.1. pag.822, lib.2 Rhet. cap.25. per totum.

LOCO motiuum. Species animæ sunt vegetatiua, sensitiua, loco motiua, & intellectiua, quæ ita ordinantur, vt vegetatiua contineatur in sensitiua, sensitiua in loco motiua, & loco motiua in intellectiua. Tom.3, pag.253, lib.2. de animâ, cap.4, num 6.

LOCVSTA. Locustæ sunt animalia crustata quinis vtrimque pedibus instructa, connumeratis etiam pedibus forcipatis, quibus vtuntur loco manuum, caudis etiam prædita, & quinis vtrinque pinnis. Tom 3, pagin. 795, lib. 4. de Hist. anim. cap.2, num.1,5,6.

Quo pacto locusta mas, & fœmina conueniant, & differant. Ibid. pag.796, num. 7, 8.

Describuntur partes locustarum, & earum oua Ibid. pag.798, num.14,15,16.

Locustæ, quæ sunt animalia crustacea, ex coitu concipiunt oua, eaque in vtero gerunt tribus mensibus. Ouum earum est arenidum, & describitur quale sit. Tom. 3, pagin.347. lib.5. de Histor. anim. cap. 17, nu.1,2,3.

Quo pacto locustæ oua deponāt in suis rugis, & foueant, ac fœtum excludant, Ibidem pagin 847, nu.4,5.

Locustæ nascuntur in locis asperis, & saxosis, ac mutant suam crustam, sicut serpentes mutant pellem. Ibidem pag. 848, num 5,6.

Locustæ licet vincantur à polypis, tamen vincunt congros victores polyporum. Tom 3, pagin.941, lib.8. de Hist.animal. cap.2, num.17.

Locustæ ita polypos metuunt, vt si ijsdem retibus captæ fuerint locustæ, & polypi, locustæ metu polyporum moriantur. Ibid. pag 941, num 17.

Locustæ pascuntur pisciculis, quos circa sua latibula venantur. Explicantur spectantia ad earum venationem, & victum Ibid: pag.942. num 18.

Locustæ pugnant more arietum, & sublatis cornibus se mutuo impetunt, & feriunt. Conspiciuntur aliquando quidam greges locustarum congregatarum. Ibidem.

Locustæ marinæ exuunt pellem senectutis tempore veris, vel autumni, postquam pepererunt. Se abscondunt, & latent quinque circiter mensibus. Tom.3, pagin. 964, lib 8. de Hist. animal. capit. 17, num 7.

Locustæ dum pugnant cum serpente, collum serpentis appprehendunt. Tom 3, pag 990, lib.9. de Histor. animal. cap.6, num.11.

Cancri, & locustæ habent duo brachia forficibus denticulatis prædita, quibus vtuntur, non vt pedibus ad ambulandum, sed vt manibus ad capiendum. Describuntur. Tom.4, pagin. 141. lib.4 de part.animal. cap.8, num.2.

Locustæ differunt à cancris per hoc, quod habent caudam, qua carent cancri. Natura autem dedit locustis caudam, quia cum natant, vtuntur cauda, quasi quodam remo: negauit autem cancris caudam,

dam, quia cum ſoleant latere intra cauernas, & vitam ducere in terra, cauda eſſet illis ſuperflua. Ibid.

Locuſtæ habent forcipem dextrum maiorem, & validiorem ſiniſtro, quia dextra pars eſt validior. Ibidem pagin. 142, num 4.

Locuſtæ generant, & pariunt ex coitu: deponunt oua in quibusdam tabellis, quas habent ſub cauda, ideoque fœminæ habent tabellas ampliores, quam mares. Licet in animalibus mollibus mares ſuo ſemine aſpergant oua fœminarum, tamen hoc nó accidit in cruſtaceis, & quare. Tom.4, pag.572, lib.3. de Gen.anim. cap.8, num.15.

LOCVSTÆ inſecta. Locuſtæ vulgo grilli ſuis gubernaculis, hoc eſt membris ſaltatorijs mouendo membranam quamdam, & atterendo incluſum aerem, ſeu ſpiritũ, edunt ſuum ſonum, qui aliquando eſt ſuauiſſimus. Tom.3. pag. 819, lib.4. de Hiſt. anim. cap.9, num.3.

Locuſtæ, quæ ſunt inſecta, quo pacto cocant, & pariant fœtum per modum faui, ex quo oriuntur vermiculi, qui deinde fœti mutantur in locuſtas. Tom.3, pagin. 861, lib.5. de Hiſtor. animalium, cap.28, num.1.

Locuſtæ, prole orta, ſtatim moriuntur, vermiculis circa collum innaſcentibus tempore partus, qui eas ſtrangulant, & explicantur alia ad ipſas ſpectantia. Ibidem.

Locuſtæ pedibus poſterioribus, qui ſunt longiores, ſe attollunt, & ſic auolant: crura autem ſaltatoria gerunt non in parte priori, ſed in poſteriori, & quare. Tom. 4, pag. 140, lib. 4. de partib. anim. cap.7. num.9.

LOCVTIO, Loqui. Natura dedit homini præ cæteris animalibus ſermonem, & locutionem, quæ ordinantur ad vitam ſocialem. Eſt autem locutio ſignum vniuerſim veri, & falſi, ac non ſolum ſignum moleſti, & iucundi, vt vox. Tom.2, pag. 515, lib.1. pol. cap.2, num.3.

Locutio differt à voce, ſicut ſpecies à genere. Eſt autem locutio articulatio vocis per linguam, & fit ex vocalibus, & conſonantibus. Tom.3. pag.818. lib.4. de Hiſt.anim. cap.9, num 2,

Ex auibus, quæ prædictæ ſunt lingua lata, & tenui, poſſunt articulare locutionem, Ibidem pag. 820. num.9.

Explicantur aliquæ differentiæ locutionum. Ibidem pag.821. num.11.

Locutio, vel quaſi locutio auium non eſt merè naturalis, ſed acquiritur per quamdam diſciplinam. Ibid.

Audientes vocem addiſcimus modum formandi ſimiles voces, adeoque addiſcimus loqui, quia vox audita terminatur ad cor, in eoque efficit ſimilem motum, & impreſſionem, quam experimur, adeoque mouentes cor ſimili motu, formamus ſimilem vocem, eamque formatam emittimus per os. Tom.4, pag.642, lib.5. de Gen.anim. cap.2, num.4.

Ex quibus rationibus Gorgias docuerit, quod qui cognoſcit eas non poteſt hanc ſuam cognitionem per locutionem manifeſtare Tom.5, pag.434, lib. de Xenoph. cap.9, num.13,14,15,16.

Pueri eodem tempore incipiunt poſſe verba articulare, & poſſe intelligere quid alij loquantur. Tom.5. pagin.559.ſect.11. prob. num 27.

Quare nonnulli pueri antequam perueniant ad ætatem, in qua communiter poſſunt loqui, incipiant loqui, ac deinde rurſus obmuteſcant, ac remaneant muti vſque ad conſuetum tempus loquendi. Ibid. pag. 559, ſect. 11. prob. num.27.

LOGICA. Ad logicam principaliter ſpectant orationes, in quibus eſt verum, vel falſum. Tom.1, pag.71, lib 1. perihermcap.4, num.3.

Logica quo pacto fuerit ab Ariſtotele inuenta, & perfecta. Tom.1, pag.679, lib.2. Elench. cap.8, num 6,

In Rhetorica facultas probandi haurienda eſt ex fontibus logicæ, ideoque Rhetorica quodammodo eſt pars logicæ. Tom. 1, pag.687. lib.1. Rhet. capit.1, num.10, 11, 12.

Logica quia docet modum ſciendi, debet præmitti alijs ſcientijs. Tom.1, pag. 53, lib.2. metaph. cap.3, num 2.
Vide Dialectica.

LOLIGINES, lolij. Loligines, & lolij ſunt animalia mollia, quæ vltra octo brachia, in quibus conueniunt cum polypis, habent duas promoſcides, quibus cibum capiunt, & ori admouent, iiſque quoties tempeſtates vrgent, ſaxis adhærent, & ſe quaſi quibusdam anchoris firmant. Pinnulis etiam, quibus aluus circumdatur, ad natandum vtuntur. Tom.3, pag.791, lib. 4. de Hiſtor.animal. cap.1, num.6. & To. 4. pag.145, lib.4. de part. animal. cap. 8, num.7,8.

Se-

Sepia, & loligo differunt, quod loligo eſt longior, ſepia eſt latior. Qui vocantur lolij ſunt multo maiores loliginibus, ſiquidem creſcũt vſque ad magnitudinem quinque cubitorum. Datur tamen genus loliorum valde paruum. Lolij, & loligines differunt etiam figura, ſiquidem lolij mucro eſt latior mucrone loliginis. Aluus etiam lolij ambitur pinnula magis continua, quam pinnula, qua ambitur aluus loliginis. Conueniunt tamen lolij, & loligines in hoc, quod in alto pelago verſantur. Tom. 3, pagin. 792, lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 9, 10.

Loligines, & lolij habent partem duram proportionalem oſſibus, quæ vocatur gladius. Quo pacto gladius loliginum differat à ſepio ſepiarum. Ibid. pag. 793, num. 14.

Loligines quo pacto coeant. Tom. 3, pagin. 830, lib. 5. de Hiſtor. animalium, cap. 6, num. 2.

Loligines in alto mari pariunt ouum ſimile ouo ſepiæ. Non diu viuunt, ſiquidem duos annos nõ explent, exceptis paucis. Ex ſinguis ouis ſinguli proleunt fœtus, & quo pacto loligo mas differat à fœmina. Tom. 3, pag. 850, lib. 5. de Hiſt. anim. cap 18. num. 7.

Loligines ſunt carnuoræ, & pugnando etiam piſces maiores ſuperant. Tom. 3, pag. 942. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 8, num. 19.

Loligines tum ſunt ad comedendum optimæ, cum ſunt grauidæ. Tom. 3, pagin. 978, lib. 8. de Hiſtor animalium, cap 30, num. 1.

Lolij ſunt gregales. Tom. 3, pag. 985, lib. 9. de Hiſtor. animal. cap. 2, num. 1.

Loligines, & polypi tum ſolum atramentum effundunt, cum timent. Tom. 3, pag. 1011, lib. 9. de Hiſtor. animal. cap. 37, num. 18.

Loligines quia alueo longiori ſunt præditæ, indigent aliquo proportionali oſſibus, vt fulcimento ad hoc, vt poſſint aluum, & caput dirigere, inflectere, & ſuſtinere, quod proportionale oſſibus vocatur gladius. Tom. 4, pag. 53, lib. 2. de part. anim. cap. 8, num. 7.

Loligines habent duo receptacula, quaſi duos ventres. Deſcribuntur. Tom. 4, pag. 126, lib. 4. de part. animal. capit. 5, num. 10.

Loligines habent atramentum minus copioſum, quam ſepiæ, quia cum viuant in alto mari, ſunt minus expoſitæ periculis. Ibidem pag. 127, num. 11.

Loligines quia ſolum ſunt factæ ad natandum, non autem ad ambulandum, conſtant corporibus aptis ſolum ad natandum, non autem ad ambulandum. Tom. 4, pagin. 145, lib. 4. de part. anim. cap. 8, num. 6, 7, 8.

Loligines quia habent vterum bifidum, habent oua bifida, ſiquidem oua figurantur à figura vteri. Tom. 4, pag. 572, lib. 3. de Gener. animal. capit. 8, num. 3.

LONGÆVI. Vide Vita longa.

LONGITVDO, longa. Quare animalia, & omnes plantæ magis creſcant ſecundum longitudinem, quam ſecundum latitudinem, & profunditatem. Tom. 5. pag. 612, ſect. 17. prob. num. 2.

Res ita augentur, vt primo ducantur quædam lineæ phyſicæ, & ſic fiat longitudo, deinde addantur lineæ transuerſales &c, ideoque longitudo augetur ter. Ibidem pag. 612, num. 2

Quare ligna, quo ſunt longiora, eo ſint imbecilliora, & ſi tollantur, magis flectantur. Tom. 4, pag. 740, lib. Quæſt mech. qu. 16. num. 1, 2.

Pondus æquale, ſed longius difficilius humeris geſtatur, quam breuius, quia extremitates ponderis longioris magis concutiuntur. Tom. 4, pag. 758. lib. Quæſt mechan. qu. 27 num. 1, 2, 3.

LONGITVDO mundi. Longitudo mundi eſt diſtantia à polo ad polum, quia eſt diameter maximè determinata. Tom. 3, pag. 349. lib. 2. de Cœlo, cap. 2, num. 14.

Longitudo mundi aliter ſumitur ab Ariſtotele, quam à Geographis. Ibid.

LONGITVDO Vitæ. Vide vita longa.

LOQVACITAS. Aures magnæ, & nimis erectæ ſigna ſunt loquacitatis, & ſtultiloquentiæ. Tom. 3, pag. 712, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 11 num. 4.

Venter durus, & pilo'us ſignificat loquacitatem, quia aues & habent ventrem plumis tectum, & ſunt loquaces, ac garrulæ. Tom. 4, pag. 79., lib. phyſiog. cap. 4, num. 3.

LVBRICVM. Vide viſcoſum.

LVCERNA. Equa abortum facit odore lucernæ extinctæ, ſicut etiam talis odor in quibusdam mulieribus prægnãtibus cauſat abortum. Tom. 3, pagin. 975, lib. 8. de Hiſtor anim. capit. 24. num. 2.

Ignis exiguus lucernæ conſeruari non poteſt in loco, in quo flagrat ignis maior; ſi-

ſiquidem ignis maior trahit, & abſumit alimentum ignis minoris. Tom. 5. pag. 459. ſect. 1. prob. num. 58.

Quia lucerna nutritur oleo, conſumpto oleo, extinguitur, & lumen amittit. Aliquid proportionale accidit ſenibus, dum moriuntur per marcorem, conſumpto humido. Tom. 5. pagin. 476, ſect. 3. prob. num. 5. B.

LVCRVM dominantium, qui vt lucrentur, damnum inferunt Reipublicæ, & priuatis, quo pacto caueſet ſeditiones, & mutationes rerumpublicarum. Tom. 2, pagin. 669, lib 5. pol. cap. 3, num. 1.

LVCTATORES. Quare luctatores, ſi interpoſita aliqua quiete, luctentur, magis iudent, quam ſi continue, ac nulla quiete interpoſita, luctentur Tom. 5, pag. 462, ſect. 2. problem. num. 7.

LVCTVS. Vide lugentes.

LVDVS. Quia iucundum eſt vincere, neceſſe eſt etiam illos ludos eſſe iucundos, qui ſpectant ad pugnas, & contentiones: iudos etiam talorum, & pilæ, & aleæ, & teſſerarum. Ex ludis etiam ſeriis alij iucundi ſunt aſſuetudine, alij ante omnem aſſuetudinem, vt venatio. Tom. 1, pagin. 738, lib. 1. Rhet. cap 11, num. 11.

Ludus, & iocus habent pro fine negotium, ideo felicitas, quæ eſt vltimus finis non conſiſtit in ludo Tom. 2, pag. 771, lib. 8. pol. cap. 3. num. 3.

Ludi puerorum neque debent eſſe illiberales, neque laborioſi, neque nimis remiſſi, ac debent pueri exerceri in ludis, qui ſint imitationes eorum, quæ deinde ſerio sùt acturi. Tom 2, pag. 770, lib. 7. pol. cap. 17, num. 4.

Amatores ludi ſolent habere cubitum breuiorem, & eſſe amatores victoriæ. Tom. 4, pagin. 798, lib. phyſiog. capit. 6. num. 19.

Vide Iocus

LVGENTES Quare aliquâdo in luctu quædam voluptas inſit. Tom. 1, pag. 738, lib. 1. Rhet. cap. 11, num. 9.

Qui lugent, vehementer intendũt ſpiritum, ideoque illum emittunt velociter & proferunt vocem acutiorem. Ex oppoſita ratione qui rident, emittunt vocem grauiorem Tom. 5, pagin. 554, ſect. 11. probl. num. 13, 15, 50.

LVMBI. In parte poſteriori partes illæ, quæ opponuntur hypochondrijs ad cincturam, vocantur lumbi. Tom. 3, pag. 714, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 13, nu. 1.

Quare in doloribus lumborum medici ſanguinem eliciant ex venis poplitum, & malleorum Tom. 3, pag. 763, lib. 3. de Hiſtor. anim. cap. 3. num. 2.

Lumbi debuerunt eſſe excarnes, vt flecti poſſent, ſiquidem omnes flexus ſunt excarnes. Tom. 4, pag. 107, lib. 3. de partib. anim. cap. 9, num. 8.

Femora, & lumbi magis defatigantur, quam tibiæ, quia cum ſint partes magis ſenſitiuæ, magis dolent propter ſolutionem continui, quam tibiæ. Tom. 5, pag. 504, ſect. 5. prob. num. 26.

Lumbus paruus, & imbecillus eſt ſignum timidi. Tom. 4, pag. 795, lib. phyſiogn. cap. 6, num. 2.

LVMBRICI. Ex excrementis inteſtinorum generantur lumbrici, quorum tria ſunt genera, lati, teretes, ſeu rotundi, & qui græcè dicuntur aſcarides. Lumbrici nihil aliud pariunt, exceptis lumbricis latis, qui adhærent inteſtinis, qui pariunt quiddam ſimile ſemini cucumeris, ideoque cum ægrotus emittit aliquid tale, medici conijciunt in eius inteſtino latere lumbricos latos. Tom. 3, pagin. 851, lib. 5. de Hiſtor. animal. cap. 19, num. 4.

Canes lumbricis infeſtati, vt ſibi medeantur, tritici legetem comedunt. Tom. 3. pagin. 990, lib 9. de Hiſtor. anim. cap. 6, num. 9.

Vide inteſtina terræ.

LVMEN, lux, luminoſum, lucidum. Lumen, quod eſt quaſi color obiectorum lucidorum, dum videtur in ſpeculo, aliquando videtur vt purum lumen, aliquando, vel propter debilitatem viſus, vel quia inficitur per colorem medij, aut ſpeculi, videtur vt coloratum. Tom. 3, pagin. 630, lib. 3. meteor. cap. 2, num. 9

Corpora terſa, & læuia reflectunt, aut refrangunt lumen. Tom. 3, pag. 633, lib. 3. meteor. cap 4, num. 2.

Lumen dum tranſit per nigrum, facit colorem puniceum. Ibidem pagin. 637, numer. 13

Lumen reflexum poteſt colorari ſolum tribus coloribus, puniceo, viridi, & purpureo, & quare. Tom 3. pagin. 639, lib. 3. meteor. capit. 4, num 19.

Lumen eſt *actus perſpicui, ſeu diaphani, vt perſpicuum eſt*: ſeu lumen eſt, per quod diaphanum tamquam per propriũ actum redditur actu diaphanum, hoc eſt tale, vt per illud poſſint videri colo-

res.

res. Tom.4, pagin.267, lib.2. de anima, cap.10, num.5. & pag.340, lib. de ſenſu, & ſenſib cap.3, num.2.

Aliqui dixerunt lumen eſſe corpus, puta ignem tenuiſſimum; alij cum Democrito dixerunt lumen eſſe effluxum atomorum tenuiſſimarum ex corpore lucido. Reijciuntur, tum quia lumen penetratur cum corpore illuminato, tum quia propagatur in inſtanti. Ibidem pagin. 267, num.6,7,8,9.

Corpora lucida videntur per medium, tum aliunde illuminatum, tum aliunde non illuminatum, & per hoc differunt tum à coloratis, quæ ſolum poſſunt videri per medium aliunde illuminatum, tum à ſublucidis, quæ ſolum poſſunt videri per medium non aliunde illuminatum. Ibid. pagin.269, num.11,13,14.

In primo gradu viſibilium ſunt corpora lucida, quæ ſunt ita perfectè viſibilia, vt non ſolum poſſint mouere ad viſionem, ſed etiam poſſint reddere medium perſpicuum actu, hoc eſt tale, vt per ipſum poſſint videri corpora colorata. Ibidem pagin.269, num.14.

Lumen ſemper reflectitur, ſed eius reflexio non aduertitur, niſi cum reflectitur vehementer ab aliquo corpore læui. Tom. 4, pagin. 271, lib. 2. de anima, capit. 11. num.5.

Corpora læuia emittunt quemdam fulgorem, qui licet ſit ſimilis luci, tamen non attingit perfectionem lucis, quia non poteſt reddere diaphanum perſpicuum actu. Tom.3, pag. 335, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap.2. num.4.

Paruum lumen ita quodammodo extinguitur à maiori, vt non videatur. Ibidem pagin. 335. num.7.

Empedocles, & Plato dixerunt oculum ideo videre, quia ex oculo, quaſi ex laterna exit lumen: ideo autem non videre in tenebris, quia lumen egrediens in aere tenebroſo ſtatim extinguitur. Reijciuntur. Ibidem pagin. 335, num. 5, 6, 7, 8.

Licet ſenſibilia aliorum ſenſum prius moueant medium, quam ſenſum, tamen lumen non ſimul peruenit ad vnam partem medij, quam ad aliam, ſed ſimul tempore propagatur per totum medium, & peruenit ad ſenſum. Tom.4, pag.360, lib. de ſenſu, & ſenſibili, cap.7, num.2. 3. 4. 5.

Lux licet ſubtilior non penetrat multa corpora dura, per quæ penetrat ſonus craſſior, quia ſolum propagatur per lineam rectam, adeoque ſolum penetrat per corpora, quæ habent poros ordinatos ſecũdum rectitudinem. To.5, pag.567, ſect 11. problem. num.49. 61, & ſect.25. num.9.

Quare lumen ingrediens per foramina triangularia, vel quadrangularia, dum deinde terminatur in charta, non conformetur in figuram angulosam, ſed in carentem angulis, puta rotundam, vel oualem. Tom.5, pagin. 593, ſect 15. prob. num.5.

Quare dum ſol eclipſatur, ſi lumen ſolis tranſeat per foramina criori &c, ac deinde recipiatur in pauimento, vel charta non fiat rotundum, ſed lunulatum, ſicut ſol. Ibid pag.598, num 10.

Impoſſibile eſt, vt luminoſum quamuis maximum ſuis radijs illuminet totum corpus, quamuis minimum. To 5, pag.600, ſect.16. prob. num.1.

LVMINIS reflexio. Vide reflexio, refractio.

LVNA. Rotunditas lunæ probatur ex eo, quia circulariter illuminatur. To.1, pag. 323, lib.1 poſt. capit.13 num.3.

Eclipſis lunæ demonſtratur ex interpoſitione terræ. Ibidem pagin. 324, nu.3.

Oſtenditur lunam eſſe ſphæricam, tum ex modo, quo creſcit, ac decreſcit, tum ex eo, quod cum ſolem eclipſat, ſol apparet lunaris. Tom.3, pag.371, lib.2. de Cœlo, cap. 11, num.2.

Iris aliquando fit noctu à luna, ſed raro fit, & raro videtur, quia vt plurimum noctu colores Iridis non diſcernuntur. Rurſus Iris lunæ fieri poteſt vnica die menſis, hoc eſt in plenilunio, & luna exiſtente in horizonte, & concurrentibus alijs multis, quæ raro accidunt. Tom.3, pag. 619. lib.3. meteor. cap 2, num.6.

Ova Echinorum in plenilunijs ſunt pleniora, non quia Echini tempore plenilunij copioſius paſcantur, vt quidam putant, ſed quia tempore plenilunij noctes ſunt tepidiores: echini autem vtpote exangues deſiderant calorem. Tom. 4 pagin. 131, lib. 4. de partib. animalium, cap.5, num.20.

Luna decreſcente, aer eſt humidior, & frigidior: ſiquidem luna ſingulis menſibus cauſat ſuam hyemem, & æſtatem: æſtatem cauſat, cum creſcit, & abundat lumine, quod eſt cauſa caloris: hyemem cauſat, cum decreſcit, & lumine deficit.

cit. tom.4, pag.598, lib.4. de Gen.anim. cap 2, num.3.

Luna decreſcente, in mulieribus fluxus mẽſtrui ſunt copioſiores, quia ſanguis minus concoquitur. Ibid.

Menſis eſt circuitus, per quem luna à ſole digredi.ens redit ad coniunctionem cum ſole, ideoque fit ex motu ſolis, ac lunæ. tom.4, pagin 631, lib.4 de Gen. animal. capit.10, nu.3.

Quare geſtationes in vtero, ac vitæ animalium mẽſurentur periodis, ſeu circuitibus ſolis, ac lunæ. Ibidem pagin 631, num.3,4,5.

Luna ita illuminatur à ſole, vt ſit veluti minor ſol, ideoque eſt ſecundarium principium inferiorum. Ibidem pagin. 631, num.4.

Quare dum luna eſt ſemiplena, linea, quæ ſeparat partem illuminatam à non illuminata, videatur recta, licet non ſit recta, ſed circularis. Tom. 5 pag.594, ſect. 15. prob num.6.

Licet luna ſemper illumineiur à ſole ſecundum dimidium ſui, non ſemper videtur à nobis ſecundum hemiſphœrium illuminatum, & quo pacto videatur vt diuerſimode illuminata. Ibid. pagin. 594, num.6. C.

Quare ſol, & luna videantur plana, licet ſint rotunda. Ibidem pag.597, num.8.

Quare luna, cum eſt in eadem eleuatione ab horizonte, proijciat vmbras maiores, quam ſol. Ibidem pag.597 nu.9.

Quare ante eclipſim lunæ ſoleant excitari magni venti. tom 5, pagin.702, ſect.26. prob. num.20.

LVPVS. Lupi ſunt generoſi, feroces, & inſidioſi. tom.3.pag.702.lib.1. de Hiſt.anim. cap.1, num.25.

Lupi ſunt ſemper feri, nec poſſunt manſueſcere. Ibidem pagin.700. num.19.

Lupus eſt vtraque maxilla dentatus, & vnicum habet ventrem. Thos etiam, ſeu lupus ceruarius habet vnicum ventrem, & omnia inteſtina ſimilia lupis. tom. 3, pag.751, lib.2. de Hiſtor.animal. cap.17, num.12.

Lupi tempore coeundi euadunt ſæuiores, ſed non ſolent inuicem pugnare, quia non ſunt gregales. tom.3, pag.896, lib.6. de Hiſtor.anim. cap.18,num.2.

Lupi coeunt, & pariunt eodem modo, quo canes. tom.3, pag.829, lib. 5. de Hiſtor. anim. cap.2. num.6. & pagin 915, lib. 6. de Hiſtor. animal. cap.35, num.4.

Lupi conueniunt cum canibus in ætate, qua coeunt, & in numero fœtuum, quos pariunt, ac edunt filios cœcos, ſicut canes. Fabula eſt, quod pariant poſt duodecim dies à coitu, eo quod Latona, cum ex Ioue concepiſſet Apollinem, & Dianam, duodecim dierũ ſpatio latens ſub facie lupæ ab hyperboreis mõtibus deducta fuerit ad inſulam Delon. Tom 3. pag. 9 5, lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 35. num. 1.

Lupi ſunt carniuori, ac dicuntur cum eſuriunt, comedere quamdam terram. Tom. 3, pag.949, lib.8. de Hiſtor anim. cap.5, num.1.

Ex lupis, ij, qui vocantur vnipetæ, appetunt carnem humanam magis, quam qui dicuntur venatores. Ibid.

Sues pugnant etiam cum lupo, ac poſſunt ipſis reſiſtere. Tom.3. pag 951, lib.6. de Hiſt.anim. capit.6, num 3.

Lupi in Aegypto ſunt minores, quam in Græcia, quia in campis apertis Aegypti parum poſſunt ouibus inſidiari, ideoque parum illis ſuppetit cibi. Tom. 3, pagin.670, lib.8. de Hiſtor.anim. cap 28. num.6.

In agro cyrenaico ex cane & lupo naſcitur lyciſca. Tom.3, pag.977, lib.8. de Hiſtor. animal. capit.28,nu.12.

Lupus eſt inimicus aſino, tauro, & vulpi, eosque inuadit, vt eorum carnibus veſcatur. Tom 3, pag.983, lib.9. de Hiſt.anim. cap.1.num.15

Collum in lupo, & leone conſtat vnico oſſe perpetuo, ideoque eſt inflexibile: natura enim vt daret illis collum robuſtius, non curauit, vt eſſet flexibile. tom.4. pagin.148. lib.4. de part. animal. cap. 10, num.6.

Lupi habent in cruribus anterioribus quinque digitos, quia in iis crura anteriora fungi debent officio manuum, in cruribus poſterioribus habent ſolum quatuor digitos. tom.4, pag.152. lib.4. de part. anim. cap.10, num.17.

Canis, lupus, & alia animalia habentia pedes ſciſſos in multas partes ſunt multipara, ac vno partu pariunt plures fœtus. tom.4, pag.611, lib.4. de Gen.anim. cap. 4, num.16

LVPVS ceruarius. Lupi ceruarij, ſeu Thoes, & lynces coitu implentur vt canes: pariunt filios cœcos tres, vel quatuor. Sunt corpore longiores, & cauda porrectiores, ſed humiliores. Licet breuibus cruribus ſint præditi, tamen præſtant celeri-

leritate, & saltu. Tom.3, pag. 916, lib.6. de Hist.anim. cap.35, num 4.

Lupi ceruarij habent vnicum ventrem, & intestina similia intestinis luporum. Tom. 3, pag.751, lib.2. de Hist. anim. capit.17, num 12.

Leo, & lupus ceruarius sunt inimici propter victum, quia vterque est carniuorus. Tom 3, pagin 985, lib.9. de Hist. animal. capit.1,num 25.

Thoes, seu lupi ceruarij sunt amici hominibus,at canibus,& leonibus sunt inimici. Ex lupis ceruarijs minores sunt præstantissimi. Alio colore præditi sunt tempore æstatis, ac tempore hyemis, & æstate sunt pilis nudi, hyeme pilis vestiuntur. Tom.3, pag.1030. lib. 9 de Hist. animal. cap.44, num 10.

LVPVS Piscis. Lupi pisces,vulgo *spicule* habent quatuor pinnas,duas in parte superiore, duas in inferiore. Tom.3, pag.704, lib.1. de Hist.anim. capit.5.num.7.

Lupus enumeratur inter pisces acutissimo auditu præditos. Tom.3, pag.815, lib.4. de Hist.anim. cap.8, num.14.

Lupi interdiu fuscina capiuntur sopiti,licet existimetur impossibile, vt fuscina capiantur vigilantes. Tom.3, pag.823, lib.4 de Hist.anim. capit.10, num.5.

Ex piscibus fusaneis solus lupus marinus vno anno parit bis, sed ita, vt fœtus posterior sit imbecillior, & imperfectior. Tom. 3, pag 833, lib. 5. de Hist. animal. cap.9. num.5.

Lupi præcipuè pariunt in locis, in quibus flumina ingrediuntur in mare. Tom. 3, pagin.854. lib.5. de Hist. animal. cap.11, num.5.

Lupus parit oua. Tom.3, pag. 886, lib.6. de Hist.anim. cap.13,num.1.

Lupi carnibus vescuntur, sed etiam comedunt algam. Tom.3, pag.942, lib.8. de Hist.anim. capit 2. num 11.26.

Lupus, & alij pisces, qui lapidem habent in capite, per hyemem maximè laborant, quia lapidis rigor facit, vt gelascant, & exanimes concidant. Tom.3, pagin.966, lib.8. de Hist.anim. capit.19, nu 3.

LVPI aranei. Vide aranei.

LVSCINIA. Luscinię mares canunt perinde ac fœminæ; dum ouis incubãt,& pullos educant à cantu abstinent: obseruatumque est luscinium instruere suos pullos ad canendum Tom.3.pag.821, lib.4. de Hist.anim cap.9. num.11.

Luscinia æstate parit quinque, aut sex oua, deinde occultatur ab autumno vsque ad ver. Tom.3, pag.833,lib.5. de Hist.anim. cap.9, num.2.

Luscinia canere solet quindecim diebus, ac noctibus eo tempore, quo syluæ incipiũt frondibus opacari; quibus elapsis, canit quidem, sed interruptè. Aestate procedente, aliam emittit vocem, sed non multis modis variam, sed simplicem, atque alium colorem induit, & in Italia alio vocatur nomine. Non multo tempore apparet, siquidem aliquandiu latet. Tom.3, pagin.1034. lib.9. de Histor.anim. cap.49, num.4.

LVSCIOSITAS, luscioſi. Luscioſitas oculorum oritur ex abundantia humoris, ideoque morbo luscioſitatis sæpius laborant iuuenes,quam senes,quia iuuenes humidiori cerebro sunt præditi, quam senes: quia etiam oculi sunt nigri ex abundantia humoris, sunt cæsij ex defectu humoris,ideo luscioſitate magis laborant qui nigris, quam qui cæsijs oculis sunt præditi. Tom. 4 pag 638. lib.5. de Gen. anim. cap.1,num.19.

Quare luſci, seu luscioſi scribere soleant litteras admodum paruas, ac minutas. To. 5, pagin.751, sect 31. prob num.8,15.

Luscioſi propter imbecillitatem visus contractis palpebris scribunt. Ibid pag 751, num.8,16.

Quo pacto luscioſi differant à senibus quoad imperfectionem videndi. Ibidem pag. 756.num.26.

LVTEA luteola. Auis,quæ dicitur chloris, seu lutea, & luteola, quia plumas inferiores habet luteas, magnitudine est similis alaudæ. Parit oua quatuor, aut quinque. Nidum facit ex quadam herba, ac nido subijcit stragulum ex pilis, & lana. Tom.3, pagin.997, lib.9. de Hist. animal. cap.13, num 4.

Luteola vermibus vescitur. Tom. 3. pagin. 945, lib.8 de Histor. animalium, capit.3, num.2.

Pipo, Alauda, & lutea, seu Chloris inuicem dissident Tom.3, pag.982. lib 9. de Hist.anim cap 1, num.10.

Turtur, & luteus pugnant,ac luteus turturem interficit. Ibid. num.12.

LVTEVM oui. Vide vitellus oui.

LVTRIS,lutra. Lutris,seu lutra est quadrupes syluester quærens victum circa lacus, & fluuios, & etiam hominem mordet,atque ore apprehensum non prius relinquit,quam fracti ossis crepitum audierit.

rit. Tom.3, pag.950, lib.8. de Hiſt.anim. capit.5, num.5.
LVX. Vide lumen.
LVXVRIOSI. Vide libidinoſi.
LYCOPRON auferebat copulam à propoſitione, ne concederet vnum eſſe multa. Tom. 3, pag 10, lib. 1. Phyſicor. cap. 3, num.9.
Lycophron Rhetor, & poeta, cum fuiſſet illi propoſitum, vt laudaret lyram, poſtquam quædam dixit de lyra ſonatoria, transtulit orationem ad lyram cœleſtem. Tom.1, pagin. 645, lib.1. Elench cap. 14, num.15.
LYDAMIS qua arte magnam pecuniam parauit. Tom. 2, pagin. 807, lib. 2. Oecon. capit.1, num.2
LYDIA harmonia. Vide harmonia.
LYCVRGVS Lacædæmonum legislator peregrinatus eſt in Creta, & ideo inſtituit Rempublicam lacedæmonum ſimilem Cretenſi Tom 2,pag.573, lib.2. pol, cap. 7, num.9.
Vide Lacedæmones.
LYNCES. Vide lupus Ceruarius.
LYRA. Sonus lyræ propriè non eſt vox, ſed dicitur vox, quia habet quamdam ſimilitudinem cum voce. Tom. 4. pagin. 274.lib.2. de anima, cap. 12, num 1.
Sonus tybiæ, quia fit cum ſpiritu eſt ſuauior ſono lyræ, qui fit ſine ſpiritu, ideoque maiori cum delectatione audimus cantilenas ſolitarias, cũ ad tibiam, quam cum ad lyram canuntur Tom.5, pag.639, ſect.19. prob. num.44.
LYSANDER apud lacædemones voluit auferre poteſtatem regiam. To. 2, pag.666, lib.3. pol. cap. 1, num.3.
Lyſander lacedæmonius habebat complexionem melancholicam, ideoque paulo ante mortem laborauit eo genere vlcerum, quæ cauſantur ab atra bile. Tom.5, pag.734, ſect.30 prob. nu.1.

M

MACHINA. Describuntur quædam machinæ, quæ vocabantur automata, quia videbantur mouere ſe ipſas, & oſtenditur, quod animalia proportionali modo mouent ſe ipſa. Tom.4. pag 429, lib. de motu anim. capit.5. num.1,2.
Ope machinarum minora pondera ſuperant maiora, & paruum pondus eleuat magna pondera. Tom. 4, pagin. 711, lib. Quæſt. mechan. cap.1, num.2.
MACILENTI. Qui habent complexionem frigidam, vt cibum concoquant, indigent motu, ideoque quiete extenuantur, & fiunt macilenti Tom. 5, pag. 510. ſect.6. probl. num.1.
Quare aliqui quiete pingueſcant, alij extenuentur,& fiant macilenti. Ibidem pag 510, num.1
MADEFACTIO. Non omnia ſunt apta ad madefaciendum, ſed illa ſolum, quæ habent humiditatem lentam, adeoque corporibus adhærentem: & quia aqua, & non aer habet talem humiditatem, ideo aqua madefacit, non autem aer. Tom. 5, pagin.692, ſect.25. prob. num. 12
MÆNIA. Oſtenditur Ciuitatem,etiamſi militari gloria floreat,eſſe mænibus cingendam. Tom.2, pagin. 754, lib.7. pol. cap. 11, num 4,5,6,7,8.
MÆOTICA palus. Fundus paludis mæoticæ propter terram ingeſtam à fluminibus ita excreuit, & eſt eleuatus, vt palus tempore Ariſtotelis eſſet nauigabilis à multo minoribus nauigijs, quam anteannos ſexaginta, ideoque videtur tandem exiccanda. Tom.3. pagin.572, lib 1. meteor. cap.14. num.10.
Mare ex palude Mæotide ſenſibiliter fluit in Pontum Euxinum, quia terra ad ſeptentrionem eſt altior. Tom.3. pagin.575, lib.2. meteor. cap.1. nu.10.
MAGADARE,Magas. Magas,ſeu magadis erat inſtrumentũ muſicũ,ad quod antiqui ſuas cantilenas paſſim ſolebant cantare, ideoque dum tales cantilenas cantabant, dicebantur magadare. Tom.5, pag.626, ſect.19. problem. num.17.
Quare qui paſſim canunt, & magadant ſoleant canere ſolum diapaſon. Ibidem pagin.626, num.17 & pag.636, num 40.
MAGIS,& minus.Proponuntur loca ex magis, & minus in problemate accidentis, Tom.3, pagin.464, lib.2. top. cap.4. nu. 3,4,5,6,13,14.
MAGISTRATVS eligere ſorte eſt, ſicut ſi quis electurus ex nautis gubernatorem nauis,non eligeret peritiſſimum nauis gubernandæ, ſed eum eligeret ſorte. Tom. 1, pag.803, lib.2. Rhet. cap.21,num.4.
Magiſtratus virum oſtendit, vt dixit Bias, quia qui gerit magiſtratum, debet vti virtute ad bonum commune, adeoque debet habere virtutem perfectam. Tom. 2, pagin.123, lib. 5. Ethicorum, capit.1, num 16.

Digitized by Google

Plato in ſua Republica voluit eoſdem ſemper eſſe in magiſtratu, & in hoc errauit, quia ex eo, quod ijdem ſemper ſint in magiſtratu, oriuntur ſeditiones, præſertim apud homines militares, ac generoſos. Tom.2, pag 553. lib. 2. polit. cap. 3, num.9.

Magiſtratus ſunt præcipua pars ciuitatis, ideoque etiam ipſi debent eſſe felices in ciuitate. Ibidem pagin.553, num 10.

Plato voluit, vt in ſua Republica aliqui eligerentur ſuffragijs, ac deinde ex ijs magiſtratus ſorte eligerentur. Hoc autem eſt partim democraticum, partim oligarchicum: nam electio per ſortem conuenit democratiæ, electio per ſuffragia conuenit oligarchiæ. Explicatur, quo pacto Plato vellet magiſtratus eligi. Tom.2, pag. 557.lib.2.Polit.cap.4,nu 13.

In Republica Lacedæmonica tres erant magiſtratus, Ephororũ, qui ſumebantur ex plebe, Senatorum, qui ſumebantur ex præſtantibus, & regum. Oſtenditur omnes illos fuiſſe male conſtitutos. To. 2, pagin.571, lib.2. politic. cap.7, num. 6, 7, 8.

Reſpublica Cretenſium quo pacto eſſet inſtituta quoad magiſtratus Tom. 2, pag. 576, lib 2. pol cap.8, nu.n.5,6,7,8.

Carthaginenſes cenſebant in electionibus magiſtratuum habendam eſſe rationem non ſolius virtutis, ſed etiam diuitiarum, quia videtur impoſſibile, vt egeni bene magiſtratus regant, ac publicis negotijs vacent. Tom 2. pag.579, lib.2. politicor. cap.9, nu.8.

Malum eſt, vt magiſtratus præſertim ſupremi ſint quodammodo venales, & tales erant apud Carthaginenſes. Ibidem.

Non videtur expedire, vt ijdem homines plures ſimul magiſtratus gerant, quia ab vno vnum opus optimè efficitur. Ibidem pag.580, nu.9.

Reſpublica Carthaginẽſis, licet eſſet oligarchica, tamen ſeditiones popularium effugiebat, quia mittebat populares ad aliqua munera exercenda in ciuitatibus ſubiectis. Ibidem pagin.580. num.10.

Vt magiſtratus diſtribuantur dignioribus, non debent comparari ſecundum omnia, ſed ſolum ſecundum ea, quæ conferunt ad finem ciuitatis, hoc eſt ad bene, beateque viuendum. Tom.2, pag 608, lib.3. politic. cap.8. per totum, & pagin. 603, cap. 6, num.9.

Magiſtratus debent gubernare ſecundum leges: & quia leges non poſſunt prouidere de omnibus, debent prouidere ijs, quibus lex prouidere non potuit. Tom 2, pag.608. lib.3. polit. cap 7, nu 15.

Multitudo nec omnino eſt à magiſtratibus excludenda, nec magiſtratus maximi dandi ſunt multitudini. Ibid. pag.606,nu. 8, 9, 10.

Magiſtratus in Aethiopia dabantur magnis, & pulchris. Tom.3, pag. 632, lib. 4. pol. cap.4, num.1.

Pauperes abiectiore ſunt animo, ideoque parum apti ad magiſtratus gerendos. Tom.2, pag. 647, lib 4. politic. cap. 11, num 5.

Mediocres ſunt maximè apti tum ad parendum, tum ad magiſtratus gerendos. Ibid.

Maximè proprium magiſtratuum eſt ſtatuere, ac iubere quæ ſunt ab alijs facienda, ideoque magiſtratus propriè vocantur, quibus data eſt facultas de quibuſdam ſtatuendi, ac deliberandi, ac iubendi. Tom.2,pag .658,lib 4. pol, cap.15 num.2.

Quot, & quales magiſtratus ſint in ciuitatibus neceſſarij, vel vtiles. Ibidem pag. 659, num.3,4. & pag.726, lib.6. pol.cap. 8. per totum.

In magnis ciuitatibus ſinguli magiſtratus debent ad ſingula deputari, ſecus in paruis. Ibidem pag.639, nu.3,4. & pag.726, num.1.

Quinam magiſtratus poſſint, vel non poſſint in eodem coniungi. Ibidem pag.660, num.4,5.

Quinam magiſtratus ſint proprij oligarchiæ, democratiæ, vel ariſtocratiæ. Ibid. pag 661, num.6.

Quot modis magiſtratus poſſint conſtitui, & quinam modi illos conſtituendi conueniant oligarchiæ, democratiæ, ariſtocratiæ, & Reipublicæ communi. Ibidem pag 661, nu.7,8,9.

Ad conſeruationem Reipublicæ curandum eſt, ne magiſtratus incumbant ad lucra primata, quia ſi populus viderit nullum lucrum à magiſtratibus referri, minus ægrè feret ſe à magiſtratibus excludi. Tom.2, pag 688, lib.5. politic: capit. 8, num.12.

Ad conſeruationem Reipublicæ magiſtratus præcipui ſunt deferendi hominibus amãtibus præſentem ſtatum ciuitatis, potentibus exequi, quæ debent exequi, & habentibus virtutem, ac iuſtitiam Reipu-

Digitized by Google

blicæ accommodatam. Tom.2, pag.689, lib 5. pol. cap.9, num.1,2,3.

Magiſtratus maximi in oligarchijs debent habere annexa onera ingentia expenſarum, vt populus libenter ijs careat. Tom. 2. pag. 725. lib. 6. Polit. cap.7. num. 3 4.

MAGISTRI. Licet qui docet, liberaliter doceat, tamẽ qui ſapientiã didicit, debet cõpenſare beneficiũ ſibi liberaliter conlatũ à magiſtro. & quia bonũ ſapientiæ eſt tãtum, vt non poſſit ad æqualitatem compenſari vlla pecunia, ideo quandoquidem qui ſapientiam didicit, non poteſt reddere æquale, debet reddere quod poteſt eo pacto, quo quia parentibus, & dijs non poſſumus reddere æquale, debemus reddere quod poſſumus. Tom.2, pagin. 252, lib.9. Ethic cap.1, nu 5.

MAGNANIMVS Magnanimitas. Magnanimitas eſt mediocritas circa magnos honores. Tom.2, pag.48, lib 2. Ethic. cap.7, nu. 6,7. & pag.456, lib.3. mor.ad Eud. cap.7, num.14.

Magnanimus verſatur circa magna, & eſt qui magnis eſt dignus, ac magnis ſe dignum putat Tom.2, pag.99, lib.4. Ethic. cap.3, nu.1,2, & pag. 456, lib.3. mor. ad Eud. cap.7, nu.14,17.

Magnanimo opponitur per exceſſum inflatus, per defectum puſillanimus, & quis vterque ſit. Ibid. pag. 100, nu. 4. & pag. 336, lib.1. mag. moral. capit 23, num.2. & pagin.457, lib.3. moral.ad Eud. cap.7, num.15.

Magnanimus præſertim appetit honorem, qui eſt maximum bonorum externorum. Tom.2, pag. 100, lib.4. Ethicor. capit. 3, num.5,6, & pag.455, lib 3. mor.ad Eud. capit.7, num 8,9,10.

Magnanimus eſt optimus, atque habet omnes virtutes, & magnanimitas eſt quoddam vltimum complementum omnium virtutum, ideoque difficile eſt eſſe magnanimum. Ibid. pag.101, nu.89, & pag. 454, nu.3,10.

Quo pacto magnanimus verſetur circa honores, qui ſunt eius materia primaria, & circa diuitias, potentiam, & alia bona, fortunæ, qui ſunt eius materia ſecundaria. Ibid. pag.102, num.10,11,12,13.

Quo pacto magnanimus ſe gerat circa pericula quæ ſunt materia fortitudinis, circa materiam liberalitatis, & circa propriam materiam. Ibidem pagin.103, num. 14,15,16.

Aſſeruntur vndecim proprietates magnanimi Ibid.pag.103, à num.14, vſque ad finem capitis; & pag. 454, lib. 3. mor. ad Eud. cap.7, num.3,4,5,6.

Magnanimus ſolum pro magnis exponit ſe periculis, ac tunc non parcit vitæ. Ibid. pagin 103, num.14.

Magnanimus libenter beneficia confert, at non libenter accipit, & retribuit maiora, & libentius meminit eorum, quibus beneficia contulit, quam eorum à quibus accepit. Ibidem pagin.104, num.15.

Magnanimus eſt otioſus, & cunctabundus: aperte amat, & odit: in conuictu non poteſt ſe accommodare genio aliorum, præterquam amicorum: non eſt admirator, neque iniuriarum memor. non multum loquitur de hominibus: non eſt querulus: mauult poſſidere pulchra, & infructuoſa, quam fructuoſa, & vilia: & mouetur motu tardo. Ibidem pagin.105, à num.17, vſque ad 24.

Qualis ſint vitia oppoſita magnanimitati per exceſſum, & defectum, puſillanimitas nimirum, & inflatio. Ibid.pagin.106, num.25,26 27.

Magnanimitas eſt mediocritas inter puſillanimitatem, & inflationem, & verſatur circa honores, & ignominias. Tom.2, pag.336, lib.1. mag.mor. capit 23, num.1.

Magnanimus appetit honorari à probis, & cognoſcentibus ipſum. Ibidem.

Qui collum habent ſatis magnum, ac non valde craſſum, ſunt magnanimi, vt leones, quorum collum imitantur: ſunt etiam magnanimi, qui habent labia ſubtilia, & in extremo collabio relaxata, ita vt ſuperius labium propendeat ad inferius. Tom. 4, pag 806, lib. phyſiogn. capit.9, num.18,19.

Qui habent naſum rotundum, & obtuſum, ac proinde ſimilem naſo leonum, ſunt magnanimi. Ibidem pagin. 807, num. 20, 21.

Qui habent oculos aliquantulum cõcauos, atque intus recedentes, vt leones, ſunt magnanimi: ſunt etiam magnanimi qui frontem habent quadratam, ac proinde ſimilem fronti leonum. Ibidem pag.808, num. 22,23.

Qui colorem habent flauum, & aureum, vt leones, ſunt magnanimi: ſunt etiam magnanimi qui oculos habent declinantes ad colorem flauum. Tom. 4, pagin. 810, lib. phyſiog. cap.10, num.2 14.

Qui oculos habent fuluos, vt leones, &

capillos, qui in extremitate aliquâtulum crispantur, vt pili leonum, sunt magnanimi. Ibid. pagin. 811, num. 16, 31.

Qui incedunt curui, atque humeros mouent more leonum, sunt magnanimi. Ibidem pag. 813, num. 39.

MAGNES. Thales docuit lapidem magneticum esse animatum, quia habet virtutem mouendi ferrum. Tom. 4, pag. 220, lib. 1. de anima, cap. 5, num. 5.

MAGNIFICENTIA. Sicut liberalitas est mediocritas circa sumptus modicos, sic datur quædam virtus, quæ est mediocritas circa sumptus magnos, & vocatur magnificentia. Defectus vocari potest paruificentia, excessus vocari potest dissipatio. Tom. 2, pag 48 lib. 2. Ethic cap. 7, num. 5. & pag. 96, lib. 4. cap. 2, nu 2, 6, 17, 18. & pagin. 458, lib. 3. mor. ad Eud. cap. 8, num. 2.

Magnificentia facit sumptus magnos & decentes, ratione habita, tum eius, qui facit sumptus, tum eius, in quo sumptus fit. Tom. 2, pag. 96, lib. 4 Ethic. cap. 3, num. 3, 4, 5. & pagin. 458, lib. 3. mor. ad Eud. cap. 8, num. 1, 2, 3.

Magnificus facit sumptus magnos scienter, & quasi ex arte, & honestatis gratia, cum voluptate, & sine parsimonia, quia exactum ratiocinium expensarum videtur spectare ad quamdam paruificentiam. Ibidem pag. 96, num. 7, 8, 9, 10.

Magnificus æquali sumptu facit opus magnificentius, & intendit, vt opus sit pulchrum, & admirabile. Ibidem pagin. 97, num. 12.

Magnificus facit sumptus magnos circa ea, quæ spectant ad cultum diuinum, & ad publicam magnificentiam, puta circa ædificationes templorum, & eorumdem donaria, & circa solemnia sacrificia, circa splendidam administrationem præfecturæ &c Ibid. pag. 98, nu. 13.

Magnificus facit etiam sumptus magnos circa quædam priuata, præsertim quæ semel tantum fiunt, quales sunt nuptiæ. Facit sumptus, vt habeat domum decenter præparatam, & præsertim in ijs, quæ diu durant, qualia sunt ædificia marmorea. Ibidem pag. 98, num. 14, 15, 16.

Explicantur vitia opposita magnificentiæ per excessum, ac defectum. Ibidem pag. 99, num. 17, 18, 19.

Magnificentia est mediocritas inter paruificentiam, & ostentationem. Tom. 2, pag. 337, lib. 1. mag. mor. cap. 24, num. 1.

Dantur quædam magnificenti æ impropriæ; ex. gr. datur quædam magnificentia incessus, per quam quis dicitur magnificè incedere. Ibid.

MAGNITVDO, Magnum. Magnum, & paruum dicuntur relatiuè. Magnum enim est quod est maius ijs, quæ sunt eiusdem generis: paruum est quod est minus ijs, quæ sunt eiusdem generis. Ideo mons dicetur paruus, granum milij dicetur magnum, licet mons sit incomparabiliter maior grano milij. Tom. 1, pagin. 42, lib. prædicam. cap. 7, nu. 10. & Tom. 5, pag. 396, lib. 14. metaph. cap. 3, num. 7.

Vtrum magnum sit contrarium paruo. Ibid. Tom. 1. pagin. 2 num. 9, 10, 11.

Magnitudo, quæ est virtus corporis, est, per quam multos excedimus longitudine, latitudine, & profunditate, tanto tamen excessu, vt propter excessum motus corporis non fiant tardiores Tom. 1, pag. 708, lib. 1. Rhet. cap. 5, nu. 12.

Datur magnitudo potentia minor, & minor quacumque assignabilis: at neque potentia datur magnitudo maior, & maior quilibet assignabili. To 3, pag. 87, lib. 3. physic. cap. 9, num. 7.

Magnitudo differt à numero per hoc, quod in numeris descendendo peruenitur ad minimum, hoc est ad vnitatem, ascendendo non peruenitur ad maximum: in magnitudine e conuerso. Tom. 3, pagin. 50, lib. 3 physic cap. 1 num 2.

Ostenditur quo t magnitudo est proportionaliter diuisibilis ac motus, & quod tempus est proportionaliter diuisibile ac magnitudo. Tom. 3, pag. 471, lib. 6. physicor. cap. 1, & 3 per tota.

Magnitudinis continuæ tres sunt species, linea, superficies, & solidum, seu corpus, & non datur alia magnitudo præter has. Tom. 3. pag 288, lib. 1. de Cœlo, capit. 1, num. 3. 4.

Solum corpus est perfecta magnitudo, linea, & superficies sunt magnitudines imperfectæ. Ibidem pag. 289, num. 5.

Magnitudo omnino perfecta est, quæ non terminatur magnitudine alterius corporis, qualis est magnitudo mundi. Ibidem pag. 290, num. 7.

Magnitudines non possunt constare ex non magnitudinibus. Tom. 3. pag. 397, lib. 3. de Cœlo, cap. 3, num 12.

Magnitudo est sensibile commune omnium sensuum, & facit, vt eliciamus diuersam sensationem, ideoque est sensibilis per se,

& non per accidens. Tom. 4, pagin 289, lib 2. de anima, cap. 17, num. 5, 6, 7.
Magnitudinem cognoscimus motu. Ibidem pag. 290, num. 6.
Nulla magnitudo propter paruitatem est ita insensibilis, vt nullo pacto possit sentiri. Tom. 4, pagin 367, lib. de sensu, & sensib. capit. 8, num. 13. 14.
Magnum, & paruum, quo pacto Plato posuerit esse principia rerum. Tom. 5. pag. 25, lib. 1. metaph. cap. 7, nu. 3 & pagin. 391. lib. 14. capit. 2. num. 4, 6, 7, 8. & cap. 3, numer. 6. 7.
Reijcitur sententia Platonis, in quantum dixit materiam esse magnum, & paruum. Tom. 5. pag. 43. lib. 1. metaphysic. capit. 11, num. 31.
Magnitudo est species quantitatis, atque est quantitas mensurabilis propria mensura: describitur, quod est diuisibile in partes continuas, hoc est copulatas termino cõmuni. Tom. 5, pag. 139, lib. 5. metaph cap. 13, num. 2.
Species magnitudinis sunt linea, superficies, & solidum. Ibidem nu. 2.
Magnum, & paruum ita differunt, vt medium inter ipsa sit æquale. Tom. 4, pagin. 712. lib. Quæst. mech. cap. 2 nu. 4.
Quare cum magnitudo diuiditur in partes discontinuas, considerantí tales partes per modum vnius, talis magnitudo videatur minor, quam cum partes videbantur vt continuæ. Tom. 5, pagin. 606, sect. 16. prob. num. 7.
Quare homines immodici positi iuxta homines modicos videantur maiores. Tom. 5, pag. 611, sect. 17. problematum, num. 1.
MAIÆ. Inter species cancrorum maximi sunt, qui appellantur Maiæ. Tom. 3, pagin. 795, lib. 2. de Hist animalium, cap. 2, num. 3.
Cancri, qui vocantur maiæ, oculos habent in medio, ac paruo distinctos interuallo. Tom. 3. pag. 800, lib. 4. de Histor. anim. cap 3, num. 3.
Cancri etiam duriores, vt maiæ, pellem senectutis exuunt. Tom. 3, pag. 954, lib. 8. de Hist. animal capit 17, nu. 8.
Ex cancris ij, qui solent natare per pelagus, præditi sunt pedibus breuioribus, vt patet in maijs: & quia propter pedum breuitatem minus possunt fuga sibi consulere, crusta duriori fuerunt muniti. Tom. 4 pag. 141. lib. 4. de part. animalium, cap. 8, num. 2.
MAIVS. Quo pacto æquale opponatur tum maiori, tum minori, licet vnum sit contrarium vni. Tom. 5, pagin. 269, lib. 10. metaph. capit. 8, per totum.
Æquale non tam est contrarium maiori, ac minori, quam est medium vtriusque. Ibid. pag 271, num 10.
MALÆ. Vide maxillæ.
MALIDA est morbus, quo laborant asini. Incipit à capite, & facit, vt pituita crassa, & rufa ex capite effluat, quæ si ad pulmones descenderit, interficit. Tom. 3, pag. 973, lib. 8, de Hist. animal. capit. 25, num. 1.
MALITIA, Malitiosus. Malitia est, per quam omnia deteriorem in partem interpretamur. Tom. 1, pag. 793, lib. 2. Rhetor. cap. 12, num 2,
MALLEOLVS pedis. Singula ossa maiora tibiæ desinunt in geminum malleolum, hoc est in os extans, tum ex parte dextra, tum ex sinistra. Tom. 3, pag. 716. lib. 1. de Histor. animal. capit. 15, num. 6.
Vterque malleolus habet eum situm in tibia, quam auris in capite. Ibidem pag 717, num. 10.
In animalibus habentibus talum, talus est pars malleoli. Tom. 3, pagin. 772. lib. 3 de Histor. anim. cap. 7, num. 3.
MALLEVS habet maximam vim, quia pondus motum ipsa celeritate motus acquirit impetum, & validum ictum infligit. Tom. 4, pag. 741, lib. Quæst. mech. quæst. 17, num 2.
MALVM. Contrarium bono est malum: at contrarium malo non semper est bonum. Tom. 1, pag. 60, lib. Prædicam. cap. 12 num. 13.
Aliqui ex antiquis ponunt duo prima principia, alterum bonum, alterum malum, quod sit principium malorum. Tom. 5, pag 16, lib. 1. metaphysicorum, cap. 4, num. 4.
Malum non est separatum à rebus bonis, atque in sempiternis non potest esse malum, neque corruptio. Tom. 5, pagin. 249, lib 9. metaphysicorum, cap. 11, numer. 2, 3.
Peior est actus malus, quam potentia malè agendi. Ibidem pag. 249, num. 1.
Malum secundum rectè philosophantes nõ potest esse principium. Tom. 5, pagin. 349. lib. 12. metaph cap. 10, num. 7.
Quo pacto ex opinione quorumdam de de principijs sequatur, omnia, excepto vno, participare de malo, malum esse locum

cum bonorum, & malum esse potentia bonum. Tom. 5. pag. 409, lib. 14. metaph. cap. 6, num. 12.

MALVS. Vide vitiosus.

MALVS punica. In malis punicis, quæ vocantur vinosa, dulce, & acutum perfectè miscentur, ideoque sunt suauia. Tom. 5. pag. 639, sect. 19, probl. num. 44.

Malus punica non caret fructu, sed emittit fructum, cui flos insidet. Tom. 5. pagin. 643, sect. 20. probl. num. 4.

Malus punica, & mala cuiuslibet generis, si claudantur in ollis, fiunt maiora, & turgidiora, sed rariora, quia vas appositum facit, ne sol, & venti exiccent, & minuant humidum, quo nutriuntur, & augentur. Ibidem pagin. 645, nu. 9.

MAMMÆ. Homo habet mammas in pectore, alia animalia non habent mammas in parte proportionali pectori, sed paulo infra pectus. Elephantus licet habeat duas mammas tantum, vt homo, tamen illas habet paulo infra pectus. Tom. 3, pag. 726, lib. 2. de Histor. animal. capit. 1, nu. 5. & pag. 733. num. 26.

Elephas tum mas, tum fœmina habet mammas proportionaliter ad reliquum corpus valde paruas. Vrsa habet quatuor mammas paulo infra pectus: alia animalia, vt oues, vaccæ habent duas tantum mammas in fœminibus. Oues habent duas tantum mammas, ac duas tantum papillas: at vaccæ habent duas mammas, sed quatuor papillas. Ibidem pagin. 733, num. 27, 28.

Canis, ius, & plures aliæ quadrupedes habent non in pectore, neque in fœminibus, sed in ventre mammas plures, quam quatuor. Panthera habet in ventre quatuor mammas: leæna duas itidem in ventre: Camelus habet duas mammas, papillas quatuor. Ibid. pag. 733. num. 29,

In homine, & aliquibus quadrupedum speciebus non solum fœmina, sed etiam mas habet mammas: at in nulla specie quadrupedum habentium pedes non sciissos mas habet mammas, nisi forte per accidens, eo quod assimiletur matri, vt accidit in equis. Ibidem pagin. 733, num. 30, & to. 4, pag. 155, lib. 4. de part. animal. cap 10, num. 25.

Mammæ sunt receptacula lactis, easque habent omnia animalia, quæ animal concipiunt, & pariunt: quæ verò concipiunt ouum, licet pariant animal, carent mammis. Tom. 3, pag. 786. lib. 3. de Histor. animal. capit. 20, num. 4.

Quia pectus hominis est latum, ideoque capax mammarum, & est sedes cordis, ideoque debuit fieri carnosum, ideo natura in hominis pectore fecit mammas carnosas, vt tegant cor, & in fœminis vtitur etiam mammis, vt sint receptacula lactis: fecit autem duas, vt altera tegeret partem dextram, altera sinistram. Tom. 4, pagin. 153, lib. 4. de partib. animalium, cap. 10, num. 19.

Alia animalia non habent mammas in pectore, neque propinquas cruribus anterioribus, quia afferret impedimentum motui. Ibidem pagin. 153, num. 20.

Quadrupedes solidungulæ, vel cornigeræ, vel pauciparæ solent habere duas tantum mammas, easque inter femora. Quadrupedes multiparæ, ac multifidæ, vt sues, canes habent mammas in ventre, aut duas tantum, vt leo, cui vtpote habenti parum lactis sufficiunt duæ mammæ, aut plures etiam, quam quatuor, vt sues canes &c. Ibidem pag. 154, num. 21.

Elephas, quia est vniparus, habet duas tantũ mammas, quia habet pedes multifidos, habet mammas non inter femora: habet illas sub armis, quia mammæ sub armis sunt præcipuæ, & lacte magis abundantes, ideoque scrofæ præbent illas porcellis primo prodeuntibus ex vtero, vtpote magis dilectis. Ibidem pagin. 154, numer. 22.

Animalia multipara sicut edũt multos fœtus, ita habent multas mammas dispositas secundum longitudinem ventris, cũ latitudo capax sit duarum tantũ, alterius in parte dextra, alterius in sinistra. Ibidem pag. 154, num. 23.

Lac colligitur in mammis, quia cum mulieribus grauidis excrementum mẽstruum nõ emittatur foras per purgationes menstruas, nec absumatur à fœtu, nisi secundum modicam partem, regurgitat, & implet loca vacua, & spongiosa, quales sunt mammæ, ad quas etiam meatus patent ex vtero, & in mammis concoquitur ita, vt cuadat alimentum aptum ad infantem nutriendum. Tom. 4, pag. 628, lib. 4. de Gen. anim. cap. 8, num. 5.

Mammarum protuberantia in hominibus est signum, quod incipiunt esse apti ad coeundum. Tom. 3, pag. 837, lib. 5. de Histor. anim. cap. 14, num. 4.

Signum pubertatis in fœminis est mammarum intumescentia. Tom. 3. pagin. 917, lib.

lib.7. de Hist.anim. cap. 1, num.3.
In fœminis, quæ ante pubertatem excrementis abundant, humores eleuantur, & vbera immodicè crescunt. Tom. 3, pag. 918, lib.1. de Historia animalium, cap.1, num. 7.
Mammæ adeo sunt spongiosæ, vt si mulier in potu hauserit pilum, excitetur in eius mammis dolor causatus à morbo, quem pilarem appellant, qui non sedatur, nisi pilus, vel sponte effluat, vel simul cum lacte exugatur, Tom 3, pag.933, lib.7.de Hist.anim cap.11, num.1.
MANDIBVLA. Anterior pars maxillæ vocatur mentum, posterior mandibula. To. 3,pag.713, lib.1.de Histor. animal.cap. 12, num.7.
MANIA, Maniaci. Qui flammeo colore sunt præditi, sunt maniaci, quia ex magno calore oritur mania. Tom. 4, pagin. 810, lib.Physiogn.cap. 10.num.7.
MANE frigus est acrius, quam vespere, & nocte profundæ, quia sol diutius abfuit, quia cadit ros, & pruina, & quia excitantur venti valde frigidi. Tom.5, pagin.518. sect. 8. probl. num.13.
Quare mane cadat ros, & pruina. Ibidem num 13. & sect 25.pag. 693,num 15.
MANSVETVDO, Mansuetus. Licet nomen mansuetudinis significet potius defectum, quam mediocritatem, tamen mediocritas circa iram vocatur mansuetudo. Tom. 2. pag.108. lib.4.Ethic cap.5,num.2,& pag. 335,lib.1.mag.mor. cap.21,num.1,& pag. 452, lib. 3. moral. ad Eud. cap. 5,num. 1, 2, 3.
Mansuetus potius vergit ad defectum, quã ad excessum iræ. Ibid.pag.108,nu.3.
Quis modus sit tenendus in ira, & quo pacto, & ex quibus causis sit irascendum. Ibid. pag. 100, nu.12.
Mansuetudini magis opponitur vitium peccans per excessum, quam quod peccat per defectum. Ibid.pag.100,numer.11.
Vox grauis videtur significare mansuetudinem, & fortitudinem. Tom. 4, pag.794, lib.Physiog. cap.5,num.5.
Afferuntur quædam signa mansueti. Tom. 4,pag. 798. lib. Physiogn. capit 6. numer 12.
Qui oculos habent aliquantulum foras prominentes, vt boues, sunt mansueti Tom. 4. pag. 808, lib. Physiog. cap.9, num.12.
Qui vocant alios voce molli, ac non intensa, sunt mansueti, quia imitantur vocem ouium. Tom,4, pagin, 814, lib. Physiogn. cap.10.num.51.
MANTHICORAS est quoddam animal Indiæ triplici dentium ordine præditum, humana carne vescés. Describitur. Tom.3, pag.735,lib.1. de Histor.animal.cap.1,numer. 38.
MANTIAS. Athenis cum orta esset lis de patre Mantiæ oratoris, creditum est matri. Tom. 1,pag.815, lib. 2. Rhet. cap. 24. num.10.
MANVS hominis diuiditur in quinque digitos, & volam, ac nomine volæ intelligimus partem manus distinctam à digitis In parte manus distincta à digitis pars exterior caret nomine, pars interior propriè vocatur vola, quæ est distincta lineis, vel vnis, & continuis, vel diuisis in duas. Tales lineæ cum totum secant spatium volæ, ac sunt vnæ, indicant vitam longam, cum sunt diuisæ, & non occupant totum spatium, indicant vitam breuem. Pars, in qua manus connectitur cũ brachio, vocari potest capulus manus. Tom.3, pag.716, lib.1.de Hist.anim. capit. 15, num.15.
Non ideo homini data est prudentia, quia habet manus, sed ideo datæ sunt manus, quia est prudentissimus animalium, ideoque datæ sunt manus vt instrumenta prudentiæ. Tom. 4, pagin. 151, lib.1. de part. animalium,cap.10,num.13.
Manus est instrumentum ante instrumenta, & est instrumentum instrumentorum. Ibidem pag 151,nu.14.
Homo beneficio manus potest instrumenta mouere, ac deponere, ac potest arma, quæ velit capere, ideoque manus est quodammodo & vnguis, & vngula, & cornu, & hasta, & ensis, & quodlibet aliud genus armorum & instrumentorum: ideoque homo est melius constitutus, quam omnia animalia. Ibidem pagin. 151,numer. 15.
Manus habet formam aptissimam ad hoc, vt sit instrumentum instrumentorum, siue instrumentum apprehensorium. Est diuisa in digitos, vt digitos coniungendo possimus illa vti vt indiuisa, & digitos disiungendo possimus vti eadem vt diuisa. Potest in pugnum contrahi, & explicari, vt contrahendo, vtamur ea vt duplici, & explicando, vtamur eadem vt simplici. Propter flexus digitorum est aptissima ad capiendum, & premendum. Ibidem pag.152, num 16.
Sicut reliqui digiti premunt ex parte superiori,

Digitized by Google

riori, sic pollex premit ex parte inferiore, ideoque est necessarius ad bene capiendū. Affertur ratio aliorum ad digitos spectātium Ibid.

Quadrupedes, quæ habent pedes anteriores fissos in plures digitos, vtuntur pedibus anteriorib⁹ non solum loco pedum, sed etiam loco manuum. Ibid. pag. 152, num. 17.

In homine digiti manuum sunt longi, quia ad officium capiendi debuerunt esse longi: at digiti pedum sunt breues, quia ad sustinendum debuerunt esse breues. Ibid. pag. 159, num. 41.

Cum manibus exercemur, & laboramus, etiamsi cæteræ partes corporis situm suū seruent, tamen maximè sudamus, quia cum manus, & brachia coniuncta sint thoraci, in quo præcipuè est calor, robur, & spiritus, quando manibus laboramus maximè vires intendimus, & spiritum continemus. Tom. 5. pag. 461, sect. 2. prob. num. 5.

Manus, & pedes sunt partes potius neruosæ, quam carnosæ: & quia sanguis facilius abscedit à partibus neruosis, quam carnosis, ex sanguinis autem abscessu sequitur stupor, ideo manus præsertim, & pedes solent obtu pescere. Tom. 5, pag. 541, sect. 6. probl. num. 6

Qui in palma, seu vola manus habent lineas longiores, diutius viuere solent, quia anima quo corpora habent magis articulata, eo viuere solent vitam longiorem: qui autem habent manus articulatas per lineas, signum est, quod à fortiori reliquum corpus habent optimè articulatum. Tom. 5. pag. 542, sect. 10. probl. num. 48.

Natura dedit nobis manum, & mentem, vt instrumenta instrumentorum, quibus vti possumus omnibus instrumentis externis. Tom. 5. pag. 742. sect. 30. probl. num 4.

Manus longæ, ac subtiles sunt signa timiditatis. Tom. 4, pag. 794, lib. physiognom. capit. 6. num. 2.

MARACVS. Maracus Syracusanus, cum atra bile, incalescente abalienabatur à mente, poeta præstantior euadebat Tom. 5. pagin. 737. sect. 30. probl. num. 1. C.

MARCHESITA. Marchesita, seu Pyrimachus est lapis, qui calore liquescit, ac fluit, & deinde frigore rursus induratur. Tom. 3, pagin. 669, lib. 4. meteor, cap. 7, num. 7.

MARCOR. Calor vitalis extinguitur marcore, cum extinguitur propter defectum alimenti. Tom. 5, pag. 485. sect. 3. probl. num. 25. A.

In senibus calor vitalis marcescit, quia absumpsit humidum. Ibidem pagin. 486, num. 25. B.

Quo pacto calor vitalis aliquando marcescat in ebrijs. Ibidem num. 25. B.

MARE. Ostenditur maria mutari, adeoque in locis, in quibus nunc est terra, fuisse maria, & è conuerso, & affertur ratio talium mutationum. Tom. 3, pag. 567, lib. 1. meteor. cap. 14. per totum.

Proponitur, ac reijcitur opinio poetarum Theologizantium asserentium mare oriri ex quibusdam fontibus. Tom. 3, pag. 573. lib. 2. meteor. cap. 1, nu. 2, 6, 7, 8.

Proponitur opinio physicorum, qui dixerunt mare habere originem à sole. Ibid. pag. 573. num. 3.

Affertur ratio fluxuum, per quos aqua ex vno mari fluit in aliud. Ibidem pag. 575, num. 9, 10, 11.

Ratio, cur mare mediterraneum fluat, est duplex: prima est multitudo fluuiorum: secunda est altitudo terræ septentrionalis. Ibid. pag. 573. num. 10. 11.

Ostenditur mare esse locum naturalem totius aquæ. Tom. 3, pag. 576, lib. 2. meteor. cap. 2. num. 1. 2.

Quare aqua licet sit in mari tamquam in loco naturali, tamen sit salsa. Ibidem pag. 577, num. 3, 4, 5.

Reijcitur opinio dicens solem ali vaporibus humidis attractis ex mari. Ibidem pag. 578. num. 5, 6, 7, 8, 9, 10.

Mare licet recipiat flumina non fit maius, quia quantum aquæ ingreditur, tantumdem eleuatur in vapores, & reijcitur opinio Platonis de tartaro. Ibidem pagin. 580. à num. 12. ad 20.

Reijcitur opinio Democriti, qui docuit mare semper imminui, & aliquādo exiccatum iri. Tom. 3, pag. 582, lib. 2. meteor. cap. 3, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Proponuntur, & reijciuntur opiniones antiquorum, & affertur vera sententia de salsedine maris. Ibidem pag. 584, à nu. 8, vsque ad 30.

Mare est salsum propter admistionem excrementorum inconcoctorum. Ibid. pag. 587, num. 22. & sequ.

Aqua maris permanet eadem, non numero, sed specie. Ibidem pagin. 586, numer. 18.

Licet pluuiæ ſemper deferant in mare nouas, & nouas exhalationes ſalſas, tamen mare non euadit ſalſius, quia quantum ſalis deſcendit cum pluuia dulci, tantundem eleuatur cum vapore dulci. Ibidem pag. 588, nu. 24, 25, 26.

Licet aqua pura non emittat odorem, tamen mare emittit odorem propter admiſtionem ſalis. Tom. 4, pag. 351, lib. de ſenſu, & ſenſib. capit. 5, num. 3.

Quia mare eſt humidum, & propter admiſtionem ſalis eſt ſatis corpulentum, continet in ſe tria elementa, terram nimirum, aerem, & aquam, ideoque gignit tum viuentia terreſtria, hoc eſt plantas, tum aquatilia, hoc eſt piſces, tum aerea, hoc eſt animalia greſſilia. Ibid. pag. 582, num. 3.

Quia aqua marina eſt ſatis corpulenta, & facilius formatur in varias ſpecies, quam terra, ideo animalia marina ſunt multiformiora terreſtribus. Ibidem pag. 582, num. 2.

Quo pacto in mari generentur animalia teſtacea. Ibid. pag. 584, nu. 10 11.

Quare mare ſit magis diaphanum, quam aqua dulcis, & quare ſit magis diaphanum flante aquilone, quam flante auſtro. Tom. 5, pag. 672, ſect. 23. problem. num. 9. & pag. 674, num. 15.

Aquæ, quæ inueniuntur prope mare, aliquando non ſunt ſalſæ, ſed dulces, quia per arenam colatæ amittunt ſalſedinem. Ibidem pagin. 676, num. 19, & pag. 681, num. 37.

Pars illa maris, quæ eſt propinquior terræ, eſt minus ſalſa, quia cum magis agitetur, per ipſam agitationem amittit aliquid ſalſedinis, & quia ſal vt pote graue deſcendit ad loca profundiora, adeoque magis diſtantia à terra. Ibidem pag. 679, num. 31.

Mare eſt ſalſum ſimul, & amarum, quia continet ſimul liquores ſalſos, & amaros. Ibid. pag. 680, nu. 35.

Lapides in mari acquirunt figuram rotundam, & carentem angulis, quia eorum anguli vndique atteruntur. Ibid. pag. 781, num. 36.

Quare in mari quod quieſcit, videatur album, quod mouetur, videatur nigrum. Ibid. pag. 682, nu. 41.

MARE Caſpium eſt ſeparatum, ac nullos habet fontes. Tom. 3, pag. 575, lib. 2. meteor. cap. 1, num. 8.
Vide Caſpium mare.

MARE rubrum videtur altius illa parte Aegypti, quæ irrigatur à Nilo. Tom. 3, pag. 751, lib. 1. meteor. cap. 14, num. 9.

MARGITES. Ex Homeri margite ortum habuit comœdia, quia Homerus in margite imitatus eſt ridicula. Tom. 1, pagin. 898, lib. poet. cap. 2, num. 5.

MARISCÆ. Quia fœminæ habent purgationes menſtruas, ideo paucæ laborant mariſcis, hoc eſt fluxu ſanguinis ex venis hæmorrhoidalibus. Tom. 3, pagin. 784, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 19, num. 12.

Mariſcæ naſcuntur ex ſanguine vitiato, & excreſcente. Ibid.

Fœminæ cum laborant mariſcis minus purgantur per menſtrua. Tom. 3, pagin. 933, lib. 7. de Hiſtor. animal. cap. 11, num. 2. & Tom. 4, pag. 476, lib. 1. de Gener. animal. cap. 19. nu. 10.

MARITVS non debet afficere vxorem iniuria, neque debet illi deeſſe, aut libidini aſſuefacere, ac debet ducere virginem. Tom. 2. pagin. 793. lib. 1. Oecon. cap. 4, num. 1, 2, 3, 4.

Maritus quo pacto debeat ſe agere cum vxore, & quam ſancte debeat cum ea viuere. Tom. 2, pag. 799, lib. 1. Oecon. cap. 8, num. 1.

Maritus debet exhibere vxori maximum honorem, & thorum illi immaculatum ſeruare, & cum illa temperanter ſe gerere. Ibidem pag. 800, num. 2, 3.

Maritus debet curare, vt ab vxore timeatur timore non ſeruili, ſed reuerentiali, & ſi vxor in paruis peccarit, debet illi ignoſcere. Ibidem pag. 800, num. 2, 3, 4, 5, 6.

Maritus debet vxorem non ſolum amare, ſed venerari, idque oſtenditur ex *Homero*. Tom. 2, pag. 801, lib. 1. Oecon. cap. 9. num. 1.

MAS, & Fœmina. Homo mas definitur animal rationale habens potentiam generandi in alio: fœmina definitur animal rationale habens potentiam, vt in eo aliud generet: Homo autem in quantum dicitur de mare, & fœmina, non dicitur multipliciter. Tom. 1, pag. 441, lib. 1. top. cap. 13, num. 12.

Mas eſt, quod emittit ſemen in aliud: fœmina eſt, quod recipit ſemen ab alio: in quibuſdam autem animalibus non datur diſtinctio maris à fœmina. Tom. 3, pagin. 702, lib. 1. de Hiſt. animalium, cap. 3, num. 1.

In quibus animalibus non detur diſtinctio ma-

maris à fœmina. Tom.3, pag.824, lib.4. de Hist.anim. cap.11,nu.1,2,3,4,5.

In animalibus terrestribus, sanguineis, viuiparis vt plurimum mares sunt maiores, & diuturnioris vitæ,quam fœminæ, excepto genere mulorum, in quo solet accidere oppositum. Ibidem pagin. 825. num.6.

In animalibus ouiparis, ac vermiparis, cuiusmodi sunt pisces, atque insecta, fœminæ solent esse maiores maribus.Ibidem pagin.825, numer.7.

In maribus partes superiores, & anteriores solent esse præstantiores, validiores, & aptiores,quam in fœminis: at partes posteriores, & inferiores in fœminis solent esse validiores, quam in maribus .Ibidem pagin. 825, nu.8.

Explicantur aliæ differentiæ marium à fœminis. Ibidem pag.826,num.9,10.

In quadrupedibus viuiparis fœminæ molliioribus moribus sunt præditæ, ideoque citius curantur, quam mares: sunt minus animosæ, quam mares, excepto genere vrsorum: sunt etiam mansuetiores, astutiores, & insidiosiores, ac de prole educanda magis sollicitæ. Mares è cõuerso sunt animosiores,ferociores,simpliciores, ac minus insidiosi,quam fœminæ. Tom.3,pagin. 980,lib.9 de Hist.animal.cap 1, num.3,4,5.

Mas est fortior, & magis promptus ad ferendum auxilium alteri in periculo constituto. Ibidem pag.981.num.5.

Aliquando etiam mares generant lac in mammis.Tom. 3, pagin. 714, lib.1.de Histor.anim.cap. 18. num.5.

In genere hominum, ouium, caprarum, & suum plures dentes inuunt maribus, quam fœminis: de alijs generibus non est exploratum. Tom.3, pagin. 736, lib.2. de Histor. animal.cap.3,num.3.

Mares tempore coeundi euadunt ferociores ex libidine. Tom. 3, pag. 896, lib.6. de Histor. anim. cap 18, num.2.

Mas in vtero matris mouetur die quadragesimo, fœmina die nonagesimo,ideo mas est formatus die quadragesimo, fœmina die nonagesimo.Tom 3. pagin. 922, lib.7. de Histor. anim. capit.3,num.5.

Mulieres cum in vtero ferunt marem, vt plurimum minus malè se habent, & meliori colore sunt præditæ. Tom. 3, pagin. 923, lib.7. de Histor. animalium,capit.4, num. 3.

Plerique mares generare possunt vsque ad annum ætatis sexagesimum, aliqui vsque ad septuagesimum, ac de facto aliqui generant septuagenarij. Tom.3. pagin. 926, lib 7. de Hist. animal. cap.5, num.3.

Quia mares sunt violentiores, ac firmiores fœminis,ideo mares habent ossa duriora, quam fœminæ. Tom.4, pag.56, lib.2.de partib.anim. cap.9.num.6.

Partes necessarias natura dedit etiam fœminis, sed ita, vt maribus dederit meliores: arma ad pugnandum,hoc est dentes exertos, aculeos, calcaria, cornua &c, dedit maribus vel solis, vel præcipue, quia cum mares sint animosiores, & robustiores fœminis, melius possunt armis vti. Tom.4, pag.78, lib.3. de part.anim. cap. 1, num.6.

In hominibus non solæ fœmiaæ, sed etiam mares habent mammas: in alijs animalibus vt plurimum solæ fœminæ mammas habent: ex maribus illi solum habent mammas, qui nascuntur similes matri. Tom.4, pag. 155, lib.4. de partib.animal. cap.10, num.25.

Vt plurimum animalia,quæ mouentur motu progressiuo, seu sint volatilia,vt aues, seu natatilia, vt pisces, seu gressilia, vt homines, habent distinctionem maris à fœmina: at animalia locum non mutantia, qualia sunt testacea &c, non solent habere distinctionem maris à fœmina, licet in aliquibus detur mas,& fœmina secundum quandam proportionem.Tom. 4, pag.440,lib.1.de Gen.anim. cap. 1, per totum.

Mas est principium efficiens, fœmina est principium materiale generationis, & mas est, quod generat animal in aliud, fœmina quod generat in se ipsa.Ideo cœlum dicitur habere naturam maris, terra naturam fœminæ.Tom.4, pag.442, lib.1. de Gener.cap.2, nu.23.

Quænam sint partes propriæ maris, ac fœminæ Ibidem pag.4,5,6,7.

Partes, per quas constituitur mas,& fœmina, habent rationem principij, ideoque parua facta in ipsis mutatione, fit magna mutatio in cæteris proprietatibus. Ibidem pag.443,num.7.

Empedocles docuit ad semen perfectũ concurrere tum marem, tum fœminã, sed ita vt ex mare decerpantur part s principaliores,puta caput, cor,ex fœmina partes minus principales. Examinatur. Tom. 4. pagin. 459, lib.1 de Gener. anim. cap.18. num. 3. 6.

Em-

Empedocles docuit rationem, cur aliquando generatur mas, aliquando fœmina, esse, quia mas generatur ex sanguine puro, & calidiore, fœmina ex sanguine minus puro, & frigidiore. Ibidem pag. 462, num. 12.

Ostenditur semen maris concurrere solum actiuè ad formandum genitum, quod proinde efficitur ex solo humore menstruo, tanquam ex materia. Tom. 4. pagin. 484, lib. 2. de Gener. animalium, capit. 20. num. 16, 17, 18. 19, 20, 21. 22, 23, 24.

Mas, & fœmina licet differant virtute, tamen sunt eiusdem speciei. Ibidem pagin. 487, num. 25.

Sicut in plantis mas est coniunctus fœminæ, sic in animalibus mas, & fœmina coniunguntur, vt generent. Ibidem pagin 488, num. 26.

In plantis mas, & fœmina sunt coniuncta, quia vnicum earum opus est generare: in animalibus non sunt coniuncta, quia opus eorum est etiam cognoscere, coniunctio autem maris, & fœminæ facit, vt cognitio sit imperfectissima. Ibid. pagin. 488. num. 27. & pagin. 491. lib. 2. de Gen. anim. cap. 1, nu 7, 8.

Cum semen maris prævalet menstruis fœminæ, generatur mas, cum non prævalet, genetatur fœmina. Tom. 4, pag. 509. lib 2. de Gen. anim. cap. 3, num. 13.

Quare fœmina non possit generare sine concursu maris. Tom. 4, pagin. 523, lib. 2. de Gener. anim cap. 4, num. 39, 40.

Licet fœmina generans semper habeat humorem menstruum, mas generans non semper habet semen, quia materia geniti debet distingui à corpore generantis, at causa efficiens potest concurrere per seipsam. Tom. 4, pagin. 514, lib 2. de Gen. anim. cap. 4, nu. 12

Ex plantis aliquæ dicuntur mares, quia non fructificant. Tom. 4, pagin. 565. lib. 3. de Gen. anim cap. 5, num. 1.

Referuntur, & reijciuntur opiniones antiquorum circa causam, cur aliquando generetur mas, aliquando fœmina. rom. 4 pagin. 588, lib. 4. de Gener. anim. cap. 1, à num. 1 ad 18.

Anaxagoras docuit differentiam maris, ac fœminæ præexistere in seminibus: Empedocles docuit causari in vtero, & propter caliditatem generari marem, propter frigiditatem generari fœminam: Democritus docuit differentiam causari ex eo, quod prævaleat in vtero semen maris, aut fœminæ. Reijciuntur. Ibid. pag. 588, à num. 1, vsque ad 18.

Reijcitur opinio dicens testem dextrum esse causam, cur generetur mas, testem sinistrum esse causam, cur generetur fœmina, ideoque ligato teste sinistro, semper generari marem, & è conuerso Ibidē pag. 593, num. 16, 17, 18.

Mas est, qui potest alimentum ita concoquere, vt ex eo separet semen, adeoque se habet vt forma, & vt principium actiuum: fœmina est, quæ recipit semen ab alio, sed non potest alimentum ita concoquere, vt ex eo separet semen, per quod sit principium actiuum generationis. Ibid. pagin. 594, num. 20.

Mas est calidior fœmina, quia concoctio seminis fit per calorem. Ibidem pag. 594, num. 21.

Mas primo intendit generare marem, sed quia aliquando non potest perfectè concoquere materiam, generat fœminam. Ibidem pag. 596. num 24, & pag. 600, cap. 3, num. 4.

Mas primo differt à fœmina per hoc, quod habeat cor perfectè calidum, & perfectè concoctiuum alimenti; ex differentia autem cordis sequitur differentia aliarum partium. Ibidem pag. 596. num. 25.

Nimis iuuenes, ac nimis senes sæpius generant fœminas, quam mares, quia in nimis iuuenibus calor nondum est perfectus, in nimis senibus est imminutus. Tom. 4, pagin. 598, lib. 4. de Gener. anim. cap. 2, numer. 1.

Qui habent corpora molliora, & humidiora sæpius generant fœminas, quam mares, quia mollities, & humiditas oritur ex defectu caloris. Ibidem nu. 2.

Mares concipiuntur potius flantibus ventis aquilonijs, quam austrinis, quia flantibus ventis aquilonijs, clauduntur pori, & sic augetur calor internus. Ex eadem ratione pecus cum spectat ad aquilonē, generat mares. Ibidem pagina 598, numer. 3, 4.

Ad generationem maris requiritur caliditas in certo gradu. Ibidem pagina 599, num. 5.

Ex hominibus sæpius nascuntur læsi mares, quam fœminæ, quia cum sint calidiores, magis mouentur in vtero, ideoque facile membra franguntur, & læduntur. Tom. 4, pag. 624, lib. 4. de Gener. animal. capit 6, num. 6.

Quia fœminæ sunt frigidiores, in vtero serius

Digitized by Google

vius perficiſtur, quam mares. Extra vterũ fœminæ citius adoleſcunt, quia cum ſint debiliores, citius ſeneſcunt, adeoque etiam citius adoleſcũt. Ibidem pag. 624, num. 7.

Cum eduntur gemini, alter mas alter fœmina, raro ſeruantur, quia cum mas citius perficiatur, præter naturam eſt, vt mas, & fœmina ſimul naſcantur. Ibidem pag. 624, nu. 8.

Mares ſolent habere vocem grauiorem, quia propter robur mouent multum aeris, ex quo ſequitur, vt vox ſit grauior. Tom. 4, pagin. 658. lib. 5 de Gener. anim. cap. 7, num. 8.

Mares vt plurimum diutius viuunt, quam fœminæ, quia mares ſunt calidiores. vita autem conſiſtit in calore, & humido. Mares tamen laborioſi citius ſenescunt, quia labore exiccatur humidum: & ex eadem ratione citius ſeneſcunt mares ſalaces, ſeu libidinoſi. Tom. 4, pagin. 670, lib. de longit. vitæ, cap. 3, nu. 12, 13, 14.

Mares penè ſemper habent corpora maiora, quam fœminæ, quia ſunt calidiores, & perfectiores, & quia longiori tempore creſcunt, & perficiuntur. Tom. 5, pag. 527, ſect. 10. prob. num. 10.

Mas, & fœmina non differunt ſpecie, quia non differunt ratione formæ, & eſſentiæ, ſed ſolum ratione materiæ. Tom. 5, pagin. 280, lib. 10. metaphyſicorum, capit. 12, num. 1, 2, 7,

Mas eſt maior, & fortior, ac maioribus, & firmioribus extremitatibus præditus, quã fœmina, & in omnibus potentijs, ac virtutibus præſtat fœminæ, Tom. 4. pagina 793, lib. Phyſiog. capit 5, num. 1.

Quæ ſunt propria ſexus maſculini ſunt ſigna roboris. Tom. 4, pag. 795, lib. Phyſiog. cap. 6, num. 1.

Quibus moribus, & affectionibus mares differre ſoleant à fœminis, & quo pacto proportionaliter differant quoad corpus. Tom. 4. pag. 801, lib. Phyſiog. cap. 8, per totum.

Ex animalibus leo perfectiſſimè habet formam maris. Ibidem pagina 803. numer. 8.

Signa phyſiognomica principaliſſimè deſumuntur ex differentia maris, ac fœminæ, tom. 4, pag. 815, lib. Phyſiogn. capit. 10. num. 62.

MASSA triticea, vel hordeacea. Quare maſſa hordeacea quo magis cõteritur, eo panis ex ea factus difficilius digeratur: at quo magis conteritur maſſa triticea, eo panis ex calfactus facilius digeratur. To. 5, pagin. 657, ſect. 21. problematum, numer. 8

Quare maſſa hordei per hoc, quod conteratur, fiat minor quoad molem, maſſa autem tritici fiat maior. Ibidem pagina 658, num. 9.

Quare maſſa triticea, dum coquitur, fiat maior, & magis turgeat, quam maſſa hordeacea. Ibidem num. 10, 23.

Quare maſſa triticea ſi fiat ex farina, & melicrato, ſit fragilior, & diuiſibilior, quam ſi fiat ex farina, & aqua. Ibidem pagina 658, num. 11.

Quare maſſa confecta ex aqua, & farina leuior ſit, quam aqua, & farina ſeorſim. Ibidem pag 662, num. 18

MATER. Matres magis amant filios, tum quia filij cum generentur in vtero matris, magis videntur eſſe partes matris, quam patris, tum quia cum prius illos experiantur in vtero, prius incipiunt amare. Tom. 2. pag. 243. lib. 8. Ethic. cap. 11, nu. 6. & pag. 484, lib 7 mor. ad Eud. cap. 10, num 3.

Matres magis amant filios, quam patres, quia ipſos maiori cũ labore ſuſceperunt, & quia magis ſciunt illos eſſe ſuos filios. Tom. 2, pag. 264. lib. 9. Ethic cap. 7, numer. 9, & pag. 484 lib. 7. mor. ad Eud. cap. 10, num. 3.

Matres magis inclinant ad amandum, & ad gaudendum de bonis filiorum, quam ad hoc, vt amentur à filijs, ideoque cum dant illos educandos alijs, amant filios, & de eorum proſperitatibus gaudent, nec multum curant, an à filijs amentur. Tom. 2, pagin. 235, lib. 8. Ethicorum, cap. 8, num 3.

Etiam inter bruta matres amant filios ita vehementer, vt pro filijs mori non recuſent. Tom. 2, pag. 464, lib 7. mor. ad Eud. capit. 1, num 11.

Scorpiones, & quidam aranei, cum ſunt perfecti, matrem interficiunt. Tom. 3, pagin. 860. lib 5. de Hiſt. animalium, cap. 26, num. 1.

Cameli cum matre nunquam coeunt, & etiamſi cogantur, nolunt. Aliquando Camelus cũ à camelario deceptus cum matre coiſſet, camelarium morſu peremit. Quidam etiam equus cum deceptus c oiſſet cum matre, matre agnita, fugit, ac ſe dedit præcipitem. To. 3, pag 1032, lib 9. de Hiſt. anim. cap. 47, num. 1.

MATERIA, materialis cauſa. Antiqui Phyſici

ſici dixerunt vnum eſſe ſubiectum, & materiam, differentias verò ſe tenere ex parte formæ. Tom.3. pag.16, lib.1. Phyſicor. cap.5, num.1.

Præter duo contraria requiritur ſubiectum commune contrariorum, ſeu materia, quæ eſt tertium principium. Tom. 3. pag. 23, lib. 1. Phyſicor. capit.3, num.9, 10,11,12.

Materia, & forma ſunt principia per ſe, priuatio eſt principium per accidens. Tom.3, pag. 28, lib. 1. phyſicor capit.9. num 11,12.

Materia rerum naturalium cognoſci debet per analogiam ad materiam artificialem. Ibid. pag.30, num.15.

Materia artificialium eſt hoc aliquid demõſtrabile, materia ſubſtantiarum naturalium non eſt hoc aliquid demonſtrabile. Ibid. pag.30, num.15.

Materia eſt potentia, non actu, & ex eius ignoratione errarunt antiqui. Tom. 3, pagin. 32, lib. 1. phyſicor. capit. 10. num. 6, 7.

Proponuntur errores antiquorum circa materiam, & explicatur, quo pacto materia differat à priuatione. Tom.3.pag.33,lib.1. phyſic. cap.11, num.1,2,3,4,5,6.

Quo pacto materia ſit ingenerabilis, & incorruptibilis. Ibid.pag.35, nu.7.

Materia recipit formam,& ſuſtentat vt mater, & quo pacto materia formam appetat vt aliquid pulchrum,ac diuinum.Ibidem pagin 34, nu.4,5,6.

Materia propter potentiam paſſiuam eſt quodammodo fœmina, & appetit formam, quæ propter potentiam actiuam eſt quodammodo mas, & vir. Ibidem pagin.34, num.6.

Quo pacto antiqui dixerint materiam eſſe naturam entium naturalium, & quod corpus putarent eſſe materiam. Tom.3, pagin.39, lib.2. phyſicor. cap. 2. num.1. 2, 3, 4.

Phyſica conſiderat entia naturalia tum ſecundum materiam, tum ſecundum formam. Tom 3, pag.43,lib.1. phyſic. cap.4, per totum.

Finis materiæ eſt forma. Ibidem pagin.43, num.4.

Oſtenditur Cœlum, ſeu mundum conſtare ex tota materia. Tom.3, pag.325, lib.1. de Cœlo, cap.10,num.7,8,9,10,11,12.

Materia an ſit actu ſubſtantia, vel ſit actu ens vllius prædicamenti. Tom.3,pag.455, lib.1, de Gen. cap.5.num.4.

Materia eſt ſolum finita. Ibidem pag.457, capit.6, num.3.

Materia eſt quodammodo non ens. Tom.3, pag.461. lib.1. de Gen. cap.7, nu.11.

Materia ignis, ac terræ, aliorumque transmutabilium eſt eadem ſecundum rem, ac ſolum differt ratione. Ibidem pag.461. num. 12.

Materia prima per ſe eſt ſubiectum ſuſceptiuum generationis,& corruptionis, aliarum autem murationum eſt ſubiectum non primum, ſed mediatum. Tom. 3, pag.463, lib.1. de Gen. cap.8, nu.6.

Quæ conueniunt in materia poſſunt mutuo agere, & pati; ſecus quæ diſconueniunt in materia, & vndenam poſſit cognoſci, quod aliqua conueniant in materia eiuſdem rationis. Tom.3. pagin.478. lib.1. de Gen. cap.16,nu.2.3.

Referuntur opiniones antiquorum de materia elementorum, & oſtenditur dari vnam materiam communem omnium elementorum, eamque non eſſe ſeparabilem ab omnibus contrarietatibus, ſed ſemper affici aliqua contrarietate. Tom. 3. pagin.494, lib.2. de Gener. capit.1. per totum.

Oſtenditur materiam communem omnium transmutationum non eſſe vllum elemẽtum, neque vllum corpus actuale, ſed aliquid, quod eſt in potentia quodlibet corpus actuale. Tom.3,pagin.504, lib.2. de Gen. cap.5, per totum.

Oſtenditur materiam dari etiam in corporibus cœleſtibus, & incorruptibilibus, atque eſſe eorum principium, & explicatur, quo pacto materia corruptibilium differat à materia incorruptibilium. To. 4, pag.517, lib.2. de Gener.anim. cap 9, num.2.

Reijcitur opinio quorumdam antiquorum, qui dixerunt materiam eſſe cauſam efficientem motus, & generationum. Ibid. pagin.518, num.8,9,10,11.12.

Materia eſt res ſolum in potentia. Tom. 4, pagin. 6. lib. 1. de partib. animal. cap. 1, num.12.

Quinam effectus fiant ſolum ex neceſſitate materiæ. Ibidem pag.13, num.36,37. & pag.633,lib.5.de Gen.anim.cap.1, num.3.

Qui agunt de rebus naturalibus debẽt præcipuè agere de earum cauſa materiali, & formali. Ibid. pag.14, nu.38.

Subſtantia dicitur etiam materia, quæ per ſe non eſt in determinata ſpecie corporis, ſed eſt indifferens ad hoc, vt per formam

mam constituatur in determinata specie. Tom.4, pag.242, lib.2. de anima, cap. 1, num.3.

Res naturales non sunt tales, quia talis est earum materia, sed è conuerso materia est talis, quia res naturales debent esse tales. Tom.4, pag.633, lib.4. de Gen.anim. capit.1, num.4.

Causa materialis quid sit, & quæ reducantur ad causam materialem. To. 3, pag.46, lib 2. physic. cap.5, num 2,9.

Materia semper remanet in qualibet mutatione. Tom.5, pag.12, lib.1. metap. cap.3, num.3.

Quo pacto Anaxagoras dicens dari substantiam, in qua omnia erant mista, & confusa, insinuarit materiam primam, quæ neque est quid, neque quale &c. Tom 5, pag 32. lib.1. metaph. cap.9, num. 2.

Reijcitur opinio Platonis, in quantum dixit materiam esse magnum, & paruum. Tom. 5, pagin. 43, lib. 1. metaph. cap. 11, num.31.

Ostenditur non posse dari processum in infinitum in materijs, adeoque dari materiam primam. Tom.5, pag.50. lib.2. metaph. cap.2, num.4,5.

Res fiunt ex materia prima tamquam ex aliquo non corrupto, sed remanente, & incorruptibili. Ibid. pag,51, nu.6.

Materia dicitur natura, & est duplex. Tom.5, pag. 118, lib.3. metaph. capit. 4, num.3,5.

Ex quo fundamento antiqui dixerint materiam esse magis substantiam, quam formam, & compositum. Tom.5, pag. 173, lib.7. metaph. cap.3, num 4.

Materia est id, quod per se ipsum neque est quid, neque quantũ, neque quale, neque aliud quippiam eorum, quibus ens determinatur, neque horum negationes. Ibid pag.173, num.5.

Non sola materia est substantia, sed compositum est magis substantia, quam materia. Ibid. pag.173, nu 6.

Materia propriè non fit, sed supponitur. Tom 5, pagin. 188, lib.7. metaph. cap. 9, num.1, & pag.323, lib.12. cap.3, nu.2.

Artificialia nõ possunt fieri ex qualibet materia, sed solum ex determinata, quæ sit pars facti. Tom.5, pagin.190, lib.7. metaph capit.11, num 2.

Aliquæ materiæ possunt se ipsas mouere ad formam artis, aliæ non possunt Ibid. pag 190, nu.2.

Materia, quæ est pars speciei, debet poni in definitione, quæ non est pars speciei, non debet poni. Tom.5, pag. 195, lib.7. metaph. cap.14, num.8.

Ostenditur contra Platonem tum materiam sensibilem esse partem specierum naturalium, tum materiam intelligibilem esse partem specierum mathematicarum. To. 5, pagin.199, lib.7. metaph. cap.15, num. 2,3,4,5,6.

Materia vniuersalis includitur in speciebus, materia singularis in indiuiduis. Ibidem pag.201, num.7.

Materia est substantia, quia per se ipsam est hoc aliquid non actu, sed potentia. Eius conceptus est vt sit potentia ad formam, ideoque non potest intelligi nisi per formam, & est inseparabilis à forma etiam ratione. Tom.5, pagin.219, lib.8. metap. cap.2 nu.2.

In corruptibilibus datur materia, quæ sit potentia ad formam substantialem, ad alterationem, & motum. Ibidem pag. 220, nu.3.4.

Reijcitur opinio Democriti dicentis materiam communem sensibilium esse atomos, formas, esse figuram, situm, & ordinem. Tom. 5, pag. 220, lib 8. metaph. cap.3. per totum.

Omnium inferiorum est vna materia prima, sed sunt plures materiæ proximæ, & immediatæ. Tom 5, pag.227, lib.8 metaph. cap.6, nu.1,2.

Ex vna materia prima fiunt diuersa specie propter diuersa agentia. Ibidem pag.227, num.3.

Quo pacto assignanda sit materia corruptibilium, & incorruptibilium, & accidentium. Tom. 5, pagin. 228, lib.8. metaph: cap 6, nu.4,5,6,7.

Quo pacto sit assignanda materia formarũ, & contrariorum: Tom.5, pag.228, lib 8. metaph. capit.7, per totum.

Materia prius respicit habitum, quam priuationem. Ibidem pag.229, nu:3.

Quid requiratur ad hoc, vt materia sit in potentia proxima. Tom. 5 pag: 242, lib.9, metaph. cap.8, nu.2,3,4,5,6.

Materia tum obtinet perfectionem, & finem, cum habet actum. Tom. 5, pagin. 246, lib.9. metaph. cap.10, num.4.

Contrarietas in materia inducit differentiam genericam, ideoque corruptibile, & incorruptibile cum differant in materia, differunt genere. Tom.5. pagin.282, lib.10. metaph. cap.13, num.1,2.

Disputatur, virum primum principium sit ma-

materia, vel forma. To 5, pag.288,lib.11. metaph. cap 2, nu:3:

Cuicumque mutationi ſubeſſe debet aliqua materia. Tom.5, pagin.318, lib. 11. metaph.cap.12, num.10.

Oſtenditur in omnibus ſubſtantiis ſenſibilibus dari materiam, ſed materiam incorruptibilium eſſe diuerſam à materia corruptibilium. Tom 5. pag.322, lib 12.metaph.cap.2,num.2,3,4,5,6.

Materia eſt ſuſceptiua contrariorum, & eſt non ens actu, ſed ens potentia. Ibidem pagin. 322, numer. 3, 4, & capit. 15, numer. 5, 12.

Quo pacto prima principia ſint materia, forma, & priuatio. Tom.5, pag. 325, lib. 12, metaph. cap.3, num 1,2, & cap.4, nu. 5,6, & cap.10,num.5.

MATERIALIA Subſtantiæ materiales ſupra quidditatem ſpeciei addunt materiã individualem, ſubſtantiæ immateriales ſupra quidditatem ſpeciei nihil addunt. Tom. 4, pagin.306,lib.3.de Anima,cap.2, num.1.

Quo pacto anima cognoſcat quidditates, & individua rerum materialium.Ibidem pagina 306,nu.2,3.

Res ſicut ſe habent ad materiam,ita definiuntur cum materia. Ibidem pagina 307, num.4.

MATHEMATICA, Mathematicus. Mathematici dum ſupponunt aliquam lineam, quæ non eſt pedalis,& recta, eſſe pedalẽ & rectam, non vtuntur falſis ſuppoſitionibus. Nam non demonſtrant de lineis deſcriptis, ſed de lineis poſſibilibus, quæ per deſcriptas ſignificantur, ac verè ſunt pedales, ac rectæ. Tom.1. pag. 315, lib. 1. Poſt.cap.11,nu.4.

In mathematicis facilè peccatur in materia, difficile peccatur in forma. Tom. 1, pagin. 319, lib. 1. Poſter. cap 12, num. 9, 10,11, 13.

In mathematicis medius terminus ſolet eſſe definitio ſubiecti, vel paſſio conuertibilis. Ibidem pagina 320,num.11.

Scientiæ mathematicæ quo pacto ſoleant augeri, multiplicando demonſtrationes. Ibidem pag.321, num.13.

Mathematica, & præſertim geometria, & arithmetica abſtrahunt à ſenſibilibus. To. 1, pagin. 326, lib.1. Poſter. capit. 13, numer.10.

Scientiæ mathematicæ pene ſemper demõſtrant per primam figuram. Tom.1,pagina 326, lib.1.Poſt.capit. 24.nu.1.

Mathematica, quæ abſtrahunt à motu, non debent definiri per motum. Tom.1, pag. 539, lib.6.Top. cap. 1, nu.23,

In mathematicis ex ignorantia definitionis oritur difficultas demoſtrandi aliqua,quæ poſita definitione, facillin è demonſtrantur.Tom. 1, pagin.586, lib.8. Top.cap.2, num.17, 18.

Mathematica licet conſideret lineas&c,quæ ſunt in entibus naturalibus, tamen differt à phyſica per hoc, quod illa conſiderat abſtrahendo à materia, & à motu ſenſibili. Tom. 3, pagin.41,lib.2.Phyſic.cap.3, num.1,2,3,4,5,6,7.

Quo pacto definitiones mathematicæ differant à phyſicis. Ibidem pagina 42, numer. 5.

Mathematica debent habere poſitionem, & ordinem partium, adeoque deoent eſſe in loco. Tom.3,pag.474,lib.1.de Generat. cap.4, nu.2.

Mathematici dum agunt de corporibus cœleſtibus, primo proponunt ſenſibiles experientias, deinde afferunt cauſas eorum, quæ apparent.Tom.4,pag.6,lib.1.de part. anim.cap.1,num.13.

Mathematica conſiderat formas inſeparabiles à materia ſenſibili, abſtrahendo ab hoc, quod ſint formæ materiæ ſenſibilis. Tom.4. pagin.215,lib 1. de Anima,cap.3, num.4.

Plato poſuit mathematica ſeparata à ſenſibilibus, & media inter ſingularia, & ideas. Tom. 5, pagina 24,lib.1.metaph. cap. 7, num. 2.

Reijcitur hæc opinio. Ibidem pagina 42, cap 11,num. 25,26,27, & pag.3,4,lib.13, capit. 1, num.2,3,4,5.

Rationes pro, & contra mathematica ſeparata.Tom.5,pag 62,lib. 3, metaph.cap.3, num.17,18,19 20, & pagin. 283, lib.11,capit.1,num.7,& pagina 355, lib. 13.cap. 2, a nu.7, vſque ad finem.

Rationes contra mathematica, quæ ſint dimenſiones immobiles. Tom. 5. pag. 63, lib.3 metaph. cap.3,num.21,22,23, 24, & & pagina 354, lib. 13. capit. 2, numer.2, 3, 4, 5.

Mathematica,hoc eſt numeri, & magnitudines an ſint ſubſtantiæ ſeparatæ, & quidditates ſenſibilium Tom.5, pag.77, lib.3. metaph cap.8,per totum.

Oſtenditur contra Platonem materiam intelligibilem eſſe partem ſpecierum mathematicarum. Tom.5, pagina 199,lib. 7. metaph. cap. 15, nu.2,3,4,6.

Vtrum

Digitized by Google

Vtrùm mathematica, hoc eſt lineæ, & ſuperficies ſint principia corporum Tom. 5, pagin. 289, lib. 12. metaphyſicorum, cap. 2, num. 6,

Oſtenditur mathematica per ſolam abſtractionem intellectus eſſe ſeparabilia à ſenſibilibus, & ipſis priora. Tom. 5, pag. 353, lib. 13. metaphyſicorum, cap. 2, & 3, per tota.

Proponuntur aliquæ difficultates circa mathematica, hoc eſt lineas, ſuperficies, & numeros. Tom. 5, pag. 351. lib. 13 metaph. capit. 9, à num. 9. vſque ad finem.

Malè dixerunt antiqui mathematica eſſe in loco. Tom. 5, pag. 410, lib. 14. metaph. cap. 7, num. 1.

Non ſolum entia naturalia, ſed etiam entia mathematica ſupra quidditatem addunt materiam ſenſibilem. Tom 4, pag. 306, lib. 3. de Anima, cap. 2, num 1, 3.

Mathematica non demonſtrat per cauſam finalem. Tom. 5, pagina 58, lib. 3. metaph. cap. 3 num. 2. & pagina 285, lib. 12, cap. 2, num. 5.

Medium non eſt id,de quo vtrumque extremum poteſt quomodocumque negari,ſed eſt id, de quo duo contraria maximè differentia poſſunt ita negari, vt ſit eiuſdem generis cum illis. Ibidem pag. 272, numer. 13.

Media ſunt oppoſitorum, & contrariorum media, & ſunt eiuſdem generis cum contrarijs; ſunt compoſita ex contrarijs, ac de vtroque participant. Tom.5, pag.275, lib.10 metaph capit.10,per totum.

Non poteſt in eodem ſubiecto eſſe ſimul cõtrarium, & medium. Tom.5,pag.299,lib. 11,metaph. cap.7, num 4.

MEDIVM demonſtrationis debet eſſe neceſſarium. Tom.1, pag.305,lib.1 Poſt.cap. 6, num 9.

Medium ſin ſcientijs demonſtratiuis, ac præſertim in mathematicis debet eſſe definitio ſubiecti, vel paſſio conuertibilis cum ſubiecto. Tom.1,pag.720, lib.1. Poſt. capit.12,num.11.

In medijs demonſtrationis procedi non poteſt in infinitum. Tom 1, pag 341,lib. 1. Poſt. capit.16, num.11, 12, 13.

Quo pacto ſumendum ſit medium, vt propoſitio mediata reſoluatur ad immediatam. Tom.1, pag. 352, lib.1.Poſt. capit.17, num 6.

Digitized by Google

Traduntur quatuor regulæ, quibus explicatur, quale medium ſumendum ſit ad demonſtrandum propoſitiones mediatas in ſingulis figuris. Ibidem pag. 353. numer. 7, 8, 9, 10.

In omnibus quæſtionibus quæritur mediũ. Tom. 1, pagin. 374, lib. 2. Poſt. capit. 1, numer. 3. 4, 5, 6.

Medium demonſtrationis poteſt aſſumi ex quolibet genere cauſarum. Tom. 1, pagin. 391, lib. 2. Poſt. cap. 6, per totum.

Quæ definitio ſit medium demonſtrationis, vel demonſtratio ſolo ſitu differens. Tom. 1. pagin. 388, lib. 2. Poſt. capit. 5, num. 7.

Medium demonſtrationis poteſt eſſe etiam neceſſitas materiæ. Ibidem pag. 394, cap. 6. num. 6.

Quo pacto medium demonſtrationis poſſit ſumi, tum ex cauſis, quæ ſunt ſimul cum effectibus, tum ex cauſis, quæ non ſunt ſimul; tum ex cauſis, quæ cauſant directè, tum ex cauſis, quæ cauſant circulariter; tum ex cauſis, quæ cauſant ſemper, tum ex cauſis, quæ cauſant plerumque. Ibidẽ pag. 394. cap. 7. per totum.

Quo pacto poſſimus venari medium demõſtrationis, quod eſt definitio. Ibidem pag. 399, cap 8. per totum.

Quo pacto poſſimus venari medium, propter quid, ſeu cauſas ad ſoluendã problemata. Ibidẽm pag. 406, cap. 9. per totum.

Medium demonſtrationis quo pacto ſit, vel non ſit conuertibile cum ſubiecto, & prædicato concluſionis. Ibidem pag. 407, cap. 10. num. 5, & ſequ.

MEDIVS terminus in prima figura eſt medius etiam poſitione, ſiquidem medium tenet ſitum, & diſponitur ita, vt in vna præmiſſa prædicetur de termino vltimo, in altera ſubijciatur termino primo, ideoque cum ſit poſterior primo, & prior vltimo, medium tenet locum. Tom. 1. pag. 213, lib 1. Prior. cap. 5, num. 2, 3.

Medius terminus in prima figura eſt medius etiam ſitu, & poſitione, cum ponatur inter extrema: in ſecunda figura ſitu, & poſitione eſt primus: in tertia figura poſitione eſt vltimus, & non eſt inter extrema, ſed extra extrema. Tom. 1, pagina 118, lib. 1. Prior. capit 6, num. 1. & pagina 124, num. 2, 3.

Quæ ſint conſideranda, vel eligenda ad inueniendum medium. Tom. 2. pag. 184, lib. 1. Prior. cap. 27, num. 4, 5, 6, 7, 8, 9.

Traduntur regulæ ad inueniendum mediũ. Ibid. pag. 186, cap 28. per totum.

Ad probandam concluſionem vniuerſalem affirmatiuam medium debet eſſe antecedens prædicati, & conſequens ſubiecti. Ibidem pag. 187, num. 1.

Ad probandam particularem affirmatiuam medium debet eſſe antecedens tum prædicati, tum ſubiecti. Ibid pagin 187, numer. 2.

Ad probandam vniuerſalem negatiuam in Celarent, vel in Ceſare, medium debet eſſe extraneum prædicato, & conſequens ſubiecto: ad eamdem probandam in Cameſtres medium debet eſſe cõſequens prædicati, & extraneum ſubiecto. Ibidem pag. 187, num. 3.

Ad probandam particularem negatiuam medium debet eſſe antecedens ſubiecti, & extraneum prædicati. Ibidem pagina 187, num. 4.

Demonſtrantur regulæ allatæ. Ibidem pagin. 188, num. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.

Oſtenditur ſufficientia traditarum regularum ad inueniendum medium pro omnibus ſyllogiſmis, tum de ineſſe, tum modales, tum ex impoſſibili, & hypotheſi. Ibidem pagin. 190. numer. 12, 21, 22, 23, 24, 25.

Oſtenditur falſitas aliarum duarum regularum. Ibidem pagin. 191, num. 17. 18, 19, 20.

Oſtenditur regulas poſitas eſſe ita neceſſarias, vt nulla concluſio probari poſſit, niſi per medium, de quo verificentur tales regulæ. Ibid. pagin. 196, num. 26

Tradita ars inueniendi medium eſt communis omnibus diſciplinis. Ibidem pagina 196. num. 27.

Medium quæri debet inter principia propria, quæ nimirum nota ſunt profeſſoribus diſciplinarum. Ibidem pagin. 196, num. 28.

MEDVLLA eſt vna ex partibus liquidis, quæ dantur in quibuſdam animalibus ſanguineis, & eſt in oſſibus. In iuuenibus medulla eſt omnino ſanguinea: in animalibus autem ſeneſcentibus, & adipe præditis medulla participat naturam adipis: in ijs, quæ loco adipis habent ſerum, habet naturam ſeri. Tom. 3, pag. 785, lib. 3. de Hiſt. animal. cap. 20, num. 1.

Non omnia oſſa habent medullam, ſed ſolũ quæ ſunt cava, imo nec omnia oſſa cava, ſiquidem oſſa leonis, & ſuis, vel nihil, vel parum habent medullæ. Ibidem pagin. 785, num 2, & Tom. 4, pag. 47: lib. 2.

Digitized by Google

lib. 2. de Hist. anim. capit. 6, num. 4.

Ostenditur contra aliquos medullam non habere naturam seminis, sed sanguinis. Tom. 4, pag. 46, lib. 2. de part. anim. cap. 6, num. 1.

Ex proportionali ratione, ex qua omnia membra animalis recenter nati, quia constans ex sanguine habent colorem sanguineum, deinde albescunt, etiam medulla ossalis ab initio habet colorem sanguineum, deinde albescit, Ibid. pagina 46, nu. 1.

In animalibus vtrimque dentatis, ac multifidis, ideoque habentibus adipem, medulla habet naturam adipis: in animalibus non vtrimque dentatis, & habentibus serum, medulla habet naturam seri. Ibid. pagin. 46, nu. 2.

Medulla spinalis, quæ nimirum est intra spinam dorsi, non habet naturam adipis, aut seri, quia debet esse continua, non fragilis, neque nimis humida. Ibidem pagina 46, num. 3

Explicantur alia circa medullam, & circa differentias animalium quoad medullam. Ibid. pagin. 47, num. 4.

Medulla est excrementum concoctum alimenti sanguinei, quod continetur in concauitatibus ossium, & spinæ, ijsque distribuitur in alimentum. Ibidem pagina 47, num. 5.

Medulla dorsi quia habet specialem vsum, habet specialem naturam, & est lenta, ac neruosa, ita vt possit intendi, ac remitti. Ibidem, pagina 47, num 4.

Aliqui putarunt cerebrum, quia coniungitur medullæ spinali, habere naturam medullæ. Reijciuntur: nam medulla est calida, cum habeat naturam adipis, ac seri: cerebrum est frigidum. Medulla igitur coniungitur cerebro, vt sua caliditate temperet frigiditatem cerebri. Ibidem pagin. 48, cap. 7. num. 8

Ossa cartilaginea animalium terrestrium cartilagineorum non continêt medullam separatam à substantia ossium, quia medullaris humiditas diffusa est per totam substantiam ossium cartilagineorum, vt illa reddat molliora. Spina tamen dorsi, quia gerit vicem ossium habet medullam discretam. Tom. 4, pagin. 57, lib. 2. de Partibus animalium, capit. 9, numer. 12.

MEGACLES apud Mytilenæos, cum à magistratibus circumeuntibus clauis fuisset pulsatus, amicis conuocatis impetum faciens, eos, qui erant in magistratu, interfecit. Tom. 2, pag. 696, lib. 5. Politicor. cap. 10. num. 8.

MEGARENSES ex quadam ostentatione cum debebant repræsentare comœdias, vias cooperiebant purpura. Tom. 2, pag. 99, lib. 4. Ethic. cap. 2, num. 17.

MEL, quod calore est liquefactum, si injiciatur in aquam, concrescit ratione frigoris, non autem ratione caloris. Tom. 3. pagin. 668, lib. 4. meteorologicorum, cap. 7, num. 3.

Apes in fauis cibi gratia mellificant, tum tempore æstatis, tum tempore autumni, sed mel autumnale est præstantius æstiuo. Tom 3, pag. 857. lib. 5. de Historia anim. capit. 22, num. 2.

Apes mella colligunt ex rore, qui cadit è Cœlo, præsertim cum sydera exoriuntur, & cum Iris apparet. Ante ortum Vergiliarum, quæ oriuntur mense Maio, mel non fit. Ostenditur mel non fieri ex floribus, sed colligi ex rore. Ibid.

Mel ab initio est liquidum, deinde maturitate spissatur, & concrescit. Mel cum est perfectè concoctum, est crassius simul, & dulcius. Vnde apes colligant mel. Tempus extrahendi mel ex aluearibus est, cum caprificus suos fructus cœperit ostendere, & ex eo tempore apes amplius non mellificant. Ibid. pag 858, num. 3.

In Themiscyra ad Thermodoõtem fluuium apes faciunt mel valde crassum, non quolibet tempore, sed hyeme tantum, quod colligunt ex floribus hederæ florentis hyeme. Datur etiam quoddam mel candidum, & valde crassum, quod in quibusdam locis apes sine fauis faciunt in concauitatibus arborum. Ibidem pagina 859, nu. 5.

Mel ita ex aluearibus est auferendum, vt apibus relinquatur tantum mellis, quantum sufficiat, vt hyeme alantur. Tom. 3, pag. 1021, lib. 9. de Histor. animal. cap. 40, num. 26, 41.

Mel potissimum conficitur vere, & autumno, sed mel vernum est præstantius, sicut est præstantius mel aurei coloris. Ibidem pag. 1023. num. 36.

Mel album est vtile ad medendum oculis, Ibid. pagin. 1023, num. 36.

Mel perfectius subsidit, ideoque ad mel perficiendum pars fluitans, adeoque deterior separanda est à parte meliore, quæ subsidit. Ibid. pag. 1023, num. 36.

Digitized by Google

Mel est mistum terreum, quod calore incrassatur, etiamsi nihil ex illo sensibiliter euaporet. Tom.3, pag.671, lib.4.meteor. cap.7, num.12.

Quare licet mel sit viscosius, quam aqua, tamen si massa fiat ex farina, & mellicrato, hoc est melle admisto cum aqua, massa postquam cocta fuit, euadat fragilior, & diuisibilior, quam si fiat ex farina, & aqua. Tom.5, pag.658, sect. 21. problem.num.11.

MELANCHOLIA melãcholici. Melãcholici quia abũdant bile, quæ propter acrimoniã corrodit, semper patiũtur quamdam molestiam, propter quam indigent magnis voluptatibus, vt medicamentis: ideo sæpe euadunt intemperantes, & praui, quærentes nimirum voluptates excessiuas. Tom. 2, pagin.218, lib.7. Ethic. cap. 14. num.11.

Melancholici sæpe sunt incontinentes ex imbecillitate. Tom. 2, pag.366. lib.2.mag. mor. capit.7, num 21.

Lien est receptaculum excrementorum melancholicorum, atque attrahit ex ventriculo vapores melancholicos, eosque concoquit, cum lien habeat naturam sanguineam, adeoque calidam. Animalia, quæ aliter possunt concoquere excrementa melancholica, aut in alium vsum conuertere, vel carent liene, vel habent lienem valde exiguum. Tom. 4, pag.102, lib.3. de Part. animalium, capit. 7, num. 9.

Melancholici non solent esse somniculosi, quia cum melancholia sit frigida melancholici sunt frigidi, & propter frigiditatẽ non multi in ijs ascendunt vapores, qui sunt causa somni. Ex frigiditate etiam oritur, vt melancholici sint edaces, quia cum parum alimenti conuertant in suam substantiam semper appetũt alimentum: melancholia autem refrigerat ventriculũ, & alias partes corporis. Tom.4, pag 397. lib de somno.& vigil. capit.4, num.13.

Quia in melancholicis humores propter vehementem motum solent perturbari, ideo somnia melancholicorum solent esse valde monstrosa, & inconstantia. Tom.4. pag. 407, lib. de somnijs capit. 3, numer.2.

Quare melancholici soleant esse valde apti ad somnia interpretanda, & vniuersim ad præuidenda, & diuinanda futura. Tom.4. pag.416, lib.de diuin.per somnium.cap. 2, num.11.

Sicut qui habent arcum valde tensum collimant in scopum etiam distantem, sic melancholici quia intensè cogitant, præuident futura etiam distantia: & quia sunt fanatici, connectunt etiam valde distantia. Ibidem pagin. 416, num.11.

Melancholia, cholera, & pituita sunt excrementa vtilia, ideoque natura non conatur illa expellere, sed ea retinet in venis simul cum sanguine. Tom.4. pag.469, lib. 1. da Gen.anim. capit.18, num.34.

Melancholici habent imaginationem valde velocem, ideoque quia imaginatio de vocibus proferendis solet præcurrere instrumenta loquendi, sæpe hæsitant, & hærent loquendo. Tom.5, pagin.564, sect. 11. prob.num.38.

Quare qui claruerunt in philosophia, vel in politica, vel in poetica, vel in artibus fuerint melancholici Tom. 5, pag. 734, sect. 30.probl.num. 1.

Melancholia facit effectus proportionales vino, siquidem prout variè mouetur, homines efficit timidos, vel audaces, mites, aut iracundos &c. Ibidem pagin.735, numer. 1. A.

Melancholia conuenit cum vino in flatuositate, ac homines facit ad libidinem propensos. Ibid pag.736, num.1 B.

Melancholia habet temperamẽtum partim calidum, partim frigidũ, ideoque continet omnia tẽperamenta. Ibid pag.737.n.1.C.

Melancholia quia potest valde incalescere, & frigescere, potest causare omnem penè varietatem affectuum, modo immodicam hilaritatem, modo tristitiam summam, & sæpe etiam alienat à mente. Ibidem pag. 737, nu 1.C,D.

Melancholia cum est moderatè calida, efficit homines cæteris sapientiores, & prudentiores. Ibidem num 737. C.

Qui abundant melancholia, sed certo modo temperata, præstant ingenio. Ibidem pag.739, nu.1. E.

Qui abundant melancholia facilè incidunt in ægritudines, in morbum comitialem, & etiam in amentiam, & in tantam tristitiam, vt laqueo se suspendant. Ibidem pagin.739. num.1 E.

Quales soleant esse melancholici. Ibidem pag.741, num.1. G.

Quare melancholici difficile dormiant, ac sæpe euigilent. Ibidem pagin. 746. numer. 13. B.

MELANGRIDES. Ouа gallinarum melangridum, ac Phasianarum sunt quibusdam pun-

Digitized by Google

punctis distincta. Tom. 3, pagin. 869, lib. 6. de Histor. animalium, cap. 2. numer. 2.

MELISSVS. Reijcitur opinio Parmenidis, ac Melissi dicentium omnia esse vnum, & eorum rationes soluuntur. Tom. 3, pagin. 8, lib. 1. Physic. capit. 3. & 4, per tota, & Tom. 5. pag. 21, lib. 1. metaph. cap. 6, per totum.

MELITENSES Catelli. Vide canis.

MELIVS. Afferuntur loca topica ad examinandum, vtrum sit melius, & eligibilius. Tom. 1, pag. 647, lib. 2. Top. cap. 1, 2, 3, per tota.

Melius est quod est diuturnius, & firmius, & quod est secundum meliorem disciplinam. Tom. 1. pag. 467. lib. 3. topic. cap. 1. num. 1, 2, 3.

Melius est quod est eligibile in ratione finis: & quod est eligibile per se, & non solũ per accidens: quod est causa boni per se, & non per accidens, & quod conducit ad finem totius vitæ. Ibidem pagina 468, num. 6, 7, & sequ.

Plura quando sint meliora paucioribus. Tom. 2, pagin. 471, lib. 3. Topic. capit 2, num. 3, 4, 5.

Eadem cum voluptate sunt eligibiliora, quam sine voluptate. Ibidem pagin. 472, num. 6.

Bona sunt eligibiliora eo tempore, quo plus possunt. Ibid. pagin. 472 num. 6.

Id, quo habito, non egeremus altero, est melius. Ibidem pag. 472, num. 8.

Quod est similius meliori, & est propinquius summo bono est melius. Ibidem pag. 472, num 11, 12, 13, 14.

Quod est nobilius, magis proprium, & amicis magis communicabile est melius. Ibidem pagina 473, numer. 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21.

Non necessaria sunt meliora necessarijs, & & quæ non possunt suppleri sunt meliora ijs, quæ possunt suppleri. Ibidem pag. 474, num. 23, 24.

MELODIA, seu Melopœia est vna ex partibus tragœdiæ orationi extrinsecis, & est maximum condimentorum. Tom. 1. pagin. 903, lib. Poeticorum, capit. 4, numer. 1. 14.

Quare omnes delectentur melodijs Tom. 5. pagina 635, sect. 19. problematum, numer. 38.

Melopœij dicebantur antiquitus qui cantilenas modulabantur conuenientibus rhythmis. Tom. 5, pagin. 631, sect 19. problematum, num. 31.

MEMBRA animalium sunt partes integræ, quæ in se continent alias partes proprias, & peculiares, ex. gr. caput, crus, manus &c. Tom. 3, pag 694, lib. 1. de Hist. animal. cap. 1, num. 2.

Membra habent pro fine actiones, ideoque differunt proportionaliter, ac differunt actiones Tom. 4, pagin. 27, lib. 1. de partib. anim. cap. 5, num. 11.

Ostenditur, quod membra animalium non possunt flecti, nisi detur aliqua pars quiescens, & quod animalia, vt moueantur, debent habere membra flexibilia, & illa flectere. Tom. 4. pagin 187, lib. de Inc. anim. cap. 7, per totum.

MEMBRANÆ connumerantur inter partes similares animalium. Tom 3, pagin. 760, lib. 3. de Hist. animimalium, capit. 2, numer 1

Membrana est similis cuti densæ, ac valde subtili, sed differt à cute primo, quod cutis est fissilis, membrana non est fissilis: secundo, quod cutis cum pilos producat, est vulsilis, membrana cum pilos non producat, non est vulsilis. Tom. 3. pagin. 780, lib. 3. de Hist. anim. cap 13, numer. 2.

Membranæ ordinantur ad munienda varia membra, ideoque tum ossa, tum viscera teguntur membranis. Præcipuæ sunt quæ tegunt cerebrum, & cor. Ossa suis membranis spoliata syderantur, hoc est reduntur arida, & inutilia. Ibid. pag. 780, num. 2, & Tom. 4, pagin. 111, lib. 3. de part. animal capit 1, num. 2.

MEMNON Rhodius qua arte pecunias pararit. Tom. 1, pag. 819, lib. 2. Oecon. cap 1, num. 19.

MEMORIA. Animalia, quæ conseruant species sensibilium, possunt habere cognitionem sensibilium etiam cum illa non sentiunt vt præsentia, quæ cognitio dicitur memoria. To. 1, pag. 415, lib. 2 post. capit. 11, num. 5.

Memoria non inest omnibus animalibus. Ibid.

Ex sensu, & sensationibus relinquitur memoria, & ex multis memorijs oritur experientia Ibid. pagin. 415, num. 6.

Eorum, quorum præsentia est iucunda, etiam memoria, & spes solet esse iucunda, quia memoria est veluti quædam debilis sensatio eorum, quorum recordamur. Tom 1, pag. 737, lib. 1. Rhet. cap. 11, num 7.

Aliquando est iucunda etiam memoria eorum, quæ cum erant præsentia, non fuerunt iucunda, si aliquid ex ipsis honestum, vel bonum fuerimus consecuti. Ibid.

Memoria est præteriti, siue obiecti vt antea cogniti, ideoque non versatur circa præsentia, nec circa futura. Tom. 4, pagin. 371, lib. de mem. & Remin. cap. 1, num. 3, 4, 5.

Memoria neque est sensus, neq; opinio, sed est habitus, aut passio consequens ad scientiam, & opinionem, quibus postquam intercessit aliquod tempus, recolimus, quod ante habuimus actum sensus, vel opinionis. Quia verò memoria est cognitio præteriti vt præteriti, adeoque cognoscit obiectum cum tempore, solis animalia, quæ habent sensum temporis, habent memoriam. Ibidem pagin 371, num. 6.

Actus memoriæ primo spectat ad phantasiam, quæ primo cognoscit præteritum: secundario, & quasi per accidens spectat etiam ad intellectum, ideoque conuenit etiam pluribus animalibus carentibus intellectu. Per se igitur memorabilia sunt quæ sunt imaginabilia: quæ verò sunt purè intelligibilia non sunt memorabilia pèr se, sed per accidens, ideoque vt facilius recordemur intelligibilium debemus ea alligare phantasmatibus sensibilibus. Ibidem pagin. 372, num. 8, 9, 10.

Actus memoriæ non causatur ab obiecto præterito, quod amplius non est, sed causatur ab aliqua qualitate, vel passione relicta ab obiecto præterito. Nam sicut annulus relinquit in cera imaginem sui, sic obiectum sensatum imprimit, & relinquit in anima imaginem sui: memoria autem est habitus conseruans talem imaginem etiam remoto obiecto sensibili. Tom 4, pag. 373, lib. de mem. & remin. capit. 2, num. 1, 2.

Non solemus recordari eorum, quæ nobis accidunt, dum sumus in magno motu, & agitatione, quia dum humores sunt in magno motu, imagines statim delentur. Ibid. pag. 374, num. 3.

Valde pueri, & valde senes sunt parum memores, quia valde pueri propter nimiam mollitiem imagines non conseruant, valde senes propter nimiam duritiem imagines non recipiunt. Ibid.

Qui prædicti sunt ingenio valde celeri non solent esse memores, quia sunt humidiores, quam oporteret ad imagines retinendas: qui prædicti sunt ingenio valde tardo non solent esse memores, quia sunt ficciores, quam oporteret ad imagines recipiendas. Ibidem pag. 374, nu 3.

Explicatur quo pacto per actum memoriæ simul sentiamus passionem, & imaginem præsentem, simul recordemur obiecti præteriti, atque absentis. Ibid. pag. 375, num. 9.

Aliquando quædam obiecta occurrunt nobis per memoriam, & tamen non aduertimus, quod antea illa cognouimus, quia phantasma agit solum in quantum est imago obiecti, non autem in quantum est imago præteritæ cognitionis. Aliquãdo cogitamus obiectum nõ antea cognitum, & tamen videmur eius recordari, quia confundimus phantasmata non cognitorum cum phantasmatibus cognitorum Ibidem pag. 376, nu. 10.

Memoria conseruatur crebra meditatione eorum, quæ vidimus, & audiuimus. Ibid. pag. 376 nu. 1.

Prima acceptio notitiæ non est memoria. Ibid. pag. 377, nu. 3.

Qui exercent se in memoria locali; cum imaginantur aliquem locum, simul recordantur obiectorum intelligibilium, quæ affixerunt tali loco. To. 4, pag. 400, lib de somno, capit. 1, num 4.

Signa memoris sunt, vt habeant partes superiores bene formatas, & carnosas, ac proportionaliter maiores inferioribus Tom. 4, pagin 799, lib. physiogn. cap 6, num. 21.

Memoria quibus animalibus conueniat, vel non conueniat, & propter quam causam. Tom 5, pag. 4, lib i. metaph. cap. 1, num. 3.

Melius meminimus eorum, quæ mane percepimus, quia tunc mens est vacua: ac iuuenes celerius addiscunt, quam senes, quia pauciora sciunt, & mens est finitæ capacitatis. To 5, pag. 741, sect. 30. prob. num. 4.

Vide Reminiscentia.

MENALOPVS. Callistratus accusans Menalopum quod in tribus semiobolis fraudasset opifices templi, dixit. Hæc iniuria licet re ipsa sit minima, virtute est maxima. Tom. 1, pag 751, lib. 1. Rhet. cap. 14, num 6.

MENDACIVM. Mendacium per se est prauum, ac vituperatione dignum. To. 2, pag. 113, lib 4. Ethic. capit. 7, nu. 3.

Men-

Mendax alter eſt qui mendacio ipſo gaudet, alter qui vel gloriam, vel lucrum appetit. Ibid. pag. 114, nu. 5.

MENS, & manus ſunt inſtrumenta inſtrumentorum, per quæ poſſumus vti omnibus inſtrumentis externis. Tom. 5, pag. 742, ſect. 30. probl. num. 4.

Quare mens in hominibus tardius perficiatur, quam manus, & in ſenectute demum ſit perfecta. Ibidem pagin. 742, num. 4.

Vide intellectus.

MENSA. Introductus eſt vſus ſecundarum menſarum, in quibus apponuntur bellaria, quia non ſufficit bibere ad extinguendam ſitim, ſed etiam bibendum eſt poſt, vt cibus melius diluatur, ac temperetur. Tom. 5, pag. 666, ſect. 22. problematum, num. 6.

MENSIS eſt circuitus, per quem luna à ſole digrediens redit ad coniunctionem cum ſole, ideoque fit ex motu tum ſolis, tum lunæ. Tom. 4, pagin. 631, lib. 4. de Gen. anim. cap. 10, num. 3.

Propter defectum luminis in luna, adeoque propter defectum caloris extrema menſium ſolent eſſe frigidiora, quam media menſium. Tom. 4, pag. 513, lib. 2. de Gen. anim. cap. 4, nu. 7.

MENSTRVA. Si ſanguis menſtruus vitietur, immodicè effluit, & cauſat morbum, qui vocatur fluxus ſanguinis. Tom. 3, pagin. 784, lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 19, num. 3.

Purgationes menſtruæ licet fiant etiam in fœminis aliorum animalium, tamen in nullis fiunt æquè ac in mulieribus. Tom. 3, pag. 899, lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 18, num. 12. & pag. 920, lib. 7. cap. 2, num. 8.

Quo pacto purgationes menſtruæ fiant in varijs quadrupedibus. Ibidem pagin. 899, num. 13, 14, 15, 16, 17. & pag. 902, num. 2.

Signum pubertatis fœminarum eſt, quod incipiunt emittere purgationes menſtruas, hoc eſt ſanguinem ſimilem ſanguini animalium recenter cæſorum. Fœminæ etiam ante pubertatem emittunt quaſdam purgationes albas, quæ puellas valde extenuant, & impediunt, ne creſcant: at prima menſtrua ſanguinea incipiũt, cum earum mammæ per duos digitos fuerint elatæ. Tom. 3, pag. 917, lib. 7. de Hiſt. anim. capit. 1, num. 3.

Mulieres emittunt purgationes menſtruas decreſcente luna, ideoque qui argutantur, dicunt lunam eſſe fœminam. Tom. 3, pag. 919, lib. 7. de Hiſtor. animal. cap. 2, num. 1.

Mulieres non ſolent emittere purgationes menſtruas ſingulis menſibus, ſed vno mẽſe interpoſito, & quæ duobus, aut tribus menſibus ſe exonerant, melius ſe habent. Ibidem pag. 920, nu. 2, 3.

Mulieres dum menſtrua excitantur, ſentiunt quaſdam ſuffocationes, ac iuxta legem naturæ ſolent concipere poſt emiſſionem menſtruorum. Ibidem pagin. 920, num. 3, 4, 5, 6.

Mulieres incipiunt eſſe aptæ ad generandum, cum incipiunt emittere menſtrua, & euadunt ineptæ ad generandum, cum non amplius emittunt menſtrua, quod illis accidit circa annũ quadrageſimum, licet aliquæ emittant menſtrua, & generent vſque ad annum quinquageſimum. Prima menſtrua non ſolent eſſe fœcunda, nec apta ad generandũ, vel ſi ſint apta ad generandum, quod paucis accidit, ſolent generare prolem non ſatis perfectam. Ibid. pag. 926, cap 5, nu. 2, 3.

Mulieribus cum lac emanat, vt plurimum ceſſant menſtrua. Mulieres, quibus ceſſant purgationes, ſi vomitu corripiantur, non ſolent lædi, quia per vomitum purgantur ab humoribus ſuperfluis, quos deberent emittere per purgationes menſtruas. Tom. 3, pag. 933. lib. 7. de Hiſt. animal cap 11, num. 2.

Si mulieres patientes purgationes menſtruas aſpexerint ſpeculum valde purũ, inficiunt ſuperficiem ſpeculi quadam nubecula. Affertur ratio. tom. 4, pag. 404, lib. de ſomn. cap 2, num. 6.

Menſtrua fœminarum ſunt excrementum ſanguinis proportionale ſemini marium, ſed differunt à ſanguine quantitate, & qualitate; quia fœminæ vtpote minus calidæ generant plura excrementa, ac minus concocta. Quia verò menſtrua ſunt minus concocta, ſunt magis ſanguinea, eo pacto, quo ſemen crudum eſt magis ſanguineum. Tom. 4, pagin. 475, lib. 1. de Gen. anim. capit. 19, nu. 7, 8, 9, 10.

Menſtrua ſunt materia generationis, ideoque cum nihil humoris menſtrui eſt in vtero, non fit generatio; cum fluunt menſtrua, plerumque impeditur generatio; poſt menſtruas autem purgationes, cum remanet in vtero humor menſtruus inconueniente quantitate, & purgatus, adeo-

deoque in conuenience qualitate, fit generatio. Ibid. pag.477. nu.13.

Aliquæ fœminæ concipiunt, licet non emittant purgationes menſtruas, quia habent tantum humoris, quantum ſufficit ad concipiendum, non autem quantum requiritur ad purgandum. Ibid. pag 478, num 14.

Explicantur alia circa menſtrua. Ibid pag. 478, nu.15,16.

Quia ſanguis menſtruus non eſt ſatis concoctus, & perfectus, concurrit ad generationem vt materia perfectibilis per ſemen maris. Tom.4, pag. 480, lib.4. de de Gen. animal. cap. 20, num. 5. & pag. 484, num.16,17.

Animalia exanguia, & ſanguinea ouipara non habent purgationes menſtruas, quia cum habeant corpora ſicca, habent tantum humoris, quantum ſufficit ad generandum, non autem quantum requiritur ad purgationes. Ex oppoſita ratione homines, & quadrupedes viuiparæ emittunt menſtrua. Mulieres emittunt menſtrua in maiori copia, quam fœminæ aliorum animalium, quia habent complexionem calidam, & humidam. Ibidem pag.481, num.8,9.

Menſtruum fœmineum, cui non fuerit additum ſemen maris, continet ſolum potentia paſſiua ſaltem remota omnes partes maris, ac fœminæ, ſed caret potentia actiua. Tom 4, pag.509, lib. 2. de Gen. anim. cap.3, num.14.

Quo pacto, quo potiſſimum tempore, quo ordine, & propter quas cauſas menſtrua mulierum defluant ad vterum, ac deinde erumpant. & explicantur alia circa menſtrua. Ibidem pagin. 512, cap.4, num.6, 7,8, 9.

Licet omnes fœminæ, quæ generant, habeant menſtrua, non omnes mares habent ſemen, quia materia geniti ſemper debet diſtingui à corpore generantis, virtus actiua non ſemper debet diſtingui. Ibid. pag.514, nu.11, 12.

Fœtus fit ex puriſſima parte menſtruorum, non autem ex impura, & inutili. Ibidem pag.516, nu.16,17.

Sicut virtute coaguli coagulatur lac, eoque cõcreſcente, excernitur pars aquoſa, & humida, quæ dicitur ſemen; ſic virtute ſeminis coagulantur menſtrua, ijſque concreſcentibus, excernitur pars aquoſa. Ibid. pag.518, num.22. & pag.613. lib.4. cap.4, num.20.

Aues licet emittant humorem menſtruum in vterum, tamen quia vterum habent prope ſeptum, ideoque valde calidum, humorem illum non eijciunt, ſed concoquunt, & conuertunt in ouum. Tom 4, pag.551, lib.3. de Gener. animal. cap.1, num.15.

Humor menſtruus verè non eſt ſanguis, ſed eſt humor inconcoctus, ac ſanguine tinctus. Fœminæ verò abundant humore menſtruo, non quia ſunt valde calidæ, ſed quia cum ſint parum calidæ, propter defectum caloris parum ſanguinis poſſunt perfectè concoquere. Tom.4, pag. 594. lib.4. de Generat. animal. capit. 1, num. 21, 29.

Vterus eſt vas receptiuum menſtruorum. Ibid. pagin. 597, num.29.

Flantibus ventis auſtrinis, ac decreſcente luna, fœminæ generant menſtrua in maiori copia, ideoque minus concocta, & aptiora ad generendas fœminas, quia tum calor eſt debilior. Tom.4. pag 598, lib.4. de Gener.anim. cap.2, num.3.

Menſtruum, quod eſt materia fœtus, & ſemen, quod eſt principium actiuum, debent inuicem proportionari in quantitate, & qualitate. Tom.4. pag.614, lib.4. de Gener anim. cap.4, num.25.

Semen habet virtutem non ſolum coagulãdi menſtruum, ſed etiam dandi illi certam formam, & figuram. Ibid. pag.614, num.26.

Quia ex eadem materia, ex qua fiunt menſtrua, fit etiam lac, ideo vtplurimum mulieres lactantes non habent purgationes menſtruas. Tom. 4, pagin. 619, lib. 4. de Generat. animalium, capit. 8. num.8.

Menſura, menſuratio. Vnumquodque menſuratur ſumendo aliquid ipſius, eoque repetito, menſurando totum. Tom. 1, pag. 134, lib.4. phyſic. cap.15, num.1.

Quo pacto motus primi mobilis menſuretur tempore. Ibidem.

In quo ſenſu dicant geometræ aliquas lineas eſſe menſurabiles communi menſura. Tom.4, pag.771. lib. de lin. inſec. cap.2, num.10.

Per menſuram cognoſcitur quantitas rei. Tom. 5, pag.116, lib.5. metaph. capit. 6, nu. 11. & pagin 157, lib.10 cap.2, num.1.

Omnia menſurantur per menſuram ſui generis, & vnitas eſt prima menſura menſurabilium. Ibidem pag.126, lib.5. cap.6, num.11.

Vnum

Digitized by Google

Vnum eſt prima menſura in genere quantitatis, & omnia genera quantitatis menſurantur per aliquid vnum, & indiuiſibile ſui generis. Tom. 5, pag. 257. lib. 10. metaph. cap. 2, num. 1, 2, 3.

In quantitate continua ſumitur vt prima menſura aliquid indiuiſibile ſecundum ſenſum. & motus menſurantur motu primi mobilis. Ibidem pagin. 257 numer. 3, 4

Quo pacto menſura debeat eſſe vna, indiuiſibilis, & eiuſdem generis cum menſuratis. Tom. 5, pag. 258, lib. 10. metaphyſ capit. 3, num. 1, 2, 3.

Quo pacto menſura a quantitate transferatur ad alia genera: quo pacto ſcientia dicatur eſſe menſura rerum, & menſurari à rebus. Ibidem pagin. 259. num 4, 5, 6.

Vnum, quod eſt prima menſura, non eſt vnum ſeparatum, ſed aliqua determinata natura. Tom. 5, pagin. 261, lib. 10 metaph. cap. 4 num 5, & pag. 394, lib. 14. cap. 3, numer. 3. 4.

Triangulum eſt menſura aliarum figurarum rectilinearum, quæ diuiduntur in triangulos. Ibid. pag. 261 num. 5.

Menſura debet eſſe certa, & determinata, ideoque linea recta eſt menſura diſtantiæ, quia eſt vnica, & minima ducibiliũ inter duo puncta. Tom. 5, pag. 319, lib. 11. metaph cap. 13, num. 4.

Tum vnum, tum menſura eſt quoddam principium, & ad menſuram ſufficit, vt ſit eiuſdem naturæ genericæ. Tom. 5. pag. 395, lib. 14. metaph. cap. 3, num. 5.

MENTHA habet vim refrigerandi, ideoque eſt contraria fortitudini, quæ oritur ex calore, ac prouerbio dicitur: menthàm in bello neque comedas, neque plantes. Tom. 5, pagin. 643, ſect. 20. problemat. num 2

MENTOR qua arte pecunias pararit. Tom. 2, pag. 819, lib. 2. Oecon. cap. 1, numer. 28.

MENTVM. Maxillæ inferioris pars anterior vocatur mentum. Tom. 3, pagin. 713. lib. 1, de Hiſt. anim. capit. 11. nu. 7.

Qui mentum habent bipartitum minus ſolent calueſcere. Tom. 3, pag. 778. lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 11, num. 7.

Maribus mentum pilis integitur circa annũ vigeſimum primum. Tom. 3, pagin. 919, lib. 7. de Hiſtor. animalium, cap. 1. numer. 11.

Qui mentum habent longum, vt canes, ſunt animoſi, vt canes. Tom. 4, pag. 812, lib. Phyſiog. cap. 10, num. 27.

MERCATVRA, mercator. Præcipua pars translatitiæ, per quam diuitias lucramur non à natura, ſed ab hominibus, eſt mercatura, quæ ſubdiuiditur in alias tres partes, quæ ſunt nauigatio, quæ eſt magis lucroſa, ſed minus tuta, deuectio mercium terreſtri itinere, quæ eſt minus lucroſa, ſed tutior, & negotiatio, quæ conſiſtit in hoc, quod quis non operam, ſed pecuniam impendat in mercaturam, & iuxta debitam proportionem ſit particeps lucri. Tom. 2, pag. 535, lib. 1. Polit. cap. 7, num. 7.

Apud Thebanos lex fuit, vt nemo admitteretur ad honores Reipublicæ, niſi decem ſaltem annis à mercatura deſtitiſſet. Tom. 2, pagin. 594, lib 3. Politic. capit. 3. num. 14.

In optima Republica ij ſolum debent admitti inter ciues, qui ducunt genus vitæ aptum ad operandum ſecundum virtutem: & quia vita vilium opificum, & mercatorum eſt vilis, & virtuti contraria, ideo viles opifices, & mercatores non debent admitti inter ciues. Tom. 2, pagin. 748. lib. 7. Politicorum, capit. 9, num. 3.

Mercatores dicuntur callidi, quia vt acquirant quod volunt, ſæpe alios fraudibus circumueniunt. Tom. 5. pag. 615, ſect. 18. probl. num. 4.

MERCENARII. In optima ciuitate mercenarij non debent eſſe ciues, quia ducunt genus vitæ per ſe repugnans virtuti. Tom. 2 pagin. 593, lib 3. Polit. cap. 3, numer. 11, 12. 13.

Mercenarij dicuntur qui vilia miniſteria exercent circa ciues publicè. Ibidem.

MERGVS auis. Ex auibus mergus, & quæ dicuntur vrinatrices, in aqua ſolent degere, in eaque victum quærunt, & tamen non recipiunt aquam, ſed aerem. Tom. 3, pag. 697. lib. 1. de Hiſt. ianimalum, cap. 1, nu 10. & pagin 947, lib. 8. de Hiſt. animal cap. 3, num. 7.

Mergi in maritimis cautibus duo, aut tria ouа pariunt. Tom. 3. pagin. 832, lib. 5. de Hiſtoria animal cap 9, num. 1.

MERIDIES. Populi meridionales ſolent habere oculos nigros, quia ſolent habere corpora nigra, & oculi vt plurimum conformantur colori reli qui corporis Tom. 5, pagin. 586, ſect. 14. problem. num. 14.

Quare

Quare aer ſolet eſſe maximè tranquillus media nocte, & meridie. Tom. 5, pagin. 689, ſect 25. prob. num.4.

Quare Zephyrus ſpirare ſoleat horis meridianis. Tom.5. pagin.707.ſect 26. probl. num. 36,

MEROPS. Auis, quam Boeotij meropem vocant, terræ cauernas ſubit nidificandi gratia. To.3,pag 898,lib 6. de Hiſt. anim. cap.1,num 6.

Meropes habent pennas inferiores pallidas, ſuperiores autem cœruleas, ac ſimiles pennis Alcyonum, extrema autem alarum habent rubra. Poſt autumnum pariunt ſex,aut ſeptem oua in rupibus mollioribus, intra quas penetrant vſque ad quatuor cubitos. Quidam aſſerunt meropem vicem reddere parentibus, atque illos alere, non ſolum cum ſenuerint, ſed etiam ſtatim ac poſſont, ideoque parentas è nidis non diſcedere, ac filios illis cibum miniſtrare. tom. 3, pagin. 997, lib.9. de Hiſtoria animalium, capit. 13, num.2.

Meropes iniuriam apibus inferunt. To n.3. pag. 1021, lib. 9. de Hiſtor.anmal. capit. 40. num 27.

MEROPES interfecit filium putans illum eſſe hoſtem. Tom. 2, pagin. 58. lib 3. Ethic. cap. 1, num. 19.

MERVLA auis. Prouerbio dicitur, quod merula ſemper ad merulam,ad ſignificãdum, quod vnumquodque delectatur homogeneis, ac ſimilibus. Tom.1. pagina 741. lib 1. Rhet. cap.11. num.2.

Merula parit bis eodem anno. Primi partus merulæ intereunt frigore hyberno,ſiquidem cum hæc auis omnium prima pariat, primam prolem propter inclementiam frigoris educare non poteſt: at poſteriorem partum feliciter educat. To.n. 3, pag. 836. lib. 5. de Hiſtor. anim. cap. 13, num.1.

Merula eſt vna ex auibus habentibus vngues rectos, quæ ſe abſcondunt. Tom. 3, pag. 962, lib.8. de Hiſtor. anim. cap. 16, num.2.

Merula in ſuis nidis ſtragulum ſubijcit ex pilis, & lana. Tom.3, pagin.997, lib. 9. de Hiſtor.anim.capit.13, num 4.

Meruiarum duo ſunt genera, alterum nigrum, & plurium locorum commune, alterum album magnitudine æquali, & voce ſimili præditum, qua nigrum, quod naſcitur ſolum circa Cyllenen Arcadiæ. Poteſt etiam ad genus merularum reduci auis quædam, quæ ſimilis eſt merulis nigris, ſed eſt fuſca, & paulo minor, & verſari ſolet in ſaxis, ac tectis, neque habet roſtrum puniceum, vt merulæ. Tom.3. pagin. 1000, lib.9. de Hiſt. anim. capit 19, num.1.

Merula mutat colorem, & vocem. Nam ex nigra fit rufa,& emittit vocem diuerſam. Cum enim æſtate canat, hyeme ſtrepit, & tumultuoſum quid occinit. Tom.3, pag 1034, lib.9. de Hiſt. animal. cap.49. num.4.

MERVLA piſcis. Merulæ ſunt piſces ſaxatiles, qui ſolent ſe abſcondere coniugatim, hoc eſt mares cum fœminis, ſicut coniugatim nidos conſtruunt. Tom. 3, pagin.961, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap.15, num 3.

Merulæ, ac turdi piſces mutant colorem. Nam vere nigreſcunt, ac poſt ver ſuam albedinem recipiunt. Tom. 3, pag. 978. lib.9 de Hiſt.anim cap.30, num.2.

MERVM Vide Vinum.

MESE. Quare ſi quis cæteris chordis bene conſonantibus, ac ſola meſe,ſeu media dimota à conueniente intenſione, ac non bene conſonante inſtrumento vtatur,non ſolum cum ad meſes ſonum peruenerit, ſed etiam in reliqua melodia aures offendet. Tom.5. pag.628 ſect 19. prob. nu.10. & pag 634. num.36.

Boni tibicines crebro ad meſem redeunt, eiuſque ſonus eſt quædam ſonorum præſertim pulchriorum coniunctio. Ibidem pag 628, num.20.

Quare meſe dicatur media, cum verè non ſit media, ſiquidem chordæ ſunt ſolum octo. Ibidem pag.627, num.25. & pag. 640, num.45.

MESENTERIVM. Supra inteſtina poſitum eſt meſenterium, ſeu lactes, quod habet ſpeciem membranæ latæ, ac pinguis. Ex vena magna, & ex aorta ducuntur multæ venulæ per meſenterium diffuſæ in ea parte, qua connectitur inteſtinis, & incipientes à ſummitate meſenterij diffunduntur vſque ad eius imas partes Tom.3, pagin.721, lib.1. de Hiſtor.anim. cap.16, num.14.

MESSANÆ fretum. Vide pharus.

MESSAPVS Mons. Meſſapus eſt mons, qui ſeparat Pœoniam a Media, in eoque naſcitur Bonaſſus. Tom.3, pag. 1031, lib.9. de Hiſtor. animal. cap.45,num.1.

METACHOERVM dicitur fœtus vitiatus ſuis. Tom. 3. pagin. 900, lib. 6. de

Hi-

Digitized by Google

Hiſtor. animalium, cap. 18, num. 22.
Metachoera ſunt quodammodo monſtra, ideoque animalia, quæ generant metachoera, facile generant monſtra. Tom. 4, pagin. 609, lib. 4. de Gener. anim. capit. 4, num. 13.
META ſophiſtarum. Vide ſophiſtica, ſophiſta.
METALLVM. Metalla generantur ex vaporibus humidis frigore concretis, & coagulatis. Tom. 3, pagin. 652, lib. 3. meteor. cap. 7, num. 4.
Quo pacto metalla generentur. Ibidem num. 5.
Quo pacto metalla ſint ſicca, vel humida. Ibidem pagin. 652, num. 5.
Quia metalla includunt multum materiæ ſiccæ, ſunt dura, & quo plus habent materiæ ſiccæ, eo ſunt duriora. Propter eádem rationem igniuntur; & quia per ignitionem comburitur materia ſicca, ideo per ignitionem minuitur moles, & pondus metallorum. Ex metallis ſolum aurum igne non conſumitur, quia habet ſiccum adeo perfectè incorporatum humido, vt non poſſit ſeparari ab humido. Ibidem pag. 652, num 5
METAPHORA. Definitiones nõ debent eſſe metaphoricæ. To. 1, pag 533, lib. 6. top. capit. 6, num. 7.
Soluta oratio debet pene tota conſtare ex nominibus proprijs, domeſticis, & translatis, ſeu metaphoricis, ac tanto maius ſtudium in metaphoris ponere debet orator, quam Poeta, quanto pauciora auxilia ad reddendam elocutionem peregrinam habet orator, quam poeta, præſertim quia metaphoras debemus proprio ingenio excogitare. Tom. 1, pagin. 835, lib. 3. Rhet. cap. 2, num. 5.
Proponuntur regulæ ad inueniendas metaphoras, ſeu translationes conuenientes. Ibid. pagin. 835, num. 6, 7, 8, 9, 10.
Vide translatio.
METAPHRENVM. Afferuntur aliqua ſigna deſumpta ex metaphreno, hoc eſt ex dorſo, vel potius ex illa parte dorſi, intra quam eſt diaphragma. Tom. 4. pag. 806, lib phyſiog. cap. 9. nu. 14.
METAPHYSICA, & dialectica non ſolum vtuntur principijs communibus ad demonſtrandum, ſed etiam conſiderant illa vt ſubiecta, de quibus demonſtrant aliquas paſſiones: & quo pacto metaphyſica differat à dialectica in conſideratione principiorum communium. Tom. 1. pag. 317, lib. 1. poſt' cap. 12, num. 1, 2.
Metaphyſica verſatur circa ens vt ens; eſt ſcientia vniuerſalis; conſiderat ſolas rationes communes, & quo pacto differat à dialectica. To. 1, pag 637, lib. 1. Elench. cap. 11, num. 1.
Metaphyſica conſiderat formas ſeparatas à materia. Tom. 4, pagin. 215, lib. 1. de anima, capit. 3. num. 4.
Oſtenditur metaphyſicam, quæ conſiderat ens vt ens, & primas cauſas, eſſe ſapientiam, eſſe ſpeculatiuam, maximè liberam, diuinam, honorabiliſſimam, & admirationis ablatiuam. Tom. 5. pag. 7, lib. 1. metaph. cap. 2, á num. 1. vſque ad 8.
Metaphyſica eſt maximè ſcientia veritatis, & magis quam aliæ facultates non ſolum practicæ, ſed etiam ſpeculatiuæ. Tom. 5, pag. 48, lib. 2. metaphyſ. cap. 1, num 4, 5
In metaphyſica quænam quæſtiones ſint examinandæ. Tom. 5, pagin. 55. lib. 3. metaph. cap. 2, per totum. & pag. 284, lib. 11. capit. 1, 2, & 3. per tota.
Vtrum metaphyſica debeat conſiderare omnia genera cauſarum. Tom. 5, pag. 11, lib. 3 metaph. cap. 3, num. 1, 2, 3. & pag. 284, lib. 11, cap. 1, num. 1, & 5.
Vtrum metaphyſica debeat conſiderare principia demonſtrationis, & præſertim principia de contradictorijs. Tom. 5, pag. 60, lib. 3. metaph. cap. 3, num. 4, 5, 6, 7. & pagin. 284, lib. 11. cap. 1, num. 2.
Vtrum metaphyſica ſaltem in communi conſideret omnes ſubſtantias. Ibid. pag. 61, lib. 3. cap. 3, num. 8, 9, 10. & pag. 284, lib. 11. cap. 1, num. 3.
Vtrum metaphyſica conſideret omnes ſubſtantias, an etiam per ſe accidentia ſubſtantiarum. Ibidem pag. 61. lib. 3. cap. 3, num 11, 12, 13. & pag. 285, lib. 11. cap. 1, num. 4.
Subiectum metaphyſicæ eſt ens vt ens. To. 5, pagin. 83. lib. 4. metaph. cap. 2, nu. 1 & pag 290, lib. 11. capit. 3, num. 1.
Metaphyſica conſiderat ſubſtantiam, accidentia, priuationes, negationes &c, ſed principaliter ſubſtantiam. Tom. 5, pag. 83, lib. 4. metaph. cap. 2. nu. 1, 2, 3. & pag. 291, lib. 11. cap. 3, num 3. & lib. 12. cap. 2, nu. 1, 2, 3, 4.
Metaphyſica contemplatur vnum, & ſpecies vnius, pluralitatem, & ſpecies pluralitatis. Tom. 5, pag. 84, lib. 4. metaph. cap. 2, num. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.
Metaphyſica agit de communibus, & expli-

plicat quot modis dicantur. Ibidem pag. 86, num. 11, 12, 13, 14, 15.
Metaphysicæ partes distinguuntur secundum partes subiectiuas substantiæ. Ibid. pag. 85, num. 9.
Metaphysica in quo conueniat, ac differat à dialectica, & sophistica. Ibidem pag. 87, num. 13.
Metaphysica considerat principia demonstrationis, ac præsertim principium de contradictorijs, quod est omnium primum, & certissimum. Ibidem pagin. 88, cap. 3, per totum. & pagin. 292 lib. 11. cap. 4, num. 1. & pagin 293, cap. 5, num. 1, 2, 3.
Metaphysica in quo conueniat, ac differat à cæteris scientijs, præsertim à Physica, & mathematica. Tom. 5, pag. 160, lib 6. metaph. capit 1, per totum, & pag. 299, lib. 11. cap. 8. per totum.
Metaphysica est scientia non practica, sed speculatiua considerans ens vt ens, & vt separabile à materia non solum secundum rationem, & definitionem, sed etiam secundum esse. Ibidem pagin. 163, num. 6 & pagin. 299, lib. 11. cap. 8. per totum.
Metaphysica agit de Deo, ideoque est theologia. Ibid. pag. 163, nu. 6.
Metaphysica principaliter non agit de ente per accidens, neque de ente prout significat verum, & falsum. Ibidem pag. 168, cap. 3, num. 4. & pag. 302, lib. 11. cap. 9, num. 1, 2, 3, 9.
Metaphysica principalissimè debet agere de substantijs separatis, Tom. 5, pag. 201, lib 7. metaph. cap. 15, num. 8.
Metaphysica determinat subiectum mathematicæ, & aliarum scientiarum. Tom. 5, pag. 186, lib. 11. metaphysic. cap. 1. num. 9, 10
Metaphysica speculatur omnia entia, & omnia contraria, & quo pacto. Tom. 5, pag. 290, lib. 11. metaphysicor. cap. 3, num. 1, 2, 3.
Vide Sapientia, Theologia.
METEOROLOGIA, meteorologica. Meteorologia est illa pars physicæ, in qua agitur de sublimibus, seu suspensis, de ijs nimirum, quæ fiunt ex halitibus, qui ex natura sua suspensi sunt in sublimi. Tom. 3, pag. 529, lib. 1. meteorol. cap. 1, num. 1.
Proponuntur quatuor classes meteorologicorum. Ibid.
Principium actiuum, & efficiens mutationum meteorologicarum est corpus cœleste; principia passiua, & materialia sunt quatuor elementa. Tom. 3, pag. 530. lib. 1. meteor. capit. 2. num. 1, 2.
METRVM est numerus carminis, ac non accommodatur solutæ orationi. Tom. 1, pag. 848, lib. 3. Rhet. cap. 8, num. 2.
Vide numerus.
METVS, metuenda. Quo pacto metus sit causa seditionum, & mutationum in Republica. Tom. 2, pag. 1170, lib. 5. polit. cap. 2. num. 4.
Quæ sint metuenda. Tom. 1 pagin. 771, lib. 2. Rhetor. cap 5, a num. 2, vsque ad 14.
Vide timor, timenda, terribile.
MILESII. Demodocus de milesijs dixit: Milesij non sunt qui dem insipientes, sed eadem agunt quæ insipientes Tom. 2, pag. 204. lib 7. Ethic. cap. 8, num. 5.
MILITES. Milites licet audacter pugnent ex quadam peritia, tamen verè non sunt fortes. Tom. 2 pag. 77. lib. 3. Et hic. cap. 8, num 5.
Optimi milites sunt non qui fortissimi, sed qui cum vix habeant aliquid boni, nihili faciunt vitam. Ibidem pag. 80, cap. 9, num. 5.
Milites solent esse in Venerem proni, ideoque poetæ Marti coniunxerunt Venerem. Tom. 2, pag. 569, lib. 2. pol. cap. 7, num. 3.
Lacedæmonum Respublica omnia ordinabat ad virtutem militarem, & in hoc errabat. Ibid. pagin. 574. num. 10.
Milites sunt pars necessaria ciuitatis, quia si non habeat milites, quorum opera defendatur ab hostibus, poterit redigi in seruitutem. Tom. 2, pagin. 634. lib. 3. pol. capit. 4, nu 4.
In ordine ad bellum ordinandæ sunt quatuor præcipuæ partes multitudinis militaris, quæ sunt equites, pedites grauis armaturæ, equites leuis armaturæ, & turba naualis, & quo pacto sint ordinandæ ad oligarchiam conseruandam. Tom. 2, pagin. 714. lib. 6. pol cap 7. num. 2.
Milites, Diuites, qui sunt in magistratibus, & Sacerdotes debent esse præcipua pars Ciuitatis, & quo pacto debeant esse ijdē, vel diuersi. Tom. 2. pag. 748, lib. 7 polit. cap. 9. num. 4, 5, 6, 7.
Ijdem pro diuersa ætate debēt esse milites, Senatores, & Sacerdotes: in iuuentute milites, in ætate virili senatores, in senectute Sacerdotes. Ibid.

MILVVS. Milui habent lienem ita exiguum, vt pene effugiat aciem oculorum. Tom. 3, pag. 748, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 15, num. 5.

Miluus habet fel ad ventrem ſimul, & ad inteſtina. Ibidem pagin. 748, num. 9.

Miluus vt plurimum parit duo oua, interdum tria, & tres ex illis pullos excludit. Ætolius, qui eſt ſpecies milui, aliquando parit quatuor oua, & quatuor pullos excludit. Tom. 3, pagin. 877. lib. 6. de Hiſt. anim cap. 6, num. 2.

Milui ſunt aues aduncis vnguibus præditæ, & carniuoræ: fruges autem nequeunt deglutire, etiamſi eas in parua fruſta comminutas in os indideris. Tom. 3, pag. 945, lib. 8. de Hiſt. anim. capit. 3, num. 1.

Miluus raro viſus eſt bibere: imo aues aduncis vnguibus præditæ abſtinent à potu, paucis exceptis, Ibidem pagin. 947, num. 9.

Milui hyeme inſtante, transmigrant ad loca tepidiora. Tom. 3, pag. 962, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 16, num. 1.

Milui paucis diebus ſe abſcondunt. Ibidem pag. 962, num. 2.

Miluus eſt inimicus coruo. Tom 3, pagin. 982, lib. 9. de Hiſtor. animalium, cap. 1, num. 11.

Amici ſunt harpa, piſex, & miluus. Ibidem pagin. 984, nu. 24.

MINGERE In extrema emiſſione vrinæ ſentimus quemdam rigorem, & horrorem, quia loco vrinæ calidæ ingreditur in veſicam aer frigidus. Tom 5 pag. 517, ſect. 8. problem. num. 9. & pagin. 519, num. 14.

Quare ex animalibus fœminæ dum mingunt, extendant quasdam partes, mares non extendant. Tom. 5. pag. 531, ſect 10. prob. num 22.

Vide Vrina.

MINOS legislator, & Rex Cretenſium opportunitate loci vſus imperium maris obtinuit, & inſularum alias ſubegit, alias cum antea eſſent habitatoribus vacuæ, impleuit incolis, ac tandem Siciliam aggreſſus circa Camerinum mortuus eſt. Tom. 2, pagin. 575, lib. 2. polit. capit. 8, num. 2.

Minos quo pacto Cretenſem Rempublicam ordinauerit. Ibidem pag. 575, cap. 8, per totum.

MINVS, minimum. Proponuntur loca ex magis, & minus in problemate accidentis. Tom. 1, pag. 464, lib. 2. Topic. capit. 4, num. 3, 4, 5, 6, 13, 14.

Proponuntur loca ex magis, & minus in problemate proprij. Tom. 1. pag. 527. lib. 5. top. cap. 5, num. 12. 13. 14. 15.

Quo pacto æquale opponatur tum maiori tum minori, licet vni ſit contrarium vnum. Tom 5. pag. 269. lib 10. metaph. cap, 8. per totum.

Aequale non tam eſt contrarium maiori, ac minori, quam eſt medium vtriuſque. Ibid. pag. 271. num. 10.

Punctum non poteſt dici minimum eorum, in quæ linea poteſt dinidi. Tom. 4. pag. 784, lib. de lin. inſec cap 5, num. 5.

Quod nullam habet magnitudinem, nec eſt pars magnitudinis, non poteſt dici minimum exiſtentium in magnitudine Ibid. pag. 785, nu. 6.

Vide magis.

MISERICORDIA, miſetabilia, miſericors. Miſericordia eſt dolor ex apparenti malo corruptiuo, vel dolorifero eius, qui non eſt dignus pati, quod malum nos quoque, aut aliquem noſtrorum exiſtimamus poſſe pati, idque cum videatur propinquum. Tom. 1, pagin. 781, lib. 2. Rhetor. capit. 8, num. 2.

Quinam ſint diſpoſiti ad miſerendum. Ibid. pag. 781, num. 3, 4, 5, 6, 7

Neque qui ſe putant omnino miſeros, neq; qui ſe putant ſupra modum beatos ſunt diſpoſiti ad miſerendum. Ibid. pag. 781, num. 4.

Qui exiſtimant ſe poſſe pati aliquid mali, vel id ſunt paſſi, nec non ſenes propter prudentiam, debiles, ac timidi, & diſciplinis expoliti, quia conſiderant rerum humanarum mutabilitatem, & qui habent parentes, filios, & vxores ſunt proni ad miſerendum. Ibidem pag. 781, num. 5.

Diſpoſiti ad miserendum ſunt qui medio modo ſe habent inter affectus iræ, ac timoris. Ibidem pagin. 781, nu. 6.

Proni ad miſerendum ſunt, qui exiſtimant dari aliquos viros bonos, & æquos: at qui neminem putant eſſe bonum, non ſunt ad miserendum proni. Ibid.

Quæ ſint miſerabilia. Ibidem pag. 792, numer. 8.

Quibus homines ſoleant miſereri. Ibidē pag. 782, num. 9, 10 11.

Affectus misericordiæ contrarius eſt indignationi. Ibidem pagin. 783, cap. 9. numer. 1.

Finis tragœdiæ eſt vt purget miſericordiã, & metum, & quo pacto purget. Tom. 1. pag.

pagin. 902, lib Poet. cap. 3, num. 1.
Quæ repræsentantur debent esse miserabilia propter constitutionem rerum, non propter apparatum scenicum. Tom. 1, pagin 919, lib. Poeticorum, capit. 11, numer. 6, 7.
Quinam euentus sint magis, aut minus miserabiles, & tragœdiæ accommodati. Ibidem pagin. 919, numer. 9. & sequ.
Afferuntur aliqua signa misericordis. Tom. 4, pagin. 798, lib. Physiogn. cap. 6. numer. 17.
Misericordes sunt amatores mulierum, & plerumque gignunt fœminas. Ibidem pagin. 798, nu. 17.
MITRIDATES cõtra Ariobarzanem insurrexit propter contemptũ simul, & lucrum. Tom. 2, pag. 697, lib. 5. Politicorum, cap. 10, num. 9.
Mitili, seu mituli vulgo *telline* sunt animalia testacea biualuia apertilia. Tom. 3. pagin. 801, lib. 4. de Hist. animal. cap 4, num. 4.
Mitili fœcificant, ac generantur ex mucore putrefacto proportionaliter ac purpuræ. Tom. 3, pagin. 843, lib. 5 de Histor. anim. cap. 15, num. 4.
Mitili quo pacto moueantur. Tom. 4, pag. 208, lib. de Incess. animal. cap. 18, num. 1, 2.
Mitili nascũtur per quamdam germinationem, siquidem iuxta mitilum maiorem, qui est principium, nascuntur mitili minores. Tom. 4, pag. 583, lib. 3. de Gener. anim. cap. 11, num. 5.
Mitili non semper habẽt suum illud ouum, sed vere quidem habent propter abundãtiam alimenti, deinde incipit ouum imminui, & tandem aboletur. Ibid. pag 588. num. 19.
MITYLENÆ seditio propter hæreditatem exorta magnorum illi vrbi malorum causa fuit. Tom. 2, pag. 674. lib. 5. polit. cap. 4. num. 5.
Megacles apud Mitylenæos, cum à magistratibus circumeuntibus clauis fuisset pulsatus, amicis conuocatis, eos, qui erant in magistratu, interfecit. Ibid. pag. 696. num. 8.
Mitylenæ honorarunt Sapphonem, quamuis esset mulier. Tom. 1. pag. 815. lib. 2. Rhet. capit. 24. num. 10,
MIXTIO, Mixtum. Corpora mixta sunt grauia, vel leuia ratione elementi prædominantis. Tom. 3. pagin. 434. lib. 4. de Cœlo cap. 5, num. 1, 2.
Empedocles docuit mixtionem fieri per hoc, quod corpuscula vnius corporis ingrediantur in poros alterius, adeoque ea corpora esse bene miscibilia, quæ constant ex corpusculis, & poris ita commẽsuratis, vt corpuscula vnius possint facile intrare in poros alterius. Tom. 3. pag. 480. lib. 1. de Gen. cap. 17. num. 2,
Aliqui negarunt mistionem, quia cum duo ex gr. miscentur, & vtrumque remanet, non fit mistio, sed solum quædam localis approximatio: si vtrumque, vel alterum corrũpitur, non fit mistio, quæ debet fieri ex pluribus miscibilibus remanentibus. Tom. 3. pag. 489. lib. 1, de Gen. cap. 20. num. 12.
Quo pacto mistio differat à generatione, corruptione, augmentatione, & alteratione. Ibidem pagin. 489, num. 4, 5.
Quæ miscentur non remanent actu, sed solũ potentia, & virtute. Ibidem pagin. 490, num 6.
Malè loquuntur illi, qui cum Anaxagora dicunt omnia etiam qualitates, & accidentia manere simul mista, & confusa. Nam accidentia propriè non possunt misceri, cum non possint existere extra subiectum, sed sola corpora per se existentia possunt misceri. Ibidem pag. 490. numer. 6
Propria mistio non fit per vnionem purè localem miscibilium minimorum, ac sensu indiscernibilium. Tom. 3, pagin. 491, lib. 1 de Gen. cap. 11, num 1, 2, 3.
Quænam sint miscibilia, vel non miscibilia, & quæ sint facilius, vel difficilius miscibilia. Ibidem pag. 492, numer. 5, 6, 7, 8, 9, 10.
Corpora actiua habentia contrarias qualitates sunt miscibilia, dum mutuo agunt, & patiuntur ad inuicẽ, & quia habent virtutes pene æquales nullum transmutatur in aliud, sed omnia transmutantur in aliquod tertium medium temperatum ex qualitatibus contrarijs. Ibidem pagina 492, num. 8.
Corpora parua facilius, & citius per mutuã actionem miscentur. Facillimè sunt miscibilia, quæ sunt facile diuisibilia in minimas particulas, qualia sũt corpora humida, sed non viscosa. Ibid. pag. 491, numer. 9, 10.
Mistio est miscibilium alternatorum vnio. Quo pacto, & à quibus causis fiat. Ibidem pag. 489, cap. 11, per totum.

Quo

Digitized by Google

Quo pacto mista generentur ex elementis. Tom.3,pagin.513.lib.2. de Gener. cap.8, num.1.2,3.4,5,6,7,8.

Mista perfecta constant ex omnibus quatuor elementis. Ibidem pagin. 516, numer.9,10.

Temperamentum mixti consistit in primis qualitatibus refractis, & non consistit in indiuisibili. Ibid. pag. 515, nu.8.

Mixta,quæ constant ex terra, & aqua, dicuntur terrea, & aquea ex prædominio, & quæ dicantur terrea,quæ dicantur aquea. Tom. 3, pag. 671,lib.4. meteor. capit. 7, num.11,12.

Prima compositio est, per quam mixta componuntur ex quatuor elementis. Verum melius diceretur, quod mista non componuntur ex elementis,sed ex eorum virtutibus,siquidem elementa non remanent in mixtis actualiter, sed solum virtualiter. Tom.4, pagin.28,lib.2.de partib. animal. cap.1, num.2.

Duplex est mistio: prima quoad solam apparentiam, per quam aliqua iuxtaponuntur secundum particulas minimas, & insensibiles, & tunc non quælibet pars misti est mista: secunda realis per quam miscibilia ita alterantur, & miscentur,vt quælibet pars mixti sit mista. Tom 4. pag. 344, lib. de sensu,& sensib.cap.3.num.17.

Quo pacto colores possint proprie misceri. Ibid.pag.345, num.18.

Sensibilia diuersorum sensuum non possunt ita misceri,vt ex ijs fiat tertium. Propriè misceri possunt contraria, vel media. Tom. 4. pagin.364. lib.de sensu,& sensib. cap.8,num.6.

Semina possunt ita misceri,vt aliquando fœtus sumat plus de vno, quam de alio, & sic euadat similior vni,quam alteri.Tom. 4, pag. 605, lib. 4. de Gen.anim capit.3, num.11,

Mixta sunt corruptibilia, quia constant, ex elementis contrarijs, & simul pugnantibus. To.4, pag.465, lib.de longit.& breu. vitæ, cap.2, num. 3.

Quo pacto Pythagorici mistiones explicarent per numeros, multiplicatos per se ipsos,vel per alios numeros. Tom.5, pag. 412, lib.14. metaph.cap.9, num.3.

Mistio propriè dicta non est compositio qualitatis cum subiecto. Tom. 5, pagin. 424. lib. de Xenoph. cap.6,nu.4.

MNASITHEVS Opuntius ita recitabat, vt eius recitatio propius accederet ad cantum. Tom.1. pagin.959, lib.Poet.cap.24. numer. 2.

MOBILE.Quænam sint mobilia naturaliter, & per se, quæ sint mobilia solum per accidens. Tom.3, pagin. 242, lib.8. Physicor. cap.5, num.11.
Vide motus.

MOBILE primum Ostenditur dari debere aliquod primum mobile, quod semper moueatur. Tom.3,pagin. 258, lib.8.Physic. cap.9,nu.11.
Vide motus.

MOBILIS Homo. Qui frontem habent paruam solent esse mobiles & mutabiles. Tom. 3, pag. 709, lib.1. de Histor.animal. cap.8, nu.2.

MODALIS propositio,modus. Modi enuntiationũ sunt præcipuè quatuor: possibile, contingens,impossibile, necessarium. Tom.1,pagin.90,lib.2. Periherm. cap.3, num.1.

Examinatur,an ad assignandam contradictoriam propositioni modali negatio debeat præponi modo, vel verbo. Ibidem pag. 91,num.1,2,3,4,5,6.

Quænam propositiones modales se mutuo, vel non mutuo sequantur.Ibidem pag.93, num. 6, & sequ.

Modales, in quibus modus affirmatur, sunt affirmatiuæ, licet dictum sit negatiuum, & è conuerso. To. 1, pag.152, lib.1.Prior. cap.4,num.5.

MODALES quo pacto conuertantur. Vide Conuersio.

MODALIS syllogismus.Vide syllogismus.

MODERATIO. Vide modestia.

MODESTIA vocari potest virtus quædam innominata, quæ est mediocritas circa honores ciuiles, circa quos peccari potest per excessum, & defectum. Tom. 2, pag.107, lib.4.Ethic. cap.4,num.1,2.

Modestiæ per excessum opponitur ambitio.Ibidem num.4.

Afferuntur signa modesti, seu verecundi. Tom.4,pagin.797,lib. Physiogn. capit. 6. num. 6.
Vide Verecundus.

MODVLATIO. Vide symphonia, musica.

MOENIA. Vide mœnia.

MOLA cruris. Secunda pars cruris vocatur mola, ac nomine molæ vocatur illa pars suræ, quæ vertitur,& plicatur, cum sedemus. Tom. 3,pagin. 716. lib. 2.de Histor.anim cap.15,num.6.

MOLA mulierum. Aliquæ mulieres loco fœtus generant,& pariunt molam, hoc est

eſt maſſam quamdam carnis informem, & inanimatam, quæ cum prodierit, adeo obdureſcit, vt nec ferro ſecari poſſit. Aliquando mulieres, quæ molam generarũt, toto vitæ tempore laborant hoc vitio, & cum eo ſeneſcunt. Tom.3.pag.626, lib.4. de Gen.anim. cap.7.num.1.

Mola generatur, quia calor ſeminis non poteſt vincere, & concoquere menſtruum ita, vt illud animet, ideoque facit ex eo carnem inanimatam. Ibidem pagin. 626, num.2.

Fortaſſe etiam fœminæ aliorum animalium generant molam, licet id non obſeruetur: ſi ſola mulier generat molam, id accidit, quia habet vterum imbecilliorem vtero aliorum animalium. Ibid.pagin.626,numer.3.

MOLARIS eſt quidam piſcis, qui parit æſtate. Tom.3. pag.894, lib.6. de Hiſtoria anim.cap.17, num. 6.

MOLLE. mollificabile. Molle eſt, quod in ſe ipſum refugit, & non reſiſtit, & mollities eſt ſecunda qualitas orta ex humiditate. Durum eſt, quod non cedit, ſed reſiſtit. Tom.3,pag. 499, lib. 2.de Gener. capit.3, num.3.

Molle eſt quod cedit,& recedit in ſeipſum, & non circunfunditur. Tom. 3, pag. 665, lib. 4. meteor. capit.5 num.5.

Molle reſpectiuè eſt quod magis cedit tactui, quam aliud. & quia ſenſus dati ſunt vt iudicemus de proprijs ſẽſibilibus,ſupponimus tactum noſtrum eſſe medium inter ſimpliciter durum, & ſimpliciter molle, & dicimus id, quod in mollitie excedit noſtrum tactum, eſſe ſimpliciter molle. Ibidem pag.665, num.6.

Quænam corpora ſint mollificabilia, & per quas cauſas mollificentur. Tom.3. pagin. 676, lib.4.meteor. cap. 9. num.5.

MOLLES moraliter,mollities.Mollities opponitur tolerantiæ, & verſatur circa eaſdem delectationes,& moleſtias,circa quas verſatur incontinentia. Tom.2,pagin.201. lib.7.Ethic. cap.7,num.1. & pag.364,lib. 2. mag. mor.cap.7,num.17.

Mollis eſt,qui ſuperatur à doloribus, quos plerique ſuperant, & quo pacto differat ab incontinente.Ibidem pagin. 201,num. 11, & pagin.364,numer.17.

Mollis eſt peior incontinente. Ibidem pag. 202, num. 5.

Iocoſitas, per quam aliqui ſunt nimis propenſi ad iocos,eſt ſpecies non incontinentiæ,ſed mollitiei. Ibidem pag. 203, numer.6.

Motus, ſiue inceſſus tardus, & remiſſus ſignificat animum mollem. To.5.pag.793, lib.phyſiogn. cap.4, num.5.

Afferuntur quædam ſigna mollis. Tom. 4, pagin 797, lib. phyſiogn. cap.6,num.9.

Qui habent pedes paruos, graciles, inarticulatos, & magis pulchros, quam firmos,ſolent eſſe molles. Tom.4,pag.804. lib. phyſiog. capit.9,num.1.

Qui craſſis genibus ſunt præditi ſolent eſſe molles, ac cinædi. Ibidem pagin. 804, num.5.

Qui partes ventriculo propinquas habent non pingues ſunt molles. Ibid. pag.805, num.9.

Qui præditi ſunt lateribus, & coſtis parum firmis, ſunt molles. Ibidem pagin. 805. num.11.

Qui mouentur ita, vt altero pede vergant ad dextram, altero ad ſiniſtram, ſunt molles, quia eſt proprium fœminarum hoc pacto incedere: ſunt etiam molles qui ambulant ad dextram inclinati, quaſi ex mollitie non poſſint recti incedere. Tom.4. pagin. 813, lib. phyſiog. cap.10, num.40,42.

Qui molli aſpectu intuentur, ſunt molles. Ibidem pag.813, num. 45.

Qui voce loquuntur acuta,molli, ac ſæpius interrupta ſunt molles. Ibidem pag. 814. num.49.

MOLLIA animalia. Primum genus animalium exanguium conſtituunt mollia. Animalia mollia ſunt, quæ cum ſanguine careant, exterius habent aliquid molle ad modum carnis, intus autem habent aliquid ſolidum correſpondens oſſibus Tom.3, pag.790, lib.4.de Hiſt.anim. cap.1, nu.2.

Deſcribuntur animalia mollia, & eorum partes, præſertim brachia, caput, & venter. Ibidem pagin. 791, num. 6. & ſequ.

Quo pacto in mollibus mares differant à fœminis. Ibidem pagin. 793, numer. 15, 16.

Mollia non ſolum carent voce, ſed omni ſono naturali. Tom.3, pagin.819, lib.4. de Hiſt. animal. capit.9, num.4.

Animalia mollia cunctis quinque ſenſibus ſunt prædita. Tom.3, pag.817, lib.4. de Hiſt. animal. cap.8, nu.11.

Mollia quo pacto coeant. Tom.3. pag 830, lib.5 de Hiſt. anim. cap.6, num. 1, 2, & Tom.4, pag.435, lib.1. de Gener. animal. cap.15, num.1.

Mol-

Digitized by Google

Mollia pariunt tempore veris, & explicantur aliqua ſpectantia ad partum polyporum, & ſepiarum. Tom.3, pag.835, lib.5. de Hiſt.anim. cap.12, num.1.

Quopacto generentur, & quale ouum generent varia genera mollium, ac præſertim Polypi, & ſepiæ. To.3, pag 849, lib.5. de Hiſtor.anim. cap.18, per totum.

Quo pacto mollia differant à cruſtaceis in ouis fouendis. Ibid. pag.850. num.6.

Omnia animalia mollia veſcuntur carne, & ſunt carniuora. Tom.3, pag.942, lib.8. de Hiſtor.animal. cap 2, nu.19.

Piſces molles nunquam effundunt totum atramentum, & atramento effuſo, ſtatim generant nouum atramentum. Tom. 3, pag.1011, lib 9. de Hiſtor.animal. cap.37, num.11.

Mollia quo pacto conueniant cum inſectis, & ab illis differant. Tom.4, pag.53, lib.2. de part. animalium, cap.8, num.6 7.

Mollia fere tota ſunt carnoſa, & tactui cedentia: ne tamen corpus eorum facile pereat, habent naturam mediam inter carnem, & neruum, ideoque eorum corpus eſt molle inſtar carnis, & poteſt intendi inſtar nerui. Eorum etiam caro fiſſilis eſt, non directè, ſed anfractuosè, vt ſic ad vires ſit commodior; & præterea quædam habent aliquid proportionale ſpinis piſcium. Ibid. num. 6.

Mollia in ea parte, quæ vocatur os, habent duos dentes, & loco linguæ carnoſum quiddam, quo diſcernunt eſculenta. To.4, pag. 126. lib. 4. de Part. animal. capit. 5. num.5.

In mollibus poſt os ſequitur gula admodum longa, poſt gulam ingluuies ſicut in auibus: ingluuiei annectitur venter: ventri annectitur inteſtinum ſimplex, quod deſinit in ſeceſſum. Ibidem pagin. 126. num 9.

Mollia habent ingluuiem ſicut aues, vt in ea præparent cibum, quem præparare non poſſunt in ore. Ibid. pag. 126. num.10

Mollia ad ſui præſidium habent humorem quédam nigrum, quod vocatur atramentum, quod generant ex materia terreſtri, qua abundant, & cum timent, illud effundunt, eoque ſe abſcondunt ita, vt non videatur. Ibid. pag. 127. num.11. 12.

Mollia carnem mollem habent foris, intus continent aliquid durum: Teſtacea carnè mollem habent intus, foris habent teſtam duram. Ibid. pag. 159. num.16.

In mollibus pars proportionalis cordi, quæque eſt principium ſentiendi, videtur mutis, hoc eſt quædam pars humida contenta intra quamdam membranam. Deſcribitur mutis. Ibid. pag. 135. num. 22. 33. 34.

Deſcribuntur partes exteriores mollium, & explicatur, quo pacto mollia, & teſtacea conueniant, ac differant in diſpoſitione partium. tom. 4. pag. 143. lib. 4. de Part. anim cap. 8. per totum

Mollia prædita ſunt quadam pinnula proportionali alis auium, eaque natando ſe dirigunt, proportionaliter ac nauis dirigitur gubernaculo. Tom. 4. pag. 146. lib. 4. de Part. anim. cap. 9. num. 11.

Corpus mollium eſt ita conuoluum, vt oſtium excrementi, quod eſt retro, obuerſum ſit parti anteriori Tom 4. pag. 182. lib de Inc. anim. cap 4. num. 10.

Mollia tunc ſunt ad comedendum optima, cum vterum gerunt, quia tunc ſunt pinguiſſima; ſiquidem in ipſis excrementum ſeminale, quod vocatur ouum, eſt proportionale pinguedini. Tom. 4, pag. 477 lib. 1. de Gen. anim. cap. 17. num, 12.

Inter animalia, quæ mouentur motu progreſſiuo, ſola mollia nullum habent diſcrimen partium ſuperiorum ab inferioribus, vt patet in polypis. Tom. 4. pag 525. lib. 2. de Gen. anim. cap 4. num. 45.

Mollia manifeſtè habent ſexum, & ita coeunt, vt eorum coitus ſit diuturnior. Tom.4, pag.566, lib 3. de Gen. anim.cap. 5. num. 5.

Mollia, & cruſtacea quia pariunt maximâ multitudinem ouorum, vt cæteri piſces, ideo edunt oua imperfecta, & quæ perficiuntur extra vterum. Tom.4, pagin 572, lib.3 de Gen anim. cap.8. nu.4.

Poſtquam fœminæ mollium pepererunt oua, mares ea aſpergunt ſemine, & reddunt continua, & glutinoſa. Ibidem pag. 572, num 5.

Vide Loligines, Polypi, ſepiæ.

MOLLICEPS. Auis, quæ dicitur mollicaput, ſemper in ijſdem locis degit, in ijsque capitur. Caput habet magnum, & cartilagineum: eſt paulo minor turdo: prædita eſt ore anguſto, paruo, & rotundo, & colore cineritio: pedibus non alis valet: capitur maximè vſu noctuæ. Tom.3. pag. 1001. lib. 9. de Hiſt. animalium, cap. 22. num.2.

MOMVS apud Æſopum reprehendit naturam, quod cornua affixerit capiti, non autem armis taurorum. Reijcitur. Tom. 4. pag.

4, pag. 82, lib. 3. de part. animal. capit. 2, num. 7.

MONARCHIA eſt, in qua vnus eſt dominus omnium: & ſi dominetur ſecundum rationem, & leges, eſt regnum: ſi ſecundum voluntatem non regulatam ratione, eſt tyrannis. Tom. 1. pag. 723, lib. 1. Rhet. capit. 8, num. 3.

Vide regnum, tyrannis.

MONEDVLÆ aues carent ingluuie, ac loco ingluuiei gulam habent amplorem in ea parte, qua coniungitur ventriculo. Tom. 3. pag. 754, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 17, num 20.

Monedularum, ſeu graculorum tria ſunt genera, & quæ. Tom. 3, pag. 1001. lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 2, num. 1.

Monedulæ ſæpe roſtra coniungunt, & quodammodo ſe oſculantur. Tom. 4. pagina 568, lib. 3. de Gener. animalium, capit. 6, num. 2.

MONEDVLÆ piſces ſemel tantum pariũt ſingulis annis, & ſunt piſces fuſanei, qui a fuſim, hoc eſt vbertim retibus capiuntur. Tom. 3, pagin 883, lib. 5. de Hiſtor. animalium, cap. 9, num 5.

Monedulæ vt plurimum non ingrediuntur in pontum Euxinum, ſed æſtate quidem degunt in propontide, hyeme verò degunt in mari ægeo, adeoque transmigrant ex ægeo in propontidem, & ex propontide in ægeum. Tom. 3, pag. 958, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 13, nu. 2.

Monedulæ capi ſolent in magna copia, cum transmigrant; at cum reuertuntur, capiuntur in minori copia. Optimæ ſunt in propontide. Sæpe accidit, vt flantibus contrarijs ventis, piſces ſuſanei transmigrent ſimul cum monedulis, atque infra Bizantium potius capiantur. Ibidem pag. 959, num. 7.

Monedulæ ſunt piſces gregales. To. 3, pag. 985, lib. 9. de Hiſtor. animalium, capit. 2. num. 1.

MONODIÆ, hoc eſt ſolitariæ cantilenæ maiori cum voluptate audiuntur, ſi ad vnam lyram, aut tibiam, quam ſi ad plures canantur, quia tunc ſonus earum eſt manifeſtior, nec pluribus ſonis offuſcatur. Tom. 5. pagin. 623, ſect. 19. problem. num. 9.

Monodiæ maiori cum voluptate audiuntur, cum cantantur ad tibiam, quam cum ad lyram, quia ſonus tibiæ eſt ſuauior ſono lyræ. Ibidem pag. 639. num. 44.

MONOPOLIA ſunt vtilia ad pecunias cõparandas, & propter ſapientiam tribuuntur Thaleti, tamquam præcipuo ex ijs, qui per monopolium olei magnam pecuniam comparauit. Tom. 2. pagin. 536, lib. 1. Polit. cap. 7, num 11.

MONSTRA. Monſtrum eſt peccatum naturæ, ac generatur, non quia natura non operetur propter finem, ſed propter corruptionem alicuius principij naturalis. Tom. 3, pag 60, lib 2. Phyſicorum, capit. 9. num. 7, 8.

In Africa generantur multa monſtra quia cum Africa laboret penuria aquarum, multæ ferę ſpecie diuerſæ conueniunt ad eaſdem aquas, ibique coeuntes generant monſtra multiformia. Tom. 3. pag. 976, lib. 8. de Hiſtor. animalium, capit. 28. num, 11.

Monſtrum eſt, quod degenerat à ſuo principio, ideoque filius eo ipſo quod non naſcitur ſimilis patri eſt quodammodo mõſtrum: fœmina eſt quodammodo monſtrum, licet differat à monſtro per hoc, quod generatur neceſſario neceſſitate finis. Tom. 4, pag. 600, lib. 1. de Gen. anim. cap 3, num. 3.

Prima ſpecies monſtrorum eſt cum naſcitur animal degenerans in aliam ſpeciem, puta cum naſcitur homo cum capite arietis, vel aries cum capite pueri, vel ouis cum capite bouis. Cauſa horum mõſtrorum eſt, quia in ſemine ſoluitur etiam virtus productiua ſpeciei. Tom. 4. pagin. 606, lib. 4. de Gener. animalium, capit. 4, num. 2.

Non poteſt homo verè habere caput canis, ſed ſolum dicitur caput canis propter ſimilitudinem. Ibidem pag. 606, num. 3.

Non poteſt ex coitu canis cum homine generari monſtrum, quia canis, & homo nimis differunt. Ibidem pagin. 607, numer. 4.

Secunda ſpecies monſtrorum eſt, cum naſcuntur animalia multimembria, puta cum pluribus capitibus. Democritus cenſuit hæc generari ex confuſione ſeminis. Reijcitur, & oſtenditur generari potius ex confuſione materiæ. Ibid. pag. 607, nu. 5, 6, 7, 8, 9.

Monſtra multimembra ſæpius oriuntur ex animalibus multiparis, quam ex vniparis, quia in multiparis facilius materia plurium confunditur in vnum animal. Frequentius generantur ab auibus, ac præſertim gallinis, quia hæ multos ſimul cõceptus in vtero continet. Ibid. p. 608. nu. 8.

Quia

Quia ſerpentes etiam ſunt multipari . ac multa ſimul oua in vtero gerũt, aliquando, ſed raro naſcuntur ſerpentes bicipites : apes , ac veſpæ , nunquam generant fœtus multimembres, quia ſuos conceptus edunt in cellis discretis. Ibidem pag. 609, nu. 10, 11.

Monſtrum ſimpliciter eſt , quod ſimpliciter eſt præter naturam generantis. Ibid. pag. 610, num. 14.

Quare quædam animalia naſcantur cum partibus pluribus, & paucioribus, quam par eſſet, vel cum partibus loco transpoſitis. Ibid. pag. 616, nu. 30, & ſequ.

Cum pars illa , quæ eſt principium vitæ, eſt vnica, tum monſtrum eſt vnicum animal, cum eſt multiplex, eſt plura animalia . Ibid. pag. 617, nu. 36.

Quadrupedes paruæ ſæpius pariunt monſtra, quam animalia maiora, quia permiſtio ſeminum ſæpius fit in quadrupedibus paruis, quæ ſolent parere plura, quam in animalibus maioribus quæ ſolent parere vnum tantum. Tom 5, pagin. 548, ſect. 10. prob. num. 60.

Aues cum pariunt ouum gemino vitello præditum , ſi duo vitelli non diuidantur membrana interiecta , pariunt pullum monſtroſum , puta quatuor alis, & quatuor pedibus præditum . Ibid. pag. 548, num. 60.

MONTES . Oſtenditur montes eſſe inſtar ſpongiæ plenos aqua , ideoque flumina naſci in montibus. Tom. 3, pag. 563, lib. 1 meteor. cap. 13, num. 7, 8 9.

MONTIFRINGILLA . Montifringilla eſt auis vermiuora , quæ in montibus degit, & fringillæ ſimilis eſt magnitudine , & figura , ſed collum habet cæruleum . Tom. 3, pagin. 945, lib. 8. de Hiſtor. anim. cap. 3, num. 2.

MORALIS prout comprehendit etiam politicam eſt facultas maximè architectonica , & omnium diuiniſſima , & intendit finem optimum , hoc eſt felicitatem. Tom. 2, pag. 5, lib. 1 Ethic. cap. 2, num. 3.

Moralis eſt capax certitudinis ſolum imperfectæ: quo pacto ſit tradenda, & quis ſit idoneus eius auditor. Ibidem pagin. 6, cap. 3, num. 1, 2, 3.

Iuuenis , & qui viuit ſecundum paſſiones non eſt idoneus auditor moralis. Ibidem pag. 7, nu. 3, 4.

De rebus moralibus non poteſt bene iudicare, qui non eſt bonis moribus præditus. Ibidem pagin. 9, cap. 4, num. 4.

In morali agendum eſt de virtute , ac de partibus animæ, quæ ſunt ſubiectum virtutis. Tom. 2, pag 30, lib. 1. Ethic. cap. 13, num. 1, 2.

Moralis eſt pars politicæ , in eaque agendum eſt de virtute : agendum etiam eſt de bono , ſed non de bono ideali. Tom. 2, pag. 309, lib. 1. magn. moral. cap. 1, & 2. per tota.

In morali quibus probationibus ſit vtendũ. Tom. 2, pag. 402, lib. 2, mor. ad Eud. cap. 7, nu. 3, 4, 5.

Moralis, & politica intendunt finem totius vitæ. Ibidem pag, 408, cap. 5. nu. 12.

MORATA oratio. Oratio dicitur morata, cum eſt accommodata vnicuique generi, vel habitui hominum. Tom 1, pag. 846, lib. 3. Rhet. cap. 7, num. 4.

Traduntur præcepta ad efficiendam orationem moratam . Tom. 2, pag. 885, lib. 3. Rhet. cap. 17, nu. 16, 17.

MORBI. Explicantur multa ſpectantia ad ſanitatem , & morbos animalium , puta auium , piſcium, ſuum, canum, boum, equorum , aſinorum , elephantorum , & inſectorum . Tom. 3, pagin. 965, lib. 8. de Hiſt. animal. capit. 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24 25, 26 27.

Morbi conſiſtunt in quibusdam exceſſibus caloris, frigoris &c, & ideo curantur cõtrarijs exceſſibus . Tom. 5 pag. 436, ſect. 1. prob num. 1, 2, 3.

Exceſſus cauſant morbos in ſanis , quia auferunt mediocritatem , in qua conſiſtit ſanitas , ſed auferunt morbos ab ægrotis , quia contrarios exceſſus reducunt ad mediocritatem . Ibidem pagin. 436, num. 1, 2.

Quare mutationes temporum, & ventorum ſoleant morbos cauſare, vel auferre. Ibid. pag. 437, num. 3.

Quare homines morbis flauæ bilis vt plurimum febricitent tempore æſtatis; morbis autem acutis, qui causantur ab abundantia humoris, tempore hyemis. Ibidem pagin. 438, num. 6.

Qui morbis diuturnis laborant, mori ſolent tempore hyemis , quia tempore hyemis facile extinguitur calor naturalis per lõgos morbos iam debilitatus . Ibid. pagin. 444, num. 17.

Quando naſcitur magna copia ranunculorũ annus ſolet eſſe morboſus , quia valde humidus , adeoque aptus ad excrementa generanda. Ibid. pag. 446, nu 22.

Licet homines frequentius ægrotent æſtate, quam hyeme , tamen qui ægrotant , frequentius moriuntur hyeme, quam æſtate,

quia tempore hyemis solent ægrotare ex causa validiore. Ibid. pagin. 447, numer. 25, 28.

Morbi causati ab igne curandi sunt humore, vt ignis extinguatur, morbi causati ab humore curandi sunt igne, vt humor exiccetur. Ibidem pagin. 460, numer. 59.

Quare sæpe qui appropinquant ægrotantibus contrahant morbos, at nunquam qui appropinquant sanis sanentur. Tom. 5, pagin. 512, sect. 7. problematum, num. 1.

MORDAX araneus. Vide araneus.

MORDELLÆ. Orsodagnæ, quas aliqui latinè vocant mordellas, à mordendo, & vellicando, fiunt ex vermiculis, qui in brassicæ caulibus oriuntur, ac demum mutantur in mordellas. Tom. 3, pag. 854, lib. 5. de Historia animalium, capit. 19, num. 18.

MORES diuersi sequuntur ad diuersas ætates, affectus, habitus, & fortunas. Tom. 1, pagin. 790, lib. 2. Rhetoricorum, cap. 12, num. 1.

Quinam sint mores iuuenum, senum, & eorum, qui in virili ætate versantur. Ibid. pagin. 790, cap. 12, 13, 14, per tota.

Quinam sint mores nobilium, diuitum, potentium, & fortunatorum. Tom. 2, pagin. 795, lib. 2. Rhet. cap. 15, 16, 17.

In animalibus brutis dari solent quædam vestigia morum. Tom. 3. pag. 934, lib. 8. de Histor. anim. cap. 1, num. 2.

Quare ex sensibilibus sola audibilia mores obtineant. Tom. 5, pagin. 630, sect. 19. prob. num 27, 29.

Melancholici sunt valde varij in moribus, quia melancholia est valde mutabilis ex calida in frigidam, & e conuerso. Tom. 5, pagin. 740. sect. 30. problematum, numer. 1. G.

MORES Tragœdiæ. Mores sunt pars tragœdiæ præcipua post fabulam. Tom. 1. pagin. 903, lib. Poeticorum, cap. 4, numer. 1, 10.

Mores sunt, per quos agentes se ostendunt bonos, vel malos. Ibidem pagin. 903, num. 1.

Tragœdiam esse moratam est agentes patefacere electionem bonam, vel malam. Tom. 1, pagin. 922, lib. Poet. capit. 12, num. 2.

Actores debent exprimere mores conuenientes personis, similes, & æquales. Ibid. pagin. 922, num. 3.

Exempla tragœdiarum, in quibus peccatum est contra mores. Ibidem pagina 923, numer. 5.

Mores debent rectè cum rebus ordinari. Ibidem pagina 923, num. 5.

Tragœdia morata quid sit, & afferuntur exempla tragœdiarum moratarum. Tom. 1. pagin. 930, lib. Poeticorum, capit. 17, num. 1.

MOROSITAS, morosus. Morositas est vitium peccans contra affabilitatem per defectum, per quod morosus in conuictu non est iucundus, sed molestus. Tom. 2, pag. 112, lib. 4 Ethic cap 6, num. 4.

Morosus in conuictu est, qui pauciora alteri tribuit, quam par sit, & ea etiam, quæ adsunt, negant. Tom. 2, pag. 338, lib. 1. mag. moral. cap. 27, num. 1.

MORSVS scorpionum, serpentium, & aliorum animalium in quibusdam regionibus sunt magis pernicioſi quam in alijs. To. 3. pag. 977, lib. 8. de Histor. animal. capit. 29, nu. 2, 3.

MORS. Natura per se intendit, vt vita, & mors corporum inferiorum mensuretur periodis corporum cœlestium, sed nō potest id exactè obtinere propter varietatem materiæ sublunaris, & propter causas accidentales. Tom. 4, pag. 631, lib. 4. de Gen. animal. cap. 10, num. 5.

Conseruatio caloris naturalis, qui primo est in corde, est causa vitæ, eiusdem corruptio est causa mortis. Tom. 4, pagina 679. lib. de Iuuent. & sen. cap. 2. num. 10.

Cum calor extinguitur, quia absumpsit totū humidum, tum animal moritur naturaliter, & per marcorem: cum licet non desit humidum, tamen frigus contrarium impedit calorem, ne digerat humidum, eoque nutriatur, tum sequitur mors per violentiam. Ibidem pag. 680, num. 2, & pagin. 692, cap. 10. num 3, 4.

Impedita respiratione, & refrigeratione, calor augetur ita, vt absumat pabulum, antequam attenuetur nouum humidum, quo nutriatur, ideoque calor marcescit, & extinguitur, & sequitur mors per suffocationem. Ibidem pagina 680, num. 3, & pagina 704. cap. 14, num. 4.

Democritus docuit mortem consistere in expiratione, qua atomi exprimuntur ita, vt vincatur aer, ne possit ingredi, adeoq; anima effletur. Tom. 5, pagina 685, lib. de Iuuent. & senect. capit. 6, numer. 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Cum animalia gladio percutiuntur, egredi-

ente

ente ſanguine, in quo eſt calor, frigore concreſcunt, & moriuntur. Ibidem pag. 691, cap. 11, num. 4.

Mors per marcorem poteſt eſſe naturalis, ſi accidat propter ſenectutem, & poteſt eſſe violenta, ſi ante ſenecturem accidat propter nimium calorem. Ibid.

Mors violenta eſt, quæ cauſatur ab aliquo principio extrinſeco, hoc eſt a contrario: mors naturalis eſt, quæ cauſatur à principio intrinſeco, hoc eſt à calore conſumente humidum, itaut per nullam paſſionem violentam animal immutatum ſit à naturali conſtitutione Ibid. pag. 703. cap 14, num. 1.

Animalia moriuntur ex defectu caloris in parte, in qua primo eſt vita, quæ pars eſt cor, vel aliquid proportionale cordi. Ibid. pag. 703, nu. 2.

Senes ex paruis etiam paſſionibus, & morbis moriuntur, quia parum caloris facile extinguitur: moriuntur etiam ſine dolore, quia defectus caloris cauſat quamdam inſenſibilitatem. Ibidem pag. 704, num. 4. 5.

Mors violenta eſt *extinctio, & marcor caloris vitalis cauſata a contrario*: mors naturalis eſt *marcor caloris vitalis propter longitudinem temporis*. Ibid. pag. 705, num. 10, 11.

Mors videtur eſſe omnium terribiliſſimum, cum ſit finis vitæ, & cum poſt mortem nihil boni, vel mali ſenſibilis videatur homini ſupereſſe Tom. 2, pagin 73, lib. 3. Ethic. cap. 6, nu. 6.

Mors in bello eſt pulcherrima, & honeſtiſſima. Ibid.

Sappho oſtendit malam eſſe mortem ex eo, quod Dij ſic iudicarunt: alioquin mori voluiſſent. tom. 1, pag. 816, lib 2. Rhetor. cap. 24, nu. 11.

Homines, ac præſertim ſenes, & qui morbis diuturnis laborant moriuntur potiſſimum tempore hyemis, quia cum vita conſiſtat in calore, & humido, duæ ſunt præcipuæ cauſæ mortis, frigus, & frigoris exceſſus, quæ vigent præſertim hyeme. Tom. 5, pagin. 444, ſect. 1. probl. num. 17.

Qui moriuntur, oculos attollunt, quia ſpiritus calidi effluunt ſurſum. Tom. 5, pag. 489, ſect 4. prob. num 1.

Quare licet mors refrigeret morientibus ſoleat ſemen effluere. Ibidem pagin 490, num. 8.

Quia mors conſiſtit in eo, vt deficiat calidum, & humidum innatum, in regionibus autem calidis magis conſeruatur calor, & conſequenter humidum, ideo accolæ regionum calidarum diutius ſolent viuere. Tom. 5, pagin. 585, ſect. 14. probl. num. 10.

MORTVI. Ad mortuos quo pacto pertineant proſperitates, & calamitates poſterorum. Tom. 2, pag. 28, lib. 1. Ethic. cap 11, per totum.

Mortui an poſſint ex felicitate mutari in miſeriam, vel è conuerſo. Ibid.

Cenſetur actus maioris iuſtitiæ opem ferre defunctis, quam viuis, quia melius eſt opem ferre ijs, qui nullo pacto poſſunt ſibi prouidere. Tom. 5, pagin. 729, ſect. 29. prob num. 9

MOTIVA Virtus. Oſtenditur, quod in animalibus motiua virtus non eſt primo in iuncturis, ſed primo eſt in corde, vel in parte proportionali. Tom. 4, pagin. 433, lib. de motu anim. cap. 6, num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
Vide motus.

MOTOR Cœli. An motor Cœli habeat virtutem maiorem Cœlo. Tom. 4, pag. 423. lib. de motu anim cap. 2, num. 10.
Vide motus.

MOTOR immobilis. Vide Deus.

MOTVS, mouens, mobile. Species motus ſunt ſex: generatio, corruptio, augmentum, & diminutio, alteratio, & latio. Tom. 1, pag. 62, lib. prædicam. capit. 15, num. 1, 2.

Motui contraria eſt quies, & quid ſit contrarium ſingulis ſpeciebus motuum. Ibid. pag. 63. nu. 3.

Motus ordinatur ad aliquem finem, & perficitur in toto tempore, in partibus autem talis temporis eſt imperfectus. Tom. 2, pagin. 284. lib. 10. Ethic. cap. 4, nu. 2.

In phyſica agendum eſt de motu, quia motus eſt proprietas communis corporum, eſt continuus, nec poteſt eſſe ſine loco, & tempore, eoque ignorato, neceſſe eſt naturam ignorari. Tom. 3, pagin. 64, lib. 3. phyſic. cap. 1, num. 1, 2 3.

Motus non eſt aliquid extraneum à rebus, ideoque ex generibus entium debent deſumi genera motuum. Tom. 3, pag. 65, lib 3. phyſic. capit. 2, num. 5.

Motus definitur *actus exiſtentis in potentia, in quantum eſt huiuſmodi*: explicatur, & probatur hæc definitio Ibidem pag. 66, num. 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Reijciuntur antiqui dicentes motum esse alteritatem, vel diuersitatem, vel inæqualitatem, vel non ens, & priuationem. Ibidem pag.68,num.13.14.

Motus ex sua ratione est actus imperfectus, ideoque difficile cognoscitur, & explicatur. Ibid. pag.68, num.13.14.

Quænam mouentia, & quare dum mouent, simul moueantur. Tom.3, pag.69. lib.3. physic. cap.3,num.1.

Motus est in mobili, & est actus mobilis, sed aliquo pacto est etiam actus mouentis. Ibid. pagin. 69, num.2,3,4.

Explicatur, quo pacto actio, & passio sint vnicus motus, & an sint in agente, vel in patiente. Tom. 3, pag. 70, lib. 3. physic. capit.4, per totum.

Motus potest etiam definiri *actus potentis actiui, ac passiui, in quantum sunt huiusmodi*. Ibid. pag.70,nu.1.

Per se dicuntur moueri, quibus primo cõpetit moueri, & non solum ex eo, quia sunt in alio, quod mouetur. Per accidens mouentur, quibus competit moueri non primo, sed quia sunt in alio, quod mouetur. Tom 3, pag 101, lib.4. physic. cap.4, num 6.

Tempus non est motus, sed non est sine motu, & est aliquid motus, cum sit numerus motus. Tom.3, pag.125, lib.4. physic capit.13. num.1,2,3,4,5,6.

Motus est velox, vel tardus, & mensuratur tempore. Ibidem pag.125, nu.3.

Ex continuitate magnitudinis sequitur continuitas motus,& temporis. Ibidem pag. 157,num.7

Diuisiones motus,quæ vocãtur *mutata esse*, non sunt partes motus. Tom.3, pag.131, lib.4. physic cap.15, num 4.

Non solum metimur motum tempore, sed etiam tempus vicissim metimur motu. Ibidem pagin.133, num.9,10

Quo pacto motus primi mobilis numeretur, & mensuretur tempore. Tom.3 pag 134, lib.4. physic. cap.16, num.1.

Tempus est vnicum omnium motuum, & est subiectiuè in motu primi mobilis. Tom.3, pag.142, lib. 4. physic. capit.20, per totum.

Ostenditur necesse esse, vt omnes motus, & omnes mutationes sint in tempore. Tom.3, pag.141, lib.4. physicor. cap.19, num.4.5.

Motus neque est mutatio à subiecto in non subiectum, neque à non subiecto in subiectum, sed est mutatio à subiecto in subiectum. Tom.3, pag.149, lib.5. physic. capit.2, num 4,5,6,7.

Ostenditur motum per se dari in tribus solum prædicamentis, quantitatis, qualitatis, & loci, in alijs septem non dari motum per se. Tom 3, pag.150, lib.5. physic. cap.3, per totum.

Non datur per se motus ad motum, vel mutatio ad mutationem. Ibidem pagin. 151, nu.5,6 7,8,9,10,11,12.

Motus debet esse à contrario in contrarium, ideoque nõ datur motus ad substantiam, quæ contrarium non habet Ibid. pagin. 161 nu.2

Motus continuus est, cum mobile ita mouetur, vt nihil intermittat temporis, licet possit intermittere aliquid spatij. Tom.3, pagin. 155, lib.5. physicor. cap.4, num.3.

Quid sit motus vnus genere, specie,vel numero. Tom.3, pag. 175, lib 5. physicor. cap.5, nu 1,2,3,4,5,6 & pag. 207. lib.7. physic. cap.2, num.3.

Ad hoc, vt motus sit vnus numero, requiritur, vt mobile sit vnum numero, vt motus sit vnus specie,& vt tempus sit continuum, ac non interruptum. Ibid. pag. 158, num.5,6,7,10.

Motus perfectus, & vniformis est magis vnus, quam imperfectus, ac difformis. Tom.3, pag.160, lib. 5. physic. cap.6, per totum.

Vnde desumatur contrarietas motuum. Tom.3,pag 161, lib. 5. physic. cap.7, per totum.

Quæ nam quietes sit contrariæ motuum. Ibid. pag,164, cap.8, per totum.

Quo pacto motus, & quietes possint habere contrarietatem in ratione naturalis, ac violenti. Ibidem pag.160, cap.9 per totum.

Ostenditur,quod proportionaliter diuisibilis est magnitudo, ac motus. Tom 3, pagin.171, lib 6. physicor. cap.2, per totum.

Quatuor absurda, quæ sequuntur ex eo, quod motus componatur ex indiuisibilibus. Ibidem pag 171, num.4,5,6,7.

Non potest aliquid moueri in instanti indiuisibili Tom.3, pagin. 78, lib.6. physic. cap.4,num.5.

Ostenditur id, quod mouetur,esse diuisibile. Ibid. pag.179, num.8.

Ostenditur motum esse diuisibilem secundum diuisionem temporis,ac subiecti. To. 3,pag.180.lib.6.physic. cap.5,num.1.2.3.4.

Osten-

Digitized by Google

Oſtenditur proportionaliter eſſe diuiſibilia hæc quinque, quæ ſunt tempus, motus, moueri, mobile, & id, in quo fit motus. Ibidem pag. 182, num. 5 6.7.8.9.

Oſtenditur mobile cum primo mutatum eſt, eſſe in termino ad quem Tom. 3, pagin. 183, lib 6. phyſic. cap.6, num 1.2.

Oſtenditur mobile, primo mutatum eſſe in inſtanti indiuiſibili. Ibidem pagin. 184, num.3.

Oſtenditur, quod non datur primum in tempore, in quo fit mutatio, neque in mobili, quod mutatur, neque in eo, in quo fit mutatio. Ibid. pagin. 185, cap.7, per totum.

Oſtenditur, quod ante omne moueri præcedit mutatum eſſe, & ante omne mutatum eſſe præcedit moueri. Ibidem pag. 189, cap.8, per totum.

Oſtenditur impoſſibile eſſe, vt mobile tempore infinito pertranſeat finitam magnitudinem, niſi eam infinities repetat, & vt tempore finito pertranſeat magnitudinem infinitam. Ibidem pag 190.cap.9, per totum.

Oſtenditur, quod ſicut non datur primum moueri, ſic non datur primum conſiſtere, & primum quieſcere. Ibid. pag 194, cap. 10. per totum.

Reijciuntur rationes, quibus Zeno probabat non dari motum, Ibid. pag.196, cap. 1, per totum.

Oſtenditur indiuiſibilia non poſſe moueri per ſe, ſed ſolum per accidens. Ibid. pag. 201, cap 12. per totum.

Oſtenditur nullum motum, & nullam mutationem eſſe infinitam. Ibid. pag. 203, cap.13 per totum.

Plures motus non poſſunt eſſe infiniti ſecundum tempus, & vnus motus non poteſt eſſe infinitus ſecundum tempus, niſi ſit circularis. Ibidem pagin. 204, num.4.

Oſtenditur omne, quod mouetur, ab alio moueri. Tom.3 pag. 204. lib.7. phyſic. cap.1. per totum.

Oſtenditur, quod in mouentibus, & motis non poteſt procedi in infinitum, ſed debet peruenirj ad aliquod primum mouẽs. Ibid. pag.206, cap.2. per totum.

Oſtenditur, quod mouens immediatum eſt ſimul cum mobili, itaut inter mouens, & mobile nihil mediet. Tom. 3, pag. 207, lib.7. phyſic. cap.3. per totum.

Oſtenditur opinionem Zenonis dicentem non dari motum, adeoque omnia ſemper quieſcere, eſſe falſam, ac repugnantem principijs phyſicæ, quæ eſt ſcientia de motu. Tom.3, pag. 235, lib.8. phyſicor. capit.4, num.3.

Oſtenditur ſententiam Heraclitj dicentem omnia ſemper moueri, licet minus repugnet principijs phyſicæ, eſſe falſam, cum nec omnia ſemper moueãtur motu augmentationis, nec motu alterationis, nec motu locali. Ibidem pag. 236, numer. 4, 4, 5. 6. 7.

Oſtenditur nec omnia, quæ mouentur, ſemper moueri, nec omnia, quæ quieſcunt, ſemper quieſcere, ſed aliqua aliquando quieſcere, aliquando moueri. Ibid. pagin. 237, nu.8, 9, 10.

Omnes ſcientiæ, & facultates ſupponunt dari motum. Ibid. pagin 236, num.4.

Oſtenditur omnia, quæ mouentur, ab alio moueri, & explicatur, à quo moueantur grauia, & leuia. Ibidem pagin. 239, cap.3, per totum.

Quænam moueantur naturaliter, aut violenter. Tom.3. pagin. 241, lib.8. Phyſicor. cap.5, num. 10, 11.

Ad omnem motum requiritur ſubiectum commune contrariorum. Tom.3 pagina 446, lib 1 de Gen. cap.1, nu 8.

Democritus cenſuit omne mouens moueri: Anaxagoras è conuerſo opinatus eſt primum intellectum manere immotum. Tom.4, pag. 217, lib.1. de Anima, capit. 4, num.7.

Falſum eſt, quod nihil poteſt mouere, niſi ipſum moueatur Tom.4, pagin. 222, lib 1. de Anima, cap.6, num.2.

Illud mouetur per ſe, cui motus ineſt per ſe, & non ratione alterius: illud, mouetur per accidens, quod mouetur, quia ineſt alteri, quod mouetur. Ibidem pag. 223, num 4.

Omne, quod mouetur, eſt in quodam fluxu ſui eſſe, & recedit ab aliquo ſuo eſſe: & quia abſurdũ eſt, quod aliquid ſit ſibi ipſa cauſa recedendi à ſuo eſſe, ideo abſurdũ eſt, quod aliquid ſit ſibi ipſi cauſa vt moueatur. Ibid. pag. 224, num. 10.

Motus, & alia ſenſibilia communia non ſolum per accidens, ſed per ſe ſentiuntur. Tom.4, pag. 289. lib. 2. de anima, cap. 17, num. 5, 6, 7.

Oſtenditur, quod in mouentibus & mobilibus non poteſt procedi in infinitum, neque aſcendendo, neque deſcendendo. Tom.3, pag. 244. lib. 8. Phyſicor. cap. 8. per totum.

Oſtenditur non eſſe neceſſarium, vt omne mouens moueatur neque per ſe, neque per accidens. Ibidem pag. 246, cap. 7, per totum.

Oſtenditur, quod in mouente ſe ipſum datur duplex pars, altera mota, altera mouens, & immobilis. Ibidem pag. 248 cap. 8, per totum.

Actus phantaſiæ eſt quidam motus. Tom. 4, pagin. 302, lib. 2. de Anima, capit 21, numer. 12, 13, 14.

Motus localis prius debet fieri in vna parte magnitudinis, quam in alia: at motus alterationis non eſt neceſſe, vt prius fiat in vna parte magnitudinis, quam in alia. Tom. 4. pag. 362, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap 7, num. 6.

Motus vehementior turbat, & impedit motus minores. Tom. 4, pag. 638, lib. 5. de Generat. animal. capit 1, nu. 3.

Aliqui ex antiquis dixerunt ſenſibilia eſſe in perpetuo motu, & fluxu, ideoque nihil eſſe determinatè verum: alij vt Epicharmus, dixerunt nihil moueri, ſed omnia perpetuo quieſcere. Reijciuntur vtrique. Tom. 5, pag. 101. lib. 4. metaphyſ. cap. 5, num. 7, & cap 8, num 7, 8, 9, & pag. 297, lib. 11, cap. 6, num. 7, 8, 9, 10.

Quod mouetur, dum mouetur, adhuc non eſt ſecundum ſe totum in termino ad quem, ſed eſt ſaltem ſecundum partem ſui in termino à quo. Tom. 5, pag. 297, lib, 11. metaph. cap. 6, nu. 8.

Animalia, & plantæ videntur eſſe in perpetuo motu ſecundum quantitatem. Ibidem pag. 297, nu. 9.

Motus non habet naturam extraneam à rebus, ſed vnuſquiſque motus participat ſaltem imperfectè naturam illius prædicamenti, ad quod eſt motus, ideoque ſpecies motus, ac mutationis deſumuntur ex ſpeciebus entis. Tom 5, pagina 305. lib. 11. metaphyſicorum, cap. 10, numer. 3, 5.

Proponitur, & explicatur definitio, qua motus definitur actus entis in potentia prout in potentia. Ibidem pag. 306, num 6, 7, 8, 9, 10.

Reijciuntur antiqui, qui dixerunt motum eſſe in genere pluralitatis, inæqualitatis, aut non entis. Ibidem pagin. 307. numer. 9, 10.

Quare motus videatur aliquid indeterminatum, ac difficilè lexdicetur. Ibid. pagin. 308, num. 10.

Subiectum motus non eſt mouens, ſed mobile, & idem motus, qui eſt actus mobilis, eſt actus motiui. Ibidem pagin. 308, num. 11, 12.

MOTVS alterationis. Vide alteratio.

MOTVS augmentationis, ac diminutionis. Vide augmentatio.

MOTVS localis eſt communiſſimus, & propriſſimus motus. Tom. 3. pagin 93, lib. 4. Phyſic. cap. 1, nu. 3.

Ad motum localem non eſt neceſſarium vacuum. Tom. 3, pag. 112, lib. 4. Phyſicor. cap. 10, num. 6, 7, & Tom. 5, pagin. 423, lib. de Xenoph. capit. 6. num. 2.

In vacuo non poteſt dari motus naturalis, neque violentus, neque motus proiectorum Tom. 3, pag. 113. lib. 4. Phyſic. capit. 10 nu. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Qua proportione mobilia moueantur in medijs diuerſimodè reſiſtentibus. Ibidem pagina 115, nu. 8, 9.

In vacuo motus localis fieret in non tempore. Ibidem pag. 117, num. 11, 12, 13, 14.

Omnis motus, qui fit in tempore, habet proportionem ad omnem alium motum factum in tempore. Ibidem pagin. 117, numer. 13.

Motus localis, vt ſit eiuſdem ſpeciei, debet fieri ſuper linea eiuſdem ſpeciei. Tom. 3, pagin 157, lib. 5. Phyſicorum, cap. 5 numer. 4.

Difformitas motus localis deſumitur vel à linea, ſupra quam fit motus, vel à velocitate, & tarditate motus. Motus igitur vniformis eſt, qui fit ſuper linea vniformi, vniformi velocitate: difformis eſt qui vel nõ fit in linea vniformi, vel nõ vniformi velocitate. Ibidem pagina 161, capit. 6. num. 3.

Quatuor ſunt ſpecies motuum localium ab extrinſeco, quæ ſunt pulſio, quæ diuiditur in impulſionem, & expulſionem, tractio, volutatio, & vectio. Deſcribũtur ſingulæ, & oſtenditur, quod reducuntur ad pulſionem, & tractionem. Tom. 3, pagin 209, lib. 7. Phyſicor. cap. 3, num. 4, 5, 6, 7, 8

Motus localis eſt primus motus, cũ ſit prior cæteris exiſtentia, tempore, & perfectione. Tom 3, pag. 259. lib. 8. Phyſic. capit. 10, per totum.

Motus localis quo pacto ſit prior tempore motu generationis. Ibidem pagin. 161, numer. 6, 7.

Motus localis eſt primus in perfectione, quia eſt vltimus in generatione, quia cõuenit rebus perfectioribus ſecundum natura m

turam, quia per ipſum mobile non mouetur à ſua perfectione, & quia conuenit mobilibus primis in genere mobilium. Ibid. pag 261, num.8,9,10.

Oſtenditur nullum motum præter localẽ, & circularem poſſe eſſe continuum, & perpetuum. Tom.3, pagin.262, lib.3. Phy. cap. 11,12,13,14.

Motus localis cauſatus ab vno motore iterum impellente non eſt propriè continuus. Tom.3. pag.285, lib.8. Phyſicor. cap.19, num.10, 11.

Quodlibet corpus ex ſua natura eſt mobile aliquo motu locali. Tom.3, pag.291, lib. 1. de Cœlo, cap.2, num.2.

Omnis motus localis vel eſt ſimplex, quales ſunt rectus, & circularis, vel eſt compoſitus ex recto & circulari. Ibidem pagina 291, nu.3, 4.

Motus ſimplices ſunt tres, ad medium, ſeu deorſum, à medio, ſeu ſurſum, & circa medium, & quilibet naturaliter conuenit alicui corpori ſimplici. Ibidem pagina 291, num. 4.

Motus eſt cauſa caloris, & ignitionis. Tom. 3, pagin.363, lib 2 de Cœlo, capit. 7, numer. 3.

Motus ſimplices non ſunt infiniti, ſed ſolum finiti ſpecie. tom.3, pagin.409. lib.3. de Cœlo, cap.8. nu 10.

Motus localis in animalibus generabilibus eſt vltimus motuum. Tom.4 pagin.427, lib. de motu animalium, capit. 3, numer. 16.

Omnia agunt per motum, & ipſa grauia magis grauitant, dum mouentur, quam dum quieſcunt. To.4, pag.744 lib Quæſt. mech. qu.19, num.12.

Motus, & ictus habent magnam vim ad corpora frangenda tom.4 pag.748 lib. quæſt. mech. qu.21. num.1.

Potentia cum per ſe mouet, tantum mouet, quantum mobile eſt aptum moueri per ſe: cum autem mouet per accidens tantum mouet, quantum ſubiectum aptum eſt moueri per accidens ad motum alterius. tom.4, pag.753, lib. Quæſt. mechan. qu.24. num.4.

Quod mouetur duobus motibus quodammodo contrarijs conficit minus ſpatium, ac minorem lineam deſcribit, quã quod eadem velocitate mouetur motibus nullo modo contrarijs. tom.4., pag.750, lib. Quæſt. mech. qu.23, num 3.

Facilius mouentur iam commota, quam quieſcentia, quia iam commota motu acquiſiuerunt impetũ. To.4. pag.761, lib quæſt. mech. qu 31, num.1,2.

Ex motu oſtenditur magnitudinem eſſe diuiſibilem proportionaliter ac tempus. Tom.4, pagin.779, lib. de lin. inſecab. cap. 4, num.6.

In omni motu inueniuntur quinque: mouens: mobile: tempus: terminus à quo: terminus ad quem. Tom. 5, pagina 313, lib. 11. metaphyſicorum, cap. 12, num.3.

Oſtenditur generationem, & corruptionem proprie non eſſe motum. Ibidem pagina 314, num.8,9,10.11.

Motus eſt mutatio à ſubiecto in ſubiectum. Ibid pag.315, num.11.

Motus dari poteſt ſolum in tribus prædicamentis, in quantitate, qualitate, & loco, ideoque tria ſunt prima genera motus, augmentatio, & diminutio, alteratio, & latio. Ibid. pag.315. nu 12,13,14,15,16,17,18, 19,20.21.22,23,24.

Motus debet dari à contrario in contrariũ, ideoque non datur motus in ſubſtantia, quæ non habet contrarium. Ibidem pag. 316, num.13.

Ad relationem non datur motus per ſe, ſed ſolum per accidens. Ibidem pagina 315, numer.14.

Non datur motus ad actionem, & paſſionẽ, quæ includuntur in motu: alioquin daretur motus ad motum. Ibidem pagin. 316, num.15. & ſequentibus.

Motus non eſt à quolibet in quodlibet, ſed, habet certos terminos. Ibidem pag. 317, num. 16.

Motui contraria eſt quies in termino à *quo*, & motus à termino à quo. Ibid pag.317, num.19

Motus non poteſt eſſe terminus ad quem motus. Ibid. pag. 318, num.21.

Vide mutatio.

MOTVS æternitas, vel inceptio. Proponitur quæſtio, vtrũ motus ſit ſempiternus, vel inceperit aliquando, & afferuntur variæ ſententiæ. Tom.3, pagin.225, lib.8. Phyſic, cap 1. per totum

Afferuntur, & ſoluuntur rationes pro æternitate motus. Ibidem pagin.226, cap.2, per totum.

Proponuntur, & ſoluuntur rationes pro inceptione motus. Ibid. pag.232, cap.3, per totum.

MOTVS naturalis, vel violentus. Neceſſe eſt, vt cuilibet corpori ſimplici conueniat aliquis motus naturalis, & vnico corpori conue-

Digitized by Google

co nueniat vnicus motus naturalis. tom. 3, pag. 398, lib. 3. de Cœlo, cap. 4, num. 1. 2, 3.

Quo pacto fiat motus tum naturalis, tum violentus, & quo pacto ad vtrumque concurrat aer. Tom. 3. pag 404, lib. 3. de Cœlo, cap. 6, per totum.

MOTVS rectus, directus, & reflexus. Ostenditur nullum motum rectum posse esse continuum, & perpetuum. Tom. 3, pagin. 264, lib. 8. Physic. cap. 12, num 13, 14, per tota.

Ostenditur motum directum, & reflexum non posse esse eumdem, cum sint contrarij, & interrumpantur quiete in puncto reflexionis. Ibidem pag in. 265, cap. 12, num. 3, 4, 5, 6 7, 8 & 9, & pag. 272, cap 14. per totum.

MOTVS grauium, & leuium. Cur aliqua corpora moueantur sursum, alia deorsum & quid sit corpora moueri ad suum locum. Tom. 1, pag. 430, lib. 4 de Cœlo, cap 3 per totum.

In quo sensu vnumquodque moueatur ad suum simile. Ibidem pag. 430, num. 2.

Vide Grauia, leuia.

MOTVS circularis. Ostenditur nullum motum localem præter circularem posse esse continuum, & perpetuum, ac primum. Tom. 3, pag. 264, lib 8. Physic. cap. 12. 13, 14, & pag. 274, cap 15, 16.

Motus circularis est ab eodem in idem. Ibid. pag. 274, cap 15, nu. 2, 3.

Vt mobile motu circulari redeat ad suum principium, non debet moueri motibus contrarijs. Ibidem pagin 275, num. 3.

Motus circularis est perfectus, quia coniungit finem principio. Ibidem pagin. 275, num. 4.

Motus circularis est prior, & simplicior, ac perfectior recto, & comparatur ad rectũ, sicut incorruptibile ad corruptibile. Ibidem pag 276 num. 7, 8.

Motus circularis est maximè vnus, & simplex, & est mensura aliorum motuum. Ibid. pag. 278, num. 3, 4.

Ostenditur nullum motum esse contrariũ motui circulari. Tom. 1. pagin. 297, lib 1. de Cœlo, cap. 4, per totum.

Motus circularis est violentus terræ, & alijs corporibus grauibus. Tom. 3, pag. 286, lib. 2. de Cœlo, cap. 10, num. 2.

Vide motus Cœli.

MOTVS Cœli. Motus circularis Cœli cum non habeat finem, est perfectus, & est finis aliorum motuum, & est perpetuus, & non est violentus, sed naturalis, idcoque non est laborioſus Cœlo. Tom. 3. pagin. 344, lib. 2. de Cœlo, cap. 1, num. 2. 4. 8

Quare in Cœlo dari debeant plures motus, & plures sphœræ. Ibid. pag. 350, cap 3, per totum.

Cur Cœlum debeat circulariter moueri potius ad vnam partem, quam ad aliam. Ibidem pag. 358, cap. 5, per totum.

Ostenditur motum Cœli esse perfectè regularem. Ibidem pag. 359, capit. 6, per totum.

Reijcitur opinio Pythagoreorum dicentiũ Cœlum suis motibus causare sonum quemdam harmonicum. Tom. 3, pag 368, lib. 2. de Cœlo, capit. 9, per totum.

Proponitur, & reijcitur opinio Empedoclis dicentis motum Cœli velocissimum esse causam, cur terra quiescat in medio Tom. 3, pag. 382, lib. 2. de Cœlo, capit. 14, num 13, 14, 15, 16, 17, 18.

Motus perpetuus primi mobilis est causa, vt generationes, & corruptiones sint perpetuæ, ac motus obliquus Zodiaci est causa, vt generationes & corruptiones sibi mutuo succedant, ac sint quodammodo circulares. Tom. 3, pag. 519. lib. 2. de Gener: animalium, cap 10, num. 1, 2, 3, 4, 5.

Motus Cœli est continuus, quia corpus cœleste est continuum, & circulare. Ibidem pag. 523, cap. 11, num. 1. 2.

Vide Cœlum.

MOTVS animalium Omnia animalia mouentur per diametrum, & ita, vt pes dexter motum incipiat, & præcedat Tom. 3, pagin 528, lib. 2. de Histor. animalium, cap. 2, num. 14. 15.

Animalia se mouent quatuor, aut pluribus notis, & mouentur per diametrum. Tom. 3, pag. 706, lib 1. de Hist. animal. capit. 5, num 10, 11.

Motus longus per loca æqualia causat lassitudinem, quia semper laborant eædem partes corporis: motus breuis per loca inæqualia causat lassitudinem propter crebras, & contrarias mutationes. Tom. 5. pag. 493, sect. 5 problematum, numer. 1.

Motus tardus, ac remissus significat animũ mollem, & fœmineum: motus acutus, & concitatus significat complexionem calidam, & animum virilem. tom. 4, pag. 793, lib. 3 Physiog. cap. 4, num. 5.

Præcipua signa physiognomica desumuntur ex facie, motu, & figura. Ibidem pag.

pag.793, cap.5, num.2.
Quædam in motibus commenſuratio eſt ſignum timiditatis, quia oritur ex timore, ne reprehendatur. Tom.4, pagin.795, lib. Phyſiog. capit.6, nu.2.
Motus celeres, & acuti ſunt ſignum impudentis. Ibid.pag. 797,num.5.
Triſtes ſolent in ſuis motibus eſſe remiſſi,nō autem concitati. Ibidem pagin.797, numer 8.
Qui mouentur humeris rectis, ac tenſis ſunt puſillanimi. Tom.4, pagin. 813, lib.Phyſiog. cap.10, num. 38.
Vide animalium motus, inceſſus.
MOIVS progreſſiuus. Vide motus animalium.
MOTVS inuoluntarij. Vide animalium motus.
MOTVVM comparatio. Quinam motus ſint inuicem comparabiles. Proponuntur rationes dubitandi. Tom.3, pag 216 lib. 7. Phyſic.cap.5,nu.1,2,3.
Explicantur conditiones requiſitæ ad hoc, vt aliqua ſint mutuo comparabilia. Ibid. pagin.217.num,4,5,6,7,8,9,10.
Quinam motus poſſint,vel non poſſint mutuo comparari. Ibidem pag.219,num.11, 12,13,14,15,16,17,18,19.
Proponuntur ſeptem regulæ circa comparationem motuum. Ibidem pag.222,cap. 6,num. 1,2,3,4,5,6,7,8,9.
MOVENS primum. Vide Deus.
MVCO piſcis. Mucones ſunt pisces ex mugilum genere, qui incipiunt fœti eſſe menſe Decembri,ac prolem in vtero gerunt diebus triginta. Tom 3,pag.834, lib 5 de Hiſtor.anim.cap.11,nu 1,& pagina 893, lib.8. cap.17. num.2.
MVGILIS piſcis Mugiles,ſeu cephali,quos in Græcia lacus edit ſipharum, duobus tantum pinnis ſunt præditi. Tom. 3, pag. 744, lib.2. de Hiſt.animalium, capit. 13, num.3.
Mugili altera ex parte ventriculi multæ inſunt appendices, ex altera paucæ. Tom. 3, pag. 753 lib.2. de Hiſt.animalium,cap. 17,num 18.
Mugiles recenſentur inter piſces acutiſſimo auditu præditos. To. 3, pagin.815, lib.4. de Hiſt.anim. cap.8, num,14.
Mugiles ſæpè etiam interdiu capiuntur ſopiti, licet exiſtimetur impoſſibile, vt fuſcina capiantur vigilantes. Tom. 3, pagin.823, lib 4.de Hiſt. animalium.cap.10, num.5.
Mugiles mares à piſcatore ſubducuntur,eorumque aſpectu fœminæ congregantur, ac retibus capiuntur. Tom 3. pagin.830, lib.5. de Hiſtor.anim cap 5.num.8.
Mugiles recenſentur inter piſces,qui quia ſuſim, hoc eſt vbertim capiuntur, vocantur ſuſanei, & ſemel pariunt ſingulis annis. Ibidem pagin.833, cap.9, nu.5.
Mugiles præcipuè pariunt in locis, in quibus flumina exeunt in mare. Ibidem pag. 834,cap.10. num.5.
Non omnes mugiles generantur coitu, ſed aliqui generantur ex limo, & arena. Ibidem pag.834, cap.11,num.1.
Mugiles ex mari aſcendunt in lacus, & fluuios. Tom.3, pag.889. lib.6 de Hiſt.anim. cap. 14,num.6.
Mugiles ita generantur ex materia putri, vt mugiles eiuſdem ſpeciei fiant ex coitu per generationem vniuocam. Ibidem pagin. 890, cap.15, nu.2,3.
Quoddam genus apuarum eſt fœtura mugilum. Ibidem pagin.892, nu.7.
Mugiles quando pariunt,doloribus ſtimulati in perpetuo motu ſunt, & huc, illucq; feruntur: poſt partum leuati quieſcunt. Ibidem pag.893,cap.17,num.3.
Ex piſcibus ſoli mugiles,ac cephali non veſcuntur carne,vt patet ex eo,quod in eorum ventriculo nunquam inuenitur aliquid carneum,& quia ineſcantur,nō carne,ſed offa panis. Tom. 3, pag. 943, lib. 8. de Hiſtor. animal.cap 2, nu 23.
Mugil eſt piſcium omnium guloſiſſimus, atque inſatiabilis, ideoque venter ei diſtenditur, & cum eſt ieiunus, iners iacet. Cum perterrefit,caput occultat, ac deinde ſecurus manet, perinde ac ſi toto corpore occultato, iam ſtet in tuto. Ibidem pagin 943, num.23.
Mugil eſt piſcis littoralis, hoc eſt degens prope littora.Tom.3,pag.956.lib.8.de Hiſtor.animal. cap. 13, num.1.
Mugili imbres nocent, & ab ijs excæcatur. Ibid. pag.956,cap. 19,nu.4.
Mugil eſt deterior,cum vterum fert. Ibid. pag.979, cap.30,nu.3.
Lupus,& mugil licet ſint inimiciſſimi, tamē aliquando congregantur. Tom.3,pag. 985, lib 9. de Hiſtor.anim.cap 2,num 2.
Mugiles maximè vigent autumno. Ibidem pag 1011, cap.37,num. 16
Mugiles, quia non ſatis poſſunt cibum in ore præparare,habent ventres carnoſos,& valde calidos ad concoctionem iuuandam. Tom.4, pag.115,lib.3.de partib. animal.cap.14, num.7.

Quod-

Digitized by Google

Quoddam genus mugilum ſponte naſcitur ex vermibus. Mugiles ſunt ſanguinei, & habent cor, ſed parum ſanguinis habent. To.4, pag.586, lib 3. de Gen. animalium, cap. 11, num. 15.

MVVLCTRA. Vide lac.

MVLIER eſt inſtituta propter propagationem ſpeciei, ac naturaliter non eſt idem, ac ſeruus, licet barbari vtantur muliere, & vxore, vt ſerua. Tom.2, pag.513, lib.1. Polit. cap.2, num.6.

Melius eſt, vt mulier pareat, & ſubſit viro. Tom.2, pag.521, lib. 1. Politicor. capit.3, num. 14.

Immodica in mulieres indulgentia valde eſt perniciosa felicitati ciuitatis: & cum ciuitas pene bifariam diuidatur in ſocietatem virorum, ac mulierum, in ea Republica, in qua malè ſe habent quæ ſpectant ad mulieres, dimidium ciuitatis malè ſe habet. To.2, pagin. 569, lib.2. Polit. cap.7 num.3.

Vbi mulieres viuunt molliter, ac deliciosè, neceſſe eſt, vt diuitiæ ſint in pretio, ſiquidem non poteſt ſatisfieri luxui, ac delicijs mulierum ſine multis diuitijs. Ibid. pag.569, nu.3.

Vbi mulieribus indulgetur, illæ euadunt audaces, & inſoleſcunt, ac publicis negotijs ſe immiſcent, ideoque apud Lacedæmones multa per mulieres agebantur cum Reipublicæ detrimento. Ibidem pagin.569, num.3.

Cum Thebani Lacedæmones ſunt aggreſſi, mulieres Lacedæmonum magis ciuitatem turbarunt, quam hoſtes ipſi. Ibidem pag. 569, num.3.

Quare cum apud Lacedæmones viri eſſent temperantes, mulieres eſſent intemperantes, ac delicioſæ. Ibidem pagin. 570, numer.4.

Vir eſt pugnacior, fortior, & aptior ad acquirendum: mulier è conuerſo eſt imbecillior, & timidior, atque aptior ad cuſtodiendum, ideoque mulier, & vir indigent mutua ſocietate, vt mulier domi cuſtodiat quæ foris vir acquiſiuerit. Prolis generatio eſt opus commune: educatio eſt propria mulieris: inſtitutio eſt propria viri. Tom.2, pag.792, lib.1. Oecon. cap.3, num.2.

Sicut à moribus, ſic à corpore mulieris debet abeſſe omnis fucus, ac fictio: mulieres ſiquidem ſe ornantes ſimiles ſunt hiſtrionibus agentibus in ſcena. Ibidem pagina 795, num.4.

Mulier eſt magis miſericors, & ad lachrymas propenſior quam vir; inuida item magis, magiſque querula, maledicentior, & magis conuicioſa: eſt anxia, & ad deſperandum propenſior, impudentior, ac mendacior: eſt facilior decipi, ac malorum magis memor: eſt vigilantior, ſegnior, minusque apta ad ſe mouendum, ac minus capiens cibi. Tom.3, pagin.981, lib 9. de Hiſt. animal capit 1. nu.5.

Mulieres quia copioſiora menſtrua emittunt, quam fœminæ aliorum animalium, ideo ſunt pallidæ, venas habent obſcuras, ac parum extantes, eorumque corpora magis deficiunt à corporibus virorum, quam in alijs animalibus corpora fœminarum deficiant à corporibus marium. Tom.4, pag.476. lib.1. de Gen. animal. cap.19, num.10.

Quare mulieres emittant menſtrua proportionaliter copioſiora, quam fœminæ aliorum animalium. Ibid. pag.481, cap. 20, num.9.

Ex animalibus terreſtribus ſola mulier, & equa ſunt ita libidinoſæ, vt cum ſunt grauidæ, admittant coitum, & quare. Tom 4, pagin. 620, lib.4. de Gen. anim. cap 5. nu.4.

Mulieres incontinentes poſtquam ſæpius peperierunt, euadunt minus libidinoſæ, quia minus abundant humore menſtruo: Ibidem pagin.620. num.5.

Aliquæ mulieres cum ſunt grauidæ, optimè valent, quia tunc fœtus abſumit totum excrementum. Tom.4. pagin.625, lib.4. de Gen animal cap.6, num.11.

Quare aliquæ mulieres generent, & pariant molam. Ibidem pag.625, cap.7 per totum.

Mulieres non calueſcunt, quia ſunt eiusdem fere rationis, ac pueri. Tom. 4, pagin.649, lib. 5. de Gen. animal. cap.3. num 21.

Dicuntur in Caria pili prodire in mento mulierum antiſtitum, quod ab ijs gentibus ſumitur vt ſignum diuinationis. Tom.3, pag.777, lib.3. de Hiſt.anim. cap. 11, nu.5.

Vir ad Venerem ſtimulatur hyeme magis, quam æſtate, mulieres æſtate magis, quam hyeme Tom.3, pag.832. lib. 5. de Gen. animal. cap.8, num.6.

Vt plurimum homines ceſſant generare anno ætatis ſexageſimoquinto, ſed aliquando generant etiam anno ſeptuageſimo: mulieres vt plurimum deſinunt gene-

generare anno, quadragesimo quinto, sed aliquando generant etiam anno quinquagesimo. Tom. 3, pag. 839, lib. 5. de Hist. animal. capit. 14, num. 12.

Mulieres iuniores celerius concipiunt, sed difficilius pariunt, atque earum corpora vt plurimum non perficiuntur. In mulieribus libido mitigatur frequenti partuum. Tom. 3, pag. 919, lib. 7. de Hist. animal cap. 1, num. 10.

Mulieres agentes annum vigesimum primum sunt ad generandum perfectæ. Ibidem pagin 919, num. 11.

Gignuntur mulieres viragines, quibus proinde menstrua desunt, siquidem propter calorem quasi virilem totum pene alimentum concoquunt in substantiam alii. Gignuntur etiam viri effœminati, qui propter defectum caloris emittunt semè frigidum, & infœcundum. Tom. 4, pag. 541, lib. 2. de Gen. anim. cap. 5, num. 9.

Ephesij pecunia indigentes legem statuerunt, vt mulieres aurum non gestarent, & vt aurum, quod habebant, commodarent ciuitati. Tom. 2, pag. 813, lib. 2. Oecon. cap. 1, num. 19.

Plato in sua Republica voluit, vt etiam mulieres pugnarent, & vt viuerent sub eadem disciplina, ac custodes. To. 2, pag. 554, lib. 2 pol. capit. 3, num. 2.

Vide Fœmina, Vxor.

MVLIEBRVM menstrua. Vide menstrua.

MVLIERES prægnantes. Vide prægnantes.

MVLLVS piscis. Mullus piscis habet multas appendices intestinorum. Tom 3, pagin. 753, lib. 2. de Hist. anim. capit. 17, num. 18.

Ex piscibus solus mullus parit ter singulis annis, vt patet ex ipso fœtu, eiusque statura. Tom. 3, pag. 833, lib. 5 de Hist. anim. cap. 9, num. 5.

Ex piscibus gregalibus vltimus parit mullus tempore autumni, sua oua deponit in cœno, ideoque sero parui mulli excluduntur propter cœni frigiditatem. Tom. 3. pag. 894. lib. 6. de Hist. animal. cap. 17, num. 6.

Mulli vescuntur alga, & cœno, atque etiam carnibus. Tom. 3. pag 742, lib. 8. de Hist. anim. cap. 2, nu. 21.

Mullus est piscis littoralis, hoc est degens prope littora, & nascitur etiam in lacubus marinis. Ibidem pag. 957, cap. 13, num. 1.

Mullus est piscis gregalis. Tom. 3. pagin. 985, lib. 9 de Histor. animalium, cap. 2 num. 1

Mulli non solent ali carnibus aliorum piscium, ideoque non solent vagari. Ibid. pag 1011, cap. 37. nu. 11.

Mulli maximè vigent tempore autumni. Ibid pag 1011, nu. 16.

MVLTIFIDA animalia. Animalia multifida sunt, quæ habent pedes anteriores, & posteriores multifidos, hoc est scissos in plures partes, proportionaliter ac manus, & pedes hominis sunt scissi in quinque digitos, vt canis, Leo, & Panthera &c. Tom. 3, pag. 731. lib. 2. de Histor. animal cap 1, num. 21.

Ex quadrupedibus multifidis nulla hactenus cognita talum habet, eoque caret etiam homo. Ibid. pag. 732, num. 24.

Ex animalibus viuiparis multifidis nullum habet cornua, quia natura ad pugnandū dedit illis alia arma, puta vngues, dentes &c. To. 4, pag. 81, lib. 3. de part. anim. cap. 2, num. 3.

Animalia multifida solent esse multipara, ac filios edere imperfectos, puta cæcos &c, & ex confusione materiæ sæpius edunt monstra multimembria. Tom. 4, pag. 609, lib 4. de Gen. anim. capit 4, nu. 12. & pag 611, num. 16. & pag. 622, cap. 6, num. 2.

MVLTIPARA animalia. Animalia maxima non solent esse multipara quia totum pene alimentum conuertunt in magnitudinem corporis: ex opposita ratione animalia parua solent esse multipara: & quia animalia multifida solent esse minora, solent esse multipara. Tom. 3, pag. 611, lib. 4. de Gen. anim. cap. 4, num. 16, 17, 18, 19.

Quare animalia multipara vt plurimum vnico coitu producant plures fœtus. Ibid. pag. 613, nu. 10. & sequ.

Animalia multipara possunt superfœtare, quia cum sint minora, tantum generant excrementi seminalis, vt etiam post quam conceperunt, supersit ad iterum concipiendum. Ibidem pag. 619, cap. 5, num. 2.

MVLTIPEDA animalia. Animalia exanguia se mouent pluribus notis, quam quatuor ac plura ex ijs sunt multipeda, hoc est pluribus, quam quatuor pedibus prædita. Tom. 3, pagin. 705, lib. 1. de Hist. anim. cap 5, nu 10.

Non solum animalia quadrupeda, sed etiam multipeda se mouent diametraliter, trunci

final.

simul moueant pedem dextrum priorem, & sinistrum posteriorem ; sed talis modus se mouendi aduerti potest in ijs, quæ tardè mouentur. Ibid. pag. 706, nu. 11. & Tom. 4, pag. 208, lib. de Inc. anim. cap. 12, num. 4.

Animalia multipeda, vt centipedes, possunt quidem moueri pedibus imparibus, quia multitudo pedum supplet defectũ, melius tamen mouentur, si hinc, & inde pares habeant pedes, quia hoc pacto corporis pondus est magis æquilibratum. Ibidem. Tom. 4, pagin. 183, cap. 6, num. 2.

MVLTIPLEX. Proportio multiplicis primo desumitur à numero indeterminato. Tom. 5, pag. 143, lib. 5. metaph. cap. 15, num. 3.

Species multiplicis sunt duplum, triplum, &c. Ibid. pag. 143, nu. 2.

Multiplex dicitur à multitudine absolutè sumpta, in quantum significat plura vna. Tom. 5, pagin. 273, lib. 10. metaph. cap. 9, num. 5.

MVLTIPLEX nomen. Multiplicium nominum distinctio est secundum instrumentum ad inueniendas rationes dialecticas. Tom. 1, pagin. 437, lib. 1 topic. cap. 13, num. 1.

Afferuntur tredecim loca ad examinandum, an aliquod nomen dicatur multipliciter. Ibidem pagin. 437, cap. 13, per totum.

Ad quæ sit vtilis distinctio multiplicis. Ibid. pag. 443, cap 14, nu. 3.

MVLTITVDO, multa. Multum dicitur multipliciter, & quo pacto dicatur de aere, & de aqua. Tom. 3. pag. 217, lib. 7. physic. capit 5, num 5, 6.

Multa quot modis dicantur. Tom. 5, pag. 116, lib. 5. metaph, cap. 6, num. 14.

Multitudo est species quantitatis. ac est quantitas prout numerabilis, seu mensurabilis vno, ac describitur quod est diuisibile in partes non continuas, hoc est nõ copulatas termino communi. To. 5, pag. 139, lib. 5 metaph. cap. 13, num. 2.

Multitudo infinita proprie non est numerus. Ibid. nu. 2.

Vnum, & multa opponuntur, sicut diuisum, & indiuisum, diuisibile, & indiuisibile, oppositione non purè priuatiua, sed quodammodo contraria. Tom. 5, pagin. 262. lib. 10. metaph. cap. 5, num. 1, 2.

Vnum est principium multitudinis, ideoque secundum se est prius multitudine, sed ratione nostra est posterius. Ibidem pag. 263, nu. 3.

Quo pacto multa opponantur tum vni, tum paucis. Tom. 5, pag. 272, lib. 10. metaph. cap. 9, per totum.

Multa absolutè idem significant ac numerus, seu plura vna, ac nihil aliud sunt, quam plura vna. Multa respectiuè sunt, quæ habent excessum, vel absolutè, vel respectiuè, & in hoc sensu opponuntur paucis. Ibid. pag. 273, num. 5.

Vnum, & multa absolutè opponuntur, sicut mensura, & imensuratum. Ibidem pagin. 274, num. 8.

Multitudo debet tandem esse multitudo indiuisibilium, ac non potest esse elemẽtum. Tom. 5, pagin. 387, lib. 13. metaph. capit. 9, num. 32.

Multum, & paucum videntur proprijssimè dici de numero, seu quantitate discreta. Tom. 5. pag. 393, lib 14. metaph. capit. 2. num 5.

Proponuntur difficultates contra dicentes vnum, & multitudinem esse contraria, & esse principia entium. Tom. 5, pagin. 394, lib 14. metaphysicorum, cap. 3, num. 1, 2.

Multum, & paucum non sunt principia, sed passiones numerorum, ac se habent, sicut par, & impar. Ibidem pag. 395, num. 6.

Multum, & paucum non sunt elementa numerorum ; nam non omnes numeri componuntur ex multo, & pauco, siquidem aliquis numerus, puta binarius, solũ est paucus &c. Ibid. pag. 397, nu 10.

Causa, propter quam generantur multa entia, est ens in potentia. Tom. 5. pagina 400. lib 14. metaphysicorum, cap. 4. numer. 7, 8, 9, 10.

Vide numerus.

MVLTITVDO popularis. Multitudo quo pacto debeat, vel non debeat dominari ; ad quos magistratus sit admittenda, & à quibus excludenda Tom. 2 pag. 603. lib. 3. Politic. cap. 7, per totum.

Licet singuli ex multitudine sint parum prudentes, & boni, tamen tota multitudo est valde prudens, & bona. Ibidem pag. 605, num. 6, 7, 11, 12, 13

Cui multitudini conueniat gubernatio oligarchica, vel democratica, aristocratica, vel regia. To. 2, pag. 625, lib 3. polit. cap. 12, num. 11, & pag. 651, lib. 4. cap. 12, numer. 2, 3.

Quanta multitudo ciuium requiratur ad ciuitatem optimam. Tom. 2, pagin. 739, lib.

Digitized by Google

lib. 7, Polit. cap. 4, per totum.
Maxima multitudo vix est capax ordinis, ideoque à solo Deo potest ordinari. Ibid. pag. 738, num. 5.
Vtile est, vt multi iudicent, quia sicut facilius corrumpitur parum aquæ, quam multum, sic facilius corrumpuntur pauci, quam multi iudices. Tom. 2, pagin 619, lib. 3. Polit cap. 11, num. 10.
MVLVS, mula. Mulus est species iumenti. Tom. 3. pagin 707, lib. 2. de Hist. animal. cap. 6, num. 7.
Mulæ Syriæ species differunt à mulabus cõmunibus, ac generant, cum communes non generent. Ibid pag. 909, lib. 6. capit. 24, num 1, & pagin. 915 lib. 6. capit. 36, num. 1.
Muli Syriæ præstant celeritate. Describuntur. Ibid. pag. 915, num. 1.
Mulæ non emittunt menstrua, sed vrina mularum est crassior, quam vrina mulorum, quia nimirum cum vrina emittunt aliquid humoris menstrui. Tom. 3, pag 899, lib. 6 de Hist. animal. cap. 18, num. 17.
Mulus amissis dentibus prioribus coit, ac septennis etiam implet, siquidem ex coitu muli cum equa ortus est hinnus, seu ginnus: at hinnus non coit, nec generat: mula etiam aliquando concepit, sed fœtum perficere non potuit. Tom. 3, pagina 909, lib 6. de Histor. animalium, cap. 24, num 1.
Muli viuunt multis annis, & Athenis fuit mulus octogenarius, de quo mira narrãtur. Mula tardius senescit, quam mulus. Nonnulli dicunt mulam purgari profluuio vrinæ, mulum autem vrinæ olfactu citius senescere. Ibidem pagina 910, numer. 3.
Muli vescuntur herbis, & frugibus, & quo plus bibunt, eo magis pinguescunt. Tom. 3. pag 952, lib. 8. de Histor. anim capit. 8, num. 1.
Propter quam causam muli sint steriles secundum totam speciem. Tom. 4, pagina 542, lib. 2. de Gen animalium, cap. 6, per totum.
Democritus docuit mulos esse steriles, quia in ipsis corrupti sunt meatus, per quos in maribus descendit semen, in fœminis descendit humor menstruus. Empedocles docuit esse steriles, quia generantur ex semine equi, & asini inuicem permistis. Ibidem pagin. 542, numer. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.
Ex equo, & asino nascitur mulus, quia semen asini frigidius temperatur semine equi calidiore. Ibidem pagin. 546. numer. 20.
Mulus est sterilis, quia nascitur ex duobus animalibus propensis ad sterilitatem. Ibidem pagin. 546, num. 21.
Mulæ euadunt valde magnæ, quia cum non emittant purgationes menstruas totum pene alimentum conuertunt in magnitudinem corporum. Ibidem pagin. 546, num. 22.
Mulæ licet concipiant, non possunt fœtum perficere, quia cum non habeant menstrua, non possunt illum duodecim mensibus in vtero alere: ex opposita ratione muli ex equa aliquando generant hinnũ, qui perficitur. Ibidem pagina 546, numer. 23.
Mulus quia non coit, est vitæ longioris, quã equus, & asinus, ex quibus nascitur. Tom. 4, pag. 670, lib. de Longit. vitæ, capit. 3, num. 12.
Equus, & mulus habent pilos longiores in superiore parte colli, quæ à capite protenditur ad crines. Tom. 3 pagin. 729, lib. 2. de Histor. anim. cap. 1, num. 19.
Equus, mulus &c, sunt animalia solipeda, quia pedes habent non fissos, ac diuisos in partes, sed integra vngula præditos. Ibid. pagin. 731, num. 22.
Muli amittunt, ac mutant dentes. Ibidem pag. 735. num. 39.
Mulus felle caret. Tom. 3, pag. 748, lib. 2 de Histor. anim. capit. 15, nu 6
Quædam mula geminos peperit sed id prodigij loco habitum est. Tom. 3, pagina 90, lib. 6. de Histor. animalium, capit. 22, num. 3.
Ferunt mulum sex mensibus elapsis non amplius lac sugere ex mammis equæ, quia si pergeret sugere, vbera matris traheret, ac conuelleret. Ibidem pag. 907, nu. 10
Mulus, equus, asinus habent lienem ex altera parte latum, ex altera angustum. Tom. 4, pagin 182, lib. 3 de partib. animal. cap 12, nu 6.
MVNDVS. Reijcitur opinio dicens casum, & fortunam fuisse causam mundi. Tom. 3. pag. 50. lib. 2. Physicor. capit. 6, num 6, 7, 8, & pagin. 55, cap. 7, num. 18. & Tom. 4, pag. 12. lib. 1. de part. animalium, capit. 1, num. 30 & 31.
Mundus non est in loco simpliciter, & per se, sed solum secundum quid, & ratione partium. Tom. 3, pagina 107, lib. 4. Physico-

ſitorum, cap 6, num,4.
Referuntur variæ opiniones de inceptione, & æternitate mundi. Tom.3, pagina 226, lib.8. Phyſic. capit.1, num. 3.4,5.
Mundus habet magnitudinem perfectam, hoc eſt non terminatam magnitudine vllius corporis. Tom. 3. pag. 290, lib.1. de Cœlo, capit.1.num 7.
Oſtenditur mundum non poſſe eſſe infinitum. Tom.3,pag.303, lib.1.de Cœlo,cap. 5, 6, 7, per tota.
Oſtenditur non dari plures mundos. Tom. 3, pagin.317, lib. 1. de Cœlo, cap.8.9,10, per tota.
Terra, & alia elementa alterius mundi eſſent eiuſdem rationis cum terra, & elementis huius mundi.Ibid. pag.318, cap.8, num.4.
Oſtenditur mundum conſtare ex omni materia,& ex omni corpore ſenſibili, ideoque non poſſe dari plures mundos Ibid. pag.323.cap.10,per totum.
Quo pacto alia ſit ſpecies, & forma mundi ſecundum ſe, alia ſit ſpecies, & forma mundi, prout in materia. Ibidem pagin. 324. num.5, 6.
Omnes antiqui dixerunt mundum eſſe genitum, ſed aliqui dixerunt illum eſſe incorruptibilem,alij eſſe corruptibilem,& corrumpendum, alij viciſſim generari,& corrumpi.Reijciuntur. Ibidem pag.328, cap.12. per totum.
Rationes Ariſtotelis ad probandum mundum eſſe ingenerabilem,incorruptibilem, & ſempiternum. Tom.3, pag.343, lib.2. de Cœlo, cap.1, num 1.
Oſtenditur mundum eſſe perfectè rotundum. Tom.3, pagin.353, lib.2. de Cœlo, cap.4, per totum.
Mundus eſt ita perfectè rotundus, vt nullus globus artificialis adæquet eius rotunditatem. Ibidem pag. 357, num.11.
Oſtenditur contra Platonem in mundo dari aliquid, quod verè ſit ſurſum, ac deorſum, hoc eſt centrum, & circumferentiâ. Tom.3, pag.424, lib.4. de Cœlo, cap.1. num.5,6.
Mundus componitur ex Cœlo, & quatuor elementis. Tom.3,pag.530, lib.1. meteor. cap.2, nu.1.
Oſtenditur in mundo fieri maximas mutationes terrarum, ac fluminum, ex ijs tamen non argui mundum rediturum ad chaos. Tom.3, pagin. 567, lib.1. meteor. cap. 14, per totum.
Quo pacto quidam antiqui docuerint mundum eſſe generatum,& aſſignauerint cauſas mundi. Tom.4,pagin.8, lib.1.de part. anim. cap.1, num.19,20,21.
Reijcitur opinio dicens mundum eſſe animatum. Tom.4, pagin. 240, lib.1. de anima capit.13. nu.3.
Ex vnitate primi motoris probatur vnitas mundi. Tom.5, pag.343, lib.12. metaph. cap.8,num.10.
Mundus habet pro fine intrinſeco ordinem partium, & habet pro fine extrinſeco primum motorem ſeparatum. Tom.5, pag. 348, lib.12. metaph. cap.10, nu.1.
Partes mundi quo pacto ſint ordinatæ. Ibid. pag.348, nu.3.
Quare aliqui poſuerint mundum intelligibilem ſeparatum à ſenſibili. Tom.5, pag. 403, lib.14. metaph. cap.5, num.8.
Ex eo, quod mundus eſſet ingenitus, non ſequeretur, quod eſſet infinitus. Tom. 5, pag. 421, lib. de Xenophan. capit.4, num. 1, 2, 3.
MVNITIONES. Ex munitionibus arx conuenit oligarchiæ, & monarchiæ, vt in ea poſſint ſe recipere vnus,aut pauci, ſi populus inſurrexerit: Democratiæ non conuenit arx, ſed æqualitas loci: ariſtocratiæ conuenit, vt plures ſint loci expugnatu difficiles,ex quibus poſſit ciuitas defendi. Tom.2, pagin. 754, lib.7. polit. capit. 11, num.2.
MVRÆNA, murænus. Muræna caret pinnis, & proportionali modo ſerpit per aquam, ac ſerpentes per terram. Tom. 3, pagin. 704, lib 1. de Hiſt. animal. cap. 5, num.7. & tom.4, pag.171, lib.4. de part. animal.cap.13, num.6.
Muræna ſunt piſces longi,ac nullas habent pinnas, & branchias habent non omnino integras, & perfectas, vt piſces reliqui. Tom.3, pag. 744, lib. 2. de Hiſt. animal. cap 13,num.3.
Muræna habent quatuor branchias ex latere dextro, & totidem ex ſiniſtro, omnes ſimplices. Ibidem pag. 745, num. 3.
Muræna fel habet ad inteſtina. Ibidem pag. 748, nu.9.
Muræna quo pacto coeant Tom. 3, pag. 829, lib.5. de Hiſtor. animalium, capit.4, num.1.
Muræna parit quolibet anni tempore. Murus,ſeu murænus differt à muræna, ſiquidem muræna eſt verſicolor, & imbecillior, murænus eſt vnicolor, & validior, & armatus eſt dentibus intus, & foris. Tum murænus, tum muræna egredium-

Digitized by Google

tur in aridam, ac ſæpe capiuntur. Tom. 3, pag 834, lib.5. de Hiſt.anim. capit.10, num.3.

Muræna ſolis carnibus veſcuntur. Tom. 3, pagin 942, lib.8. de Hiſtor. anim. cap. 2, num.21.

Muræna degunt tum prope littora, tum in altomari. Tom.3 pag 957, lib.8 de Hiſt. anim. cap.13, num.1.

Muræna certis temporibus ſe abſcondit. Ibidem pag.971, cap.15, nu.3.

Sicut ſerpentes carent pedibus, ſic ex proportionali ratione muræna carent pinnis. Explicatur hæc ratio, & quo pacto ſerpant per aquam proportionali modo, ac ſerpentes ſerpunt per terram. Tom.4. pagin. 171, lib. 4. de part. animal. cap.13, num.6, & pag.386, lib. de Inc.anim. cap. 5, num.7.

MVRICES Murices marini ſaxis adhærent. Tom.3, pag.806, lib.4. de Hiſt anim. cap. 4, num.21.

MVRI. Vide mœnia.

MVRINVS eſt piſcis, quem aliqui vocant myxinum, eique imbres nocent. Tom 3, pag. 976, lib.8. de Hiſt.anim, cap.19, numer. 4.

MVS aquatilis. Vide teſtudo.

MVS terreſtris. Mures parant ſibi domicilia. Tom.3, pagin.700. lib.1. de Hiſtor. animalium, cap.1, num. 18

Ex animalibus vtrinque dentatis *Lepus*, mus, & veſpertilio vterum habent cum acetabulis. Tom.3, pag.760, lib.3. de Hiſt. anim. capit.1, num.21.

Generatio murium eſt admirabilis, tum ex multitudine, tum ex celeritate, qua generantur. Aliquando cum mus fœmina clauſa fuiſſet in vaſe milij, inuenta eſt peperiſſe mures centum viginti: multis etiam in locis aliquando in agris tanta repente emergit murium multitudo, vt omnes ſegetes conſumant: ſed eadem celeritate, qua naſcuntur intereunt, præſertim copioſis imbribus. Tom. 3. pag. 916 lib.6. de Hiſt. animalium, cap.37, nu. 2, 3, 4, 5

In quadam Perſiæ regione mure fœmina reſciſſa, mures fœminæ iam prægnantes inueniuntur. Aliqui affirmant mures lãbentes ſalem concipere ſine coitu. Ibid. pagin. 916. num.6.

Mures Ægyptij præditi ſunt pilis duris, ac ſimilibus aculeis herinaceorum. Dantur etiam plura murium genera. Ibidem pagin.916, num.7.

Mures bibunt lingua aquam lambendo. Tom.3, pag.950, lib.8. de Hiſt.anim.cap.6, numer.1.

Mures pontici ſunt candidi, & certis temporibus ſe abſcondunt. Tom. 3, pagina 963, lib. 8. de Hiſtor. animalium, capit. 17, nu. 2.

Mures Arabiæ ſunt maiores ſoricibus campeſtribus. Deſcribuntur. Tom. 3, pagina 976, lib. 8. de Hiſt. anim. capit. 28, numer. 8.

In Africa mures ſi biberint, moriuntur. Ibidem pag. 977, num. 12.

Mures Pontici ruminant, licet ſint vtrimque dentati Tom.3, pag. 1037, lib.9. de Hiſt. animalium, capit.50, num. 10.

Ex muribus eiuſdem ſpeciei aliqui fel habent, aliqui felle carent. Tom.4, pag 121. lib. 4. de Partibus animalium, cap.2, numer 3.

MVS araneus. Vide araneus.

MVSÆVS dixit cantum eſſe aliquid mortalibus dulciſſimum. Tom.2, pagin.780 lib.8.polit.cap.5, num.7.

MVSCÆ ſibi parant domicilia. Tom.3, pagin.699, lib.1 de Hiſtor. animalium, cap. 1, num 18.

Muſcæ ſunt animalia inſecta, duas habent alas, & aculeo armantur in parte anteriore. Tom.3, pag 705, lib.1. de Hiſtor.animalium, cap. 5, num.6. & pag. 811, lib.4. cap. 7, num. 5.

Muſcæ, apes &c, dum volando quamdam ſuam membranã attollunt, ac deprimunt, edunt ſuum murmur, ac bombum. Tom. 3, pag. 819, lib.4. de Hiſtor.anim.capit.9, num. 3.

Muſcæ quo pacto coeant. Tom.3, pagina 831, lib.5. de Hiſtor. animalium, capit.8, num.1.

Muſcæ, quæ hyeme non occultantur, etiam tempore hyemis coeunt, & naſcuntur, cũ tempeſtas eſt tranquilla, & auſtrina adeoque tepida Ibidem pag. 833, capit.9, numer. 3.

Generatio muſcarum ex ſimo fit ita, vt primo appareat quiddam paruum rubeſcẽs, deinde appareant vermiculi exigui, qui ab initio ita mouentur, vt hæreant ſimo, in quo nati ſunt, deinde abſoluuntur: poſt euadunt immobiles, ac ſe claudunt quodam putamine. demum putamine fracto, perficitur muſca, quæ à ſole, vel ſpiritu excitata mouetur, & volat. Tom. 3, pag 854. lib. 5. de Hiſtor. animal. cap 20, num. 17.

Muſcæ dentibus carent, ac ſolum habent linguam, ac liquore tantum aluntur, quę ex omnibus rebus exugunt. Tom. 3, pagin. 953, lib. 8. de Hiſtoria animalium, cap. 11 num. 1.

Muſcæ, apes &c, extra os loco linguæ gerunt quemdam aculeum fungoſum, & cauum, eoque ſimul alimentum guſtant, ac ſugendo attrahunt. Tom. 4, pag. 76, lib. 2 de part. animal. cap. 2, num. 13, & pag. 126, lib. 4 cap. 5. num. 7.

Muſcæ quia corpore exiguo ſunt præditæ, duas tantum habent alas. Tom 4, pagina 138, lib. 4. de partibus animalium, capit. 6, num 5.

Quare muſcæ non habeant aculeum in aluo. Ibidem pagin. 139, num. 8.

Muſcæ habent crura, tum anteriora, tum poſteriora longiora mediis. Habent crura anteriora longiora, quia cum propter duritiem oculorum viſum habeant ſatis obtuſum, qui redditur etiam obtuſior per ea, quæ extrinſecus in oculos incidunt, natura dedit illis crura anteriora longiora, vt poſſint ijs oculos abſtergere, vt identidem videntur facere: habent crura poſteriora longiora, tum vt commodius ambulent, tum vt ijs corpus ſaliendo attollant, cum libet auolare. Ibidem pag 140, cap. 6, nu. 9.

Muſcæ ſex pedibus ſunt præditæ, connumerando etiam crura ſaltatoria. Ibidem.

Muſcæ coeunt, ac generant, ſed non ſui generis animal, ſed vermiculos tantum, neque ex animalibus procreantur, ſed ex putreſcente humido, aut ſicco. Tom. 4, pagin. 436, lib. 1. de Gener. animalium, capit. 16, numer. 1. & pagin. 462, capit. 18, numer 13.

MVSCVLVS piſcis, cum dentibus careat, habet pilos ſuillis ſimiles intra os loco dentium. Tom. 3, pagin. 779, lib. 3. de Hiſtor. animal. capit. 12, num. 3.

MVSICA eſt ſubalternata reſpectu arithmeticæ, quia arithmetica conſiderat numeros, vt ſic, muſica conſiderat numeros vt ſonoros. Tom. 1, pag. 326. lib. 1. Poſt cap. 3, numer. 8, 9, 10.

Muſica practica ſcit, quinam ſoni faciant conſonantiam, ſed neſcit propter quid, atque id diſcit ab arithmetica Ibid. pag. 326, num. 9.

Quatuor ſunt diſciplinæ liberales, quibus iuuenes inſtitui conſueuerunt: grammatica nimirum, gymnaſtica, muſica, quibus aliqui addunt peritiam figurandi, ſub qua comprehenditur pictura, atque ſculptura. Tom. 2, pag. 775, lib. 8. Polit. capit. 3, num. 1.

Muſica eſt addiſcenda non ſolum propter voluptatem ſenſibilem, ſed etiam quia cõducit ad bene viuendum tempore otij. Ibidem pag. 774, num. 2, 3.

Muſica eſt addiſcenda propter tria: primo quia conducit ad quamdam quietẽ, & refocillationem corporis: ſecundo quia confert ad bene viuendum tempore otij: tertio quia conducit ad virtutem, diſponendo animum ad hoc, vt rectè lætetur. Tom. 2 pag. 778, lib. 8. Polit. cap. 5, per totum.

Muſica habet vim quales non efficiendi, hoc hoc eſt manſuetos, vel iratos, & quare. Ibid. pag. 781, nu 10. 11.

Iuuenes ita ſunt in muſica inſtituendi, vt ipſimet exerceantur in canendo, & ſonando. Tom. 2, pag. 783. lib. 8. Polit. cap. 6, per totum.

Iuuenes ſunt exercendi in canendo, & ſonando ſolum ad hoc, vt poſſint rectè iudicare, & delectari. Ibidem pagin 784, numer. 3.

In muſica non eſt vtendum tibijs, neque cithara, nec alijs inſtrumentis valde artificioſis, ſed ſolum ijs inſtrumentis, quæ ſunt idonea ad faciendos mediocres in genere moris. Ibidem pagin. 784, num. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.

In ciuitate ad mores componendos vtendũ eſt harmonijs moralibus, ad purificandos affectus harmonijs practicis. Tom. 2, pagin. 787, lib. 8. Politicorum, cap. 7. numer. 4.

Ad diſciplinam iuuenum adhibendæ ſunt ſolæ harmoniæ morales, qualis eſt dorica. Ibidem pagin 778 nu n. 5.

Quare numeri, & modi muſici ſint morati, hoc eſt habeant vim repræſentandi mores alia ſenſibilia, vt colores, ſapores &c, non ſint morata. Tom 5, pag. 630, ſect. 19. probl. num 27, 29.

Modi muſici erant variæ ſpecies cantilenarum habentium proprios rhythmos, & certo ordine, & carmine decantari ſolitarum, quæ denominabntur Doriæ, phrygiæ &c. Ibidem pagin. 631. numer. 30.

Vide cantus harmonia, ſymphonia.

MVSTELAE habent genitale oſſeum. Tom. 3, pagin. 902, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 31.

Muſtela, vulgo *dondola*, & cornix hoſtes ſunt,

Digitized by Google

sunt, quia mustelæ deuorant oua cornicis. Tom. 3. pag. 982, lib 9. de Histor. animal cap. 1, num. 11.

Quia mustelæ, & serpentes in eadem domo habitant, hoc est in foraminibus terræ, & eodem victu vtuntur, pugnant propter victum. Ibidem pag. 984, num. 20.

Mustela cum serpente dimicatura rutam comedit, & auiculas collo apprehensas iugulat, vt lupus oues Ibidem pag. 990, cap. 6, num 721.

Mustela ex murium venatione victum quærit. Ibid. pagin. 990, num. 11.

Mustela cor magnum habet, ideoque est timida. Tom. 4. pag. 93, lib. 3. de part. anim. cap. 4. nu. 25.

Anaxagoras docuit mustelam ore parere. Reijcitur: nam mustela habet vterum, in eoque filios concipit, ab vtero autem ad os nullus patet aditus. Fundamentum errandi fuit, quia mustela sæpè catulos ore suscipit, & recondit, itaut non appareant, eosque ex vno loco in alium translatos deponit. Tom. 4, pagin. 568, lib. 3 de Gen. anim cap. 6, num. 1, 5.

MVSTELI pisces. Mustelus, seu lampreda habet branchias detectas. To. 3, pag. 703, lib. 1. de Historia animalium, capit. 5, num. 1.

Omnes pisces de genere mustelari habent quinque branchias ex latere dextro, & totidem ex sinistro. Tom. 3, pagin. 745, lib. 2. de Histor. animal. cap. 13, num. 5.

Mustelus habet intestina cum multis appendicibus. Ibidem pagin. 953, cap. 17, numer. 18.

Musteli sunt pisces cartilaginei, & quo pacto coeant. Tom. 3, pagin. 819. lib. 5. de Histor. animal. cap. 5 nu. 2.

Quidam pisces ex genere mustelorum, seu lampredarum existimantur parere bis singulis mensibus, quia oua ipsorum perficiuntur per interualla, sed verè non pariunt bis singulis mensibus. Ibidem pag. 833, cap. 10, num. 2.

Pisces de genere mustelino quo pacto differant inter se, & à piscibus latis, quoad partes, loca, & modos, quibus continent oua. Tom. 3, pag. 882, lib. 6. de Historia anim. cap. 10, num 5, 6, 7, 8, 9, 10.

Omnes pisces mustelini generis, excepto spino, filios iam editos iterum intra se recipiunt, & fouent. Ibidem pagin. 883, numer. 10.

Explicantur alia circa partum mustelorum. Ibid. pag. 882, nu. 8.

Quare cum anes generetur ex acumine oui, pisces, ac præsertim musteli læues generentur ex parte opposita. Tom. 4. pag. 563, lib. 3. de Gener. animalium, cap. 3, numer. 5.

MVSTVM dicitur concoctum, cum euaporauit humiditas extranea, & fæces subsederunt in fundo dolij, humidum autem vini factum est tantum, & tale, hoc est adeptum est debitam fluiditatem, & debitas qualitates, hoc est debitum colorē, & saporem qui oriuntur ex perfecta mistione partium humidarum, & siccarum. Tom. 2, pag. 658, lib. 4. meteorol. cap. 3, num. 1.

Mustum licet si largè sumatur, purget, tamen propriè non est medicamentum, quia purgat ratione quantitatis, non ratione qualitatis Tom. 5. pagin. 455. sect 1. prob. nu 48.

Botri, siue acini vuarum, cum fuerint vindemiati, dulciores sentiuntur, quia dum vindemiantur, mustum, quod est dulce, melius diffunditur, & commiscetur. Tom. 5. pagin. 651. sect, 20. problematum, num. 24.

Vide vinum.

MVTATIO. Ostenditur necesse esse, vt omnis mutatio, & omnis motus sit in tempore. Tom. 3, pag. 141, lib. 4. Physicorum, cap. 18, num. 4, 5.

Quo pacto mutatio possit esse per se, vel per accidens, vel secundum partem, tum ratione subiecti mobilis, tum ratione principij mouentis, tum ratione termini *ad quem*. Tom. 3. pag 146, lib. 5. Physicor. cap. 1, num. 2, 3, 4, 5, 6.

In mutatione quinque sunt consideranda, mouens, mobile, tempus, terminus *a quo*, terminus *ad quem*. Ibidem pag. 146, numer. 3.

Mutatio magis denominatur à termino ad quem, quam à termino à quo. Ibidem pagin. 147, nu. 4.

Agendum est de mutatione per se, non autem de mutatione per accidens quia mutatio per accidens cum sit infinitorum, non potest cadere sub scientiam. Ibidem pag. 147, num. 7.

Ostenditur tres esse primas species mutationis per se, generationem, corruptionem, & motum. Ibid. pag. 148, cap. 2 nu. 1, & Tom. 5, pag. 113, lib. 12. metaphysic cap. 11, num. 4. 5. 6. 7.

Ostenditur non dari per se mutationem ad mutationem. Ibid. to. 3, pag. 151, cap 3, n. 5.

6,7,8,9,10,11,12,&c. Tom.5,pagin.317.lib. 11. metaph. cap. 12, numer.16,17,18,19, 20,21, 22.

Contrarietas mutationum, quarum terminus non habet contrarium, desumitur ab accessu, & recessu ab eodem termino. Tom.3,pag.164,lib.5. Physicorum, cap.7, num 9.

Mutationibus versantibus circa res carentes contrario non est contraria quies, sed non mutatio. Ibidem pag. 167, capit. 8. num.7.

Mutatio ex contradictorio in contradictorium, vel ex contrario in contrarium nō potest esse infinita. To. 3, pag.203, lib. 6. Physicor. cap. 13, num.1.

Quia homo secundum suam naturam est mutabilis, & varius, gaudet,cum mutatur, quia operatur secundum suam naturam, ideoque quidam Poeta dixit: *mutatio est omnium dulcissimum*. Tom.2.pagin.219, lib.7. Ethicor. cap.14, num.15.

Species mutationis, ac motus desumuntur ex speciebus entis Tom. 5, pag. 106. lib. 11. metaph.cap.10, num.5.

Quædam mutantur per accidens, quædam secundum partem, quædam primo, & per se. Tom.5, pagin. 313, lib.11.metaph. capit.12. num. 1.

In mutatione quinque sunt considerandæ: subiectum mutatum,principium mutans, tempus, terminus *ad quem*, & terminus à *quo*. Ibidem pagin. 313, numer.3

Mutatio per se non est à quolibet, sed à contradictorijs, & contrarijs,aut medijs. Ibibem pag. 313,num.4, & 17

Ostenditur, quod in omni mutatione subesse debet aliqua materia. Tom.5,pagina 322,lib.12.metaph. cap.2.nu.2.

Quo pacto res mutentur paulatim mutationibus insensibilibus. Tom. 5, pagina 560,sect.11. prob num.28.
Vide motus.

MVTATIO politiarum, & Rerūpublicarū. Vide Politiæ, Respublicæ.

MVTILVM quid sit, & quæ conditiones ad ipsum requirantur. Tom. 5, pagin. 155. lib.5. metaph. cap. 27, num.1,2.

MVTIS. Animalia mollia habent mutim, seu papauer,qua continent illum humorē nigrum, qui vocatur atramentum. To 3, pag.793, lib.4. de Hist.animalium, cap.1, num.13.

Mutim habent omnia animalia crustata. Ibidem pag. 798. cap.2. nu.13.

Ostenditur mutim in animalibus exanguibus esse partem proportionalem cordi,ac esse principium sentiendi. Tom.4, pagina 135, lib.4. de partib.animal. cap.5, num. 32 33,34,35,36,37.
Vide atramentum.

MVTI. Qui surdi sunt à natiuitate sunt etiam muti, ac proinde licet possint vocē emittere non possunt loqui, quia cum auditu careant, non possunt vllam linguam addiscere. Tom.3,pagin.821,lib. 4. de Hist. anim. cap 9, num.10.

Surdi sunt prope muti, ideoque habent angustum canalem, quo respirant, ac loquuntur Tom.5, pag.551, sect.11. probl. num.4.

MVTA littera. Littera muta est vox, quæ etiam cum ictu nō habet sonum,qui possit audiri, sed vt possit audiri debet proferri cum consortio alterius vocis per se audibilis. Tom.1. pagin.934, lib,2.Poet. cap.10, nu.1.

MVTVVM Per se potius est soluendum mutuum, quam donandum gratis alteri, cui non debetur mutuum. Tom.2, pag. 253, lib.9. Ethic. cap.2,num.5.

Si pater sit captiuus,potius est redimendus pater, quam soluendum mutuum. Ibid. pag 254, num.6.

Facta mutatione ex tyrannide in democratiam, vel ex oligarchia in democratiam, aliquando qui ciuitatem administrant, nolunt soluere pecuniam, quam mutuo sumpsit tyrannus &c, dicentes quod talem pecuniam non mutuam sumpsit ciuitas, sed tyrannus, vel potentes. Tom.2, pagin.587. lib.3 Polit. cap.7. nu.8.

Quare iniquius censeatur negare depositū, quam mutuum. Tom. 5, pagin. 726,sect. 29. problemat.num.2.

MYCENAE. Mycenarum regio,quæ circa tempora belli troiani erat valde fœcunda, deinde ita est exiccata, vt euaserit valde sterilis. Tom.3,pag. 569, lib.1.meteorol. cap. 14, num. 5.

MYRRHA medicinalis ex propinquo minus suauiter olet, quam ex longinquo, quia odor ab initio est minus depuratus Tom 5. pagin.573, sect.12,problematum num. 1.

MYRTI fructus sunt granula quædam magnitudine pisi, & si manibus fuerint collisi, dulciores sentiuntur, quia tali collisione humor dulcis melius diffunditur,& commiscetur. Tom.5, pagin.651,sect.20. problematum, num.23.

Quare fructus myrti quo sunt minores, eo sint

sint enucleationes, ita vt vel careant nucleo, vel habeant nucleum admodum exiguum. Ibid. num. 24.

Quare fructus myrtorum alga non conditarum decidant magis, quam folia: at si condiantur alga, folia defluant, fructus non decidant. Ibidem pagin. 653, numer. 31.

Quare myrti nigræ frequentioribus frondibus sint præditæ, quam myrti albæ. Ibid pagin 655, nu. 36.

N

NANDI vis, Vide natatio.

NANVS. Vide Pumilio, Pygmæus.

NARES. Vide nasus.

NARRATIO est *expositio rei, de qua est agendum*, ideoque continetur in propositione, ac præterea licet in iudicijs soleat narrari res gesta, tamen in deliberationibus, & in genere demonstratiuo non est vniuersaliter necessaria narratio. Tom. 1, pag. 868, lib. 3. Reth. cap. 13, num. 2.

In genere demonstratiuo narratio non debet esse perpetua, & continua, sed debet esse in plures partes distincta, quia debet singillatim narrari res gesta, ac deinde amplificari. Tom. 1, pag. 877, lib. 3. Rhet. cap. 16, num. 1, 2, 3.

Actiones iam notæ, ac celebres non sunt fusè narrandæ, sed solum breuiter in memoriam reuocandæ. Ibidem pagin. 877, num. 4.

Ridiculum est præceptum, quod narratio debeat esse breuis, siquidem neque debet esse prolixa, neque breuis, sed mediocris, hoc est talis, qualem rem exigit. Ibidem pag. 877. num. 4.

Narratio mediocris est, per quam res ita exponitur, vt satis sit ad illam explicandam, & ad ingenerandam opinionem, quod res ita se habeat, sicut orator vult persuadere. Ibid. pag. 877, num. 4.

Traduntur præcepta pro narratione generis iudicialis. Ibidem pagin. 877, à num. 4. vsque ad finem.

Præcipuè oblectamur narrationibus rerum, quæ neque sunt admodum recentes, neqs sunt admodum antiquæ, quia recentia videntur consueta, valde antiquis non satis credimus. Tom. 5, pagin. 617, sect. 18. probl. numer 10.

NASCI. Vide Natiuitas.

NASTVRTIVM quia est valde calidum, & siccum, ac succum habet acerrimum, dum comeditur, elicit lacrymas, dum autem admouetur oculis, non potest lacrymas elicere, quia nullum emittit vaporem ad oculos. Tom. 5 pagin. 650, sect. 20 problematum, num 28

NASVS. Nares. Altera pars faciei est nasus, qui aditum præbet spiritui, siquidem naso respiramus, & etiam sternutamus, & sine naribus respiratio fieri nequit. Naribus nõ solum respiramus, sed etiam olfacimus, ideoque in naribus datur sensus odorandi. Licet homo non possit mouere aures, adhuc potest mouere nares. Tom. 3, pag. 712, lib. 2. de Hist. animal. capit. 11. num. 6.

Nasus est bipartitus: pars, quæ separat duo foramina inania, vocatur interseptum, & constat præcipuè ex cartilagine. Ibidem

Vitiato sanguine, fit fluxio, quam græci vocãt hæmorrhoida, vel è naribus, vel ex mariscis, seu venis hæmorrhoidalibus. Tom. 3, pag. 784, lib. 5. de Histor. animal. capit. 19, num. 12.

Plura animalia ad odorandum habent nares; aliqua, vt aues, loco narium habent quosdam meatus. Tom 3, pagin. 813, lib. 4. de Histor. anim. cap. 8, num. 4.

Quædã animalia naribus prædita olfaciunt respirando, pulmones autem, qui sunt organum respirandi, sunt in parte anteriori, & in medio pectoris, nares debuerunt constitui in parte anteriori capitis, ac in medio faciei. Tom. 4, pag. 63. lib. 2. de part anim. cap. 10, nu. 18.

Natura constituit nares ad amussim in medio trium sensuum, visus, auditus, & gustus, hoc est in medio faciei, quia talis locus est ad respirandum aptissimus. Ibid.

Animalia, quæ habent maxillas oblongas, & desinentes in acutum; vt canes, equi &c, habent etiam nares oblongas: animalia, quæ habent maxillas explanatas, vt homo, leo &c, habent etiam nares proportionaliter explanatas. Tom. 4 pag. 69, lib. 2. de partib. animal. cap. 16, num 1.

Nares debent proportionari maxillis: & quia aues carent maxillis, ac loco maxillarum habent rostrum, ideo debuerunt etiam carere naribus, ac loco narium habere foramina: serpentes etiam, & quadrupedes oui paræ propriè nõ habent nares. Ibid. pag 71, nu. 4.

Digitized by Google

Quia nares ſunt organum reſpirandi ſimul, & olfaciendi, ideo animalia, quæ non reſpirant, carent naribus. Ibidem pag. 71. num. 5.

Animalia, quæ habent nares longius porrectas, vt canes laconici, odorantur procul, quia virtus odorandi colligitur in his veluti aquæductibus. Tom. 4, pagin 642, lib. 5. de Gen. anim. capit. 2, num. 5.

Animalia reſpirantia per arteriam, reſpirando ſpiritum recipiunt, ac reddunt per os ſimul, & nares Tom. 4, pag. 690. lib. de Iuu. ac ſen. cap. 9 num. 3.

Signum miſericordis eſt, vt nares habeat ex parte inferiori diſtantes. Tom. 4. pag. 798, lib. phyſiog. cap. 6, num. 17.

Qui habent naſum craſſum in extremitate vt boues ſunt ſegnes. Tom. 4, pagin. 807. lib phyſiog. cap. 9, num. 20.

NASVS Elephanti. Vide Elephas, promoſcis.

NATATIO piſcium. Ex animalibus natatilibus, quæ pedes non habent, aliqua loco pedum habent pinnas, vt piſces: alia loco pinnarum vtuntur longitudine, vel latitudine corporis ad natandum. Tom. 3. pag. 704, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 5, num. 7.

Natatio, volatio, reptio, & motus progreſſiuus differunt ſpecie, ac definitione. Tom. 4, pag. 3, lib. 1. de part. anim. cap. 1, num. 4.

Natatilia natant per hoc, quod pinnas, quæ proportionaliter ſe habent in natatilibus ad aquam, ſicut alæ in volatilibus ad aerem, viciſſim modo flectunt, modo dirigunt. Tom. 4, pag. 193, lib. de inc. anim. cap. 7. num. 17.

Quo pacto piſces natent, & ad natandum neceſſariæ ſint flexiones membrorum. Ibid. pag 193, num. 17, 18, & pagin. 194, cap. 8, num. 4.

Quare animalia natatilia, & volatilia habeant alas, & pinnas obliquas. Tom. 4. pag 203, lib. de Inceſſu animal. cap 14, num. 1.

NATATIO, Natatores. Commodius natamus in aqua marina, & ſalſa, quam in fluuiatili, & dulci, quia aqua ſalſa vtpote grauior, dulci magis ſuſtentat corpus. Tom. 5, pag. 674, ſect. 23. problematum, num. 42.

Quare qui natant in mari, patiuntur ſalubrem euacuationem ventris, & reddunt voraciores, ac magis auidi. Ibid. pag. 882, num. 39.

Natantium aures ſolent frangi, ac rumpi, quia aures vtpote cartilagineæ, cum aquæ non cedant, neque flectantur, rumpuntur. Tom. 5, pag. 758, ſect. 32. probl. num. 2.

Natantes muniunt aures quibuſdam ſpongijs, ne frangantur. Ibidem pagin. 758, num. 3.

Natatores ſolent aures, & nares ſecare, vt facilius poſſint ſpiritum emittere. Ibid. pag. 758, num. 5.

Natatorum aures ſi oleum ipſis infundatur, minus franguntur, quia aquæ maris incurrens in aures lubricas facilius elabitur, & minus lædit. Ibidem pag. 760, num 11.

NATES dicuntur illa pars, quæ ſubſternitur ad ſedendum, quaſi ſtragulum carneum. Tom. 3. pag. 714, lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 13, num 1.

Cætera animalia carent natibus, at homo nates habet carnoſiſſimas præ cæteris partibus. Tom. 3, pagin. 731, lib. 2. de Hiſtor. animal. cap 1, num. 31. & Tom. 4, pag. 156, lib. 4 de part. animal. cap. 10, num 29.

Natura ſoli homini dedit nates, quia cum duobus tantum pedibus ſuſtineat molem corporis, ſtando defatigatur, & indiget requie, ac ſeſſione, ideoque indigebat natibus carnoſis, & mollibus, quaſi ſtragulo carneo. Ibid. Tom. 4, pag. 156, nu. 31, 32.

Qui nates habent acutas, & oſſeas ſunt fortes: at qui habent carnoſas, & pingues, ſunt molles, quia illæ conueniunt viris, hæ fœminis. Qui verò nates habent quodammodo exiccatas, & parum carnoſas, vt ſimiæ, ſunt malis moribus præditi, vt ſimiæ. Tom. 4, pagin 805, lib. phyſiog. cap. 9, num. 7.

NATEX, Natices. Natices, ſeu neritæ præbent hoſpitium cancellis in ſuis teſtis Tom. 3. pag. 806. lib. 4. de Hiſt. animal. cap. 4. num. 19, 20.

Deſcribuntur natices, & earum partes. Ibidem num. 20.

Natices cum mare eſt tranquillum, à ſaxis abſoluuntur, & liberè vagantur, & cibũ quærunt: at mari turbato, adhærent ſaxis. Ibidem pag. 806, num 21.

Piſcatores naticum eſcis eas alliciunt, & cum eas perſequuntur, ſecundo flatu, & cum ſilentio eas adeunt, ne perueniat ad eas vox hominum, vel ſtrepitus nauigij, ſi quidem audito ſono nauigij, vel vocis, fugi-

fugiunt. Hinc ſequitur natices odoratu, & auditu præditas eſſe. Tom. 3, pagin. 818. lib. 4. de Hiſtor. animalium, capit. 8, num. 24.

Natices ſummitatibus teſtarum leuiter adhærent, & generantur in rimis, cauernisque ſaxorum. Tom. 3. pag. 844. lib. 5. de Hiſt. anim. cap. 15, num. 12.

NATIVITAS, Naſci. Natiuitas eſt origo, per quam viuens oritur vt ſuo principio coniunctum non ſolo contactu, & propinquitate, ſed quadam copulatione, & quaſi continuatione, atque adnaſcentia, ſtaut in eo habeat aliquod incrementum. Tom. 3. pagin. 117, lib. 5. metaph. cap. 4, num. 1, 2.

Natura dicitur à naſcendo, & quæ propriè dicantur naſci Ibid. nu. 1. 2.

NATVRA, naturale. Vt apud Platonem Callicles diſputat in Gorgia, lex, & natura habent contrarietatem: nam iuxta naturam ferarum eſt, vt fortes, & audaces occidant timidas, atque imbecillas: at leges ſtatuerunt, ne fortes, & audaces vim inferant timidis. Tom. 1, pag. 640. lib. 1. Elench. cap 12, nu. 9.

Virtutes non ſunt nobis inditæ à natura. Tom. 2. pagin. 35, lib. 2. Ethicor. cap. 1, num. 3.

Ex operationibus ſecundum naturam ſequitur delectatio. Ibidem pag. 38, cap. 3, num. 1.

Entia naturalia videntur differre à non naturalibus per hoc, quod entia naturalia habent in ſe principium motus, ſeu quietis, quod non habent entia non naturalia. Tom. 3, pagin. 36, lib. 2 phyſicor. cap. 1, num. 1.

Natura definitur *principium, & cauſa, vt id moueatur, atque quieſcat, in quo primò, & per ſe, & non per accidens ineſt*. Explicatur definitio. Ibidem pag. 37, num. 2.

Natura quo pacto differat ab arte. Ibidem pagin. 37, num. 2, & pagin. 61, capit. 9, num. 10

Entia naturalia ſunt ſubſtantiæ, in quantum conſtituuntur per naturam. Secundum naturam dicuntur tum entia naturalia, tum quæ per ſe conueniunt entibus naturalibus ratione naturæ. Ibidem pag. 38. num. 3. 4.

Ridiculum eſt conari demonſtrare naturam. Ibid. pag. 38, nu. 6.

Quo pacto tum materia, tum forma dicantur natura. Tom. 3, pagin. 38. lib. 2. phyſic. cap. 2, per totum.

Forma eſt magis natura, quam materia. Ibidem pag. 40, num. 6, 7, 8.

Generatio vocatur natura, quaſi via ad naturam. Ibid. pagin. 40, nu. 8.

Compoſitum non eſt natura, ſed eſt ens naturale. Ibidem pag. 40, num. 6.

Quo pacto phyſica, & mathematica conſiderent ens naturale, ac differant in conſideratione entis naturalis. Tom. 3. pagin 41, lib. 2 phyſic. cap. 3, 4. per tota.

Oſtenditur naturam operari propter finem, ac non ſolũ ex neceſſitate materiæ. Tom. 3, pag. 58, lib. 2. phyſic. cap. 9, per totum. & tom. 4, pag. 12, lib. 1. de Part. animal. cap. 1, num. 30 & ſequ.

Natura cur aliquando generet monſtra. Ibid. Tom. 3, pag 58, num. 7, 8.

Natura operatur non ſolum ex neceſſitate abſoluta, ſed etiam ex neceſſitate finis. Ibidem tom. 3, pag. 62, cap. 10, num. 1, 2.

Non ſolum motus locales, ſed etiam motus alterationis, & augmenti poſſunt eſſe naturales, & violenti. Tom. 3, pag. 65, lib. 5. phyſic. capit. 9, nu. 1, 2, 3, 5.

Opus naturæ eſt ordinatum, ac natura vel ſemper operatur eodem modo, vel datur ratio, cur nunc operetur vno modo, nunc alio modo. Tom 3, pag 230, lib. 8. phyſic. cap. 2. num. 15.

Quæ ſunt ſecundum naturam optimo modo ſe habent. Tom. 3, pagin. 255, lib. 8. phyſic. capit. 9, nu. 5.

Natura præſertim in neceſſarijs, atque æternis facit optimum, quod poteſt. tom. 3, pagin. 359, lib 2. de Cœlo, capit. 5, num. 3.

Omnes ſubſtantiæ naturales ſunt corpora. Tom. 3, pag. 391, lib. 3. de Cœlo, cap. 1, num. 2.

Natura vniuſcuiusque rei eſt determinata ad vnum. Tom. 3, pag. 398, lib. 3. de Cœlo, cap. 4, nu. 1.

Natura eſt principium ordinis, ideoque quod eſt ſecundum naturam eſt ordinatum, quod eſt præter naturam, eſt inordinatum. Ibidem pag. 401, num. 8.

Illud eſt ſecundum naturam, quod euenit in pluribus, & plurimo tempore, Ibid pagin. 401, nu. 8.

Natura eſt principium mouendi illud, in quo eſt: violentia eſt principium mouendi aliud in quantum aliud, & vtraque dum efficit motum localem, vtitur aere vt inſtrumento. Tom. 3, pag. 491, lib. 3. de Cœlo, cap. 6. num. 1, 2.

Natura quo pacto continuata quadam ſe-

Digitized by Google

rie ab inferioribus aſcendat ad ſuperiora. To.3, pag.935, lib.8. de Hiſt.anim. cap.1, nom.3,4,5.

Sicut cum effectus procedunt ab arte, antecedit ars, hoc eſt forma ſimilis intentionaliter exiſtens in mente artificis; ſic cũ fiunt à cauſa naturali, antecedit ſimilis forma exiſtens realiter in agẽte vniuoco. Tom.4, pag.7, lib.1. de part.anim. cap.1, num.17.

Subſtantiæ naturales, hoc eſt ſenſibiles diuiduntur in corpora coeleſtia, & inferiora. Tom.4, pag. 14, lib.1. de part.anim. cap.5, num.1.

Natura in animalibus quod deficit vni parti, ſolet adiungere alteri. Tom.4. pag. 661 lib.2. de part anim. cap.14, num.4.

Natura nihil facit fruſtaneum, vel ſuperuacaneum. To.4. pag.77, lib.3 de part.anim. cap.1, num.4, & pag. 517. lib.2. de Gener. anim. cap 4, num.20.

Natura nulli animalium dat plura præſidia, quorũ ſingula per ſe ſint ſufficientia. Ibid. pag.81, lib. 3. de part. animal. cap.2, numer.4.

Opus naturæ aut ſemper, aut plerumque eodem modo ſe habet. Ibidem pag. 83, num.9.

Natura partes nobiliores animalium conſtituere ſolet in locis nobilioribus, niſi aliquid obſtet. Tom.4 pag.88. lib.4. de part. animal. cap.4 num.5.

Natura nihil facit fruſtra, ſed ſemper facit optimum eorum, quæ vnicuique animalium ſpeciei, vel generi ſecundum ſuam eſſentiam conueniunt, ideoque ſi melius eſt, vt res naturales ita ſe habeant, ſic ſe habent. Tom. 4, pag.177, lib.4. de part animal. cap 2, nu.1.

Corpora naturalia ſunt ſubſtantiæ non ſolum ſecundum materiam, ſed etiam ſecundum formam, ideoq; ſunt magis ſubſtãtiæ quam corpora artificialia quæ ſunt ſubſtantiæ ſolum ſecundum materiam. Tom. 4. pag. 243. lib.2. de Anima cap.1, num.5.

Anima eſt natura, quia eſt principium, quo viuens poteſt vitaliter ſe mouere. Ibidem pagina 245, cap.2, num.2.

Naturalia, & mathematica ſupra quidditatem ſpeciei addunt materiam indiuidualem. Tom.4, pag.306, lib.3. de anim. cap.2, num.1.

Natura dicitur à naſcendo, & quot modis dicatur. Tom.5, pag.117, lib.5. metaph. cap.4, per totum.

Primo, & principaliter dicta natura eſt ſubſtantia eorum, quæ in ſe ipſis vt ipſa ſunt, motus principium habent. Ibidem pag. 119, num.8.

Quo pacto materia, & forma dicantur natura. Ibid. pag.118, num.3,4,5,6.

Natura non eſt inconnexa, vt vitioſa tragœdia Tom.5, pagin. 404, lib.14. metaph. cap.5, num.10.

Explicatur differentia generationum naturalium, artificialium, & caſualium. Tom 5, pag. 184, lib.7. metaph. capit.8, num.1.3.

In generationibus naturalibus genitum accipit naturam quam generans præhabet. Ibid pag 184. num.2.

Aliquando in generationibus naturalibus ex defectu feminis, aut materiæ fit effectus degenerans, ſeu monſtrum. Tom. 5, pag.192, lib.7 metaphyſicorum, capit 12, num.5.

Quo pacto in naturalibus materia ſenſibilis ſit pars ſpeciei, Tom. 5, pag. 200, lib.7. metaph. cap.15, num.3.

Licet natura habeat vnicum modum operandi, tamen ſæpe per artem facimus, vt natura operetur modo oppoſito, & tum arte vincimus naturam. Tom.3, pag. 710, lib. Quæſt.mech. cap.1, num.1

NAVALIS potentia affert multa commoda, & incommoda, & an expediat ciuitatem habere potentiam nauale Tom2, pag. 744. lib.7. Politicor. cap.6. num.3.

NAVIGATIO. Nauigium, Nauis. Quare ſi quis exiſtens in terra extra nauigium, baculo, vel alio inſtrumento pellat malũ, vel aliam partem nauigij, poſſit illud mouere, ſi autem eodem inſtrumento pellat eamdem partem exiſtens intra nauigium, non poſſit illud mouere. Tom.4, pag.420, lib.de motu anim. cap.1, num.9.

Explicatur, quo pacto nauis, dum mouetur per aquam, aſſimiletur aui volanti per aerem. Tom.4. pag.716, lib qu.mech. qu.4. num.1.

Quare remo debeat eſſe affixus parti poſteriori nauis, hoc eſt puppi; non autem proræ. tom.4, pag. 730, lib.qu.mech.qu.5, num. 3.

Quare magis antrorſum procedat nauigiũ, quam remi palmula moueatur retrorſum. Ibid. pag.730, qu.5. num.5.

Quo pacto nauigantes ventum non ex puppi flantem excipiant, ac rectum curſum teneant. Tom.4. pag 732, lib. Qu.mech. qu.7, nu.1,2.

Quare

Digitized by Google

Quare naues in portu, & prope terram videantur grauiores, quam in alto mari, ideoque multo velocius ex alto mari ferantur ad terram, quam ex terra in altũ mare. Tom.5, pag.669, sect.23. problem num.3.

Dici solet esse nauigandum, cum cessat boreas, cumque auster surgere cepit; quia boreas dum cessat, & auster dum incipit, sunt placidi Tom.5, pag.709, sect. 26. prob.nu.43.

Quare tempore hiberno ex terra spirent vẽti nauigantibus secundi, ex mari sæui; tempore æstiuo è conuerso. Ibidem pag. 715, num. 59.

NAVFRAGIVM. Aliquando nauigia repente absorbentur, itaut nullæ appareant reliquiæ, quia in fundo maris terra scinditur, & aperitur aditus in cauernas subterraneas. Tom.5, pag 671. sect.23.probl. num.5.

NAVSEA. Qui sudant, si refrigerentur aqua, vel vento, nauseant, & per nauseam disponuntur ad vomitum, quia humor, qui prodire nõ potest effluens in os ventriculi causat nauseam. Tom.5, pag.465, sect.1. prob. num. 18.

NAVIA dicitur, qui est pars societatis nauticæ institutæ in ordine ad nauigandum: differunt autem nautæ in virtute exercendi diuersa officia nautica. Tom. 2, pagin.589, lib.3. Politicorum, cap.3, numer 2.

Virtus communis nautæ est, per quam bene se habet ad nauigandum, virtus propria est, per quam bene se habet ad officiũ proprium. Ibid.

NEBVLA. Cum nubes conuertitur in aquam, illud, quod est residuum de nube, & in aquam conuerti non potuit, ac decidit in partes terræ propinquiores, est caligo nebulæ, ideoque caligo nebulæ dicitur decidentia nubis, siue excrementum nubis, ac potius est signum serenitatis, quam pluuiæ, quia est quædam nubes sterilis. Tom.3 pag. 514, lib.1. meteor. cap.11 num 3.

NECESSARIVM, Necessitas. Si omnia euenirent ex necessitate, auferrentur consultationes. Tom 1, pag.78, lib.1. Periher. cap.6, num. 9.

Datur duplex necessitas, altera absoluta, & antecedens, altera consequens, & ex suppositione. Prima opponitur libertati, & contingentiæ, non autem secunda. Ibid. pag. 79. num. 10 11.

Necessarium est causa essendi omnibus, quæ sunt. Tom.1, pag.98, lib.2. Periherm. cap.3, num. 18.

Quo pacto contingens se habeat ad necessarium. Tom.1, pag.140. lib.1. Prior. cap. 13, num 3.

Necessarium potest inferri ex non necessarijs, sed tum non scitur. Tom.1, pag 305. lib.1. Post.cap.6, num.6.

Ex necessarijs non potest sequi non necessarium. Ibidem pag 305, nu.7.

Necessitas alia est ratione materiæ, alia ratione finis, & quo pacto ex vtraque possit demonstrari. Tom 1. pagin.394, lib.2. post. cap. 6, num.6.

Necessitas alia est naturalis, alia violenta. Ibid.

Bona non necessaria sunt meliora, & aliquando eligibiliora nõ necessarijs, eo pacto, quo bene viuere est melius, quam viuere. Tom.1. pag.474, lib 3. Topic.cap. 2, num. 23.

Natura operatur non solum ex necessitate absoluta, sed etiam ex necessitate finis: imo prima ratio operandi est necessitas finis. Explicatur vtraque necessitas. Tom. 3, pagin. 62, lib. 2. Physicorum, cap.10, num. 1, 2.

Necessitas finis proportionatur necessitati, qua in scientijs demonstratiuis conclusio sequitur ex principijs, seu præmissis. Ibidem pag 63, nu.3, 4.

Ostenditur, quod posita serie causarum, quædam generantur necessario, quædam contingenter. Tom.3, pagin. 524, lib.2. de Gener.animal.cap.11, num. 3, 4, 5, 6, 7.

Necessarium simpliciter, & absolutè datur solum in rebus æternis: in rebus corruptibilibus datur solum necessarium ex suppositione finis Tom.4, pagin.5, lib.1, de partib. animal.cap.1, num.9.

Aliqui effectus naturales fiunt ex intentione, aliqui fiunt ex necessitate materiæ; ex.gr. sol illuminat ex intẽtione, at causat morbos, & pestilentias ex necessitate materiæ. Ibidem pagin.13.cap.1.numer 36.

Necessarium aliud est necessarium simpliciter, aliud est ex coactione, aliud sine quo res esse non potest. Ratio autẽ, quare res naturales sint tales, est necessariũ, sine quo res esse non potest, quod est necessarium quodammodo ex suppositione. Ibidem pag 13, num.37.

Necessarium ex suppositione est, per quod si aliquid debet esse tale, necesse est, vt talia, & talia fiant. Tom. 4, pagin.391, lib

de

de somno, & vig. cap. 3, nu. 1.
Quæ sunt communia toti speciei sunt necessaria necessitate finis: at quæ accidunt indiuiduo, sunt necessaria necessitate materiæ, & causæ efficientis: ideo rationes eorum, quæ sunt communes toti speciei debemus assignare per finem, & quidditatem, quæ reducuntur ad causam formalem, rationem eorum, quæ accidunt quibusdam indiuiduis debemus assignare per necessitatem materiæ. tom 4, pag. 633, lib. 5. de Gener. animalium, cap. 1, num. 3.
Reijcitur Democritus, qui rationes partium animalium assignauit non ex fine, & bono, sed ex necessitate materiæ. to. 4 pag. 161, lib. 5. de Gener. animalium, cap. 8. num. 8.
Necessarium quot modis dicatur. tom. 5, pag. 120, lib. 5. metaphysicorum, cap. 5, num. 1, 2, 3, 4.
Necessarium simpliciter est, quod non potest aliter se habere, & ad ipsum reducũtur reliqui modi, quibus dicitur necessarium. Ibid. pag. 120 num. 5.
Quædam necessaria habent causam suæ necessitatis, quædam non habent. Ibidem pagin. 121, num. 6.
Dari debet primum necessarium, idque debet esse simplex. Ibidem pagin. 121, num. 7.
In Deum non cadit necessitas violentiæ, quæ est mala, sed sola necessitas immutabilitatis, quæ est optima. Ibid. pag. 121, num. 8, & pag. 337, lib. 12. cap. 6, numer. 6.
NECTAR. Poetæ theologi finxerunt, quod ex entibus productis, quæ gustarunt nectar, & ambrosiam, euaserunt incorruptibilia, quæ non gustarunt, remanserunt corruptibilia. Reijcitur hoc. Tom. 5, pag 71, lib. 3. metaph. capit. 6, num. 7.
NEGATIO, Negatiua propositio. Propositiones affirmatiuæ sunt notiores, priores, & efficaciores sed causandam scientiam, quam negatiuæ. Tom. 1, pagin. 559, lib. 1. Post. capit. 19, nu. 4, 5, 6, 7.
An, & quomodo res definiri possit per negationem. Tom. 1, pag. 543, lib. 6, topic. cap. 2, nu. 3, 4, 5.
Antiqui dixerunt præter ens dari non ens, & entia fieri ex non ente. Tom. 5, pagin. 398, lib. 14. metaph. cap. 4 num. 1, 2, 3, 4.
Negatiua peopositio ex suo genere est minus certa, quam affirmatiua, cum debeat probari per affirmatiuam, non è conuerso. to. 5, pag. 96, lib. 4. metaphysic. cap. 4, num. 14.
NEGATIVA demonstratio. Vide demonstratio.
NEGLIGENTIA. Respublicæ aliquando mutantur propter negligentiam, & incuriam, cum permittitur ad summos magistratus peruenire eos, qui non amant præsentem statum ciuitatis. tom. 2, pagin 672, lib. 5. Polit. cap. 4. num. 8.
NEGOTIVM. Natura requirit, vt non solũ acquiramus habitus necessarios ad hoc, vt bene nos geramus in negotio, sed etiã necessarios ad hoc, vt benè nos geramus in otio. tom. 2, pagina 775, lib. 8 Politic. cap. 3, num. 2.
Cum egeamus negotio, & otio, otium est expetibilius, quia otium est finis negotij, non è conuerso. Ibidem pagin. 776, num. 3.
Finis ioci est negotium Ibid.
Qui negotijs occupantur, indigent ioco, & ludo, vt medicina, cum ludus afferat quãdam relaxationem, acquietem animi. Ibid.
Qui negotiatur, negotiatur acquirendi causa aliquid, quod sibi deest, ideoque felicitas, quæ est vltimus finis, non potest cõsistere in negotio. Ibid.
NEMESIS ab antiquis censebatur Dea. Tom. 2, pag. 458, lib. 3. mor. ad Eud. cap. 9, num. 2.
Vide indignatio.
NEPOTES. Aliquando parentes notas præternaturales, hoc est verrucas, nævos, & cicatrices non transmittunt ad filios, sed nepotes. tom. 3, pag. 928, lib. 7. de Histor. anim. cap. 6, num. 8.
NERITAE. Vide Natices.
NERVI enumerantur inter partes similares animalium. Tom. 3. pag. 760, lib. 3. de Histor. animal. cap. 2, num. 1.
Nerui originem habent à corde, vt suadetur ex eo, quod cor est valde neruosum, & in suo sinu maximo habet neruulos, & quod aorta, quæ oritur à corde, est valde neruosa. tom 3, pag 763, lib. 3. de Histor. anim cap. 5, num 2.
Licet omnes venæ deducantur ab vna vena principali, cui continuantur, tamen non omnes nerui deducuntur ab vno neruo principali, cui continuentur. Ibid. pagina 770, num. 3.
Quinam sint præcipui nerui, qui eorum situs, & officia. Ibidem pag. 770, num. 4.
Nerui fissi secundum longitudinem possunt solidari, at si findantur secundum latitudinem solidari nequeunt. Ibidem pagina 770.

770,nu.5.
Nerui possunt valde intendi,& circa neruos datur humor quidam mucosus, ex quo nerui videntur ab initio generari, ac deinde ali. Ibidem pag.770,num 5
Nerui pati non possunt ignem, sed igniti corrumpuntur. Ibid.pag.770,nu.5.
Nulla pars corporis,quæ neruis careat,potest stupefieri. Ibidem pagin.770,num.5.
Plurimi nerui sunt in pedibus,manibus,scapulis,ceruicibus,& lacertis, quia cum nerui deseruiant ad motum, præcipuè debent esse in partibus, quæ mouentur. Ibidem pag. 771,num.6
Omnia animalia sanguinea sunoneruis prædita: at quæ carent flexionibus habent neruos valde tenues, & parum apparentes, & quia pisces flexiones habent præsertim in pinnis, ideo in piscibus conspicui sunt soli nerui pinnarum.Ibidem pagin.771, num.6.
Equi aliquando laborant conuulsionibus, seu tensionibus neruorum, & huius morbi indicia sunt,cum venæ,caput, & collũ intenduntur,& cruribus tensis gradiuntur. tom.3, pag.972,lib.8. de Hist.anim. cap.24, num.2.
Motus spontanei fiunt, neruos intendendo, ac remittendo; & quia cor est principiũ motuum spontaneorum, ideo in corde plures sunt nerui.tom. 4, pag. 91,lib.3.de part.animalium, capit.4. num. 20.
In menstruis datur multum lentoris, & viscositatis, ex eoque fiunt nerui, quibus partes animalis continentur, & cohærent. Tom 4, pag 510. lib.2. de Gener. animal. capit.4,num.15.
Nerui, & ossa ex partibus terreis alimenti habentibus admistum humorem generãtur per hoc, quod virtute caloris interni exiccetur humor: & quia quæ calore concrescunt non dissoluuntur igne,ideo ossa,& nerui non dissoluuntur igne.Tom. 4, pagin. 530,lib.2.de Gener.animal cap. 4. num.62.
Nerui, & ossa generantur ex excrementis, seu partibus minus puris sanguinis menstrui, & nutriuntur ex excrementis alimenti. Ibidem pagin.535, num.82.
NESTVS fluuius. In Græcia nestus fluuius oritur ex Combro monte. Tom.3 pagina 565, lib.1. meteor. capit 13, num 8.
NETE est vox acutissima,quam qui canunt, valde fatigantur.Tom.3,pag 621. sect.19. probl.num 3.
Quare antiqui musici, cum non ex octo,sed ex septem chordis musica instrumenta componerent, nõ omitterent netem,quæ est vox acutissima, sed hypatem, quæ est vox grauissima. Ibid. pagin.622, nu.7, & pag 640,num. 48.
Nete, & hypate quia distant per octonariũ sunt eædem pene voces, ac sunt antiphonæ. Ibidem pagin.622, num.7. & pagina 619,nu.24.
Nete est duplo acutior hypate, quia canna. vel chorda edens hypaten est dupla respectu edentis neten. Ibidem pagina 629, num. 23.
Quia nete, & hypate sunt eiusdem naturæ, siquis dum psalterium pulsatur, neten apprehenderit, itavt sonum ipsius interpellet, videbitur consonare per quemdam consensum etiam hypatẽ. Ibidem pagin. 929,num 24, & pagina 638,num.43.
Hypate, & nete terminantur,& coalescunt in vnum.Ibid pag 636,num 40.B.
NICERATVS Poeta à Praxye victus in certamine carminum, sordibus, & coma incompta procedebat,ideoque Thrasimachus dixit,illum esse sicut Philocterem à serpente morsum. Tom. 1. pag.862,lib 3. Rhet. cap. 11, num.9.
NICTATIO, Nictare. Aues graviores cum periculum est, ne aliquid in oculos incidat,nictantur,hoc est oculos tegunt, non quidem palpebra, sed membrana quadã tenuissima. tom. 4, pagin 66, lib. 2. de partib.anim.cap.13,num.5.
Aues nictantur ita, vt incipiant oculos operire à parte naribus proxima, quia illa pars est principium oculi. Ibidem pagin. 66.num.5.
Quo pacto,& quare nictentur aues, & quadrupedes, ouiparæ. Ibid. pag. 66, num. 6, & pagin. 161. lib 4. de partib. animal. cap.11,num.7.
NIDOR. Exhalatio olei, & eorum, quæ sunt oleata,dicitur nidor. tom. 3, pagin. 684, lib.4.meteor.capit.9,num.31.
Omnes pisces alliciuntur nidore escarum assatarum Tom.3. pag 816, lib.4 de Histor.anim capit. 8, nu.1,7.
NIGER,Nigrum. Nigrũ est veluti negatio lucidi,& colorati, ideoque obiecta quo minus videntur lucida eo videntur nigriora.Tom.3.pagin.637, lib.3. meteor. cap.4 num.15.
Color albus est, qui plurimum participat de luce: color niger est, qui pene totaliter caret participatione lucis. Tom.4, pagin.342, lib.de sensu, & sensib. cap.3, numer. 8.

Quo

Quo pacto ex albo, & nigro fiant colores medij. Ibid. pag. 342, num. 9, & sequ.
Signum hominis amari, & austeri est, vt nigro colore sit præditus. Tom. 4, pagina 797, lib. physiog. cap. 6, nu. 10.
Qui sunt valde nigri, sunt timidi, quia color niger est proprius Æthyopũ, qui sunt timidi. Tom. 4, pag. 809, lib. Physiog. capit. 10. num. 1.
NIHIL. Quo pacto ex nihilo aliquid fiat. Tom. 5, pag. 295. lib. 11. metaph. cap. 6, num. 3. 4.
Antiqui dixerunt præter ens dari non ens, atque ens fieri ex non ente. Tom. 5, pag. 398. lib. 14. metaph. cap. 4, num. 1, 2, 3, 4
Gorgias dicebat non ens esse. Tom. 5. pag. 432, lib. de Xenoph. cap. 9, num. 7, 12.
Non bene ex eo, quod ex nihilo nihil fiat, probatur omnia esse ingenita. tom. 5, pagin. 417, lib. de Xenoph. capit. 2. per totum.
NON ENS. Vide nihil.
NILVS. Nilus fluit ex montibus, qui dicuntur argentei, seu montes lunæ, eo quod ex metallis argentum tribuatur lunæ. Tom. 3, pag. 565, lib. 1. meteor. cap. 13, num. 8.
Regio Aegypti videtur facta ex alluuione nili, ac omnia ostia nili, excepto Canobitico, facta sunt ab homi nibus ex arte Ibid. pag. 569, nu. 4.
Nilus, & Danubius quia longi ssimo terrarum tractu decurrunt, sunt maxima fluminum, quæ ingrediuntur in mare mediterraneum. Tom. 3, pagin. 582, lib 2. meteor. cap. 3, num. 18.
NIOBE. Niobe ita immodicè amauit filios, vt etiam contra Deos insurgeret. Tom. 2, pag. 195, lib. 7. Ethicor. capit. 4, num. 8.
NITIDA. Hæc est natura rerum valde nitidarum, vt facile, ac celeriter maculas contrahant, easque manifestent, & inficiantur etiam leui motu, & contactu. Tom. 4. pag. 404. lib. de somnijs, cap. 2, num. 6.
NITRVM. Nitrum, & sal concrescunt calore sicco, ac liquefiunt humido aqueo, & cur. Tom. 3, pag. 670. lib. 4, meteor. cap. 9, nu. 8.
Nitrum quia magis est terreum, quam aqueum, calore concrescit, & coagulatur. Ibidem.
Nitrum liquatur ab aqua, quia habet meatus per totum corpus nitri diffusos; ideoque aqua ingrediens totum nitrum dissoluit in partes insensibiles, & facit fluere. Tom. 3, pag. 677, lib. 4. meteor. cap. 9, num. 8.
Nitrum habet vim astrictiuam, non autem liquefactiuam, ideoque non potest auferre stuporem dentium To 5, pag. 451, sect. 1. probl nu. 39.
NIX. Sicut pruina est vapor congelatus, antequam resoluatur in aquam, sic nix est nubes congelata, antequam resoluatur in aquam, & tum nix, tum pruina sunt signa regionis, ac temporis admodũ frigidi. Tom. 3, pag. 557, lib. 1. meteor. cap. 11, num. 13.
Nix generatur in locis altis, ad quos non peruenit reflexio radiorum solarium, ideoque sæpe cadit in altos montes. Ibidem pagin. 559, cap. 12, num. 6.
Ex niue generantur quidam vermes, qui si ex niue educantur, moriuntur. Tom. 3, pagin 854, lib. 5. de Histor. anim. cap. 20, num 19.
Nix est quædam spuma congelata: spiritus autem admistus causat tumorem, & albedinem. Tom 4, pag. 503, lib 2. de Gener. animal. cap. 2, nu. 6.
Quare postquam ceciderint niues, flare solent austri. Tom. 5, pagin. 697, sect. 26. prob. nu. 3.
Etesiæ aquilonares causantur ex eo, quod sol liquefaciat niues. Ibidem pagin. 712, num 53.
NOBILIS, Nobilitas. Nobilitas est duplex, priuata, & publica ciuitatis, aut gentis, & quid vtraque sit. Tom. 1, pag. 906, lib. 1. Rhet. capit. 5, num 4
Quinam sint mores nobilium. Tom. 1, pag. 795. lib 2. Rhet. cap. 15, per totum.
Nobiles studiosi sunt honoris, ac despiciunt non solum abiectos, sed etiam eos, qui de nouo consecuti sunt bona, quæ eorum maiores possederunt Ibidem pagin 795, num 1, 2.
Nobile dicitur à generis virtute, generosum verò dicitur ex eo, quod à natura, atque ingenio maiorum non degenerat: quia verò aliquando nobiles degenerant à virtute maiorum, aliquando non sunt generosi. Ibidem pag 895, num. 3.
Familiæ nobiles, quæ viris acri, ac viuido ingenio præditis floruere, degenerant in homines quodammodo insanos familiæ, quæ floruerunt hominibus stabili, ac pacato ingenio præditis, degenerant in quamdam socordiam. Ibid.

Digitized by Google

Nobiles ſolent eſſe præditi fortitudine politica, qua pericula ſubeunt ex deſiderio honoris, & ex metu infamiæ. Tom. 2, pagin. 76, lib. 8 Ethic. capit. 8, num. 2.

Aliqui nobilitatem, & ignobilitatem definiunt per virtutes, ac vitia, & dicunt eos, qui ſunt à natura facti ad virtutem, eſſe nobiles, & quod ſicut equus naſcitur ex equo, ſic boni naſcuntur ex bonis. Et quidem hoc natura intendit, ſed non ſemper conſequitur. Dicunt etiam quod verè nobiles vbique gentium ſunt nobiles, nobiles autem ſecundum quid ſunt nobiles ſolum apud ſuos. Tom. 2, pagin 524, lib. 1. pol. cap. 4, num. 6.

Nobiles dicunt ſe in Republica eſſe præferendos cæteris, quia habent animos magis liberos, ac magis generoſos, ideoque apud omnes honorantur. Generoſitas enim videtur virtus generis, quia rationi conſentaneum eſt, vt ex melioribus naſcantur meliores. Tom. 2. pag 611, lib. 3. polit. cap 8, num. 5.

Dantur quædam differentiæ nobilium ſecundum opulentiam, & magnitudinem cenſus: ſiquidem equites non poſſunt eſſe niſi opulenti. Tom. 2, pag. 631, lib. 4. pol. cap. 3, num. 2.

Quidam ſunt nobiles ex genere, quidam ex virtute. Ibid.

Nobiles videntur, quorum maiores virtute, & diuitijs floruerunt, & hi in Republica exiſtimant ſe præferendos cæteris. Tom. 2, pag. 666, lib. 5. polit. cap. 1, num. 2.

Licet nobiles, ac diuites iactent virtutem, tamen pauci, ac vix vllibi inueniuntur centum, qui ſint verè virtute præditi Tom 2, pagin. 667, lib. 5. polit. capit. 1. num. 4.

Apud Rhodios cum plebs pararet iudicia contra nobilitatem, nobilitas metu iudiciorum inſurrexit in plebem. Ibid. pag. 670, cap. 3, nu. 4.

Apud Lacedæmonios opes, ac diuitiæ poſſidebantur à paucis nobilibus, qui proinde habebant magnam potentiam faciendi quod volebant, & alijs gratificandi. Ibidem pagin. 683, cap. 7, num. 7.

Quia aliquando Reſpublicæ corrumpuntur propter contentiones nobilium, talibus contentionibus obſiſtendum per leges. Ibidem pag. 686, cap. 8, num. 6.

Quibus artibus vterentur Carthaginenſes, & Tarentini ad plebem conciliandam nobilitati. Tom. 2, pag. 722, lib. 6. polit. cap. 5, nu. 7.

Nobile differt à generoſo: nam nobile dicitur quod bono prognatum eſt genere: generoſum quod non degenerauit à ſua natura. Tom. 3, pag. 701, lib. 1. de Hiſtor. animal. cap. 1, nu. 25.

Leones ſunt nobiles. Ibid.

NOCTVA. Noctuæ vulgo *Cuuette* noctu ſolum vagantur. Tom. 3, pagin. 699, lib. 8. de Hiſt. anim. capit. 1, num. 18.

Noctuæ habent iecur valde exiguum. To. 3, pag. 748, lib 2. de Hiſtor. anim cap. 15, num. 5.

Noctua eſt auis aduncis vnguibus prædita, ac carniuora. Tom. 3, pagin. 945, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 3, nu. 1.

Noctuæ paucis diebus ſe abſcondunt. Ibid. pagin 962, cap. 6, num. 2.

Cornix, ac noctua ſunt inimicæ. Quia enim noctua interdiu parum videt, cornix circa tempus meridiei deuorat oua noctuæ: noctua autem noctu deuorat oua cornicis. *Hoſtes* ſunt etiam noctua, & Orchilus, quia Orchilus deuorat oua noctuæ. Cæteræ etiam auiculæ noctuam circumuolant, & vt dicunt, admirantur, eamque vellicant; ideo aucupes noctua vtuntur ad capiendas auiculas. Tom. 3, pag 982, lib 9. de Hiſt. anim. cap. 1. num. 10.

Noctuæ venantur mures, lacertas &c, circa principium, & finem noctis. Tom. 3, pagin. 1007, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 34, num 1.

NODVS membrorum. Pars digiti, quæ eſt plicatilis, vocatur nodus Tom. 3, pagin. 716, lib. 1. de Hiſtoria animalium, cap. 15, num. 5.

Pollex habet vnicum nodum, alij digiti duos habent nodos. Ibidem.

NODVS plantarum, & lignorum. Cum ramus euellitur ex arbore, vt inſeratur alteri arbori, vel vt plantetur in terra, vel debet euelli cum nodo, vel debet inſeri nodo, quia nodus eſt principium ſurculi, ac nouæ arboris. To. 4. pag. 676, lib. de Iuu. & ſen. cap 1, num. 10.

Nodi lignorum quia participant naturam radicis, ſunt grauiores, ideoque aliqui vt faciant libras ligneas doloſas faciunt alteram partem ex nodis ligni, vt ſit grauior: Tom. 4, pagin. 781, lib. Quæſt. mech. qu. 1, num. 4.

NODVS tragœdiæ. Cuiuſcumque tragœdiæ ſaltem implexæ duæ ſunt partes, nodus, & ſolutio. Nodus eſt illa pars tragœdiæ, quæ durat ab initio vſque ad illã

par-

partem', in qua fit extrema mutatio &c. Proponuntur exempla. tom.1, pag.929, lib. Poet. cap 16,num.1.

Tragœdia habens eumdem nodum, & ſolutionem eſt eadem, licet habeat diuerſam fabulam habens diuerſum nodum, & ſolutionem eſt diuerſa, licet habeat eádem fabulam. Ibidem pagina 930, numer.3

NOMEN eſt, *vox ſignificatiua ex inſtituto ſine tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparata*: & per hoc differt ab oratione, cuius partes ſignificant ſeparatæ. Tom.1, pagina 68, lib.1. Periher.cap.2, num.1.

Nomina ſimplicia differunt à compoſitis, quia in ſimplicibus partes non ſolũ non ſignificant, ſed neque habent vim ſignificandi, in compoſitis non ſignificant, ſed habent vim ſignificandi. Ibid.

Nomina infinita, & caſus obliqui propriè non ſunt nomina. Ibidem pagin. 69, numer. 3.

Nomina, & verba ſeorſim prolata non ſignificant verum, neque falſum. Ibidem pag. 67, num.2.

Nomina ſeorſim prolata ſignificant conceptus per modum ſimplicis apprehenſionis. Ibidem.

Explicatur locus Rhetoricus ex nomine, & afferuntur eius exempla. TO.1, pagina 821,lib.2. Rhetor.cap 24,num 28.

Nomen eſt pars dictionis, ac definitur *vox compoſita ſignificatiua ſine tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparata*.TOM.1,pagina 936,lib.Poet.cap.26,num.8.

Nomen ſimplex eſt, quod non componitur ex pluribus vocibus ſignificatiuis ſimpliciter, aut ſecundum quid. Nomen multiplex eſt, quod componitur ex pluribus vocibus ſignificatiuis ſimpliciter, aut ſecundum quid. Afferuntur exempla. Ibi l. pag.937 num.11.

Nomen diuiditur in octo claſſes, quæ ſunt, propria, linguarum, translata ſpectantia ad ornatum, ficta, protracta, contracta, immutata. Explicantur. Ibid. pag.938, à num 13,ad finem.

Nomina propria alicuius gentis, ac linguæ ſunt, quibus vtuntur ſinguli talis gentis, ac linguæ. Nomina linguarum ſunt, quæ accipiuntur ab aliquibus ex alia gente, ac lingua. Ibidem pagina 9.8 num.14.

Nomina metaphorica ſunt, quæ cum ſint impoſita ad ſignificandum vnum, transferuntur ad ſignificandum aliud. Explicantur quatuor modi translationum, & earum exempla. Ibidem pag. 938.nu.15,16.

Nomina ficta, ſeu facta ſunt, quæ ipſe Poeta rebus imponit, cum antea non fuerint vſurpata. Ibidem pagin. 638,numer. 17.

Nomen protractum eſt, quod augetur, & fit longius: contractum eſt, quod minuitur, & fit breuius, ablata aliqua litter a, vel ſyllaba ab ipſo, vel à nomine protracto. Nomen immutatum eſt, cum poeta ita aliquod nomen immutat, vt parte aliqua retenta, partem alteram fingat de nouo. Ibid.pag 940, num.18,19,20.

Diuiſio nominum in maſculina, fœminina, & neutra. Ibid pag.940,num 21.

Quibus nominibus, & quo pacto ſit vtendũ ad faciendam dictionem perſpicuam, & non humilem Ibid.pagin.940, cap.21, per totum.

Nomina propria, & vulgo prouita faciunt dictionem perſpicuam, ſed humilem: nomina translata, & linguarum faciunt locutionem peregrinam, ſed ſi plus æquo adhibeantur, reddunt obſcuram, & barbaram. Ibidem pag.941, num.2,3.

Nomina protracta, contracta, & immutata valde conferunt ad efficiendam locutionem perſpicuam ſimul, & peregrinam. Ibidem pagin.941 nu.3,4,5

Laudabiliſſimum eſt conuenienter vti nominibus translatis. Ibidem pagina 944, num. 7.

Nomina multiplicia, & compoſita præcipuè conueniunt Dithyrambicæ: nomina linguarum præcipuè conueniunt Epicæ. translata præcipuè conueniunt Iambicæ. Ibid. pag.944,num.8.

Ad reddendam orationem perſpicuam vtendum eſt nominibus propriis, ad reddendam peregrinam vtendum eſt translatis. TOM.1, pag.834, lib.3. Rhet. cap.2, num.3.

In ſoluta oratione non eſt vtendum nominibus linguarum, compoſitis & immutatis, ſed propriis, & translatis. Ibidem pag. 835, num.5.

Honeſtas nominum non ſolum deſumitur ex ſono, & ſignificatione, ſed etiam ex modo ſignificandi: turpitudo nominum ex ijsdem deſumitur. Soluitur ſophiſma Bryſonis, qui dicebat nullum nomen eſſe turpe. Ibidem pagin.837, nu.10.

NOMICA poeſis erat genus carminum, quod tali nomine vocabatur, quia eo ſcriptæ fuerant leges. Tom.1, pagin. 894, lib.Poet.capit 1, nu.9.

NO-

NOTVM, Notius, Notitia. Priora, & notiora ſecundum naturam ſunt, quæ ſunt aliorum cauſæ, ac proinde maiorem habent entitatem, & cognoſcibilitatem, quæ proportionantur entitati. Notiora nobis ſunt propinquiora ſenſibus, quæ proinde prius, & magis cognoſcuntur. In demonſtratione præmiſſæ debent eſſe notiores natura. Tom. 1, pagin. 292. lib. 1. Poſt cap. 2. num. 9, & pag. 537, lib. 6. Topic. capit. 1, nu. 20.

Ad perfectè cognoscendas, & definiendas res debemus conari, vt illas cognoſcamus, & explicemus per notiora ſimpliciter, ac definitiones explicantes per notiora nobis, non ſimpliciter, non ſunt veræ definitiones Ibidem pagin. 537, numer. 20, 21.

Nota ſimpliciter ſunt, quæ ſunt nota intellectibus bene diſpoſitis, Ibidem pagina 539, num. 22.

Incipere debemus ab ijs, quæ ſunt notiora nobis, ac progrediendum ad ea, quæ ſunt notiora ſimpliciter. Tom. 3, pagin. 5, lib. 1. Phyſic. cap. 1, num. 2.

Vniuerſaliora, & magis confuſa ſunt nobis notiora. Ibidem pagin. 5, nu. 2, 3, 4, 5.

NOTVS eſt idem ac auſter, & ſpirat à puncto diametraliter oppoſito polo arctico. Tom. 3, pagin. 605, lib. 2. meteor. capit. 6, num. 5.
Vide auſter.

NOVA delectant vehementer, deinde non delectant ita vehementer. Ratio eſt, quia mens excitata nouitate ab initio circa noua operatur perfectè, & intensè, deinde intenſionem remittit: delectatio autem ſequitur ex perfectione, & intenſione operationis. Tom. 2. pag. 286, lib. 10. Ethic. cap. 4, num. 9.

Narrationibus rerum admodum recentium, & nouarum non valde delectamur, quia videntur conſuetæ. Tom. 5, pagin. 617, ſect. 18. probl. nu. 10.

NOX. Abſentia frequentius ſentiuntur nocte, quam die, quia aer nocturnus eſt multo quietior diurno, motus autem facilius continuantur in aere quietiore. Tom. 4, pag. 415, lib. de Diuin. capit. 2, num. 6.

Poetæ theologi dixerunt cuncta generata fuiſſe ex nocte, hoc eſt ex priuatione omnis actus. Tom. 5, pag. 331, lib. 12. metaph. cap. 5, num. 6.

Media nox propter diſtantiam ſolis eſt frigidiſſima, Tom. 5, pag. 639, ſect. 25. probl. num. 15.

Summa æſtate noctes ſunt moleſtiores diebus, quia aer noctu non refrigeratur ventis. Ibidem pagina 693, num. 16.

Quia ſol omnia mouet, ideo noctu omnia ſunt quieta, & tranquilla, ac voces, & ſoni melius audiuntur. Tom. 5, pagina 551, ſect. 11. probl. num. 5, 6.

Quare aer ſit maximè tranquillus media nocte, ac meridie. Tom. 5, pag. 689, ſect. 25. prob. num. 4.

Quare aer ſoleat eſſe magis ſerenus nocte, quam die. Ibid. pag 690, num. 7.

NVBES non concreſcunt in ſuprema regione, tum quia in ſuprema regione non datur aer, ſed ignis, tum quia aer ſupra montes cum circulariter rapiatur à Cœlo, impeditur, ne concrescat in nubes, at aer infra montes cum incurrat in montes cõcreſcit in nubes. To. 3, pag. 535. lib. 1. meteor. cap. 4, nu. 6.

Nubes generantur in locis ſtagnantibus, atque intra montes incluſis, ac non multũ eleuantur ſupra montes. Ibidem.

Sicut aqua cum conuertitur in aerem, primo concreſcit in vaporem, deinde mutatur in aerem, ſic cum aer mutatur in aquã, primo concreſcit in nubem, quæ eſt medium quid inter aquam, & aerem. Quod eſt reſiduum de nube, & in aquam mutari non potuit, deſcendit ad partes propinquiores terræ, & fit caligo nebulæ, quæ eſt quædam nubes ſterilis. To. 3, pag. 554, lib. 1. meteor. cap 11, num. 2.

Circulatio, per quam aqua mutatur in vaporem, & aſcendit, vapor concreſcit in nubem & deſcendit, imitatur circulationẽ ſolis per Zodiacum Ibid. pag. 554, num. 4.

Nubes eſt denſior ex parte ſuperiori, quia aer ſuperior vtpote remotior à radio reflexo eſt frigidior. Quia nubes eſt denſior ex parte ſuperiore, fulmina, & procellas pellit deorſum. Tom. 3, pagin 620, lib. 2. meteor. cap 9 nu 4.

Quo pacto in nube fiat tonitruum, & fulgur. Ibidem pagin. 621, num. 6.

Quare ventus cæcias nubes ad ſe trahat, & congreget. Tom. 5, pagin. 696, ſect 26. problem. num. 8.

Venti cum incurrunt in montes, qui impediunt tranſitum vaporum, congregant vapores, qui concreſcunt in nubes. Ibidem pagina 697, num. 9.

NVCES. Quare nuces poſtquam fuerint aſſatæ, ac refrigerantur, euadant deteriores: at ſi deinde iterum caleſiant, euadant me-

meliores. Tom.5, pagin.666,ſect.22.problem.num.7.

NVCIFRAGVM inſtrumentum. Nuces,& amigdalæ facilè franguntur inſtrumento nucifrago, etiam ſine ictu, quia inſtrumentum nucifragum continet duos vectes prementes in duas partes contrarias. Tom. 4. pagin.748,lib.Quæſt. mech. qu.22,num.2.

NVGATIO, hoc eſt nugatoria eiuſdem repetitio, eſt vna ex metis ſophiſtarum. Tom.1, pagin. 609,lib.1.Elench.cap 3 numer. 1

Explicantur fallaciæ, per quas ſophiſtæ ducunt ad metam nugationis. Tom.1,pagin. 641.lib. 1. Elenchorum, cap. 13. num. 1. 2, 3, 4.

Quo pacto ſoluendæ ſint fallaciæ nugationis Tom.1,pag.671, lib.1. Elench.capit.6, num. 1,2,3,4,5.

NVMERATIO. Quare omnes tum græci, tum barbari numerent vſque ad decem. deinde redeant ad vnitatem. Tom.5, pag. 589,ſect.15. probl. num. 3: per totum.

Numeramus vſque ad decem, quia numeramus decem digitis, quaſi calculis nobis datis à natura. Ibid.pagin. 591,num.3. E.

Quidam Thraces numerabãt vſque ad quatuor,deinde redibant ad vnitatem. Ibid. pagin.591, num 3,E.

Mens etiamſi poſſet pertranſire infinitas partes magnitudinis, non poſſet illas numerare.Tom.4. pag.771, lib. de lin.inſecab. capit.2,num.9

Numerando,ac dicendo *vnum*,*duo*, & *tria*, poſſumus ſumere numeros contradiſtinctos, & poſſumus addere vnitatem priori numero,qua additione cõſtituatur poſterior.Tom 5. pagina 397,lib.13.metaph. cap. 8,nu.27.

NVMERVS. Numerus cum ſit numerabilis, non poteſt eſſe infinitus. Tom. 3, pagin. 79, lib.3. phyſic. cap.8, num. 2.

Numerus differt à magnitudine per hoc, quod in numeris deſcendendo peruenitur ad minimum, hoc eſt ad vnitatem, aſcendendo nõ peruenitur ad maximum, in magnitudinibus è conuerſo Ibid.pag. 90, cap.11, num.2.

Numeri non ſunt infiniti actu, ſed potentia propter infinitam diuiſibilitatem continui. Ibid.

Numerus numerans eſt numerus per intellectum abſtractus à rebus, quem rebus applicando, numeramus res: numerus numeratus eſt numerus rerum, puta hominum, equorum &c. Tom 3, pag.128, lib.4. phyſic. capit.13, num.11.

Datur minimus numerus numerans,hoc eſt dualitas;at minimus numerus numeratus aliquo pacto datur, aliquo pacto non datur: Datur enim minimus in ratione numeri, cum non detur numerus minor dualitate; at non datur minimus in ratione magnitudinis. Ibidem pag.131,cap. 15, num.5.

Res ſunt in tempore tamquam in numero per hoc, quod cõtineantur numero temporis. Tom.3, pag.134, lib.4 phyſicor. cap 16, num.2.

Numeri non poſſunt eſſe graues, neque leues, adeoque propriè naturalia non poſſunt componi ex numeris, vt opinatus eſt Pythagoras. Tom.3, pag. 398, lib.3. de Cœlo, cap.3, nu 14.

Plato exiſtimauit prima principia rerum eſſe vnitatem, ac numeros, ideoque docuit animam componi ex vnitate, & numeris, & quo pacto id explicaret. Tom.4, pag. 219, lib.1. de Anima, cap 4, num.13.

Quo pacto Plato docuerit animam conſtare ex numeris harmonicis. Tom.4,pag 225, lib.1, de Anima, cap.8, num.2.

Numeri additione, ablatione, ac diuiſione variant ſpeciem. Tom.4, pagin.233, lib.1, de Anima, cap.11, nu.4.

Reijcitur opinio docens animam eſſe numerum mouentem ſe ipſum. Ibidem pag.253, lib.1. de Anima, cap.11,per totum.

Numerus eſt vnum ex ſenſibilibus communibus, quæ immutant ſenſum, & faciunt, vt eliciat diuerſam ſenſationem, ideoque ſunt ſenſibilia per ſe, non autem per accidens. Tom.4, pag.289, lib.2. de Anima, cap.17, nu.5.

Numerus ſentitur vt negatio continui,quia quæ apparent vt diſcontinua, apparent vt multa. Ibid. pag.290 nu.6.

Numerus eſt plura vna,ideoque ſenſus cum videt plura ſenſibilia propria, quorum vnumquodque eſt vnum, agnoſcit numerum. Ibid.

Sicut ſolæ conſonantiæ, in quibus dantur proportiones quorumdam numerorum, ſunt delectabiles auditui, ſic ſoli colores reſultantes ex albo, & nigro miſtis ſecundum proportiones quorumdam numerorum, ſunt delectabiles viſui. Tom. 4, pagin. 342, lib. de ſenſu, & ſenſibili, cap. 3, num.12.

Ani-

Digitized by Google

Anima nõ ex alio videtur dijudicare, quod obiectum eſt vnum numero, quam ex eo, quod ſentiat eodem tempore. Ibidem pag. 365, cap. 8, num. 9.

Numerus eſt quantitas diſcreta, quia conſtat ex partibus non habentibus poſitionem, ſed merum ordinem, per quem vna pars eſt prior, altera poſterior. Tom. 1, pagin. 41, lib. prædicamentor. capit 7, num. 7.

Numeri conſtant ex vnitatibus indiuiſibilibus, ac omnes numeri habent finitas diuiſiones. Tom. 4, pag. 770, lib. de Im. mſec. cap. 2, num. 4.

Ex quibus fundamentis Pythagorici cenſuerint numeros eſſe prima principia entium. Tom. 1, pag. 19, lib. 1. metap. cap. 5, num. 1, 2.

Quo pacto Pythagorici vniuerſo, & entibus applicarent principia numerorum, ac dicerent vniuerſum eſſe numerum facientem harmoniam. Ibidem pag. 19, num. 3.

Examinatur explicata opinio Pythagoreorum. Ibidem pag. 35, capit. 10, per totum.

Numeri an ſint ſubſtantiæ ſeparatæ, & an ſint quidditates ſenſibilium. Tom. 5, pag. 77, lib. 3. metaph. cap. 8, per totum.

Numerus eſt multitudo numerabilis, ideoque multitudo infinita proprie non eſt numerus. Tom. 5, pag. 139, lib. 5. metap. cap. 13, num. 2.

Subſtantia numeri eſt ipſa eorum quãtitas, quæ ſemel profertur: alia ſpectant ad qualitatem. To. 5, pag. 141, lib 5. metaph. cap. 14, num. 3.

Quid ſint numeri compoſiti, vel incompoſiti, quadrati, vel ſolidi. Ibidem pagin. 140, num. 2.

Eſſentiæ ſunt ſicut numeri, quia non ſunt diuiſibiles in infinitum, quia qualibet additione, vel ſubtractione mutant ſpeciem, quia ſunt per ſe vnum, & quia non ſuſcipiunt magis, & minus. Tom. 5, pag. 225, lib. 8. metaph. cap. 5, num. 2, 3, 4, 5.

Eſſentiæ rerum ſenſibilium ſunt numeri partium componentium, non autem ſunt numeri ſeparati. Ibidem pagin. 225, num. 1.

Proponuntur aliquæ opiniones Pythagoreorum circa ideas, ac numeros ſeparatos, & eorum diſcrimen. Tom. 5, pagina 367, lib. 13. metaphyſic. capit 7, num. 2.

Proponuntur variæ opiniones antiquorum circa numeros per ſe exiſtentes Tom. 5, pag. 367, lib. 13 metaphyſicor. cap. 7, per totum.

Examinantur, ac reijciuntur ſententiæ de numeris. Ibidem pag. 369, cap 8, & 9, per totum.

Numeri per ſe exiſtentes neque poſſunt conſtare ex omnibus vnitatibus eiuſdem rationis, neque ex omnibus diuerſæ rationis, neque ex aliquibus eiuſdem, ex alijs diuerſæ rationis. Tom. 5, pagina 369, lib 13. metaphyſicorum, cap. 8, per totum.

Quare antiqui dixerint vnum eſſe prius numeris, tum in ratione materiæ, tum in ratione definitionis. Tom. 5, pagin 384, lib. 13. metaph. cap. 9, num 20.

Proponuntur aliæ difficultates circa numeros, & magnitudines. Tom 5. pagina 385, lib. 13 metaph. cap. 9, num. 22, & ſequentibus.

Examinantur, ac reijciuntur opiniones eorum, qui dixerunt numeros eſſe principia rerum. Tom. 5, pagin, 401, lib. 14. metaph, cap. 5, per totum.

Reijcitur opinio antiquorum, qui dixerunt numeros eſſe elementa Tom. 5. pagin. 409, lib. 14. metaphyſic. capit. 7, per totum.

Reijcitur opinio antiquorum, qui dixerunt numeros eſſe cauſas ſubſtantiarum, & earum exiſtentias. Tom. 5, pag. 411, lib. 14. metaphyſicorum, cap. 8. per totum.

Reijcitur opinio dicens numeros eſſe cauſas, vt res bene ſe habeant. Tom. 5 pagina 412, lib. 14. metaphyſicorum, cap. 9, per totum.

Explicantur aliqua myſteria obſcuriſſima numerorum. Ibidem pagin. 414, nu 7, 8.

Numeri ideales non poſſunt eſſe cauſæ cõſonantiarũ, & aliorum huiuſmodi. Ibid. pag. 415, nu. 10.

Species numerorum ſunt par, impar, quadratus, cubus, longus, planus, primus, cõpoſitus, & omnes continentur in denario. Tom. 5. pagin. 589, ſect. 15. problem. num. 3, A.

NVMERVS orationis. Oratio nec debet eſſe deuincta metris, nec debet eſſe expers numeri, nec debet habere numerum omnino exquiſitum: Numerus autem diuiditur in metrum, & rhythmum. Tom. 1, pag. 847, lib. 3. Rhetor. cap. 8, num 1, 2.

Numerus eſt proportio numerorum in ſonis. Ibidem pag. 848, num 3.

Digitized by Google

Numerus heroicus dactylorum, & ſpondæorum habet proportionẽ parem, & propter ſuam æquabilitatem eſt maieſtate plenus & parum congruus ſolutæ orationi. Ibid. pag. 848, nu. 3.

Numerus Iambicus habet proportionem duplam, & vt nimis ſimilis locutioni familiari non ſatis conuenit ſolutæ orationi. Ibid. pagin. 848, num. 3.

Numerus Pæan habet proportionem ſeſquialteram, & eſt aptiſſimus ſolutæ orationi. Ibid. pag. 849, num. 4.

Oratio optimè incipit à pæane primo, & optimè terminatur pæane quarto. Ibidem pag. 849, num. 5.

Oratio debet terminari non ſola interpunctione, ſed ipſo numero. Ibidem pagina 849, numer. 5.

Vide Periodus.

NVMMVS, Nummularia. Nummus dicitur à lege, quia valorem habet à lege. To 2, pag. 137, lib. 5. Ethic. cap. 5, num. 3.

Vide pecunia, pecuniaria.

NVNC temporis. Nunc ita ſe habet in tempore, ſicut punctum in linea. Sicut enim punctum continuat partes *lineæ*, ſic nunc continuat partes præteritas temporis cũ futuris. Aliquando tamen nunc dicitur tempus præteritum, vel futurum propinquum præſenti nunc. Tom. 3, pagin 138, lib. 4 Phyſic. capit. 17, num. 2, 3.

Vide inſtans.

NVPER ſignificat partem temporis præteriti propinquam præſenti nunc. Tom. 3, pagin. 139, lib. 4 Phyſicorum, cap. 17, numer. 8.

NVPTIÆ. Vide coniuges, coniugia.

NVTRICES fuſcæ habent lac ſalubrius, quã candidæ, & lac liuidius eſt melius ad infantes nutriendos, quam lac vſque quaque candidum. Tom. 3. pag. 789, lib. 3. de Hiſt. animal. cap. 21, nu. 4.

Infantes, qui lactantur à nutricibus valde corpulentis, & vtuntur lacte copioſiore, & craſſiore, ſolent laborare conuulſionibus, hoc eſt contractione neruorum. Tom. 3, pag. 933, lib. 7. de Hiſtor. animalium, cap. 12, num. 1.

Vinum non ſolum ſi bibatur ab infantibus, ſed etiam à nutricibus, cauſat in infantibus epilepſiam, ſeu morbum caducum; ideoque nutrices infantium non debent vti vino, niſi modico, & benè diluto, ac præſertim non debent vti vino nigro, quod eſt valde vaporoſum. Tom. 4, pag. 396, lib. de ſomn. & vig. cap 4, num. 11.

NVTRITIO, Nutritiua. Inſ anima datur pars nutritiua, & in eius operatione non conſiſtit felicitas. Tom. 2, pag. 317, lib. 1. mag. mor. capit. 5, num. 1, 2, 3, 4.

Nutritio eſt mutatio alimenti in carnem, abſtrahẽdo ab hoc, quod caro fiat maior augmentatio eſt mutatio alimenti in carnẽ maiorem, quam ante. Ideo nutritio poteſt ſeparari ab augmentatione, non autem è conuerſo. Tom. 3, pag. 471, lib. 1. de Gener. capit. 12, num. 5.

Nutritiuum non ſupponit ſenſitiuum &c, ideoque in plantis datur ſolum nutritiuum ſine ſenſitiuo &c: at ſenſitiuum ſupponit nutritiuum, ideoque in nullo datur ſenſitiuum ſine nutritiuo. Tom. 4, pag. 252, lib. 2. de Anima, capit. 4, nu. 2.

Aliqui dixerunt ignem eſſe cauſam, cur animalia nutriantur. Reijciuntur: nam animalia augentur, & nutriuntur vſque ad certum terminum, ignis augetur in infinitum. Tom. 4, pagin. 257, lib. 2. de Anima, cap. 5, num. 21, 22.

Idem alimentum eſt nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum. Eſt nutritiuum quatenus eſt in potentia ſubſtantia alicui: eſt augmentatiuum quatenus eſt quantũ, & poteſt augere quantitatem alicui: & eſt generatiuum quatenus eſt in potentia aliud ſimile alito. Ibidem pagin. 259, cap. 6, num. 7.

Naturaliſſimum omnibus viuentibus eſt, vt ſumant alimentum ad ſe nutriendum, & augendum, vt patet in animalibus, ac plãtis. Tom. 4, pagin. 255, lib. 2. de Anima, cap. 5, num. 2.

Potentia nutritiua eſt principium, quo viuens poteſt conſeruare ſe ipſum, quatenus eſt tale, reparando partes deperditas. Ibidem pag. 260, cap. 6, nu. 8.

Ad nutritiuum concurrunt tria, id, quod nutrit, id, quod nutritur, & id, quo nutritur. Ibid. num. 9.

Quo pacto anima nutriat corpus alimento, & calore naturali, vt inſtrumento. Ibid. pag. 260, num. 11.

Irrationabile eſt, quod aliqua animalia nutriantur odoribus, vt dixerunt quidam Pythagorici. Tom. 4, pagin. 357, lib. de ſenſu, & ſenſib. capit. 5. nu. 18, 19.

Aqua pura nutrire non poteſt ex ſpeciali ratione, cum non habeat ſufficientem conſiſtentiam, & corpulentiam, niſi ſit vnita terræ. Ibid. pag. 357, num. 18.

Animal ſtatim ac per generationem ceperit habere ſenſum, incipit etiam nutriri, & auge-

Digitized by Google

augeri, ita tamen, vt nutriatur toto tempore vitæ, augeatur autem vsquedum acceperit molem perfectam. Tom. 4, pagin. 394, lib. de somn. & vigil. cap. 4, numer. 2.
Vide alimentum.

NVTRIMENTVM. Vide alimentum.

NYCTICORAX. Vide Ciconia.

NYMPHÆ. Vermes, qui deinde mutantur in apes, crabrones, & vespas, recenter nati cibum capiunt: deinde formam mutant, ac intra quosdam folliculos se claudunt, & tunc appellantur nymphæ, ac neque cibum capiunt, neque excrementa eijciunt, sed sunt immobiles, donec folliculo abrupto, euolant mutatæ in apes. Affertur ratio harum mutationum. Tom. 3, pagin. 852, lib. 5. de Hist. animal. cap. 19, nu. 6, & & Tom. 4, pag. 575, lib. 3. de Gen. animal. capit. 8, nu. 8.

O

OBELISCOLYCHNIVM erat instrumentum factum ex veru, & ex laterna. Tom. 4, pagin. 140, lib. 4 de Historia animalium, cap. 6, num 8.

OBESA. Vide Pinguia.

OBIECTIO. Vide instantia.

OBITVS. Vide mors.

OBLIQVI termini. Vide termini obliqui.

OBSCÆNA. Omnis verborum obscænitas per legislatorem exterminanda est à ciuitate. Licentiam quippe turpiter loquendi consequitur licentia turpiter agẽdi. Potissima verò cura sit, ne à iuuentute turpe quid dicant, vel faciant. Si quis verò faciat, si ætate sit minor, ignominia, & verberibus castigetur, si prouectioris sit ætatis, seruili notetur infamia. Prouideatur etiam, ne iuniores picturas turpes, aut actus obscænos aspiciant &c. Tom. 2, pag. 771, lib. 7. Politicor. cap. 17, num. 5.

OBSTETRIX. Quod sit officium obstetricis circa infantes primo natos. Tom. 3, pagin. 931, lib. 7. de Histor. animalium, cap. 10 num. 1.

OBSTINATIO. Vide pertinacia.

OBTVSI. Vide Hebetes.

OCCIDENS. Respectu motus communis oriens est pars dextra mundi, occidens est pars sinistra: respectu motus proprij stellarum oriens est pars sinistra, occidens est pars dextra. Tom. 3, pag. 349, lib. 2. de Cœlo, cap 2, num. 16.

Vide Oriens.

OCCISIO. Vide homicidium.

OCCIPVT est pars posterior caluariæ, & est anane. Tom. 3. pag. 709, lib. 1. de Hist. anim. cap. 7, nu 2, & pagin. 719, cap. 16, numer. 2.

Occiput parum habet humoris, cum in eo non sit cerebrum. Tom. 4, pagina 651, lib. 5. de Gener. animalium, capit. 4. numer. 7.

OCEANVS. Vide Mare.

OCVLVS. Enumerantur partes oculi. Tom. 3, pagina 710, lib. 1. de Histor. animalium, capit. 9, num. 2.

Omnia animalia perfecta, excepta talpa, oculos habent, talpa autem habet oculos imperfectos. Ibidem pag. 710, num. 3.

Explicantur aliqua circa colorem, situm, magnitudinem, motum, & angulos oculorum. Ibid pag. 710. cap. 10, per totum.

Oculi sunt constituti in parte anteriori, quia cum nos procedamus in partem anteriorem, debuerunt esse constituti in ea parte, versus quam procedimus. Tom. 4, pag. 62, lib. 2. de part. animalium, cap. 10, num. 16.

Quia oculus est organum ad vidẽdum, ideo potentia visiua, qua constituitur potens videre, dat formam, & speciem oculo, ac oculus carens potentia visiua est oculus æquiuocè. Tom 4, pagin. 245, lib. 2. de Anima, cap. 2, num. 3.

Licet oculi sint diaphani, diaphaneitas autem sit proprietas communis aquæ, & aeris, tamen oculi debuerunt non esse aerei, sed aquei, quia vt essent magis cõsistentes, & propter maiorem densitatem melius refrangerent species, debuerunt esse potius aquei, quam aerei. Tom. 4, pagin. 337, lib. de sensu, & sensibil. cap. 2, numer 13.

Oculi cum destruuntur, videntur defluere in aquam: oculi embryonum excedunt claritate, & frigiditate, quæ sunt proprietates aquæ, ex quibus apparet oculos esse aqueos. Ibidem pag. 337, nu. 13.

In animalibus sanguineis natura circa pupillam posuit album oculi, quod constat ex quadam pinguedine calida, vt suo calore temperet aqueum oculi, ne congelascat, & ideo nunquam sentimus frigus in oculis. In animalibus exanguibus natura vestiuit humorem oculi pelle dura, vt tali pelle protegatur. Ibidem pagina 337, nu. 13.

Oculus non solum patitur ab aere, sed etiam

am cum habeat quemdam colorem ſplẽdidum, agit in aerem. To.4, pag.404, lib. de ſomnijs cap.2, num.6.

Cum mulieres patiuntur menſtrua, totus ſanguis ebullit, & quia oculi ſunt pleni venularum, etiam oculi inficiuntur ſanguine menſtruo, & ideo maculant ſpeculum. Ibid. pag.404, num.6.

Poſſumus digito ita mouere oculum, vt obiecta videantur multiplicata. Tom. 4. pag. 408, lib de ſomn. cap.3, num.7.

Quare oculi ab initio in omnibus animalibus ſint maximi, tempore medio decreſcant, ac minuantur, & vltimi omnium partium perficiantur. Tom.4, pag.532, lib. 2. de Gener. animal. cap. 4, num.71, 72, 73. 74.

Senſorium oculi, hoc eſt humor cryſtallinus habet naturam peculiarem, & diuerſam à reliquo corpore, & eſt corpus humidum, & frigidum. Ibidem pagin. 532, num. 72.

Oculi quia conſtant ex humore deriuato à cerebro concoquuntur, & concrescunt per hoc, quod humor aqueus euaporet, ideoque ab initio debent eſſe prægrandes, ac deinde dum concoquuntur, debent minui Ibid pagin.533, num. 73.

Oculi, cum ſint humidiſſimi, ac frigidiſſimi, ſero perficiuntur, quia corpora frigida, & humida tardè concoquuntur, & perficiuntur. Ibidem pagin 533, num.74.

Oculi inter partes capitis ſunt maximè ſeminales, vt patet ex eo, quia per coitum ſenſibiliter immutantur, & ex nimio Veneris vſu manifeſtè languent. Ibidem pagina 542, cap. 5, num. 12.

Quia habere oculos cæſios non eſt paſſio communis omnium hominum, ſed propria aliquorũ individuorum, ideo in hominibus cæſitas oculorum non eſt propter finem, ſed ex neceſſitate materiæ. E conuerſo quia habere oculos cæſios eſt paſſio communis omnium noctuarum, noctuæ habent oculos cæſios ad finem videndi nocte. Tom.4, pagin 633. lib.5. de Gen.anim cap. 1. nu.3.

Quare oculi puerorum ab initio ſint cæſij, deinde paulatim mutentur. Ibidem pag. 636, num. 13.

In reliquis animalibus omnia individua habent oculos eiuſdem coloris, puta omnes capræ habent oculos coloris caprarij, omnes noctuæ habent oculos cæſios: at ex hominibus alij habent oculos cæſios, alij flauos, alij nigros, aliqui caprarios. Aliqui equi, & aliqui homines habent vnum oculum cæſium, alium diuerſi coloris, quod nulli aliorum animalium accidit. Ibidem pag. 636, num. 13.

Cæſietas oculorum cauſatur ex quadam imbecillitate; & quia pueri ab initio habent oculos, & omnes partes imbecillas, ab initio habere ſolent oculos cæſios. Ibidem pagina 638, num. 14, 21.

Empedocles docuit oculos eſſe cæſios ex eo, quod habeant plus ignis, quam aquæ, ideoque noctu videre acutè propter ignem, qui illuminat aerem: oculos nigros habere plus aquæ, quam ignis, ideoque die videre acutè propter transparentiam aquæ. Reijcitur. Ibidem pag. 637, nu.15, 16.

Oculi, qui habent humorem denſiorem, ſunt nigri, quia propter denſitatem humoris minus ſunt transparentes: oculi, qui habent humorem rariorem, ſunt cæſij, quia habent humorem magis tranſparentem: oculi, qui mediocriter ſe habent quoad denſitatem, habent colorem medium inter cæſium, & nigrum. Ibidem pagina 637, num.17.

Oculi cæſij acutius vident noctu, quia cum habeant humorem minus denſum, facilius mouentur ab exigua luce. Oculi nigri acutius vident die, quia ferunt lucem vehementem propter denſitatem humoris, Ibidem pagin.638, num.18.

Morbus oculorum, qui vocatur glaucoma, ſæpius accidit habentibus oculos cæſios, quia oritur ex nimia ſiccitate, oculi autem cæſij minus habent humoris: morbus, qui vocatur luſciositas, ſæpius accidit habentibus oculos nigros, quia oritur ex nimia humiditate: oculi autem nigri abundant humore. Ibidem pagin. 638, num. 19.

Ij habent optimum viſum, qui neque habent multum, neque parũ humoris, quia neque mouentur vehementius, neque debilius, quam par ſit. Ibidem pagina 639, num.20.

Vt oculus acutè videat, requiritur, vt cutis pupillam contegens ſit tranſparens: vt ſit transparens, requiritur, vt ſit tenuis, alba, & læuis: & quia in ſenibus etiam cutis oculorum corrugatur, ideo etiam ex hoc capite viſus ſolet hebetari. Ibidem pag.639, num. 20.

Cæſietas oculorum oritur ex inconcoctione humoris: & quia hominibus, & equis ſæpe accidit, vt minus concoquant humorem

Digitized by Google

rem vnius oculi, quam alterius, ſæpe accidit, vt vnum oculum habeat cæſium, non alterum. Ibid pag. 639. nu. 22.

Quare aliquando oculi videant, vel non videant procul. Ibidem pag. 640, numer. 23. 24.

Homines, & equi albi vt plurimum cæſijs oculis ſunt præditi, quia rationabile eſt, vt color oculorũ ſequatur colorem corporis ex coloribus autem oculorum cæſietas eſt maximè ſimilis colori albo. Tom 5, pagin. 528. ſect. 10. problematum, num. 13.

Quare homines habeant oculos proportionaliter minus diſtantes, quam alia animalia. Ibidem pagin. 530, num. 17.

Oculi hominum magis læduntur à fumo, quam oculi aliorum animalium, quia ſunt teneriores, & homo maximè animalium emittit lachymas ex oculis, fumus autem exprimendo lachrymas, lædit. Ibidem pagina 543. num. 50, & ſect. 31. pag. 754, num. 22.

Populi meridionales ſicut habent corpora nigra, ita ſolent habere oculos nigros. Tom. 5, pagin. 586, ſect. 14. problematum num. 14.

In iratis oculi rubeſcunt, quia calor accurrit ad oculos, tamquam ad partem violatam iniuria. Tom. 5, pagin 748, ſect. 31, problematum. num 3, & ſect. 32, pagina 759, num. 8.

Vno oculo clauſo, & detento, poſſumus alterum conſtantius in obiectum intendere, quia tota virtus viſiua accurrit ad oculum apertum. Ibidem pagina 748, num. 4.

Non poſſumus eodem tempore oculos cõuertere ad partes contrarias quia pendent ab eodem principio. Ibid. pag. 749, num 7.

Qui vno tantum oculo aſpiciunt obiecta ex ſe læſiua oculorum, minus patiuntur, quã ſi eadem aſpiciant duobus oculis, quia cum omnes ſpiritus concurrant ad vnum oculum, magis reſiſtit paſſioni contra ij. Ibidem pag. 75 , nu 10.

Cum alterum oculum deprimimus, videmus obiecta vt gemmata, quia radij virtuales non concurrunt in eodem puncto. Ibidem pagin. 7 1, num. 11. 17, 18.

Oculus dexter non eſt aptior ad videndum, quam ſiniſter, quia dextra ſunt aptiora ad agendum, non ad patiendum; ſentire autem eſt pati. Ibidem pag. 752, num. 12, 13, 19, 25, 30.

Quare cætera obiecta melius videamus vtroque oculo, quam altero tantum; at cum volumus videre, vtrum verſus alicuius ſcripturæ ſit rectus, vno oculo clauſo, alterum admoueamus principio, vel fini talis verſus. Ibidem pagin. 754, num. 21.

Ex partibus corporis ſoli oculi numquam frigore rigent quia non continent carnẽ, ſed quamdam pinguedinem; quæ verò non continent carnem, ſed ſolum pinguedinem, frigore rigere non poſſunt. Ibid. pag. 755 num 23.

Quare perfricatio oculorum impetum ſternutandi ſedet. Tom 5 pag. 747, ſect. 31. problem num. 1, & pag. 763, ſect. 33. numer 8.

Oculi luſcioſi, vel luſci. Vide luſcioſi, vel luſci.

Oculorum limitas. Vide limitas oculorum.

Oculorum lippitudo. Vide lippitudo oculorum.

Oculus charopus, hoc eſt fuluus, nec valde expansus, nec omnino clarus, eſt ſignum fortitudinis, quia tales ſunt oculi leonum. Tom 4, pagin. 795, lib. Phyſiogn. cap. 6, num. 1.

Oculus humidus, mollis, & fuluus eſt ſignũ ingenioſi, quia oritur ex cerebro bene temperato. Ibid. pag. 796, nu 3.

Oculus croceus, ſeu viridis eſt ſignum hebetis, & obtuſi. Ibid. pag. 796, num. 4.

Oculus apertus, & ſplendidus eſt ſignum impudentis, & inuerecundi. Ibidem pag. 797, nu. 5.

Signum modeſti, ac verecundi eſt, vt habeat oculos nigros, hilares non ſplendidos, neque omnino apertos, neque omnino clauſos. Ibid. pag. 797, num. 6.

Oculi fracti poſſunt ſignificare tum triſtẽ, tum mollem, & effœminatum. Ibid pag. 797, num. 8, 9.

Signum cinædi ſeu mollis eſt vt oculis modo in hanc, modo in illam partem aſpiciat. Ibid. pag. 797, nu 9.

Signum puſillanimi eſt, vt paruos habeat oculos. Ibid pagin 798, num. 14, & pag. 808, cap. 9, num. 22.

Qui oculis pinguibus, ac laſciuis ſunt præditi, ſolent eſſe libidinoſi. Ibidem pagina 798, cap. 6, nu. 9.

Ij, ex quorum oculis quaſi veſiculæ dependent, ſunt amatores vini. Tom. 4, pagina 803, lib. Phyſiog. cap. 9, nu. 22.

Aſſeruntur plura ſigna ex colore oculorum.

Digitized by Google

Tom.4, pagin. 810, lib. Phyſiog. capit.10, à num.12, ad 20.

Qui oculorum ſupercilia habent coniuncta, & propinqua, ſunt triſtes, quia cum triſtamur, ſolemus ſupercilia coniungere. Ibid. pag. 812, nu.28.

Qui oculos habent valde mobiles ſunt acuti, ſubtiles, & rapaces, quia habent oculos ſimiles oculis accipitrum. Ibid. pag 813. num 43.

In definitione oculi poni debet animal, cũ oculus definiatur pars inſtrumentalis, per quam animal poteſt videre. Tom. 5. pag. 196. lib. 7. metaph. cap. 14, num. 13. Vide Viſus

ODIVM in quo differat ab ira. Tom.1, pag. 770, lib 2. Rhet. cap. 4. num.18.

Ira ſemper concipitur propter ea, quæ ad nos referuntur, odium concipitur etiam propter ea, quæ nos non reſpiciunt, ac non ſolum reſpicit aliquam perſonam ſingularem, ſed etiam totum genus. Ibid.

Ira eſt ſanabilis tempore, & appetit dolorem inurere, itaut ſentiatur vltio: odium eſt inſanabile tempore, & intendit malum odio habiti, ſeu ſentiatur, ſeu non. Ibid.

Odium non habet ſibi adiunctum dolorem vt ira, & qui odit non miſeretur, etiamſi videat odio habitum miſerijs obrui, ſed ita vult illum non eſſe, vt quodcumque patiatur, non deſiſtat ab odio. Ibid

Qua arte poſſit orator mouere ad odium. Ibidem pagin. 770, num 19.

Quæ ſunt præcipuæ cauſæ, propter quas aduerſus tyrannos inſurgitur, odium, & contemptus. Et quidem neceſſe eſt tyrannos odio haberi, at non eſt neceſſe contemni. Tom.2, pagin 669, lib.5 Polit. cap.11, nu.13.

Ira eſt quædam ſpecies odij, ſiquidem eædem cauſæ, quæ mouent ad odium, mouere ſolent ad iram. Aliquando ira eſt efficacior odio, quia cum non vtatur ratione, eſt vehementior. Odium magis vtitur ratione, quam ira; ira ſiquidem eſt cum dolore, odium ſine dolore: magis autem vtitur ratione qui non perturbatur dolore, quam qui perturbatur dolore. Ibid. pag 699, num.14.

Quare adoleſcentes ſoleant odio habere mulieres, cum quibus primo concubuerunt. Tom.5, pag.491, ſect.4. problematũ num. 13.

ODOR, Odorabile. Odor non mouet ſenſum odoratus, niſi per aliquod medium, hoc eſt per aquam, & aerẽ, ideoque odor poſitus ſupra ſenſorium non facit ſenſationem. Tom 4.pag. 270, lib.2 de Anima cap. 10, num.15,16.

Odor eſt minus manifeſtus nobis quam ſenſibilia aliorum ſenſuum, quia habemus odoratum imperfectiſſimum. Tom. 4. pag. 276. lib. 2. de Anima, cap 13, numer. 1

Differentiæ odorum habent nomina proportionalia differentijs ſaporum, ideoque odores dicuntur dulces, inſuaues, acres, auſteri, acuti, pingues, ſicut ſapores: & quia ſapores ſunt notiores, ideo odores debent explicari proportionaliter ac ſapores. Ibidem pag. 277, num.4. & pagina 345, lib. de ſenſu, & ſenſibil. capit.3, numer. 1.

Etiam aer, & aqua, &c. patiuntur ab odore, itaut reddantur odoroſa, vel fœtida. To. 4. pag. 287. lib. 2. de Anim. cap. 16, nu 9. & pag. 351, de ſenſu, & ſenſib. c 5, nu. 1, 2.

Sicut ſapores generantur per hoc, quod humidum aqueum patiatur à ſicco terreſtri, cooperante calido, & ſic fiat ſaporoſum ſic odores generantur per hoc, quod aliud genus proportionaliter reſpondens humido aqueo patiatur ab enchymo, hoc eſt ab humido bene incorporato alicui corpori ſicco, cooperante actione caloris, & ſic reddatur odoroſum. Tom. 4. pag. 351, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 5, num. 1.

Subiectum receptiuum odoris eſt tũ aqua, tum aer, ideoque odor videtur eſſe forma, & qualitas impreſſa corpori humido, aeri, nimirum, & aquæ à corpore odoroſo, hoc eſt habente humidum incorporatum ſicco. Ibid. pag. 351, num.2.

Corpus odoroſum eſt enchymum ſiccum, hoc eſt humidum bene imbibitum, & incorporatum ſicco. Ibidem pagina 351, num.2.

Reijcitur opinio antiquorum dicentium odorem eſſe fumalem euaporationem ſiccam, vel euaporationem humidam, vel partim ſiccam partim humidam. Ibidem pag. 352, num.4,5,6,7 8.

Aliqui antiqui dixerunt odores non habere ſpecies. Ibidem pag. 353 num 9.

Duæ ſunt ſpecie, vel potius claſſes odorum. In prima ſunt odores, qui dicuntur per ordinem ad ſapores & hi ſunt ſuaues, vel inſuaues ſolum per accidens, in quantum ſignificant, nutrimentum ſuaue, vel inſuaue. In ſecunda ſunt, qui dicuntur per ſe,

se, & præscindendo à saporibus, & sunt suaues, vel insuaues per se, præscindendo ab alimento. Ibid. pag. 353, nu 9,10.

Odores per se videntur proprij hominum: odores per ordinem ad sapores sunt cõmunes omnium animalium. Ibidem pagina 354, num.11.

Odores per accidens distinguuntur specie in ordine ad sapores: odores per se distinguuntur specie per se. Ibidem pagin.354. num. 11.

Odores per se videntur instituti in subsidiũ sanitatis humanæ, vt cum sint calidi, & sicci, recreent, ac temperent cerebrum hominis, quod est frigidissimum, & humidissimum. Ibidem pag. 354, nu.11, & pagin. 357, num.19.

Irrationabile est, quod aliqua animalia nutriantur odoribus, vt dixerunt aliqui Pythagorei: odores enim non descendunt ad stomachum, quod est organum receptiuum alimenti, sed ascendunt ad cerebrum. Ibid. pag. 357, nu.18,19.

Odor propagatur successiuè, & per plures motus, & prius mouet medium, quam sensum, ideoque prius sentitur in parte propinquiori quam in remotiori. Tom. 4, pagin. 360, lib. de sensu, & sensib. capit. 7, nu. 1, 4. 6.

Genera odorata seminum, & plantarum sunt diuretica, hoc est prouocatiua vrinæ, quia cum sint calida, suo calore concoquunt excrementa subtilia, ac proinde mouent vrinam. Tom. 5. pag. 456. sect 1. problemat. num. 49, & pag. 577, sect. 12, num. 12, & pag. 648, sect. 20, num. 16.

Quare odor thymiamatum, & suffimentorum ex propinquo minus sentiatur: & vniuersaliter odores etiam florum ex propinquo sentiantur minus suaues. To. 5, pagina 573, sect. 12. problematum nu. 1. 2. 4 9.

Vtrum sit verum, quod dici solet, quod arbores, in quas incubuit Iris, reddãtur magis odoriferæ, & si est verum, quæ sit ratio. Ibid. pagin. 574, num. 3.

Odor est quædam caliditas, vel saltem non propagatur sine calore. Ibidem pagina 574. num. 4.

Corpora odorifera, cum mouentur, & agitantur, magis olent, quia emittunt plures exhalationes odoriferas, quam cum quiescunt. Ibidem pagina 576, nu. 5. & pagina 581, sect. 13. num. 12.

Tempore hyemis, & glaciei odores minus percipimus, quia exhalationes odoriferæ mouentur virtute caloris. Ibidem pagina 576, sect. 12. num. 6.

Aromata vehementiorem odorem emittũt, si suffiantur cinere calido, quam si igne ardentiori, quia igne ardentiori alterantur, adeoque amittunt qualitates odoriferas. Ibidem pag. 576, num 7, 11.

Suauius olent rosæ, quæ asperiori caudice sunt præditæ, quia rosæ secundum suam naturam debent habere caudicem asperum, ac spinosum. Ibidem pagina 577, num 8.

Odor non consistit in effluuio corpusculorum, alioquin corpora odorifera minuerentur. Ibidem pagin. 577, num. 10.

Vinum dilutum citius amittit suum odorem, quia facilius alteratur. Ibidem pagin. 578. num. 13

Vide odoratus, fœtor.

ODORATVS. Ostenditur pisces habere sensum odoratus, licet in ijs organum odorandi non sit manifestum. Tom. 3, pag. 816, lib. 4. de Hist. animalium, capit. 4, num. 16, 17. 18, 19.

Odoratus inest etiam animalibus mollibus, crustaceis, testaceis, & insectis. Ibidem pag. 817, num. 20, 21, 22, 23.

Ex animalibus testaceis se mouentibus echini, ex se non mouentibus tethya videntur carere sensu odoratus. Ibidem pagin. 818. num. 24.

Visus, auditus, & odoratus sunt sensus puriores gustu, & tactu, ideoque debent esse in capite, in quo sanguis est purior, atque syncerior, quia refrigeratus à cerebro purificatur. Tom. 4, pag. 61, lib. 2 de Part. anim. cap. 10, num. 10.

Sicut odoratus est medius inter alios duos sensus, qui sunt in capite, sic medio modo se habet, & est in capite tanquam in via, in corde tanquam in termino. Ibidem pag. 60, num 9.

Quare organum odorandi debuerit constitui inter duos oculos, & licet sit bipartitum, tamen pars dextra narium non debuerit esse separata à sinistra, sicut oculus, & auris dextra separantur à sinistra. Ibid. pagin. 63, num. 18.

Odoratus aliquo pacto dicitur esse odorabilis, & inodorabilis. Tom. 4, pag. 277, lib. 2. de Anima, cap 13, num. 5.

Medium, per quod odoramur, est aer, & aqua. Ibidem pagina 277, numer. 6.

Animalia respirantia non percipiunt odorem, nisi cum respirando attrahunt aerem: animalia non respirantia percipiunt

Digitized by Google

odoré etiam cum reſpirando non attrahũt aerem : adhuc tamen ſe ſus odoratus eſt eiusdem ſpeciei in vtriſque. Ibidem pagin. 278, num. 7, 8, 9.

Potentia recipiendi illud ſiccum, in quo cõſiſtit odor, eſt organum odorandi. Ibid. pagin 279, num 10, & pagina 355, lib. de ſenſu, & ſenſib capit. 5, num 13. 14. 15. 16

Odoratus ab aliquibus tribuitur aquæ, ab alijs tribuitur aeri, ac videtur eſſe medius inter aerem, & aquam. Tom. 4, pagina 289, lib. 2. de Anima, capit. 17. num. 4. & pag. 334, lib. de ſenſu, & ſenſibili, cap. 2, num. 1.

Viſus, auditus, & odoratus mouentur à ſenſibili diſtanti per aliquod medium, ac non tam ſunt neceſſarij ad eſſe, quam ad bene eſſe, ideoque non debent dari in omnibus animalibus, ſed debent dari in animalibus progreſſiuis, vt percipiant alimentum diſtans. Tom. 4, pagin. 328, lib 3. de Anima, cap. 11, num. 8, 9, & pagin. 333, lib de ſenſu, & ſenſib. cap. 1, num. 7.

Vehementes odores per ſe corrumpunt odoratum, at non per ſe corrumpunt animal. Ibidem pagin. 330, nu. 7.

Quia odor eſt calidus, & ſiccus ideoque eſt quodammodo ignis, odoratus, qui eſt potentia odor, eſt potentia ignis, adeoquè eſt potentia calidus, & ſiccus, actu frigidus, & humidus, cuiuſque organum eſt circa cerebrum, quod in animali eſt frigidum, & humidum. Tom. 4, pag. 338, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap 2, nu. 17.

Homines habent odoratum imperfectiſſimũ omnium aliorum ſenſuum, & vi odoratiua ſuperantur ab omnibus animalibus etiam viliſſimis. Tom. 4, pagina 345, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 4. nnm. 8.

Odoratus eſt medius inter ſenſus, & participat de viſu, auditu, guſtu, & tactu. To. 4. pagina 357, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 5, num 17.

Senſoria auditus, & odoratus conſiſtunt in meatibus propinquis aeri externo, ac plenis natiuo ſpiritu, ac terminatis ad venulas membranæ, quæ tegit cerebrum. Tom. 4 pag 532, lib. 2. de Gener-animal. cap 4. nu. 72.

Odoratus dicitur acutus dupliciter, primo quia odoratur procul, ſecundo quia percipit paruas differentias, quia habet ſenſorium, cuiuſque membranam puram, & ſynceram. Tom. 4. pagina 611, lib. 5. de Gen. anim. cap. 2, num. 2.

Cum odoramur per quoſdam tubos, & quaſi aquæductus, odoramur procul, ideoque canes laconici, & alia animalia, quæ habent nares longius porrectas, odorantur procul. Ibid. pag. 642, num. 5.

Homo habet odoratum imperfectiſſimum inter omnia animalia. Tom. 5. pag. 531, ſect. 10. probl. nu. 20.

Vide naſus, nares odor.

OECONOMIA, Oeconomus, Oeconomica. Oeconomia includit quatuor partes; deſpoticam inter dominum, & ſeruos : coniugalem inter maritum, & vxorem; paternam inter parentes, & filios; & poſſeſſiuam circa pecunias, & facultates. To. 2, pagina 517, lib 1. Politicorum, cap. 3, num. 2. 4.

Oeconomia eſt principatus, quo quis imperat partim ſeruis, partim liberis, & eſt principatus vnius, ſiquidem domus per ſe regitur ab vno, ideoque non eſt eadem cum politica, quæ imperat liberis, & cũ deſpotica, quæ imperat ſeruis. Ibidem pagin. 525, cap. 4, num. 8.

Oeconomica non eſt omnino eadem cum acquiſitiua diuitiarum, ſiquidem acquiſitiua eſt facultas acquirendi, oeconomica eſt facultas vtendi. Acquiſitiua tamen eſt pars, & miniſtra oeconomicæ. Ibidem pagina 526, cap. 5, num. 2, 7, & pagin. 533. cap. 7. num. 1, 2, 3.

Oeconomica, & politica non ſolum differunt, quia politica gubernat ciuitatem, oeconomica domum, ſed etiam modo gubernationis. Tom 2, pagina 790, lib. 1. Oecon. cap. 1. num. 1.

Oeconomica non ſolum conſtituit domũ, ſed etim vtitur domo iam conſtituta. Ibid. pag. 790. num. 2.

Oeconomica licet dignitate ſit poſterior politica, tamen origine eſt prior, eo pacto, quo domus eſt prior ciuitate. Ibidem pagina 791, num. 3.

Oeconomiæ duæ ſunt partes, altera, qua rectè diſponuntur quæ ſpectant ad homines. altera, qua rectè diſponuntur quæ ſpectant ad poſſeſſiones. Ibidem pagina 791, cap. 2, num. 1.

Oeconomi quatuor ſunt partes : prima vt ſciat facultates parare : ſecunda vt ſciat paratas conſeruare, ac tueri. tertia vt ſciat facultates ad vitæ ornatum referre: quarta vt ſciat facultatibus vti. Tom. 2. pagina 795, lib. 1, Oecon. cap. 6 num, 1.

Oeconomus quo pacto debeat facultates parare, & cuſtodire. Ibidem pagina 795. num. 2. 3.

Propo-

Proponuntur quatuor requiſita ad oeconomiam in quantum verſatur circa adminiſtrationem pecuniarum, & redituum. To. 2. pagina 804. lib. 2. Oeconomic. capit. 1. num. 1

Explicantur quatuor genera oeconomiarum, quæ ſunt regia, ſatrapica, ciuilis, & priuata. Ibidem pagina 804, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

OENANTHA auis ſe abſcondit ab exortu Caniculæ, & ſub caniculæ occaſum rurſus prodit: ſiquidem interdum ſe abſcondit ad vitandum æſtum, interdum ad vitandum frigus. Tom. 3. pagina 1034. lib. 9. de Hiſtoria animalium, capit. 49. num. 2.

OENEVS fuit pater Meleagri, qui fuit inter Græcos præſtantiſſimus. Tom. 1. pag. 813. lib. 2. Rhet. cap. 24, num. 4.

OLEA, Oleaſter. Oues pingueſcunt olea, & oleaſtro. Tom 3. pagina 953. lib. 8. de Hiſtor. animal. cap. 10, num. 2.

Obſeruatum eſt apes ceram capere ex oliuis, ſiquidem diutius in oleis verſantur, quia oleæ frondes habent ſpiſſiores. Tom. 3. pag. 1017, lib. 9. de Hiſtor. animal. cap. 40, nu. 13.

Olea quia fructificat, dicitur fœmina, oleaſter quia non fructificat, dicitur mas. Tom. 4. pag. 565, lib. 3. de Gen anim. cap. 4, num. 2.

Vide oliuæ, oleum.

OLERA. Olera, & herbæ tandiu viuunt, donec producant ſemen, deinde exareſcunt. Tom. 5, pagin. 644, ſect. 20. prob. num. 7.

Olera, quæ naſcuntur ex ſemine duorum, aut trium annorum, citius creſcunt, quam quæ prodeunt ex ſemine vnius anni, quia ſemen duorum, & trium annorum ita retinet ſpiritus, vt ſit magis purgatum ab humore excrementitio. Ibidem pag. 648, num. 17.

OLEVM Oleum non eſt aqueum, quia multum continet terræ, licet propter viſcoſitatem partes terreæ non poſſint ſeparari, & facere ſedimentum. Tom. 3, pag. 667, lib. 4. meteor. cap. 6, num. 6.

Oleum neque calore, neque frigore concreſcit, & coagulatur ita, vt euadat durum, vt ea, quæ congelantur, ſed tum calore, tum frigore incraſſatur. Ibidem pagin. 670, cap. 7, num. 9, 10.

Oleum eſt magna ex parte aereum, ideoque ſupernatat aquæ. Ibidem pagin. 670, num. 10.

Quare oleum dum igne calefit, & ebullit, neque elixetur, neque incraſſetur. Tom. 3, pag. 683, lib 4 meteor. cap. 5, num 27.

Oleum quare magis inflammetur adiunctum alicui ſicco, quam ſolum. Ibidem pag. 684, nu. 31.

Oleum plus diffunditur, quam aqua, non propter ſubtilitatem, ſed propter viſcoſitatem, per quam vna pars trahit alteram: aqua è contrario non eſt viſcoſa, ideoque facile diuiditur, & vna pars non trahit alteram. Quia verò aqua eſt ſubtilior oleo, difficilius eſt retinere in manu aquam, quam oleum, ſiquidem aqua propter ſubtilitatem facilius elabitur. Tom. 3, pag. 346, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 3, num. 1.

Oleum includit multum aeris, tum quia ſupernatat aquæ, tum quia eſt pingue: non autem eſt pingue propter aquam aut terram, ſed propter aerem, & ſpiritum. Tom. 4. pagin. 503, lib 2. de Gen animal. cap. 2, num 7.

Oleum licet frigore craſſeſcat, tamen non congelatur, quia aer cum ſit calidus, impedit congelationem. Ibid.

Ex piſcibus cartilagineis ſolet liquefieri oleum. Tom. 3, pag. 782, lib 3. de Hiſtor. anim. cap. 17, nu. 2.

Boues minus patiuntur dolores pedum, ſi eorum cornua oblinantur oleo, pice, vel cera. Tom. 3, pag. 951, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 7. num. 2.

Inſecta oleo tacta intereunt, & tum celerrimè, cum capite oleo illito exponuntur ſoli. Tom. 3, pag 974, lib 8. de Hiſtor. anim. cap. 27, nu. 3.

Oleum licet purget, tamen propriè non eſt medicamentum, quia non purgat ratione qualitatis, ſed ratione quantitatis. Tom. 5, pagin. 453, ſect. 1. prob. nu. 43. C. & pag 455, num. 48.

Oleum vetus eſt candidius recenti, quia ratio, cur oleum ſit minus candidum, eſt, quia habet admiſtum humorem: humor autem, cum oleum inueteratur, euaporat. Tom. 5. pagina 656, ſect. 21. problem. num. 4.

Ex ſale oleum elicitur. Tom. 5. pagina 674, ſect. 23. probl. num. 14

Oleum quia non eſt flatuoſum, etiam calidum nullam pene excitat ſpumam. To. 5, pagina 736, ſect. 30. problematum numer. 1. B.

Si aqua in aures intrauerit, inſtillandum eſt oleum, vt aqua effluat, tum quia oleum

vtpote

Digitized by Google

vtpote læue reddit aures admodum lubricas, tum quia oleum cum ſit viſcoſum, adhæret aquæ, eamque ſecum trahit. Tom. 5, pagina 760, ſect. 32, problematum, num. 10.

Sol oleum candefacit, quia extrahit partes terreas, propter quarum admiſtionem oleum eſt nigrum. Tom. 5, pag. 780, ſect. 38. prob. num. 10.

Oleum ebrijs prodeſt, & potatum præbet facultatem multum vinum potandi, quia eſt diureticum, hoc eſt prouocatiuum vrinæ. Tom. 5. pag. 489, ſect. 3. problemat. num. 34.

Laſſitudines corporum citius ceſſant, cum quis perfricauerit corpus oleo miſto aquæ, quia partes mollificat. Tom. 5. pag. 496. ſect. 5. probl. nu. 6.

Oleum miſtum aquæ efficit aquam magis diaphanam. Tom. 5 pag. 681. ſect. 23. prob. num. 38.

Siquis oleo peruncto perfundatur aqua calida minus ſentit calorem, quia oleum facit, vt aqua citius dilabatur. Tom. 5. pagina 683, ſect. 24. problematum, numer. 1.

Vide olea, oliuæ.

OLFACTVS, Olfactile. Vide odoratus, odor.

OLIGARCHIA eſt, in qua magiſtratus diſtribuuntur ſolis diuitibus, adeoque ſecundum cenſum. Tom. 1, pag. 713, lib. 1. Rhet. cap. 8, num 3.

Finis oligarchiæ ſunt diuitiæ. Ibidem pag. 713, num. 4.

Oligarchia eſt politia praua, in qua pauci gubernant, & gubernationem referunt in vtilitatem diuitum: Ariſtocratia autem degenerat in oligarchiam. To. 2, pag. 598, lib. 3 polit. cap. 5, num. 4.

Non eſt de eſſentia oligarchiæ, vt dominentur pauci, ſed vt dominentur diuites, qui ſolent eſſe pauci. Ibidem pagina 599, numer. 6, 7, 8. 9. & pagina 632, lib. 4, polit. cap. 4, num. 1.

In oligarchia diuites quia plus habent diuitiarum, adeoque ſunt ſuperiores pauperibus ſecundum quid, exiſtimant ſe eſſe ſuperiores ſimpliciter, ac debere plus participare de bonis communibus, & in hoc errant. Ibidem pagina 600, capit. 6, num. 2, 3.

Aſſeruntur quatuor ſpecies oligarchiæ, & rationes talium ſpecierum. tom. 2, pagina 637. lib. 4 Polit. cap. 5. per totum, & pag. 640, cap. 5, num. 5, 6, 7, 8.

Oligarchiæ accommodatur multitudo, in qua diuites propter qualitatem ſunt potentiores pauperibus. Tom. 4, pagina 651, lib. 4. Polit. cap. 12, num. 3.

Quænam ſint leges fauentes oligarchiæ. Ibidem pagina 652, capit. 13, numer. 1, 2, 3, 4. 5.

Quodnam conſilium conueniat oligarchiæ, & varijs oligarchiæ ſpeciebus. Ibidem pag. 656, cap. 14. num. 9.

Quænam expediat obſeruari in oligarchijs. Ibid pag. 657. num. 14, 15, 16.

Quinam magiſtratus conueniant oligarchijs. Ibidem pagina 662, cap. 15, nu. 9.

Quinam modi iudiciorum conueniant oligarchijs. Ibidem pagina 664, cap. 16, numer. 5.

Quibus modis, & propter quas cauſas oligarchiæ mutentur, & corrumpantur. To. 2, pag 678, lib. 5. Politicorum cap 6, per totum.

Propter quam cauſam oligarchiæ ſoleant parum durare. Tom. 2. pagina 707, lib. 5. polit. cap 12, num. 1.

Quæ ſit prima, & optima oligarchia, quæ quarta, & peſſima, quæ, & quo pacto poſſint ita temperari, vt reddantur diuturnæ. Tom. 2, pagina 723, lib. 6. Polit. cap. 6. per totum.

Quo pacto quæ ſpectant ad bellum, & pacem ſint ordinanda ad oligarchiam conſtituendam. Ibidem pagina 724, cap 7, per totum

OLIM ſignificat tempus præteritum valde diſtans a præſenti nunc. Tom. 3, pagin. 139, lib. 4 Phyſic. capit. 17, num. 8

OLIVÆ Libres conferunt, & ad copiam oliuarum, & ad hoc, vt apes fœtificent, ideoque accidit, vt ſimul ſit oliuarum, & apum copia. Tom. 3, pagin. 857, lib. 5 de Hiſt. anim. cap. 22, num. 1.

Oliuæ vetuſtæ efficiuntur amaræ, quia vehementer exiccantur: ſiccitas autem vehemens cauſat amaritiem. Tom. 5. pagina 652, ſect. 20. problematum, num. 25.

Vide oleæ, oleum.

OLOLYGO. Vlulatus ranarum vocatur ololygo. Ranarum autem maſculi intra aquas edunt ſuam illam ololyginem, vt fœminas prouocent ad coitum. tom. 3. pagin. 820, lib. 4. de Hiſtor. anim. cap 9, num. 8.

OLORES. Vide Cycni.

OLOR. Vide olera.

OLYMPVS, Piſiſtratidæ tyranni Olympum ædificarunt ad auferendam quietem populo.

Digitized by Google

pulorum, & paupertatem inducendam per tributorum penſionem. Tom. 2, pagina 701, lib. 5. Politicorum, capit. 11, num. 4.

OMASVM. Tertius venter animalium non vtrimque dentatorum vocatur omaſum, & eſt parte ſui interiore aſperum, & cancellatum, hoc eſt quibuſdam cauis diſtinctum in modum ſpongiæ. Tom. 3, pagin. 751, lib. 2. de Hiſtor. animalium, cap. 17, num. 10, & Tom. 4. pag. 114. lib. 3. de part. animalium, cap 14, num. 4.

OMENTVM, quod italicè vocatur reticula, pendet à medio aluo, & eſt membrana pinguis inteſtina operiens, ac fouens. Non ſolus homo, ſed omnia animalia, quæ habent vnicum ventrem, & ſunt vtraque maxilla dentata, prædita ſunt omento. Tom. 3, pag. 721, lib. 1. de Hiſtor. animal. cap. 15, num. 13.

Omentum habent omnia animalia ſanguinea, ſed ex ijs alia habent omentum pinguius, alia magis macilentum. In animalibus vtrinque dentatis omentum pendet à medio ventre: in animalibus in vna tantum maxilla dentatis omentum pendet ex maximo ventre. Tom. 3. pagina 780, lib. 3. de Hiſtoria animalium, capit. 14, num. 1.

Animalia adipe prædita habent omentum ex adipe: animalia ſeuo prædita habent omentum ex ſeuo. Ibidem pag. 781, cap. 17 num. 1.

Explicantur plura circa omentum Tom. 4, pag. 113, lib. 4. de partib. animal. cap. 3, per totum

Omentum quo pacto oriatur ex neceſſitate materiæ. & quo pacto natura vtatur ipſo ad meliorem cibi concoctionem. Ibidem pag. 124, num 4.5

ONOMACRITVS fuit legislator, & aliqui conantur oſtendere illum primum fuiſſe inter peritos legum ferendarum, atque ex eius diſciplina cæteros profluxiſſe. Tom 2. pag. 585, lib. 2. Politicorum, cap. 10, num. 5

OPERATIO potentiæ intentionalis tum eſt perfecta, cum potentia eſt bene diſpoſita, & versatur circa ſuum præſtantiſſimum obiectum: quando autem eſt perfecta, eſt delectabilis. Tom. 2. pagina 285, lib. 10. Ethic. cap. 4, num. 5, 6.

Delectatio quo pacto pullulet ex operatione, & ſit vltima perfectio operationis. Ibidem pag. 285, num. 8.

Operatio perficitur per operationem propriam, corrumpitur per extraneam. Ibid. pagin. 288, cap. 5, num. 3. 4

Vide actio.

OPHELAS Olinthius qua arte magnam pecuniam pararit. Tom. 2, pagin. 823, lib. 2, Oecon. cap. 1, num. 35.

OPIFICES. Vtrum viles opifices, ac mercenarij ſint proprie ciues ciuitatum, in quibus habitant. Tom. 2, pagina 593, lib. 3. Polit. cap. 3 num. 11, 12. 13. 14.

Populus opificum, forenſium, & mercenariorum eſt multo deterior populo agricolarum, & quo pacto democratia opificum &c, poſſit inſtitui, ac legibus temperari. Tom. 2, pag 719. lib. 6, Politicor. cap. 4, num. 7, 8, & pagina 720, cap. 5, per totum.

Viles opifices licet ſint ad ciuitatem neceſſarij, tamen non debent eſſe ciues, & pars optimæ ciuitatis. Tom. 2, pagin. 748, lib. 7. polit. cap. 9. num. 3.

Vide Artifices.

OPINIO. Vnde deſumatur contrarietas opinionum. Tom. 1, pag. 99, lib. 2. Periherm. cap 4 num. 1. & ſequ.

Contrarietas opinionum non deſumitur ex eo quod verſentur circa contraria, neque præcisè ex eo, quod circa idem ſubiectũ vna dicat verum, alia falſum. Ibidem pag. 99, num. 2. 3.

Opinioni veræ affirmatiuæ contraria eſt opinio falſa negatiua, non autem altera affirmatiua. Ibidem pagina 100, num. 5, 6, 7, 8.

Opiniones veræ non poſſunt eſſe contrariæ Ibid pagin. 102, num. 9.

Quot modis poſſimus ſimul opinari contraria, & in hoc decipi. Tom. 1, pag. 267, lib. 2. Prior. capit. 26, per totum.

Scientia & opinio differunt per hoc, quod ſcientia eſt de neceſſarijs, quæ non poſſunt aliter ſe habere, opinio eſt de non neceſſarijs, quæ poſſunt aliter ſe habere. Tom. 1, pagin. 369, lib. 1. Poſt. cap. 24, numer. 1.

Opinio eſt exiſtimatio, qua putatur obiectum poſſe aliter ſe habere. Ibid. pagin. 370, num 2

Quo pacto poſſit, vel non poſſit haberi ſimul ſcientia, & opinio eiusdem obiecti. Ibid. pag. 370, num. 3 4, 5, 6, 7, 8. 9.

Opinio, & ſuſpicio non ſunt virtutes intellectuales, quia per ipſas poſſumus dicere falſum. Tom. 2, pag. 161, lib. 6 Ethic. capit. 1, num 1.

Opinio eſt, per quam ita ferimur in obiectum,

ctum, vt dubitemus, an ſic, vel aliter ſe habeat. Tom.2. pag.39, lib.1. mag.mor. cap.33, num.6.

Aliqui ita firmiter adhærent ſuæ opinioni, ſicut alij ſcientiæ. Tom.2, pag.189, lib.7. Ethic. cap 3, num.5.

Ad quæſtiones examinandas vtile eſt aliorum opiniones in medium afferre. Tom.3, pagin.328, lib.1. de Cœlo, cap. 11, num.1.

Rectè ſentimus etiam opinione, per quam probabiliter iudicamus cum formidine oppoſiti. Tom.4, pag.298, lib.2. de Anima, cap 20, num.7.

Poſſumus imaginari obiecta, cum volumus, eo pacto quo poſſumus imaginari montes aureos: at non poſſumus opinari, cum volumus, puta non poteſt quis cum voluerit, opinari ſe eſſe felicem, ideoque actus imaginationis, ſeu phantaſiæ non eſt idem cum actu opinionis. Tom. 4, pagin. 399, lib. 2 de anima, capit. 21, num 2.

Cum opinamur accidiſſe aliquid atrox, valde mouemur, cum illud ſolum imaginamur, parum commouemur. Ibidem pag 399, num.3.

Oſtenditur phantaſiam non eſſe idem cum opinione. Ibidem pagin. 360, num. 8, 9, 10.

Cum imaginamur ſolem eſſe pedalem, poſſumus ſimul opinari ſolem non eſſe pedalem, ſed eſſe maiorem terra. Ibidem pag.301, num.10.

Opinionem ſequitur fides, ſiquidem qui opinatur, credit verum eſſe id, quod opinatur ideoque opinio non conuenit brutis, ſicut phantaſia. Ibidem pagin. 300, num 8.

OPPOSITA, oppoſitio. Oppoſita dicuntur quadrupliciter, relatiuè, contrariè, contradictoriè, & priuatiuè: quid ſingula ſint, & quo pacto differant ab inuicem. Tom.1. pag.55. lib. prædic. cap.12, per totum.

Quot, & quæ ſint oppoſitiones enunciationum, & quæ earum regulæ. Tom. 1, pagin. 73. lib 1. periherm. capit. 5, per totum

Ex propoſitionibus oppoſitis contrariè, vel contradictoriè poteſt non quidem in prima figura, ſed in ſecunda, vel tertia fieri ſyllogiſmus concludens impoſſibile, & explicatur, quot modis fiat. Tom. 1, pagin.256, lib. 2. prior. capit. 18, 19, 20, per tota.

Quot modis poſſimus ſimul opinari oppoſita, & decipi. Ibidem pag. 217, cap.26. per totum.

Proponitur regula de oppoſitis magis, & minus eligibilibus. Ibid. pag. 274, cap. 28, per totum.

Oppoſitorum eſt eadem diſciplina, & explicatur, quo pacto hoc verificetur de ſingulis ſpeciebus oppoſitorum. Tom. 1, pag. 448, lib. 2 topic. capit. 2, num. 4, 5.

Oppoſitorum oppoſita eſt definitio, ideoque ſi aſſignatur definitio vnius oppoſiti, quæ non ſit contraria definitioni alterius oppoſiti, peccatur Tom.1, pag.552, lib.6. top. capit.2, num.35, 36.

Oratio conſtans ex antithetis, ſiue oppoſitis eſt valde iucunda, tum quia oppoſita ex ſe ſunt nota, & cum inuicem conferuntur, magis eluceſcunt, tum quia oratio conſtans ex oppoſitis videtur ſyllogiſmus elenchi, qui concludit oppoſita. Tom.1, pag. 854, lib.3. Rhet. cap. 9, num.8.

Oppoſita iuxta ſe poſita ſenſu magis diſcernuntur. Tom.3. pag.362, lib.2. de Cœlo capit.6, num.7.

Cum in natura datur vnum oppoſitum, datur alterum. Tom.4 pag 765, lib. de lin. inſecab. cap.1, num.2.

Oppoſita dicuntur quadrupliciter, relatiuè, contradictoriè, contrariè, & priuatiuè. To.5.pag. 137, lib 5.metaphyſicorum, cap. 10, num. 1, & pagina 268, lib.10. capit.7, num.2.

Quo pacto poſſit cognoſci, quod aliqua ſint oppoſita. Ibidem pag.131, num.2.

Quo pacto contradictio ſit principium omnis oppoſitionis. Tom.5, pag.267, lib. 10. metaph. cap. 7, per totum.

OPPOSITA relatiuè. Vide relatiua.

OPPOSITA contrariè. Vide contraria.

OPPOSITA priuatiuè. Vide priuatiua.

OPPOSITA contradictoriè. Vide contradictoria.

OPPOSITA ſubcontrariè. Vide ſubcontraria.

OPTICA. Vide Perſpectiua.

OPTIMATVM reſpublica. Vide Ariſtocratia.

OPTIMVM quo pacto ſumatur, dum dicitur felicitatem eſſe optimam. Tom. 1, pagin. 314, lib.1.mag. moral. cap. 3, numer. 11.

Optimum, de quo agitur in morali, non eſt aliquid ſimplex, ſed eſt collectio plu-

rium

rium bonorum. Ibidem pagin. 315, numer. 12.

An qui eſt optimus, itaut excellat omnibus alijs ſimul ſumptis, ſit pars ciuitatis. Tom. 2, pag. 613, lib. 3. Politicor. capit. 9. num. 1, 2, 3, 4, 5.

Optimus non deberet expelli per oſtraciſmum, nec deberet per vices præeſſe, & ſubeſſe, ſed deberet eligi in regem perpetuum. Ibid pagin. 615, nu. 7.

Sicut peſſimi ſunt, qui ſunt mali etiam amicis, ac ſibi ipſis, ſic optimi ſunt, qui non ſolum ſunt boni ſibi, & amicis, ſed etiam toti communitati, quod eſt difficillimum. Tom. 2, pagin. 123, lib. 5. Ethicor. capit. 1, num. 16.

Primum principium eſt optimum, & non ex alia ratione eſt primum, ſufficientiſſimum, & incorruptibile, niſi quia bonum eſt, vt ita ſe habeat. Tom. 5. pag. 408, lib. 14. metaph. cap. 6, num. 7.

Antiqui in ſuis fabulis tribuunt regnum nõ primis principijs, ſed Ioui, quem putant genitum ex primis principijs, quia exiſtimarunt optimum, & pulcherrimum non conuenire primis principijs. Ibidem pag. 407, nu. 3.

OPVS, Opera. Quando operationes habent finem diſtinctum, opus eſt præſtantius operatione, eo pacto, quo domus eſt melior ædificatione. Tom 2, pagin. 4, lib. 1. Ethic. cap. 1, num. 2.

Sicut omnes partes hominis ordinantur ad aliquod opus, puta oculus ad videndum &c, ſic totus homo ordinatur ad faciendum aliquod opus: neque enim homo ſecundum ſuam naturam eſt animal otioſum: ideoque felicitas, & vltimus finis hominis conſiſtit in bene faciendo opere, ad quod homo ordinatur: & quia proprium opus hominis ſunt operationes rationales, ideo felicitas hominis conſiſtit in bene, & perfectè faciendis operationibus rationalibus. Tom. 2, pagin. 16, lib. 1. Ethic. cap 7, num. 6, 7.

Homines naturaliter amant opera ſua, eo pacto, quo parentes amant ſuos filios, & Poetæ ſua poemata. Tom. 2, pag. 91, lib. 4. Ethic. cap. 1, num. 11.

Opus eſt duplex: aliud eſt diſtinctum ab vſu habitus, aliud indiſtinctum. Tom 2, pagin. 410, lib. 2. moral. ad Eud. capit. 1, num 6.

Idem eſt opus virtutis, & eius, cuius eſt virtus, ſed diuerſo modo: ſiquidem opus virtutis addit, vt bene ſe habeat. Ibidem pagin. 17, num. 7.

Quia homines amant ſe ipſos, delectantur ſuis operibus. Tom. 1, pag. 741, lib. 1 Rhet. cap. 11. num. 22,

ORACVLVM. Oracula poſſunt adduci, vt teſtimonia futurorum, ideoque Themiſtocles dicens confugiendum eſſe ad naues, ſuam ſententiam confirmauit oraculo dicente murum ligneum hoſtibus opponendum, hoc eſt naues. Tom. 1, pagina 752 lib. 1. Rhet. cap. 15, num. 7.

Homines vulgares credunt oraculis ambigua dicentibus, ſicut Crœſus credidit oraculo ambigua locuto per illud carmen: *Crœſus Halym peneirans magnam peruertet opum vim*. Tom. 1, pagin. 845, lib. 3. Rhet. capit. 5, num. 3.

ORATIO eſt quantitas, quia mẽſuratur ſyllaba longa, & breui, longum autem, & breue menſurant ſolam quantitatem; ſed eſt quantitas non continua, ſed diſcreta, quia partes orationis, hoc eſt ſyllabæ non copulantur vllo termino communi. Tom. 1, pagin. 40, lib. Prædicamentor. capit. 7, num. 3,

Oratio eſt vox ſignificatiua ex inſtituto, cuius partium aliqua ſeparata ſignificat, vt dictio, non vt affirmatio, vel negatio. Tom. 1, pag. 70, lib. 1. Periherm. capit. 4. numer. 1.

Oratio non ſignificat naturaliter, ſed ex inſtituto. Ibid.

Oratio diuiditur in perfectam, & in imperfectam, in eam, in qua eſt verum, vel falſum, & in eam, in qua non eſt verum, neque falſum. Ibidem num. 2.

Solæ orationes, in quibus eſt verum, vel falſum, ſpectant principaliter ad logicam, aliæ ſpectant ad Rhetores, vel poetas. Ibi pagin. 70, num. 3.

Oratio deſcribitur, vox compoſita ſignificatiua, cuius quædam partes per ſe ſignificant aliquid. Tom. 1, pag. 937, lib. Poet. cap 20, num. 11.

Non eſt neceſſe, vt omnis oratio conſtet ex ex nomine, & verbo, ſed poteſt dari oratio ſine verbo, & talis eſt definitio. Ibid.

Oratio poteſt eſſe vna duplicuer, primo per hoc, quod ſignificat vnum: ſecundo coniunctione, vt Ilias. Ibidem pag. 937, numer. 11.

ORATIO rhetorica. Oratio debet eſſe morata, & affectiua. Tom. 1, pag. 757, lib. 2. Rhet. cap. 1, num. 1, 2.

Oratio morata, & affectiua quo pacto conferat

ferat ad persuadendum. Ibidem pagina 758, num. 3.

Partes orationis necessariæ sunt duæ, propositio, & probatio, seu confirmatio: narratio autem continetur in propositione, confutatio in confirmatione. Aliquando addendæ sunt aliæ duæ partes, exordium nimirum, & peroratio. Tom. 1, pagin. 867, lib. 3. Rhet. capit. 13, num 1, 2, 3.

Oratio est magis propria hominis, quam vires corporis, ideoque sicut turpe est, quod homo non possit sibi opitulari per vires corporis, sic turpe est, quod non possit sibi opitulari oratione. Tom. 1, pagin. 688, lib 1. Rhet. cap. 1, num. 16.

Oratio morata est, per quam ostenditur, quos circa res agendas sensus, & quos mores habeat orator: & quia sententiæ hoc ostendunt, ideo sententijs efficitur oratio morata. Tom. 1, pag. 803, lib. 2. Rhet. cap. 21, num. 10.

Oratio vtens nominibus immutatis, atque à communi vsu recedentibus apparet grandior. Tom 1, pag. 833, lib 3. Rhet. capit. 2, num. 2.

Quare homines in Rhetoricis orationibus magis delectentur exemplis, & fabulis, quam enthymematibus. Tom. 5. pagin. 614, sect. 18 problematum, num. 3.
Vide elocutio.

ORATIONIS numerus, Vide Numerus.

ORATIONIS Periodus. Vide Periodus.

ORATIONIS exordium. Vide exordium.

ORATIONIS narratio. Vide narratio.

ORATOR. Ex oratoribus aliqui magis approbant exempla, & vtuntur orationibus exemplaribus, aliqui magis approbant enthymemata, & vtuntur orationibus enthymematicis. Tom. 1, pagin 692, lib. 1. Rhet. cap. 2, nu 6.

Quænam Oratores scire debeant circa res politicas. Ibidem pagin. 722. capit. 8. per totum.

Orator persuadet non solum ratione, sed etiam oratione morata, per quam videtur talis, puta bonus, vel amicus &c. Ibidem pag. 723. num. 5.

Orator vt persuadeat, debet apparere prudens, bonus, & benevolus. Tom. 3, pag. 759, lib. 2. Rhetic. cap. 1, num. 3.

Democrates dixit oratores, qui magna commoda, & lucra sibi acquirentes parua vtilitate populum; afficiebant, similes esse nutricibus, qui cibum absorbentes, saliua infantes aspergunt. Tom. 1, pagin. 741. lib. 3. Rhet cap. 4, num 3.

Auditor afficitur eo pacto, quo videt orantem affici, puta si videt orantem indignari, indignatur, ideoque videmus, quod aliqui clamoribus commouent auditores, & tumultum quemdam excitant. Ibidem pagin 846, cap. 7, num. 3.

Orator debet curare, vt lateat ars. Ibidem pagin 847, num. 7.

Oratores vocantur callidi, quia sæpe per suas artes auditores circumueniunt, vt sibi acquirant, quod volunt. Tom 5, pag. 615, sect. 18. probl. nu. 5.

Orator differt à Philosopho, quia philosophus considerat res in vniuersali, orator in singulari. Tom. 5, pagin. 615, sect. 18. prob. num. 5. & pagin. 744, sect. 30. numer. 8.
Vide Rhetor.

ORBIS. Vide mundus.

ORCHESTRA est locus chori, sicut scena locus histrionum; & quare in orchestris paleis sparsis vox chori minus sentiatur. Tom. 5, pag. 559, sect. 11. problematum, numer. 25.

ORCHILVS. Hostes sunt orchilus auis, ac noctua, quia orchilus deuorat oua noctuæ. Tom 3, pag. 982, lib. 9. de Histor. anim. cap. 1, num. 10.

ORCHOMENVS In Bœotia in orchomenio agro talpæ sunt multæ: at in propinquo labadico nullæ sunt talpæ, imo si illuc aliunde asportentur, nolunt terram effodere. Tom 3, pagin. 959, lib. 8. de Hist. anim. cap. 28. nu. 2,

Quare pepones optimi nascantur in agro orchomenio, qui est valde palustris. Tom. 5. pagina 654, sect. 20. prob. cap. 20, numer. 32.

ORCINAE pisces, Orcini pisces pariunt in alto mari. Tom. 3, pag. 834, lib 5. de Histor animal. cap. 10, num. 5.

ORDEVM. Vide Hordeum.

ORDO. Opus naturæ est ordinatum: ordo autem consistit in quadam proportione. Tom. 3. pagin. 230. lib. 8. Physicor. cap. 2. num. 25.

Natura est principium ordinis, ideoque quod est secundum naturam est ordinatum, quod est præter naturam est inordinatum. Tom. 3, pagin. 401, lib 3. de Cœlo, cap 4, num. 9.

Platonici dicebant ordinem, & numeros esse per se bona, iustitiam autem, & sapientiam esse bona, quia continet ordinem, & proportionem quorumdam numerorum. Tom. 2, pagina 406, lib. 1. moral. ad Eud.

cap.

cap. 5, numer. 9.
Motus certi, & ordinati ſunt magis ſecundum naturam, quam motus inordinati, ideoque cum manducamus, bibimus, & laboramus ordinatè, naturam conſeruamus, & augemus, cum autem inordinatè hæc agimus, naturam, & vires corrumpimus: & quia rhythmi continent motus ordinatos ſunt ſecundum naturam, & delectant. Tom. 5. pagin. 635, ſect. 19. problemat. num. 38.
ORDO mundi eſt finis intrinſecus mundi, & qualis ſit. Tom. 5, pag. 348, lib. 11. metaphyſic. capit. 10. num. 2.
Mundus non poteſt conſtare ex partibus inconnexis. Ibidem pag. 351. num. 17.
Natura non eſt inconnexa, vt vitioſa tragœdia. Tom 5, pag. 404. lib. 14. metaph. cap. 5, num 10.
ORGANA. Vide inſtrumenta.
ORESTES. Oreſtis familia eſt vna ex ijs, de qua multæ ſcriptæ fuerunt tragœdiæ. Tom. 1, pagin. 917, lib. Poetic. capit 11, num. 3
ORIENS. Terra orientalis videtur altior occidentali, vt ſuadetur ex profunditate maris occidentalis. tom. 5, pagin. 698, ſect. 26. prob. num. 1.
Vide occidens.
ORIGANVS. Formicæ, ſi ipſarum ſedes aſpergantur puluere ſulphuris, & origani, protinus ex ijs abeunt, Tom 3, pagina 817, lib. 4. de Hiſtor. animalium, capit. 8, num. 21.
Origanus eſt calida, ſed lenis, ideoque non mouet ad lachrymandum, ad quod requiritur calidum mordax. Tom. 5, pag. 650, ſect. 10. probl. 22.
Origanus muſto iniecta vinum efficit dulce, quia cum ſit calida, & ſicca, attrahit ſuccum aqueum, & fæculentum, qui cauſat ſaporem aſperum in vino. Ibid. pagina 655, num. 35.
Origanus quia vim habet exiccandi nocet oculis, quia ſua vi exiccatiua exteriorem oculi partem nimis condenſat. To. 5, pag. 731, ſect. 31. probl. num. 9.
Vide Cunila.
ORION. Quare orion iliacè oriens, & occidens ſit inconſtans, moleſtus, & ventoſus. Tom. 3, pag. 598, lib. 2. meteor. cap. 5, num. 4, 5.
Orion oriens &c, ſicut cauſat ventos, pluuias &c, ſic poteſt cauſare, vel auferre ægritudines. Tom. 5, pag. 438, ſect. 1. pro num. 1, D.
Cum orion oritur, & occidit, aer eſt admodum varius, & excitantur venti, quia oritur, & occidit circa mutationes temporum. Tom. 5, pagina 701, ſect. 26. probl. num. 14.
OROBI, & lentes dum coquuntur, exiliunt, calore eiaculante, quia calori reſiſtunt, ne erumpat. To. 5, pagina 685, ſect. 24. probl. num. 9.
ORPHEVS in ſuis carminibus cecinit viuétia viuere per hoc, quod dum ſpirant, trahant animam ex vniuerſo delatam à ventis, tom. 4, pagin. 238, lib. 1. de Anima, cap. 12. num. 1.
Orpheus in ſuis carminibus cecinit partes animalium fieri ſucceſſiuè eo pacto, quo retis nexum fit ſucceſſiuè. tom. 4, pagina 497. lib. 2. de Gener. animalium, cap. 1, num. 1.
ORTHAGORAS. Omnium maximè durauit tyrannis, quam Orthagoras in ſicyonijs exercuit, ſiquidem durauit annis centum. Ratio eſt, quia Orthagoras, eiuſque filij, & nepotes mediocriter ſe erga ſubditos geſſerunt, atque in multis obtemperarunt legibus. Tom. 2, pag. 507. lib. 5. pol. cap. 12, num. 2.
ORTVS Vide Natiuitas.
ORTYGOMETRA. Vide matrix.
ORYX animal Africæ eſt vnicorne, & ſolida vngula præditum. tom 3. pag. 731, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 1, numer. 23. & tom. 4, pag. 81, lib. 3. de partib. animal. capit. 2, num 6.
OS ORIS. Os eſt pars, qua ſumitur cibus, & datur in omnibus animalibus. tom. 3, pag. 701, lib. 1. de Hiſtor. animal. cap. 2, num 1.
Intra maxillas, & labia eſt os, cuius pars ſuperior vocatur palatum, fauces conſtituunt aperturam oris, intra quod eſt lingua. Tom. 3, pagin. 713, lib. 1. de Hiſtor anim. cap. 11, nu. 8.
Bifida oris compago vocantur tonſillæ: multifida tonſillarum compago vocantur gingiuæ, intra quas ſunt dentes oſſei. In parte extrema oris datur vuea. Ibid. num. 9.
Proponuntur variæ differentiæ oris variorum animalium. Tom. 3. pag 737, lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 7, nu. 1.
Quo pacto ſe habeat os animalium mollium. Tom. 3, pag. 792, lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 1, num. 11.
Animalia teſtacea habent os, ideoque habent guſtum; nam animalia, quæ ore ſunt præ-

prædita, dum intra os recipiunt res ſapidas, percipiunt voluptatem, aut moleſtiam ex earum guſtu. Ibid. pag. 817, cap. 8, num. 23.

Quo pacto ſe habeat os cancrorum. Ibidem pag. 800, cap. 3, num. 3.

Quia cibus vt facilius concoquatur, debet diuidi in partes minutiſſimas, ad hoc officium inſtitutum eſt os, in quo cibus non concoquitur, ſed per diuiſionem præparatur, ac diſponitur ad concoctionem, vt minutatim diuiſus facilius concoquatur à calore naturali, ac deinde deriuetur ad ventriculum, in quo concoquitur. Tom. 4, pag. 40, lib. 2. de part anim. cap. 3, num. 4.

Quia animalia ſine cibo non poſſunt conſeruari & augeri debent habere os plantæ loco oris habent aliquid proportionale, hoc eſt radices, quibus trahunt alimentum. Tom. 4, pag. 59, lib. 2. de part. anim. cap. 10, num. 2.

Animalia, quæ vtuntur ore ſolum ad cibum conficiendum, & ad reſpirandum, & ad loquendum, ore ſtrictiore, & minus deducto ſunt prædita, quia ad hæc officia non requiritur magna oris apertura: animalia, quibus dentes dati ſunt ad præſidium, & ad pugnam, ore ampliore, ac magis reſciſſo ſunt prædita. Tom. 4, pag. 79, lib. 3 de partib animal. capit 1, num. 9.

Deſcribitur os auium, ſeu roſtrum Ibidem pagin. 79, nu. 10.

Quo pacto piſces differant quoad formam, & ſitum oris. Tom. 4, pag. 173, lib. 4. de part. anim. cap. 13. num. 12, 13.

Natura in animalibus reſpirantibus vtitur ore, non ſolum ad recipiendum cibum, ſed etiam ad recipiendum aerem, quo refrigerentur. Tom. 4, pag. 696, lib. de Iuu. & ſen. cap. 11, num. 13.

Quare ora hominum ieiunorum malè oleant. Tom. 5, pagin. 581, ſect. 13. prob. num. 17.

Quare poſſimus ex ore emittere halitum tum calidum, tum frigidum. Tom. 5, pag. 770, ſect. 34. probl. num. 7.

OS oſſis. Vide oſſa.

OSCITATIO. Mulieres parturientes ſi oſciteni, difficilius pariunt, quia dum oſcitant, vterus illis retrahitur ſurſum. Tom. 4, pag. 450. lib. 1. de Gener. animal. cap. 11, num. 8.

Qui vident alios oſcitantes mouentur ad oſcitandum, quia excitatur memoria, & phantaſia oſcitationis. Tom. 5, pag. 512, ſect. 7. problem num. 2.

Quare animalia multipara vt plurimum vnico coitu concipiant plures fœtus. Ibidem pag. 613, num.20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27.

Homo eſt animal ambiguum, quia aliquando edit vnum, aliquando duos, aliquando plures. Quia enim eſt animal magnum vt plurimum eſt vniparum, vel paucipara: quia eſt calidus, & humidus, habet multum ſeminis, ideoque aliquando eſt multiparus. Ibid. num.28.

Quare ex animalibus aliqua pariant fœtum perfectum, alia imperfectum. Tom. 4, pag 622, lib.4. de Gen.anim cap 6, num. 1,2,3,4,5.

Homo differt ab alijs animalibus, quia cum cætera animalia habeant vnum tempus pariendi, homo habet plura, cum pariat menſe ſeptimo, octauo, nono, & decimo. Ideo licet alia animalia incipiant habere lac vtile circa tempus pariendi, homo incipit habere lac vtile menſe ſeptimo, quo primum poteſt parere fœtum vitalem. Tom. 4. pagina 627, lib.4. de Gen.anim. cap.8, num.1.

Quo pacto partus animalium fiat tempore opportuno, cum intra vterum non habet amplius ſufficiens alimẽtum. Tom.4, pagin.629, lib. 4. de Gen. anim. capit. 8, num.9.

Animalia egrediuntur ex vtero per caput, quia ita pendent ab vtero per vmbilicum, vt pars ſuperior, in qua eſt caput, ſit grauior. Ibidem pagina 630. capit.9, numer.1.

Vt plurimum animalia, quæ diutius geſtantur in vtero, & tardius pariuntur, ſunt magis longæua, quia magis perficiuntur. Tom. 5, pag. 528, ſect. 10. problem. num.11.

Quare ex animalibus quædam poſtquam conceperint pariant citius, alia tardius. Ibid. nu.11.

Ex animalibus quædam ſunt multipara, quia habent in vtero multos ſinus, in quos ſemen diuiditur, quædam ex oppoſita ratione non ſunt multipara. Ibidem pagin.530, num.16.

Quare alia animalia cum pariunt geminos, alterum marem, alteram fœminam, poſſit vterque fœtus ſeruari, & perfici, in hominibus plerumque ſeruari non poſſit. Ibid pagin. 535, nu.30.

Quare ex animalibus quædam poſt partum efferentur, quædam non efferentur. Ibid. pag. 537, num.37.

Vide Animalium ſemen, generatio, & partus.

PARVIPENSIO. Vide contemptus.

PARVM. Parũ, quod pro nihilo reputatur, quo pacto cauſet mutationes in Republica. Tom. 2, pagin. 671, lib. 5. Polit. cap.2, nu.7,8.

Parum, quod pro nihilo reputatur, eſt principium corruptionis Rerumpublicarum, ideoque cauendum eſt à paruis mutationibus. Ibidem pagin. 685, cap. 8, num. 2, 3, 4,

pARVVM, Parui. Paruum dicitur relatiuè, & eſt quod eſt minus ijs, quæ ſunt eiuſdem generis; ideoque mons dicetur paruus, granum milij dicetur magnum, licet granum milij ſit incomparabiliter minus monte. Tom.1, pagin 42, lib. prædicam. cap.7, num.10. & Tom.5, pag.396.lib.14. metaph. cap.3, num 7.

Vtrum magnum ſit contrarium paruo. Ibidem. Tom.1, pag.42, nu.9,10,11.

Magnum, & paruum quo pacto Plato poſuerit principia rerum. Tom.5, pag.25, lib.1. metaph.cap.7, num. 3. & pag.391, lib.14. metaph.cap.1, nu.4,6,7,8.

Reijcitur ſententia Platonis, in quantum dixit materiam eſſe magnum, & paruum. Tom.5, pagin. 43, lib.1. metaph. cap.11, nu.31.

Magnum, & paruum ita differunt, vt medium inter ipſa ſit æquale. Tom. 4, pagin. 712, lib. Quæſt. mechan. capit 2, num 4.

Paruum continetur in magno, non è conuerſo. Tom.3, pag.73, lib.2. de Hiſt.anim, capit.17, nu.2.

Vide magnitudo, magnum.

PASSERES Auct. Paſſeres habent fel coniunctum inteſtino. Tom.3, pag.748, lib.2. de Hiſt.anim. cap.15, num.9.

Paſſeres neque habent ingluuiem, neque gulam latiorem, ſed ventriculo longiore

ſunt

ſunt prædicti. Ibidem pagin.754, cap.17, num.21.
Paſſer habet appendices inteſtinorum. Ibid. pag 754, nu.23.
Pennæ paſſerũ aliquando frigore albeſcunt. Tom. 3, pagin. 779, lib.3. de Hiſt. anim. cap.12, num.1.
Paſſeres cito coitum perficiunt, & quo pacto coeant. To.3, pag.828, lib.5. de Hiſt. anim. cap.2, num.3
Paſſer veſcitur vermibus, atque eſt verminorus. tom.3, pagin.945, lib.8. de Hiſt. anim. cap.3, num.2.
Aliqui putant paſſeres mares non viuere vltra annum, fœminas autem vltra annum vitam producere, quia initio veris nullus paſſer habet maculam nigram in collo, quam habent procedente tempore, & quia cum paſſeribus iunioribus capiuntur fœminæ ſeniores. tom. 3, pagina 992, lib.9. de Hiſt. animal. cap.7, num.11.
Paſſeres pariunt multos fœtus, ſed imperfectos, & cœcos. Tom 4, pag.623, lib.4. de Gen.anim. cap.6, num 4.
Paſſeres aliquando, ſed raro, & per accidens mutant colorem, ideoque viſus eſt paſſer albus. Tom 4, pagin.654, lib.6. de Gen.anim. cap.6, num.2.
PASSERES piſces. Piſces, qui vocantur paſſeres, generant ſine coitu. Tom. 4, pagin.825, lib.4. de Gen animal: cap.11, num.5:
Paſſeres recenſentur inter piſces, qui quia fuſim, id eſt vbertim capiuntur, vocantur fuſanei, & pariunt ſemel in anno. Tom. 3, pag. 833, lib.5. de Hiſt. animal. cap.9, num.5.
Paſſeres occultant ſe intra arenam, & tunc ſurrigũt quosdam radiolos, ad quos quaſi ad algas, quibus veſci conſueuerunt, accedunt minuti piſciculi, & ſic capiuntur. Tom.3. pag.1009, lib.9. de Hiſtor. animalium, capit.37, num.4.
Dantur quidam piſces lati, qui à Græcis vocantur pſittæ, latinè ab aliquibus vocantur ſoleæ, vel paſſeres marini, qui mouentur non omnino directè, ſed co fere modo, quo monoculi ambulant. To 4, pag.207, lib. de Inc.animalium, cap.17, num.1.
PASSIBILIS qualitas. Tertia ſpecies qualitatis dicitur paſſibilis qualitas, vt calor, frigus, albedo, dulcedo &c. Ex his quædam dicuntur paſſibiles, quia efficiunt aliquam paſſionem in ſenſu, vt dulcedo mellis, calor, frigus: quædam dicuntur paſſibiles, quia oriuntur in ſubiecto ex aliqua paſſione, vt colores. Tom. 1, pagin 50, lib. Prædicamentorum, cap. 9. num.4.
Paſſibilis qualitas eſt tertia ſpecies qualitatis, in eaque ſola datur per ſe alteratio. Tom.3, pagin. 212, lib.7. Phyſic.capit.4, per totum.
Vide paſſio.
PASSIO, paſſiones, pati. Paſſibiles qualitates dicuntur, quæ oriuntur ex paſſionibus difficile mobilibus, & permanentibus: quæ oriunrur ex paſſionibus facile mobilibus, & tranſeuntibus non dicuntur qualitates, ſed meræ paſſiones. Tom. 1, pagin. 51, lib. Prædicam. capit.9, num.5.
paſſio conſtituit prædicamentum paſſionis, atque agere, & pati habent contrarium, & ſuſcipiunt magis, & minus. Ibid. pagina 54, cap 10, num.1.
Paſſiones non poſſunt eſſe differentiæ rerũ. Tom.1, pag.546, lib.6. topicorum, cap. 2, num.14.15.
Paſſiones debent definiri per ſuum primum ſubiectum. Ibidem pagina 547, nu.19.
Paſſiones animi propriè, ac ſtrictè dicuntur ſoli actus appetitus ſenſitiui. Diuiduntur in paſſiones iraſcibilis, & concupiſcibilis, & ſunt cupiditas, ira, timor, audacia, inuidia, gaudium, amor, odium, deſiderium, zelus, ſeu æmulatio, & miſericordia, & vniuerſaliter omnes actus, ad quos ſequitur voluptas, aut dolor. Tom.2, pagin.42, lib.2. Ethic. capit 5, num.2.
Virtus non eſt in genere paſſionis, ſed ponit modum paſſionibus. Ibidem pagin.42, num.5.6,7,8.9,10,11.
Paſſiones ſunt actus appetitus ſenſitiui, quos comitari ſolet voluptas, aut dolor. Tom 2, pagin.320, lib.1.mag. moral cap. 8, num.3.
Affectus, ſeu paſſiones rectificantur per rationem Tom.2.pag.374, lib. 2.mag.mor. cap.8.num.14.
Paſſio eſt actus patientis. Tom. 3, pagina 71, lib.3. phyſic.cap.4, nu.2.
Explicatur, quo pacto actio, & paſſio ſint idem motus, & an ſint in agente, vel in patiente. Ibidem pagina 70, capit. 4, per totum, & tom. 4, pagina 193, lib. 2. de Anima, cap. 18, nu.7.
Non datur per ſe motus ad paſſionem. Tom. 3, pag.151, lib.5. Phyſicorum, capit. 3, nu. 4, & ſequ.

Scien-

Scientia, & prudentia acquiruntur per hoc, quod ſedantur paſſiones animi. Tom. 3, pagina 215, lib. 7. phyſicorum, cap. 4, numer. 10.

Paſſiones iræ, manſuetudinis, timoris, audaciæ &c, ſunt actus, qui non exercentur ſine corpore, & ſine organo corporeo, ideoque in earum definitione debet explicari pars illa corporis, quæ alteratur, & eſt ſubiectum paſſionis. Tom. 4, pagina 214, lib. 1. de Anima, cap. 3, nu. 14

Paſſiones quo pacto diuerſimode definiantur à phyſico, & à dialectico. Ibidem pagin. 215, cap. 3, num. 1.

Paſſiones animæ non recipiuntur per ſe in anima, ſed in compoſito ex anima, & corpore. Tom. 4, pagin. 231, lib. . de anima cap. 10, num 3, 4.

Quo pacto ſentire ſit quoddam pati. Tom. 4, pagin. 261, lib. 2. de Anima], capit. 7, num. 3, 4, 5.

Paſſio dicitur communiter, & propriè. Paſſio proprie dicta eſt quædam corruptio, per quam ſubiectum ab agente contrario priuatur ſua perfectione ſubſtantiali, vel accidentali. Paſſio communiter dicta eſt, per quam ſubiectum, quod erat in potentia ad aliquam perfectionem, & formam, ab agente reducitur de potentia in actum, itavt acquirat formam, & perfectionem, qua carebat: Ibidem pagina 561, cap. 8, nu. 4, & pagina 308, lib. 3. de Anima, cap. 3, numer. 23

Quo pacto ſciens dum ex potentia fit in actu, patiatur, vel non patiatur. Ibidem pag. 263, num. 5, 6, 7, & pagina 308, lib. 3. de Anima, cap. 3, num. 2, 3.

Paſſiones timoris, & iræ &c, aliquando cohibere non poſſumus. Tom. 4, pagin. 384, lib. de mem. & rem cap 4, num. 4.

Paſſiones partium animalium ſunt accidentia, per quæ differunt partes animalium, ex. gr. cæſitas eſt paſſio oculorum &c. Tom. 4, pagina 632, lib. 5. de Gener. animalium, capit. 1. num. 1.

Proponitur diuiſio paſſionum partium in animalibus, & explicatur, quo pacto debeant aſſignari rationes earum. Ibid pag. 632. num. 2, 3, 4.

Cum agens, & patiens debito modo applicantur, ſtatim alterum agit, alterum patitur. Tom. 4, pag. 521, lib. 2. de Gener. animal. cap. 4, num. 34.

Paſſio dicitur quadrupliciter: primo qualitas, ſecundum quam fit alteratio: ſecundo ipſa alteratio; tertio alterationes nociuæ: quarto alterationes, quæ valde nocent. Tom. 5. pagin. 149, lib. 5. metaph. cap. 21, num. 1.

Paſſio per ſe dicitur de proprio ſubiecto, ita vt in definitione paſſionis ponatur ſubiectum. Tom. 5, pag. 175, lib. 7. metaph. cap. 4. num 3.

Paſſiones, & accidētia prædicantur de ſubiectis non in abſtracto, ſed in concreto, & denominatiuè. Tom. 5, pag 243, lib. 9. metaph, cap. 8, num. 6.

Oſtenditur non dari motum ad motum, adeoque neque ad actionem, & paſſionem, quæ includuntur in motu. Tom. 5, pagin. 316, lib. 11. metaphyſicorum, capit. 12, num. 15.

Proponuntur tres modi, ac viæ, quibus antiqui ex inſpectione corporum conijciebant paſſiones animi. Tom. 4, pag. 788, lib. Phyſiog. capit. 2. num. 1, 2, 3.

Examinatur, an tales viæ ſint ſufficientes. Ibidem nu. 4, 5. 6. 7.

Qua via, & methodo paſſiones animi ſint inueſtigandæ. Ibidem pagina 790, num. 8, 9, 10, 11.

Quæ paſſiones animi ex quibus corporeis ſignis poſſint dignoſci. Tom. 4, pagina 791, lib. Phyſiognomic. cap. 3. & 4. per totum.

Paſſiones animi videntur magis immediatè influere in habitum, vultum, & motum, ideoque ex his tribus deſumuntur ſigna potiora. Tom. 4, pagin. 593, lib. Phyſiogn. capit. 5, num 2.

Paſſionibus animæ correſpondent formæ, ac diſpoſitiones proportionales in corpore. Tom. 4, pagin. 800. lib. Phyſiogn. cap. 7, num 3.

Cum effectus diuerſarum paſſionum ſunt diſſimiles, facile cognoſcuntur paſſiones, difficile cum ſimiles. Ibidem pagina 800, num. 6.

Ex paſſionibus aliæ ſunt propriæ vnius ſpeciei, aliæ communes plurium ſpecierum. Ibid pag. 800, num. 4.

PASSIONES animi. Vide affectus.

PASTINACA piſcis. Nonnulli ex piſcibus cartilagineis, qui nimirum lati ſunt, & caudati, pinnis carent, & flectendo ipſam latitudinem natant, vt Raia, & Paſtinaca. Tom. 3, pagina 704, lib. 1. de Hiſtor. animalium cap. 5, num. 7.

Paſtinaca quo pacto coeat. Tom. 3, pagina 819. lib. 5. de Gener. animalium, capit. 3, num. 1.

Paſtinaca propter ſuæ caudæ aſperitatem, non

Digitized by Google

non poteſt filios iam natos intra ſe recipere, vt faciunt alij piſces generis muſtelini. Tom. 3. pagina 881. lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 10, num. 10.

Paſtinaca degit in alto mari. Tom 3. pagina 957, lib. 8. de Hiſtoria animalium, cap. 13. nu. 1.

Paſtinaca ſe abdit in arena, vt piſciculos venetur. Tom. 3, pag. 1009. lib 9. de Hiſtor animal. capit. 37, nu. 3.

PASTINACA herba. Paſtinaca eſt quædam herba, cuius comeſtio lethalis eſt equorum. 3, pag. 972, lib. 8. de Hiſtor. animalium. cap. 24, num. 2.

PASTORES, Paſtoritia. Paſtoritia eſt modus naturalis comparandi victum ex animalibus manſuetis, & illum eligunt homines pigri. Tom. 2, pagina 528. lib. 1. politic. cap. 5, num. 5.

Paſtores ſunt populus poſt agricolas optimus. Tom. 2. pagina 719, lib. 6. politicor. cap. 4. nu. 6.

Paſtores, & agricolæ cum corpora exerceant, reddunt illa valde habilia ad bellicas expeditiones, & poſſunt viuere ſub dio. Ibid.

PATELLA. Ex animalibus teſtaceis patella à loco, cui adhæret, abſoluitur, & ad cibum quærendum fertur. Tom. 3, pag. 802, lib. 4. de Hiſtoria animalium, capit. 4, num. 6.

Patella, quam aliqui vocant auriculam maris, quia eſt ſimilis auriculæ humanæ, foramen, quo ejicit excrementa, habet in fundo, ſeu ima parte teſtæ. In hoc etiam genere patellarum venter ſequitur immediatè poſt os, & dantur quædam ouæ. Ibid. pag. 804, num 16.

Patellæ quia cibum quærunt in terra habẽt os obuerſum terræ, & exitum excrementi in parte oppoſita. Ibidem pagin. 807, cap. 5, num. 10.

Patellæ generantur in rimis, cauernisque ſaxorum, ac celeriter creſcunt. Tom. 3. pagina 844, lib. 5. de Hiſtoria animalium cap. 15, num. 12.

Patellæ ſunt teſtacea vniualuia, quia cum ſoleant adhærere ſaxis, ſaxa ſunt illis loco operculi, quod habent biualuia. Tom. 4. pagina 129. lib. 4. de part. animalium, cap 5, num. 15.

PATER, patria poteſtas. Poteſtas paterna eſt ſimilis poteſtati regiæ. Tom 2, pagina 210, lib 8. Ethic. cap. 10, num. 5.

Pater poteſt aliquando abdicare filium, eũque dimittere: at filius nunquam poteſt abdicare patrem. Tom. 2. pagina 249, lib. 8. Ethic. cap. 14, num. 5.

Patres amant filios vt aliquid ſui, & quare magis ament filios, quam amentur à filijs. Tom. 2, pag. 242, lib. 8. Ethicor. cap. 12, num. 3, 4. 5.

Matres magis amant filios, quam patres, quia magis ſciunt eſſe ſuos filios, quia prius ceperunt amare, & quia filij magis videntur aliquid matris, quam patris. Ibidem pagin. 242. num. 6.

Poteſtas patris in filios eſt naturalis & in quo conueniat, ac differat à poteſtate regia. Tom. 2. pagin 537, lib. 1. politicor. cap. 8, num. 1, 2, 3.

Quo pacto fœtus fiat à patre tamquam à cauſa principali, & à fœmine tamquam ab inſtrumentali. Tom 4, pagina 499, lib. 2. de Gen. anim. cap. 1, num. 30.
Vide parentes.

PATHETICA oratio conſiſtit in eo, vt quis vtatur oratione proportionata affectibus, quos exprimit. Tom. 1, pagina 846, lib. 3. Rhet. capit. 7, num. 3.

In oratione pathetica liberalius poſſumus vti nominibus peregrinis, priſcis, compoſitis, & epithetis, quia qui affectibus concitantur, ſolent his vti. Ibidem pagina 847. num. 8.

PATRIA. Vlyſſes manere noluit apud Circem, ac illi multa pollicitanti reſpondit: nihil ſibi dulcius eſſe poſſe, quam patriam incultam, & aſperam. Tom. 2, pag. 801, lib 1. Oecon. capit. 9, num. 1.

PATRIMONIORVM æqualitas. Phaleas Chalcedonius voluit, vt in ſua Republica patrimonia ciuium eſſent æqualia, & ad id expediat. Tom. 2, pagin. 158, lib. 2. pol. cap. 1, per totum.

Si præſcribitur modus facultatibus ciuium, debet etiam præſcribi modus generationi filiorum. Ibid. pag. 559, nu. 2.

Quot mala prouenerint in Repoblica Lacedæmonica propter nimiam patrimoniorum inæqualitatem. Ibid. pag. 570, capit. 7. nu. 5.
Vide diuitiæ.

PAVCA. Diuiſibile in infinitum videtur nõ poſſe eſſe paucum Tom. 4, pagina 769. lib. de ſin. inſecab. cap. 1, & num. 2, & capit. 2, num. 1.

Quo pacto multa opponantur tum vni, tũ paucis. Tom. 5, pag. 272, lib. 10. metaph. cap. 9, per totum.

Pauca ſunt plura habẽtia defectum, vel abſolutè, vel reſpectu alicuius ideoque duo

duo ſunt pauca, & pauciſſima, ac dualitas eſt primum paucum, cum ſit minimus numerus. Ibidem pagina 173, nu. 5.

PAVCORVM Reſpublica. Vide oligarchia.

PAVOR, pauidus Vide timor, timidus.

PAVONES. Pauones ſunt inuidi, ſtudioſi ornatus, & pulchritudinis. Tom. 3, pagin. 701, lib. 1. de Hiſtor. anim. cap. 1, num. 25.

Pauones etiam ſine coitu edunt oua ſubuentanea, quæ ſunt infœcunda. Tom. 3, pagin. 870, lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 2, num. 5.

Pauones quot annis viuant, qua ætate coeant, & generent, & quot pullos excludant. Tom. 3, pag. 880, lib. 6. de Hiſt. anim. capit. 9, nu. 1.

Cum arboribus decidunt frondes, pauonibus decidunt plumæ, & renaſcuntur cum frondibus arborum. Ibid.

Cum fœmina pauonis incubat ſuis ouis, mas oua frangit, ideoque oua pauonum ſolent ſubijci gallinis incubanda. Ibidem.

PAVPERES, paupertas. Pauperes abiectiore ſunt animo, ideoque parum idonei ad magiſtratus gerendos. Tom. 2, pag. 647, lib. 4. pol. cap. 11, num. 5.

Cum pauperes propter multitudinem ſunt potentiores diuitibus, tali multitudini accommodatur democratia. Ibidem pag. 6, 1, nu. 2.

Pauperes ſi ſint iuſti, valde ſunt laudabiles, quia abſtinent à pecunijs, quibus maximè indigent. Tom. 5, pag. 724, ſect. 28. probl. nu. 4.

Quare probi ſæpius quam improbi paupertate laborent. Tom. 5, pag. 727, ſect. 29. problem. num. 4.

PAVSANIAS. Apud Lacedæmonios Pauſanias, qui fuerat dux belli contra Medos geſti, cum eſſet in ciuitate præcipuus, ſeditionem commouit, vt ſolus dominaretur. Tom. 2, pag. 682, lib. 5. pol. cap. 7, num. 5.

PAVSON. Pauſon pictor pingebat homines deformiores, quam eſſent. Tom. 1, pag. 894, lib. poet. capit. 1, num. 11.

Ad mores beneformandos magis expedit, vt homines contemplentur picturas Polignoti, vel alterius pictoris beno morati, quam Pauſonis, qui turpia exprimebat. Tom. 2, pag. 781, lib. 8. polit. cap. 5, num. 11.

PECCATVM. Cum quis lædit inuoluntarie, & extra omnem rationem, non eſt peccatum, ſed merum infortunium: cum lædit inuoluntarie, ſed non extra omnem rationem, puta cum vult lædere leuiter, & lædit grauiter, non ſolum eſt infortunium, ſed etiam peccatum: cum non ex plena deliberatione, eſt peccatum ex infirmitate, vel paſſione, non ex malitia: cum ex plena deliberatione, eſt peccatum ex malitia. Tom. 2, pagina 145, lib. 5. Ethic. cap. 8 num. 6, 7, 8.

Omnia peccata, ac delicta vel fiunt contra communitatem, vel contra priuatos, vel ab ignorantibus, & inuitis, vel à ſcientibus, & volentibus, vel ex electione, vel ex paſſione. Tom. 1, pagin 7, 8. lib. 1. Rhet. cap. 13, num. 5.

Peccare, & aberrare nihil eſt aliud, quam declinare in partem deteriorem. Tom. 5. pagina 619, ſect. 29. problematum, numer. 26.

Vide vitium.

PECVDES. Vide oues.

PECTEN, Pectines. Ex animalibus teſtaceis quædam ſe mouent, vt pectines, quos etiam quidam volare exiſtimant, ſiquidé ſæpe exiliunt ex ferreo inſtrumento, quo capiuntur. Tom. 3, pag. 802, lib. 4. de Hiſt anim. cap. 4, nu 6.

Pectines, qui vocem propriè non edunt, cum elati per ſuminam aquam feruntur, ſtridere ſentiuntur. Tom. 3, pag. 819, lib. 4. de Hiſt anim capit 9, num. 6.

Pectines naſcuntur in locis arenoſis, ſeu ſabuloſis, ac proinde naſcuntur ex arena, ſeu ſabulo. Tom. 3, pag. 843, lib. 5. de Hiſtor. anim. capit. 15, num. 9.

Pectines celerrimè creſcunt, vtpote qui vno anno perficiuntur. Ibidem pag. 844. num. 11.

Pectines certis temporibus ſe abſcondunt, & ſecedunt in latibula. Tom. 3, pagina 959, lib. 8. de Hiſtor. animalium, cap. 13, num. 9

Pectinibus nocent anni ſiccí, vt patet tum ex eo, quia tunc amittunt colorem naturalem, & euadunt magis rufi, tum ex eo, quia in pyrrheo annis ſiccis pectines defecerunt. Ibidem pagina 969, cap. 20, num. 3.

Pectines tunc ſunt optimi, cum vterum ferunt. Ibidem pagin. 978, capit 30, numer. 1.

Ex piſcibus teſtaceis, ac carentibus pedibus pectines maximè ſe mouent quodâ veluti volatu. Tom. 3 pag. 1011, lib. 9 de

Hiſt.anim. cap. 37, num.18.

Pectines ſunt teſtacea biualuia,& apertilia, ſiquidem duæ valuæ ex altero tantum latere nodo quodam ligantur. Tom. 4. pagin. 141, lib. 4. de part. animal. cap.7, num. 2.

Pectines non ſemper habent quoddam ouum, ſed vere illud habent, quia tunc bene nutriuntur, deinde incipit ouum minui, donec omnino aboletur. tom.4, pag.588, lib.3.de Gener. animalium,cap. 11, num. 19.

PECTVNCVLI ſunt animalia teſtacea, quæ habent teſtas virgatas. Tom.3, pag.802, lib. 4. de Hiſtor. animalium, capit.4,numer. 5.

Pectunculi maiores habent alteram valuularum planam, quæ illis ſupraponitur. Ibidem pag.804, num. 15.

Quoddam genus vrticarum marinarum à ſaxis abſoluitur, & pectunculos, in quos incidit, corrodit. Ibid. pagina 809, cap. 6,num.4.

Intra teſtas aliquorum pectunculorum naſcuntur quidem cancri. Tom.3, pagina 844, lib 5. de Hiſtoria animalium, cap.15, num. 13.

PECTVS in homine eſt anterior pars thoracis. tom.3,pag. 714, lib.1. de Hiſt.anim cap.12, nu. 3.

Hominis pectus eſt latum, pars in alijs alijs animalibus correſpondens pectori eſt anguſta. Tom.3,pag.726,lib.2. de Hiſt.anim. cap.1, nu.4.

Animalia, quæ pectus habent latum,facilius currunt. Tom.3, pagin. 1037, lib.9. de Hiſtor. animal.cap.50, num 11.

Coſtæ immobiles circumpoſitæ ſunt pectori, vt muniant cor, & viſcera, quæ pectore clauduntur. Tom.4. pag.55,lib. 2,de partib. animal. cap. 9, num.5.

In homine pectus eſt latum, quia cum lacerti ita pendeant, vt nihil occupent partis exterioris, pectus poteſt occupare totum ſpatium partis anterioris: ex oppoſita ratione pectus aliorum animaliũ eſt anguſtum. Tom.4, pag.153, lib.4. de part anim.cap.10,num 18.

Pectus hominis habet mammas, quia cum ſit latum,eſt capax mammarum, & cum ſit ſedes cordis debuit fieri carnoſum, vt tegeretur carne. Ibid.pag.153,num.19.

Aues habent pectus acutum, quia illo debent aerem ſcindere: habent pectus carnosum,quia pectus, niſi tegeretur multa carne, eſſet valde imbecillum. Ibidem pag. 166, capit.12, num.7.

Pectus magnum, carnoſum, & latum eſt ſignum fortitudinis, quia arguit multũ caloris, ac ſpiritus. Tom. 4, pagina 795, lib. Phyſiog cap.6,num.1, & pagina 805, capit.9,num.13.

Verecundi, ac modeſti ſolent habere pectus ſurſum eleuatum. Ibid. pagina 797, cap.6, nu.5.

Qui pectus, & collum habent piloſa ſunt inſtabiles,quia aues,quæ habent pectus,et aluum plumis tecta,ſunt inſtabiles.Tom. 4. pagina 811. lib. Phyſiognomic, cap. 10, num.22.

Magis audamus dorſo, quam pectore, quia pectus cum ſit minus carnoſum, & rarius, citius refrigeratur ab ambiente. Tom.5,pag.464, ſect.2.problematum,numer. 14.

PECVNIÆ. Liberalitas verſatur circa pecunias, quarum vſus eſt illas dare, & expendere. Tom. 2, pagin.88, lib.4.Ethicor cap.10, num.1,2,3,4.

Pecunia ex hominum inſtitutione eſt communis menſura omnium commutabiliũ, ac veluti fideiiuſſor indigentiæ. Tom. 2,pagin.136. lib.5. Ethicorum, capit. 5, num.7, 8,10.

Quo pacto pecunia habeat conditiones menſuræ, ac res pecunia æſtimentur. Ibidem pag 138, num.11.

Proponuntur hiſtoricè plures modi parandi pecunias. Tom.2,pag.806, lib 2. Oecon. capit.1-num.1. & ſequ.

Nomine pecuniæ intelligimus non ſolum nummos, ſed etiam omnia ea, quorum valor nummis æſtimatur. Tom. 2. pagin.88, lib.4. Ethic. cap.1 nu.1.

Liberales pecunias nõ magni faciunt, ideoque non ſolent pecunijs abundare. *Ibidem* pag.91.num.12.

Quia ciuitates pecunijs indigent, aliqui ex adminiſtrantibus vnicè intendunt pecunijs augendis. Tom. 2, pagin. 536, lib. 1. polit. cap.7,num.11.

Reſpublica Lacedæmonum malè conſtituta erat in ijs, quæ ſpectant ad publicas pecunias. Tom. 2. pag 574, lib.2.polit. cap.7, nu 11.

In ciuitatibus ſunt neceſſarij, qui verſentur circa pecunias, tum publicè ad bellum, tum priuatim ad particulares indigentias depellendas. Tom.2,pagin.747, lib.7. polit. cap.8, num.4.

Licet honor ſit maius bonum, quam pecuniæ, tamen quia pecuniæ ſunt bona cõ-

munia omnium, honor autem eſt paucorum, ideo vulgus præfert pecunias & iniurias circa pecunias exiſtimat maiores iniurijs circa honorem. Tom 5, pagina 726, ſect. 29. probl. nu. 1.

Qui furatur paruam pecuniam videtur furaturus maiorem, ſi poſſet: at qui facit paruam iniuriam in alia materia, non videtur facturus maiorem, ſi poſſet. Ibid. pagina 728, nu. 5.

Multi volunt potius pecunias retinere fruſtra, quam expendere, tum quia pecunias compararunt retinendo, & viuunt ſecundum cõſuetudinem, tum quia cum pecunia ſit quodammodo omnia, poſſidendo pecunias, videntur ſibi poſſidere quodammodo omnia Tom. 5 pagin. 745, ſect. 30 problematum, num. 12.

PEDES. Ex animalibus quædam pedes habent, alia pedibus carent: alia habent duos tantum pedes, vt præter hominem ſolæ aues; alia habent quatuor, vt canis, lacerta &c, alia plures, vt centipes. Tom. 3, pag. 704, lib. 1. de Hiſtor. animalium, capit. 5, num 6.

Pedes correſpondent manibus, ideoque qui habent pedes exiguos, ſolent etiam habere manus paruas. Tom. 3, pagin. 715, lib. 1 de Hiſtoria animalium, cap. 15, numer. 4.

Poſtrema pars tibiæ eſt pes, qui non duobus tantum, vt tibia, ſed pluribus oſſibus conſtat. Poſterior pars pedis vocatur calx, ſeu calcaneus; anterior pars diuiditur in quinque digitos: inferior pars pedis, quæ dicitur planta, eſt carnoſa, ſuperior eſt neruoſa &c. Ibid. pag. 716, num. 6, & 10.

Animalia habentia pedes multifidos, hoc eſt ſciſſos in multas partes vtuntur pedibus anterioribus loco manuum, excepto Elephanto. Tom. 3, pag. 726. lib. 2. de Hiſtor. animalium, cap. 1, nu. 3.

Quadrupedes ſanguineæ, atque viuiparæ ex fiſſura pedũ poſſunt diuidi in quatuor claſſes: in prima ſunt quæ habent pedes multifidos, & vnguibus præditos, vt canis, leo: in ſecunda quæ habent bifidos, vt oues capræ: in tertia quæ habent ſolidos, & integra vngula præditos, vt equus &c: in quarta quæ aliquando habent bifidos, aliquando integros, vt ſues. Tom. 3, pag. 731, lib. 2. de Hiſtoria animal. cap. 1. num. 22.

Fœminæ ſolent habere pedes elegantiores, quam mares. Tom 3. pag. 826, lib. 4. de Hiſtoria animalium cap. 11, num. 9.

In pedibus plures ſunt nerui, quia pedes deſeruiunt ad motum, pedes autem ſunt inſtrumenta motus, Tom. 3, pag. 771, lib. 3. de Hiſtoria animalium, cap. 5, numer. 6.

Inſecta habent plures pedes, quam quatuor, quia cum propter frigiditatem naturæ ſint tarda ad motum, numerus pedum debuit ſupplere defectum virtutis, Tom. 4, pagin. 137, lib. 4. de partibus animal: cap. 6, num. 2.

Inſecta, quæ habent corpus oblongum, & valde frigidum, vt vermes oblongi &c, habent multos pedes, tum propter corporis longitudinem, & frigiditatem, tum quia cum habeant plures incisuras, ſunt plura animalia in potentia, ideoque debuerunt habere plures pedes. Ibidem pag. 137, nu 3.

Inſecta, quæ paucioribus pedibus ſunt prædita, habent alas, vt illis compenſetur paucitas pedum. Ibidem pagina 137, numer. 4.

Animalia habent omnes pedes circa partẽ anteriorem, & quam ob cauſam. Tom. 4, pagin. 143, lib. 4. de partibus animalium, cap. 9. num. 2.

Quia pedes ordinantur ad gradiendum, piſces autem ordinantur non ad gradiendum, ſed ad natandum, ideo non debuerunt habere pedes, ſed pinnas. Tom 4, pag. 170, lib 4. de partibus animalium, capit. 4, num. 3.

Animalia ſanguinea duobus, vel quatuor tantum pedibus ſunt prædita. Tom. 4, pagina 186, lib. de Inc. animalium capit. 3. num. 8.

Piſces non habent pedes, quia cum habeant corpora proportionaliter valde longa, melius eſt, vt non moueantur pedibus s flexionibus corporum. Ibidem.

Animalia habent pedes in numero pari, tot ex vna parte, quot ex alia, quia ſic commodius ſe mouent. Ibidem pagina 147. cap. 6. num. 12.

Homo vt eſſet animal erectum, debuit habere duos tantum pedes; aues duos tantum habent pedes, quia cum habeant duas alas, & ſint animalia ſanguinea, adeoq; debeant habere quatuor tantum notas, ſupereſt, vt habeant duos tantum pedes. Tom. 4 pag. 196. lib. de Inc. anim. cap. 9. num 1.

Omnia animalia exanguia habent plures pedes, quam quatuor. Tom. 4, pagina

204 lib. de Inc. animalium, capit 16, numer. 1.

Quare animalia multipeda pedes omnes, exceptis primis, & vltimis habeant obliquos, hoc eſt lateraliter protenſos. Ibid. pagina 204. num. 2. 3. 4.

Quadrupedes ouiparæ quia debent ſubire cauernas, habent pedes obliquos. Ibid. pagina 205, num 6.

Volucres pedibus ſunt præditæ, quia non ſemper debent manere ſublimes in aere: at piſces pedibus carent, quia ſemper debent manere intra aquam. Ibid. pag. 207, cap. 18, num. 3.

Qui pedes habent bene cõſtitutos, magnos, articulatos, & neruoſos ſunt fortes, quia tales pedes ſunt proprij marium. Tom. 4, pag. 804, lib. Phyſiog. cap. 9, num. 1.

Pedes cum incaleſcunt, plurimum humoris emittunt, quia cum abundent oſſibus, ac parum habeant carnis, parum humoris ebibunt, & exugunt. Tom. 5, pag. 465, ſect. 2. probl. num. 19.

Pedes cum tenentur ſuſpenſi magis frigore rigent, quia perflantur ab ambiente etiã ex parte inferiore, & quia ſanguis calidus minus defluit ad pedes. Tom. 5. pagina 515, ſect. 8. problematum, numer. 3.

Quare animalia habent pedes in numero pares tom. 5, pagina 534, ſect. 10. probl. num 28, 32.

Aethiopes, & Aegyptij diſtortis pedibus, & cruribus ſolent eſſe præditi, quia calor ſicut diſtorquet ligna, ſic diſtorquet membra. Tom. 5, pagina 583, ſect. 14. problem. num. 4.

PEDICVLI generantur ex carnibus. Nam cum prope eſt, vt pediculi naſcantur, extant quædam veluti puſtulæ ſine pure, quas ſi tum aperias, prodeunt pediculi. Quidam exuberante humore laborant morbo pediculari, quo nonnulli perierunt. Dantur etiam alij morbi, in quibus naſcitur magna copia pediculorum tom. 3, pag. 863, lib. 5. de Hiſtor. animalium, cap 31, num. 4.

Dantur quidam pediculi, qui vocantur feri, qui ſunt alijs duriores, atque ita adhærent carni, vt difficilè poſſint euelli. Capita puerorum, ac mulierum pediculis magis ſcatent, atque ijs, qui pediculis laborant, capita minus dolent. Ibidem.

Non ſolum homines, ſed etiam alia animalia, vt aues, quadrupedes, pisces laborant pediculis, ſed pediculi variorum animalium differunt ſpecie tum inter ſe, tum à pediculis hominum. Enumerantur. Ibid. pagin. 864, nu. 3, 4.

Pediculi, qui infeſtant piſces, non naſcuntur in ipſis piſcibus, ſed naſcuntur in limo. Ibidem pag. 864, num. 5.

Pediculi generantur ex pellibus ouium à lupis voratarum, & ex lanis, ac veſtibus confectis ex talibus pellibus. Tom. 3, pag. 953, lib. 8. de Hiſtoria animalium i capit. 10, num 3.

Pediculi generantur ex humore excrementitio, & potiſſimum in capite, quia caput propter cerebrum eſt humidius reliquis partibus. Tom 5. pagina 443, ſect. 1. problem. num. 16.

Pueri generant plures pediculos, quia ſunt humidiores. Ibid. num. 16.

Mutatio aquarum cauſat inconcoctionem, ideoque facit, vt generentur plures pediculi. Ibidem num. 16.

PEDICVLVS piſcis. In mari, quod inter Cyrenem, & Aegyptum interiacet, datur quidam piſcis, qui vocatur pediculus, ac comitatur Delphinos, ideoque maximè pingueſcit, ſiquidem ex Delphini venatu impletur cibo largiſſimo TO. 3, pag. 864, lib. 5. de Hiſtor. animal. cap. 31, num. 6.

PELIADES dederunt patri poculum, putantes illud eſſe amatorium, & plenum vino, cum eſſet plenum veneno, & ſic inuoluntariè occiderunt patrẽ. Tom. 2, pag. 432, lib. 2. mor. ad Eud. cap. 9, num. 15.

PELLA eſt ſpecies Ardeolarum. Difficile coit, & ideo cum coit, vociferatur, & ſanguinem ex oculis emittit. Difficile quoque, & cum dolore parit. Pugnat cũ aquila, quia præda eſt aquilæ; cum vulpe, quia vulpes noctu deuorat ouapellæ; & cum alauda, quia alauda furripit ouapellæ. Tom. 3, pagin. 984, lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 2, num. 19.

PELLES arietum recenter detractæ ſi imponantur vulneribus, & vibicibus, prohibent ne tumeſcant, quia ſua viſcoſitate adglutinant partes, & ſuo calore concoquunt humorem attractum. Tom. 5, pagina 521, ſect 9. probl. nu, 1.

Quare homo poſt natiuitatem poſſit acquirere pollem maculoſam, alia animalia ſolum à natiuitate poſſint habere pellem variam, poſt natiuitatem non poſſint. To. 5, pagin. 536, ſect. 10. problemat num. 35.

Vide cutis.

PENELOPS eſt auis, quæ verſari ſolet circa aquas. Tom 3, pagin. 947, lib. 8. de Hiſt. anim. capit. 5, num. 8.

PELLICANI, ſeu plateæ fluuiatiles deuorant conchas magnas, & læues, quas frangere nequeunt, & cum eas calore ingluuiei coxerint, euomunt, & ex teſtis hiantibus carnem extrahunt, eaque veſcuntur. Tom. 3, pag. 995, lib. 9. de Hiſt. animalium, capit. 10, num. 2.

Vide planæ.

PENNÆ. Sicut aues volando ſecant aerem pennis, ſic piſces natando ſecant aquam ſquammis, ideoque ſquammæ piſcium proportionaliter reſpondent pennis auium. Tom. 3, pag. 696, lib. 1. de Hiſtoria anim. capit. 1. nu. 6.

Pennæ auium etiam caule, ſeu thyrſo conſtant, & caudam habent conſtantem pennis. Tom. 3, pagina 742. lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 12, num. 4.

Pennæ gruum ætate fiunt nigriores: pennæ aliarum auium non mutantur ætate, ſed ſtatutis anni temporibus Tom. 3, pagina 779, lib. 3. de Hiſtoria animalium, cap. 12, num. 1.

Inter pilos, & pennas hæc eſt differentia, quod pili præciſi creſcunt, non a loco præciſionis, ſed a radice: at pennæ ſi præcidantur, nec a loco præciſionis, nec à radice creſcunt, Ibidem pagina 779, numer. 4.

Pennæ auium ſunt diuerſæ rationis ab alis animalium, quæ vocantur totalia: nam pennæ auium ſunt fiſſæ, ac ſciſſæ in plura veluti filamenta: at alæ muſcarum ex. gr. non ſunt fiſſæ, ſed integræ. Rurſus pennæ auium ſunt quodammodo caulatæ, ac caule, ſeu radice infiguntur corpori: at alæ animalium totalorum carent caule. Tom. 4, pagina 164, lib. 4. de part. anim. cap 12, num. 1.

Quia aues loco pilorum habent pennas, piſces loco pilorum habẽt ſquammas, ideo pennæ, & ſquammæ habent quaſdam paſſiones proportionales paſſionibus pilorum. Tom. 4, pagin. 643, lib. 5. de Gen. anim. cap. 3, num. 4.

In animalibus ſeneſcentibus pilis ſquammæ, & pennæ fiunt duriores, & quare. Ibidem pag. 647. num. 16.

Sicut pili ſe habent ad homines, ita frondes ſe habent ad plantas, & pennæ ad aues. Ibid. pagin. 643. num. 17

Aues, quia pennas amittunt propter hyemem temporis, ſuccedente vere, illas recuperant: at homines, qui pilos amittunt propter hyemem ætatis, cui non ſuccedit ver, non recuperant pilos. Ibid. pag. 749, numer. 13.

PENTATHLI dicuntur qui poſſunt mouere omnibus quinque modis, hoc eſt trahendo, pellendo, eleuando, deijciendo, & conterendo. Tom 1, pagina 708, lib. 1. Rhet. capit. 5, num. 11, 13.

Quare pentathli melius ſaltent, dum gerunt halteras, hoc eſt quaſdam pilas plumbeas, quibus vtraque manu ſe librant. Tom. 4, pagina 178, lib. de Inc. animalium, cap. 3, num. 3.

PENETRATIO. Duo corpora non poſſunt penetrari: & quia lumen penetratur cum aere, non poteſt eſſe corpus. Tom. 4, pag. 268, lib. 2. de Anima capit. 9, num. 7.

PEPONES. Quare pepones optimi naſcantur in planis paluſtribus, atque humidis, vt in orchomeno, & in terra Aegypti, Tom. 5, pagin. 654, ſect. 20, problematum, num 32.

PERCÆ piſces habent multas appendices inteſtinorum. Tom. 3, pag. 753, lib. 2. de Hiſtor. anim. cap. 17, num. 18.

Percæ ſunt piſciculi quidam ſaxatiles, qui edunt oua, continuata quadam ſerie cohærentia ad modum monilis, itaut oua percæ, quæ latius expanduntur, piſcatores arundine adglomerent. Tom. 3, pagina 889, lib. 6. de Hiſtoria animalium, capit. 14, num. 3.

Percæ, qui ſunt piſces ſaxatiles, ſolent ſe abſcondere coniugatim, mares nimirum cum fœminis, ſicut coniugatim nidos conſtruunt. Tom. 3, pag. 961, lib. 8 de Hiſtoria animalium, cap. 15, num. 3.

PERCVSSIO. Quare ictus cauſare ſoleat tumorem, & liuorem in parte percuſſa. Tom. 5, pagina 525, ſect. 9. problematum, num. 14.

PERDICES. Perdix habet ingluuiem, quæ vocatur hoc nomine, quia eſt media inter gulam, & ventriculum. Tom. 4. pagina 754, lib. 2. de Hiſtoria animalium cap. 17, num. 19.

Perdices habent appendices inteſtinorum. Ibidem pagina 754, num. 23.

Perdicibus tempore non coeundi teſtes ſũt admodum exigui, tempore autem coeundi ſunt valde magni. Tom. 3, pagina 756, lib. 3, de Hiſtoria animalium cap. 1, num. 9. & pagina 880, lib. 6. cap. 9, numer. 2.

Perdices in quibusdam regionibus edunt quamdam vocem, per quam dicuntur caccabare, in alijs non caccabant, ſed ſtridēt. Tom.3,pag.821, lib.4. de Hiſtor. animal. cap.9, num.11.

Perdices quo pacto coeant, & concipiant. Tom. 3, pag. 830, lib.5. de Hiſtor. anim. capit.5,num.9.

Perdices non pariunt in nidis,ſed ſeſtuculis circum ſtructis filios abſcondunt. Tom.3, pagin 868, lib.6. de Hiſtor.anim. capit.1, num.6.

Oua perdicum habent putamina candida. Tom 3, pag 869. lib.6. de Hiſtor. animal. cap.2,numer.2.

Perdices fœminæ tempore, quo ſollicitantur in Venerem,ſi afflentur odore maſculi, concipiunt,ac fiunt inutiles aucupijs. Aucupesenim perdice fœmina conſtituta, mares allicium: mares autem cum inſigni odoratu ſint præditi, cum odorantur fœminam in vtero gerere,non accurrunt Tom.3, pagin.872 lib.6. de Hiſtor. anim. cap.2, num.14.

Perdices viuunt pluſquam ſexdecim annis. Ibid. pag.876, cap.4, num.3.

Perdices qua aſtutia vtantur ad filios ab inſidijs liberandos. Tom. 3. pagin. 993, lib.9. de Hiſt.anim. cap.8, num 2.

Perdices pariunt oua circiter decem,& quo pacto ſe habeant tempore coitus. Ibid. pag.993, num.1.

Perdices mares oua fœminarum frangunt, libidine coeundi, & quo pacto fœminæ oua tum à maribus, tum à venatoribus ſeruent. Ibid.pag.993, num.4.

Perdices quo pacto inuicem pugnent, & qua arte capiantur à venatoribus. Ibid. pagin.993. nu.5.

Explicantur aliqua circa libidinem perdicum. Ibidem pagin,993 num.5,6,7.

Perdices, gallinæ,& aliæ aues non altiuolæ ſunt in venerem pronæ, ac multiparæ, quia cum non habeant magnos vngues,ac non maximas alas plurimum illis excrementi ſupereſt, quod conuertant in ſemen, & humorem menſtruum. Tom.4, pag 549,lib.3. de Gen.anim. cap. 1, num.7.

Perdices fœminæ, quibus vtuntur aucupes, etiamſi nunquam coiuerint, ſtatim ac olfecerint marem, vel eius vocem audierint, implentur, & concipiunt oua, & quare. Ibid. pagin.552, num.19.

Perdices cum porro veſcuntur, emittunt vocem meliorem, ac minus raucam. Tom.5, pag. 564, ſect.11. problematum, num.39.

PEREGRINI. In aliquibus democratijs admittuntur ad honores etiam peregrini, vt ciuium numerus augeatur. Tom.2,pag. 594, lib.3. pol: cap.3,num.14.

Quia peregrini ſolent eſſe diſſimiles indigenis, ideo pene omnes ciuitates,quæ receperunt aduenas, & peregrinos, ſeditionibus ſunt agitatæ. Tom.2, pag.672, lib.4. pol. capit.3, nu.10.

PERFECTVM. Perfectum prius eſt imperfecto. Tom.3, pag.354, lib.2. de Cœlo cap.5,num.3.

Perfectum eſt, cui nihil deeſt eorum, quæ ad ipſum ſpectant,ideoque nihil illi poteſt addi. Ibid.

Perfectum ſecundum ſe dicitur tripliciter: primo cui nihil deeſt naturalis magnitudinis: ſecundo cui nihil deeſt naturalis virtutis: tertio quod iam conſecutum eſt finem bonum. Tom.5, pagin.146, lib 5. metaph. capit 16,num.1,2,3.

Perfectum dicitur etiam de malis, puta perfectus latro. Ibidem pagin.146,num.2,3.

Perfectum in omni genere eſt,cui nihil omnino deeſt, nec ab aliquo exceditur, nec quicquam accipit extra, vt Deus:perfectum in aliquo genere eſt, cui nihil deeſt eorum, quæ conueniunt generi. Ibidem pagin.146, num.4.

Explicantur quatuor modi, quibus res dicitur perfecta reſpectiuè ad aliud. Ibid. pag.146, num 5.

In quolibet genere, ac prædicamento datur aliquid perfectum, quod ſe habet vt forma,& aliquid imperfectum, quod ſe habet vt priuatio. Tom.5,pag.305,lib.11. metaph. cap.10, nu.4,5

PERFRICATIO. Vide Fricatio.

PERIANDER. Periander eminentes ſpicas demetendo, præſtantiſſimos quoſque ciuium demetendos eſſe ſignificauit. Tom. 2, pag.694, lib.5. pol. capit.10, nu 5.

Aduerſus Periandrum Ambraciæ tyrannum inſidiæ ſunt factæ, quia in ſympoſio interrogauit pueros, num adhuc ex ipſo concepiſſent. Ibidem pag.696, num.7.

Periander quadraginta annis non completis regnauit, quia licet tyrannicè ſe geſſerit, erat bello egregius. Tom 2, pag.707, lib. 5. pol. cap.12, num.3.

PERICLES. Pericles vt populo gratificaretur, Athenis conſilium areopagi auctoritate minuit, ac ſalaria iudicibus ſtatuit. Tom. 2, pag. 581, lib.2. politicor. cap.

10. num.3.

PERICVLA. Aliquando Reſpublicæ corrumpuntur, quia exiſtimant nullum adeſſe periculum, conſeruantur propter metum periculorum. Tom.2, pag.686, lib.5. pol. cap.8, num.15:

Periculum eſt metuendæ rei appropinquatio. Tom.1, pagin.771, lib.2. Rhet. cap.5 num.3.

PERIODVS. Oratio periodica eſt, quæ periodis conſtat. Periodus eſt *ratio, quæ habet principium, & finem, & eam magnitudinem, quæ poſſit facile comprehendi.* Tom 1, pagin. 851, lib.3. Rhetor. cap 9, num.3.

Quid ſit oratio periodica, quid pendens, & quo pacto differant inter ſe. Ibidem pag. 850 nu.1,2,3.

Priſci ſcriptores, vt Herodotus, vtebantur oratione non periodica, ſed tracta, & pendente. Ibidem pagin.851, num.4.

Quotuplex ſit periodus. Ibid à nu.4. vſque ad finem capitis.

Periodus conſtans ex membris eſt locutio perfecta, atque in partes diſtincta, & in qua pronuncianda facilè poſſit reſpirari, non cum periodus abrumpitur, ſed cum tota periodus profertur. Ibidem pag 852, num.5.

Oratio periodica compoſita ſubdiuiditur in diſtinctam, & oppoſitam. Diſtincta eſt, quæ conſtat ex pluribus membris diſtinctis ſine vlla oppoſitione: oppoſita eſt, quæ conſtat ex pluribus membris, in quibus vel idem componitur cum contrarijs, vel cum contrarijs componuntur contraria, & quare ſit valde iucunda. Ibidem pag.613, num.7.

PERIPETIA. Fabula implexa eſt, in qua datur peripetia, & agnitio. Peripetia autem eſt eorum, quæ aguntur in contrarium mutatio; & proponuntur duo peripetiarum exempla To.1, pag.922, lib. poet. cap.22, num.3.

Qualis debeat eſſe perſona tragica, qualis mutatio, ſeu peripetia, & qualis cauſa mutationis. Ibidem pag.922, num.1.

Melius eſt, vt in tragoedia detur vnica mutatio, quam duæ. Ibid. pagin.922, num. 1,2,3,4,5.

PERITIA, Peritus. In facultatibus diſtingui poteſt duplex habitus, nimirum habitus ſcientiæ, per quem directè agitur, & iudicium fertur de rebus ipſis, & habitus peritiæ, per quem reflexè agitur de modo tradendi ſcientiam. Tom 4, pagin. 2, lib. 3. de Partibus animalium, cap. 1, num.1.

PERMVTATIO. Vide commutatio.

PERNIONES. Pernio eſt morbus pedum calcaneos maximè infeſtans, qui vulgo apud Italos vocatur ſperonaglia. Tom. 5, pagin.458. ſect.1. prob num.55.

Pernio conſiſtit in humiditate adunata in calcaneo, illique prodeſt tum aqua frigida, quæ illam humiditatem reſtringendo exprimit, tum aqua calida, quæ poros aperit, & vaporem attenuat, ac vertit in ſpiritum. Ibidem pagin 458, num. 55, 56.

PERNIX accipiter. Vide Accipiter.

PERORATIO. Peroratio conſtare debet ex quatuor partibus. Prima eſt, vt aduerſarios beneuolos nobis, & aduerſarijs maleuolos reddamus: ſecunda eſt, vt quæ dicta ſunt, amplificemus, aut diminuamus, prout cauſa poſtulat: tertia vt in auditoribus affectus excitemus; quarto vt quæ ſparſim ſunt dicta breuiter enumerando in memoriam reuocemus, vt altius animo infigantur. Tom.1, pagin.888, lib.3. Rhetor. cap.19, per totum.

Quo pacto ſit concludenda peroratio, ac tota oratio. Ibidem pagin.889, nu.6,7,8.

Peroratio non ſemper eſt neceſſaria. Tom.1, pagin.867, lib.3. Rhet. cap 15, num.1.

PERPENDICVLVM. Perpendiculum libræ eſt linea à ſparto ducta ad centrum mundi. Tom. 4, pagin. 722, lib. Quæſt. mech. qu.2, num.1.

PERSÆ. Perſarum Rex Medos, Aſſyrios, aliosque, qui ob imperium prius habitum alitè de ſe ipſis ſapiebant, ſæpe contriuit. To.2. pag.614, lib.3. polit. cap.10, num.4.

PER SE. Per ſe quot modis dicatur. Tom.3, pagin.148, lib.5. metaph. cap.18, num.2.

Vide dici per ſe.

PERSONA Tragica. Qualis debeat eſſe perſona tragica ad pulcherrimam tragœdiam. Tom.1, pag 916, lib poet. cap.11, num.1.

PERSPECTIVA. Perſpectiua eſt ſubalternata Geometriæ. Tom.1, pag.326, lib.1. poſt. cap.13, num.10.

Perſpectiua eſt ſcientia phyſico mathematica, & conſiderat lineas viſuales non vt viſuales, ſed vt lineas, applicans illis principia geometrica de lineis vt ſic. Tom.5, pag.360, lib.13. metaphyſicorum

capit. 3, num 9.
PERSPICVVM. Vide Diaphanum.
PERSPICVITAS. Perſpicuitas eſt virtus elocutionis, quia per illam elocutio redditur apta ad ſuum finem, qui eſt, vt declaret ſenſus mentis. Tom. 1, pagin. 833, lib 3. Rhet. cap. 2, num. 1.
Ad reddendam elocutionem perſpicuam valde conferunt nomina propria. Ibid. pag 833, num. 2, 5.
PERTINACIA, pertinax. Pertinax licet non finat ſe dimoueri à ſua ſententia per rationes, tamen plerumque ſequitur voluptates, & fugit triſtitias: imo quia nimis perſequitur voluptatem, quam experitur ex victoria, per quam retinet propriam ſententiam, & nimis fugit triſtitiam, quam experitur, dum recedit à propria ſententia, ideo nimis adhæret propriæ ſententiæ. To. 2, pag. 206, lib 7. Ethic. cap. 7, nu. 3.
PERTVRBATIONES. Vide paſſiones.
PESTIS. Morbi peſtilentiales ſunt contagioſi, & plurimos corripiunt, & interficiunt, quia comparantur ad naturam, ſicut actiuum ad ſuum paſſiuum proportionatum. Tom 5, pag. 439, ſect. 1, prob. num. 7.
Quare anni ſint peſtilentes, cum ſol magnam copiam vaporum ex terra eleuat. Ibid. pag. 446, nu. 21.
PETITIO Petitio, & ſuppoſitio conueniunt in hoc, quod ſumuntur ſine demonſtratione, & quo pacto differant. tom. 1, pag. 314, lib. 1. poſt. capit. 11, num 1.
PETITIO principij. Petitio principii eſt cum quod non eſt per ſe notum conatur quis per ſe ipſum oſtendere Tom 1, pag. 260, lib 2. prior cap 21, num. 2.
Quot modis poſſit peti principium. Ioidem pag. 260, num. 3. & ſequ.
Afferuntur quinque modi, quibus petitur principium apparenter, & ſecundum opinionem. Tom. 1, pag. 600, lib 8. topic. cap. 4, nu. 30, 31, 32, 33, 34
Vide Fallacia petitionis principij.
PHAETON. Aliqui Pythagorici dixerunt galaxiam ortam ex eo, quod aliquod aſtrum tranſierit per viam lacteam, eamque conbuſſerit; atque hinc ortam fuiſſe fabulam Phaetontis Tom. 3, pag. 549, lib. 2. meteor. capit. 9, nu. 2.
PHAGOR piſcis. Phagor, ſiue pagrus eſt piſcis, qui lapidem habet in capite, qui maximè inteſtatur algore: nam lapidis rigor facit, vt gelaſcat, & exanimis concidat Tom. 3, pag 966, lib. 8 de Hiſt. anim. cap. 19, num. 3.
PHALANGA. Phalanga dicitur lignum, quo transuerſo onera deportantur à duobus hominibus. Tom. 4, pagin 759, lib. quæſt. mechan. qu 29, num. 2.
Quare cum pondus non eſt in medio phalangæ, qui propinquior eſt ponderi magis ſentiat pondus. Ibidem pagin. 759. num. 12.
PHALANGII aranei. Vide Aranei.
PHALARIS. Phalaris auis eſt grauior, & degit, ac victum quærit circa fluuios, & paludes. Tom. 3, pag. 947, lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 3, nu. 11.
PHALEAS. Phaleas Chalcedonius qualem Rempublicam inſtituerit. Tom. 2, pagin. 559, lib. 2 pol. cap. 5, per totum.
Vide Reſpublica Phaleæ.
PHALARICA. Ex Phalaricis piſcibus oriuntur quædam apuæ. Tom. 3, pagin. 891, lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 15, num. 6.
PHALLICA. Comœdia aucta eſt à phallicis, fortaſſe quia à phallicis harmoniam, & ſaltationem accepit. Erant autem phallica genus quoddam carminis vile, quod cantabatur in laudem deorum ruſticorum. Tom. 1, pagin. 899, lib. poet. cap. 2, num. 5.
PHANATICI. Vide fanatici.
PHANTASIA, phantaſmata Phantaſia, ſiue imaginatio non eſt opinio, quia poſſumus imaginari quæ volumus, puta montes aureos, ac nos eſſe felices, at non poſſumus opinari quæ volumus, & cum opinamur atrocia, valde commouemur, cum illa ſolum imaginamur, parum commouemur. Tom. 4, pagin 299, lib 2. de anima, cap 21, num. 2, 3.
Phantaſia eſt vna ex potentiis, per quas aliquid nobis apparet. Ibidem pagin. 299, num 5.
Phantaſia non eſt ſenſus, nam ſenſus ineſt omnibus beſtijs, phantaſia videtur plurimis non ineſſe puta vermi, formicæ, vel videtur eſſe valde imperfecta: rurſus cum dormimus non habemus actum ſenſus, & ſolemus habere plures actus phantaſiæ. Ibid. pag. 299, num. 6.
Phantaſia non eſt ſenſus, neque intellectus, neque opinio, ſiquidem aliquando habemus phantaſiam falſam de obiecto ſenſato ſimul cum opinione vera eiusdem, vt cum ſcimus ſolem eſſe maiorem terra, & imaginamur illum vt palmarem. Ibidem pag. 301, num. 10.

Sicut

* Sicut ſenſus mouentur ab externis ſenſibilibus, ſic phantaſia mouetur à quibuſdam imaginibus, quæ vocantur phantaſmata. Ibidem pagina 302, num. 12.

Phantaſia eſt potentia, quæ non datur ſine ſenſu, & habet pro obiecto ſola ſenſibilia. Ibidem pagina 02, num. 12.

Actus phantaſiæ eſt motus, quo anima mouetur à ſenſu in actu, ſiue obiecto vt actu ſenſato, ideoque non datur niſi in habentibus ſenſum. Ibidem pagina 302, numer. 14.

Quæ habent phantaſiam agunt, ac patiuntur, quia animal per hoc, quod habet obiecta intentionaliter præſentia, poteſt multa agere circa talia obiecta, ac multa ab ipſis pati. Ibidem pagina 302, num. 15. 17.

Homines licet habeant intellectum, qui vtpote ſuperior phantaſia eſt dominus actionum, tamen cum intellectus obruitur vel morbo, vt accidit in phreneticis, vel paſſione, vt accidit in iratis, multa agit per phantaſiam. Ibidem pagin. 302, num. 17.

≠ Sicut ſenſibilia ſe habent ad ſenſum, ſic phãtasmata ſe habent ad intellectum, ideoque ſicut ſenſus mouetur à ſenſibilibus, ſic intellectus mouetur à phantaſmatibus &c. ideoque ſicut ſenſus non ſentit ſine ſenſibili, ſic intellectus non intelligit ſine phantaſmate. Tom. 4, pag. 314, lib. 3. de Anima, cap. 6, num. 5.

Quo pacto intellectus contempletur ſpecies rerum repræſentatas per phantaſmata, ſiue actus imaginationis. Ibidem pag. 315, num. 8.

† Intellectus dum eſt vnitus corpori in intelligendo dependet à ſenſu, & phantaſia, itaut ſi non habeat ſenſum, & phantaſiã non poſſit intelligere, licet actu intelligẽdi non ſolum cognoſcat, quæ imaginamur. Tom. 4, pag. 317, lib. 3. de Anima, cap. 7, num. 5. & pag. 372. lib. de mem. & rem cap. 2, num. 7.

Phantaſma eſt ſimilitudo ſenſibilium differens à ſenſibilibus per hoc, quod ſenſibilia habent materiam, phantaſma eſt quodammodo ſenſibile ſine materia. Ibidem pag 305, num. 8.

Actus phantaſiæ differunt ab actibus intellectus, tum quia in actibus intellectus datur veritas, & falſitas, in actibus phantaſiæ nõ datur, tum quia actus intellectus cognoſcunt vniuerſalia abſtracta à conditionibus indiuidualibus, actus phantaſiæ non cognoſcunt vniuerſalia abſtracta à conditionibus indiuidualibus. Ibidem pagin. 317, nu. 6.

Phantaſia videtur quidam intellectus imperfectus, ſiquidem ſicut per intellectũ, ſic per phantaſiam percipimus obiecta etiam cum non ſunt præſentia. Tom. 4, pagina 321. lib. 3. de Anima capit. 9, num. 1.

Quo pacto principia mouentia in animalibus ſint intellectus, ſiue phantaſia & appetitus. Ibid pagin. 321, num. 1, 2, 3, & pag. 426. lib de motu anim. cap. 3, nu. 12. 13, 14.

Phantaſia mouet vt mota ab appetibili, ideoque mouet ſimul cum appetitu. Ibid. pag. 321, num. 3.

In Zoophytis datur aliqua phantaſia, ſed imperfecta, & indeterminata. Tom. 4, pag. 324 lib. 3 de anima cap. 10. num. 31

Phyſica debet agere de anima, in quantum conſtituit animal in ratione ſenſitiui, ac vegetabilis, ac magis debet agere de Anima, quam de corpore: ac debet agere de anima intellectiua, in quantũ eſt principium operationum naturalium, ac ſenſibilium, non in quantum eſt principium intellectiuarum. Ibid. pag. 11, num. 25, 26, 27, 28, 29,
Phyſica debet agere accuratiſſimè de materia, & forma, quæ ſunt duæ cauſæ intrinſecæ rerum naturalium, ac præſertim de forma Ibid. pag. 14. num. 38.
Phyſica debet conſiderare animas, vel omnes, vel illas, quæ non habent paſſiones ita proprias, vt non ſint communes compoſito. tom 4. pag 214, lib 1, de Anima cap. 2, num. 15,
Quo pacto diuerſo modo paſſiones animæ definiant Phyſicus, ac dialecticus. Ibid. pag. 215, cap. 3, num. 1, 2, 3, 4, 5,
Phyſica in quo conueniat, ac differat à Mathematica, & Metaphyſica. Tom. 5. pag. 161. lib. 6, Metaph. cap. 1, per totum & pag. 299, lib, 11, cap, 8, num. 2, 3, 4,
Phyſica eſt ſcientia ſpeculatiua de ente naturali, & inſeparabili à materia non ſolum ſecundum rem, ſed etiam ſecundum rationem, ac definitionem. Ibid. pagina 161. lib. 6, cap. 1, num. 2. 3, 4, 6, & pag. 300, lib. 11 cap. 8, num 3, 4,
Phyſica non eſt prima ſcientiarum. Ibidem pag, 163 lib. 6, cap. 1, num. 6, & pag. 301 lib. 11. cap. 8. num. 7,
Phyſica ſupponit de ſuo ſubiecto quod ſit, & quid ſit. Ibid. Tom. 3, pag. 161, lib. 6, cap. 1, num. 2, & pag. 299. lib. 11, cap, 8, num. 2,
Phyſica demonſtrat paſſiones conuenire ſubiecto non omnino neceſſario, ſed plerumque. Ibid pag. 161. num. 2,
Phyſica ſpeculatur animam etiam rationalem, in quantum includit motum in ſua definitione. Ibidem tom. 3. pagina 162, num. 4.
PHYSIOGNOMICA. Proponuntur quædam ſigna phyſiognomica. Tom. 1. pag. 585. lib. 2. Prior. cap. 35. num. 1, 2, 3,
Explicatur, quo pacto ex ſignis poſſimus per phyſiognomicam conijcere naturas, & naturales affectiones. Ibid. pagina 284. num. 4, 5, 6,
Quo pacto fieri poſſit ſyllogiſmus phyſiognomicus Ibid. pag, 285. num. 7,
Oſtenditur dari phyſiognomicam, hoc eſt eſt ſcientiam, & artem dignoſcendi naturas hominum ex inſpectione corporis. Tom. 4, pagina 786, lib. Phyſiog, cap. 1, per totum.
Proponuntur tres viæ, quibus antiqui per phyſiognomicam procedebant, & oſtenditur illas eſſe inſufficientes. Ibid pagina 787, cap. 1. à num. 1, vſque ad 7,
Qua via ſit in phyſiognomica procedendum Ibid pag. 789. num. 8, 9, 10 11,
Per phyſiognomicam non poſſumus conijcere, vtrum aliquis ſit propenſus ad medicinam, vel cithariſticam, quia nullum talium propenſionum ſignum apparet in corpore. Ibid pag. 791 num. 11.
Phyſiognomica agit ſolum de ijs paſſionibus animæ, quarum ſigna apparent in corpore, & afferuntur ſeptem genera ſignorum. Ibidem pagina 791. cap. 3. num. 2. 3,
Per phyſignomicam quærimus ſigna non communia toti hominum generi, ſed ſolum communia quibuſdam. Ibidem pag. 794. cap. 5 num. 8.
Signa Phiſiognomica deſumuntur ex animalibus, ex effectibus paſſionum, & ex formis, ac qualitatibus corporis, ac ce-

lerrimus modus conijciendi eſt per ſimilitudinem cum animalibus. Ibidem pag. 800. cap. 7, num, 5, 7,

Signa phyſiognomica poſſunt reduci ad differentiam maris, ac fœminæ, & ad effectus paſſionum. Ibid. pag. 815. capit. 10. num, 62.

PICA, Picus *Martius*. Pica voces plurimas commutat, ſiquidem ſingulis pene diebus diuerſam vocem edit. Parit ova circiter nouem. Nidos in arboribus ex pilis, & lana facit. Glandes cum deficiunt, colligit, atque abditas in repoſitorio conſeruat. Tom. 3, pag, 997, lib. 9, de *Hiſt.* anim. cap. 13, num. 1.

Picus, quem aliqui vocant etiam pipum, dicitur, turdiquercus, & eſt duplex, alter maior, alter minor, ſed ſimili figura, acvoce ſunt præditi, ita tamen, vt vox maioris ſit maior. Vterque ſtipitibus obuolat, in ijſque victum quærit. Tom. 3, pag, 946. lib, 8. de Hiſt. anim, cap. 8. num. 50.

Picus martius ſemper conſiſtit in arboribus, ac nunquam conſiſtit humi. Pertundit quercus, vt culices, & vermes, qui latent, foras exeant, & egreſſos excipit lingua, quam magnam habet, & latam. Graditur per arbores omnibus modis etiam ſupinus lacertorum more, ſiquidem habet vngues firmiores. Tom. 3. pag, 994. lib. 9. de Hiſt, anim. cap. 9. num. 1.

Deſcribuntur tria genera picorum. Ibid. pag 994. num, 2.

Quidam pici dum formicas, & coſſos vermes venantur, adeo arbores excauant, vt illos deijciant Picus cicur amigdalam tertia roſtri percuſſione fregit, & nucleum comedit. Ibid. pag. 994. num, 2.

PICTOR, Pictura. Viſis imaginibus veterum pictorum, non poterat percipi, cuius rei eſſet imago, niſi rei nomen, ſubſcriberetur. Tom. 1. pag. 534. lib, 6. Topic cap, 1. num. 12.

Pictura differt à ſculptura per hoc, quod imitatur coloribus abſque figuris ſolidis. Tom. 1. pag. 893. lib. Poet. cap. 1. num. 4.

Ex pictoribus aliqui pingunt homines vt pulchriores, quam ſint, aliqui vt turpiores, aliqui vt ſunt. Ibidem pagina 894. num, 11.

Iuuenibus interdicendum eſt, ne turpes picturas aſpiciant. Tom. 2. pag, 771. lib. 7, Polit. cap. 17. num, 4.

PICVS. Vide Pica.

PIETAS. In ciconijs, & meropibus apparet quædam pietas in parentes, ſiquidem parentes educant. Tom. 3. pag. 997. lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 13. num. 2, 3.

PIFEX. Ex auibus pifex, harpa, & miluus ſunt amici. Tom. 3. pag, 984. lib. 9, de Hiſt. anim. cap. 1. num. 24.

PIGARGVS Aquila. Vide Aquila.

PIGER Aquila Vide Aquila.

PILI. Explicantur differentiæ animalium quoad pilos. Tom. 3. pag. 719. lib. 2. de Hiſt. anim. cap. 1. num. 18. 19.

Omnia animalia pedeſtria habent pilos. Explicantur differentiæ pilorum, & eorum cauſæ. Tom. 3. pag. 775. lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 10 num. 2. 3.

Differentiæ pilorum deſumuntur præſertim ex tribus, ex craſſitudine, ac tenuitate; ex multitudine & paucitate; ex magnitudine, vel paruitate. Cauſæ talium differentiarum ſunt tres. Prima eſt diuerſitas cutis, & partium: ſecunda eſt diuerſitas pabuli: tertia eſt calor, & frigus regionis, ideoque qui regiones incolunt calidas, habent pilos duros, qui frigidas, pilos habent molles. Pili recti ſolent eſſe molles: pili intorti, ac criſpi ſolent eſſe duri. Ibid. pag. 775. num, 3.

Explicantur plura ſpectantia ad mutationes per quas pili caneſcunt, & mutant colorem, de nouo naſcuntur, ac defluunt, augentur, & creſcunt, Tom. 3. pag. 776. lib. 3 de Hiſt. anim. cap. 11, num. 3. 4. 5. 6. 7. & cap 12, per totum.

Homo habet pilos potius in parte ſupina, hoc eſt in pectore, & ventre, quam in parte prona, quia cum pars ſupina ſit nobilior, debuit magis tegi: quadrupedes habent pilos potius in parte prona, quia eſt magis expoſita iniurijs ambientis. Tom 4. pag, 67, lib. 2, de Part. anim. cap. 14. num. 2.

Homo habet caput præ omnibus animalibus piloſiſſimum, tum quia cerebrum hominis maximè indiget præſidio, tum quia cerebrum humidiſſimum ſuppeditat plurimum humoris, ex quo generantur capilli. Ibid. pag 68, num. 5.

Explicantur quædam circa pilos. Ibid. pag. 68. num. 3. 4.

Pili animalium carent ſenſu, quia ſunt nimis terrei. Tom 4, pag. 329, lib. 3. de Anima cap. 12. num. 5.

Pili non generantur ex ſanguine menſtruo, ſed ex cibo aduentitio, ideoque oriuntur in animalibus iam formatis. Tom. 4. pag. 535. lib. 2. de Gen. anim. cap. 4. num 83.

Pili augentur toto vitæ tempore, & magis in ægrotantibus, & ſeneſcentibus, quia illis plus ſupereſt excrementi, ex quo pili generantur. Ibid. pag. 536. num. 84.

Explicantur plura accidentia pilorum, eorumque cauſæ. Tom 4. pag. 643. lib. 5. de Gen. anim. cap. 3. per totum.

Quo pacto homines differant quoad pilos. Tom. 4. pag. 943. lib. 5. de Gen. anim. cap. 3. num. 1.

Omnia fere animalia, quæ intra ſe generant animal, habent pilos. Ibid. pag. 643 num. 2.

Pili differunt duritie, & mollitie; longitudine, & breuitate; rectitudine, & criſpitudine; multitudine, & paucitate; albedine, nigredine, & coloribus medijs. Ibid. pag. 643. num. 3.

Pennæ auium, & ſquammæ piſcium proportionaliter correſpondent pilis. Ibid. pag. 643. num. 4.

Cauſa craſſitudinis, ac tenuitatis pilorum eſt craſſitudo, ac tenuitas cutis, concurrente etiam differentia humoris excrementitij, qui eſt pilorum materia. Ibid. pag. 644. num. 6. 7. 8.

Cauſa longitudinis pilorum eſt humor multus, ac pinguis, qui proinde difficile exiccatur: cauſa breuitatis eſt humor paucus, & aquoſus, qui facile exiccatur; & quia homo habet cerebrum maximum, & humidiſſimum, habet capillos longiſſimos. Ibid. pag, 645 num, 9.

Pili criſpantur propter ſiccitatem, ac defectum humoris, producuntur in rectum propter humiditatem, & abundantiam humoris. Ibid. pag. 645. num 10.

Aliqua animalia habent cutem craſſiorem, & pilos tenuiores, vt oues, quia cum habeant poros arctos, ex ijs prodeunt pili tenues. Ibidem pag. 646. nu. 11.

Le pores habent pilos breues, quia adhærent ſuperficiei cutis, ideoque cum ſint parum profundi, ſunt parum longi. Ibid. pagin. 646. num. 12.

Quare in regionibus frigidis oues habeant pilos duriores, homines molliores. Ibid. pagin. 646. num, 13. 14. 15. 16.

In animalibus ſeneſcentibus pili dureſcunt propter frigiditatem. Ibidem pag. 647. num, 16.

Sicut ſe habent pili ad homines, ſic pennæ ad aues, frondes ad arbores, ideoque ſicut homines decaluantur, dum decidunt pili, ſic aues dum decidunt pennæ, & arbores, dum decidunt frondes, patiuntur quamdam proportionalem caluitiem. Afferuntur eius cauſæ. Ibid. pag. 648. num. 17. & ſequ.

Pili decidunt ex defectu humoris præſertim pinguis, & viſcoſi. Ibidem pag. 648. num. 18.

Quia cætera animalia habent cutem valde craſſam, ideo habent pilos eiuſdem coloris cum cute: at homo quia cutem habet tenuem, non habet pilos eiusdem coloris cum cute, ſiquidem capilli parũ poſſunt alterari à tranſitu per cutem tenuiſſimam. Ideo qui habent cutem valde albam, ſolent habere pilos valde nigros. Tom. 4. pag. 653. lib. 5, de Gen. anim. cap. 5. num. 7,

Pili, qui ſunt albi ex ſua natura, differunt à pilis albis propter aliquam paſſionem extrinſecam, eo pacto, quo cutis alba ex ſua natura differt à cute alba propter paſſionem extrinſecam. Ibid. pag 655. cap. 6. num. 5.

Cum cutis contrahitur propter rigorem, vel propter alias cauſas, neceſſario eriguntur pili, qui radicantur in cute. Tom. 3. pagin. 517. ſect 8. prob, num. 8. 11. 18. & pag. 773. ſect. 35. num. 5.

Pili radicantur in humido interceptо inter cutem, & carnem, quo etiam aluntur, ideoque cum propter rigorem frigoris illud humidum mouetur, & congelatur, pili eriguntur. Ibidem pagina 520. ſect. 8. num. 18.

Cur omnia animalia non volatilia mutent pilum hybernum, exceptis ſuibus. Tom 5. pag. 532. ſect. 10. prob. num. 23.

Quare ſi homines expilentur, capillis radicitus euulſis, ſubnaſcantur capilli duriores, ſi autem expilentur oues, ſubnaſcantur pili molliores. Ibidem pag. 532. num. 24.

Ouium pili adhærent ſummæ cuti, ideoque poſſunt euelli ſine dolore: at capilli hominum non adherent ſummæ cuti, ſed altius radicantur, ideoque non poſſunt euelli ſine dolore, & ſanguine. Ibidem pag, 532 num. 24.

Pili cum nutriuntur alimento puro, & dulci, euadunt molliores, cum nutriuntur ali-

Digitized by Google

mento impuro,& excrementitio euadunt duriores Ibidem pag. 592. num. 24.

Quare populi meridionales habeant capillos duros, ſeptemtrionales habeant molles. Ibid. num. 24. pag. 531.

Homines, & oues piloſiores ſunt in venerem propenſiores, quia habent complexionem calidam, & humidam, ſemen autem eſt humidum,& excernitur virtute caloris. Ibidem pag. 533. num. 26.

Quare in equis,& aſinis pili prodire poſſint etiam ex cicatricibus, in hominibus non poſſint. Ibidem pag. 534. num. 29. 31.

In homine piloſior eſt pars anterior, in qua eſt pectus, quam poſterior, in qua eſt dorſum: in quadrupedibus è conuerſo, quia in homine magis indiget operimento pars anterior, in brutis poſterior, vt pote quæ eſt magis expoſita in iurijs ambientis. Ibidem pag. 544. num. 52.

Quare homo habeat caput piloſius, quam reliquum corpus, alia animalia habeant reliquum corpus piloſius, quam caput. Ibidem pag. 548. num. 61.

Pili molles ſignificant timidum, pili duri ſignificant fortem. Tom. 4. Pag. 792. lib. Phyſiog. cap. 4. num. 2. & pag. 795. cap. 6. num. 1. 2.

Pili,& capilli nequevalde duri,neque valde nigri ſunt ſigna ingenioſi. Ibidem cap. 6. pag. 796. num 3.

Qui tempora habent piloſa, ſolent eſſe libidinoſi. Ibid. pagin. 798. num. 19.

Vide Capilli.

PILORVM canities. Vide Canities.

PILORVM, caluities. Vide Caluities

PINDVS. Ex Pindo Græciæ monte naſcuntur Achelous, & Inachus fluuij. Tom. 3. pag. 565. lib. 1. meteor. cap. 13. num. 8.

PINGVEDO, Pingues. Cum animalia largiore pabulo vtuntur, caro vertitur in pinguedinem. Tom. 3. pag. 781. lib. 3. de Hiſt. anim cap 16. num. 1.

Ex animalibus quædam pingueſcunt ita, vt habeant pinguedinem ſolum intra carnem, quædam vt habeant ſeparatam, & præſertim ad ventrem. Ex viſceribus autem renes maximè pingueſcunt. Tom. 3. pag. 742. lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 17. num. 3. 5.

Pingues tum mares tum fœminæ minus ſũt fœcundi, & magis pingueſcunt ætate prouectiores. Ibidem pag. 782. cap. 18. num. 2.

Valde pingues parum ſanguinis habent, ſed eum valde purum, eorumq; ſanguis non ſolet putreſcere. Ibidem pag. 783. num. 6.

Inſecta carent adipe, ſeu pinguedine, & quare. Tom. 3. pag. 811. lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 7. num. 8.

Animalia,quæ valde pingueſcunt, cito ſeneſcunt, quia parum habent ſanguinis, interitus autem oritur ex inopia ſanguinis. Euadunt etiam infœcunda, quia cũ totum pene alimentum conuertant in pinguedinem, non ſupereſt illis excrementum, ex quo fiat ſemen. Tom. 4. pag. 45. lib. 2. de Part. anim. cap. 5. num. 6.& pag. 472. lib. 1. de Gen. anim. cap. 18. nu. 41. & pag 477. cap. 19. num 13. & pag. 541. lib. 2 de Gen. anim. cap. 5. num. 8.

Quare animalia, quæ habent venas ampliores, non ſoleant pingueſcere, quæ autem habent venas minus latas, ſoleant pingueſcere. Tom. 4. pag. 93. lib. 3. de Part. anim. cap. 4. num. 26.

Hominibus vitio renum laborantibus multum confert, ſi pingueſcant, ſed ſi admodum pingues efficiantur, pinguedo nocet, & flatus intercludens cauſat dolores lethales. Tom. 4. pag. 108. lib. 3. de Part. anim. cap 9. num. 12.

Venter ſolet eſſe admodum pinguis, tum quia eſt propinquiſſimus alimento, tum quia parum labo t. Tom. 5. pagin. 495. ſect. 5. prob. nun . 5.

Quare cætera membra ſi perfricentur, euadant pinguiora, venter extenuetur. Ibid. pag. 500. num. 14.

Quies impinguat eos, qui habent complexionem calidam, quia etiam abſque exercitio concoquunt cibum: at extenuat eos, qui habent complexionem frigidam, quia ſine exercitio non concoquunt cibum. Tom. 5. pag. 510. ſect. 6. prob. num. 1.

Pingues valde frigent, licet pinguedo ſit calida, quia propter corporis amplitudinem extremitates valde diſtant à corde. quod eſt principium caloris. Tom. 5. pagin. 516. ſect. 8. prob. num. 5.

Quare quædam animalia ita pingueſcant, vt pinguedo intercipiatur inter cutem, & carnem, quædam ita, vt pinguedo ſit intra ipſam carnem, quædam vtroque modo. Tom. 5. pag. 525. ſect. 10. prob. num. 3.

Quare perfricationes conducant ad hoc, vt cor-

corpora fiant pinguia. Tom. 5. pag. 776. ſect. 37. prob. num. 3. 6.
Vide adeps, Seuum.
PINNA animal teſtaceum.
Pinnæ ſunt animalia teſtacea, quæ teſtas habent ſcabras, ac ſunt ita immobiles, & loco affixæ, vt niſi per vim auellantur, non poſſint ſedem mutare. Tom. 3. pag. 802. lib. 4. de Hiſt. anim. cap. 4. nu. 5. 6.
Pinnæ generantur in locis arenoſis, & cœnoſis ex villo, qui Græcè dicitur byſſus, & habent paruam ſquillam, vel cancrum, cum quo ineunt ſocietatem, qui cuſtos pinnam monet de præda, ideoque pinna claudit concham, & prædam capit: amiſſo autem cuſtode, pinnæ celeriter intereunt. Tom. 3. pag. 843, lib. 5, de Hiſt. animal. cap 15. num. 10,
Pinnæ radicibus affixæ ſunt loco, cui adhærent. Ibid. pag. 844. num. 15
In mari pinnæ terræ adhærent proportionaliter ac plantæ. Tom. 3, pag. 935, lib. 8, de Hiſt. anim. cap. 1. num. 4.
Pinnæ ſemper habent quoddam ouum, quod nihil confert ad generationem, ſed eſt indicium bonæ nutritionis. Tom. 4, pag. 588. lib. 3, de Gen. animalium capit 11 num. 19.
PINNÆ piſcium. Qui nam piſces, & quot pinnas habeant, qui verò pinnis careant. Tom. 3. pag. 704, lib. 1. de Hiſtoria anim. capit. 5, num. 7.
Sicut aues vtuntur alis ad ſecandum aerem, ſic piſces vtuntur pinnis ad ſecandam aquam: quo pacto piſces ſe habeant quoad pinnas. Tom. 3, pag. 744, lib. 2. de Hiſtoria animalium cap. 13, num 2, & Tom. 4, pag. 170, lib. 4. de Part. anim. cap. 13. num. 3.
Quo pacto piſces ſe habeant quoad pinnas. Ibid. Tom. 4, pagin. 171. num. 5, 6, 7, 8.
Quare Murænæ, & alij piſces longi ſimiles ſerpentibus careant pinnis, & flexuoſo impulſu corporis ſe moueant per aquam, ſicut ſerpentes per terram. Ibidem pagin. 171, num. 6.
Piſces habent pinnas obliquas, vt commodius natent. Explicatur. Tom. 4. pag. 203. lib. de Inc. anim. cap. 14. num. 1.
PINNOTHERÆ. Spongiæ habent quaſdam cauitates, in quibus gignuntur quædam animalcula, quæ ſe habent ad ſpongias, ſicut cuſtodes pinnarum ſe habent ad pinnas, ideoque ab ipſis nomine mutuato vocantur pinnotheræ, ſeu pinnophylaces. Habitant in cauis ſpongiarum, ſicut araneoli in cauis ſuis, & facientes, vt ſpongia ſe aperiat, piſciculis ingreſſuris, ſe claudat, piſciculis ingreſſis, tales piſciculos venantur. Tom. 3, pagina 845. lib. 5. de Hiſtoria animalium capit. 16. num. 2.
PIPER. Quare piper ſi largè ſumatur, ſoluat veſicam, ſi parcè, ſoluat aluum. Tom. 5, pag. 454. ſect 1, prob. num. 44,
PIPO. Pipo, qui dicitur etiam pipra, & cloleus, ſeu lutea inuicem pugnant, ac mutuo alter alterius oua frangit, & comedit Tom. 3, pagina 982, lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 1, num. 10
Pipus, quem aliqui vocant hippum, pugnat cum ardeola, quia pipus deuorat pullos, & oua ardeolarum. Tom. 3, pagina 982. lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 1, num. 13.
Vide Pica, picus.
PIRI. Vtile eſt piros ſerere prope aluearia apum, quia apes ijs delectantur. Tom. 3, pag. 1024, lib. 9. de Hiſtor. anim. cap. 40. num. 45.
PISCATORES, Piſcatoria. Quinque ſunt genera vtuendi eorum, qui per propriam operationem parant victum; agricultura, paſtoritia, prædatoria, piſcatoria, & venatoria. Tom 2, pag. 518, lib. 1. Polit, cap. 5, num. 5.
Ferunt circa paludem Mæotidem lupos habere hanc conſuetudinem, vt ſi piſcatores non impertiant partem piſcium, dilacerent retia, dum in terra exiccantur. Tom. 3. pag. 1008, lib. 9. de Hiſtor, animalium cap. 36, num. 3,
Piſcatores vt plurimum rufo colore ſunt præditi, tum quia quæ ſunt calida, & exiccatiua reddunt pilos rufos, mare autem propter ſuam ſalſuginem eſt calidum, & exiccatiuum: tum quia quæ modo madefiunt, modo exiccantur, ſolent reddi rufa. Tom. 5, pagin. 778. ſect. 38, probl. num. 2,
PISCES Squamæ piſcium proportionaliter reſpondent pennis auium: nam ſicut aues volando ſecant aerem pennis, ſic piſces natando ſecant aquam ſquamis. To. 3 pag. 696. lib 1. de Hiſtoria animalium, cap. 1, num. 6.
Piſces maxima ex parte non ſolum viuunt in aqua, in eaque victum quærunt, ſed præterea reſpirant tantummodo aquam, ita vt illam trahant, ac remittant, & ſi non poſſint aquam recipere, non poſſunt viuere. Ibid. pag. 697. num. 10,
Quo pacto piſces quoad partes exteriores con-

conueniant, ac differant ab alijs animalibus. Tom.3, pag.744. lib.2.de Hiſtoria anim. capit. 13, per totum.

Piſces habent partes pronas,& ſupinas, caput,ventrem, inteſtina, caudam. Carent collo, brachijs, cruribus, teſtibus,& mămis, quibus carent omnia animalia non viuipara. Ibid. pagina 744, num.1, 2.

Partes peculiares piſcium ſunt pinnæ, & branchiæ. Explicatur, quo pacto ſe habeant quoad pinnas,& branchias. Ibidem pagina 744, num.3, 4, 5,

Piſces non teguntur pilis, non pennis,non ſqualida cute, ſed ſquammis. Ibid. pag. 745, num.6,

Omnes piſces,qui ſquammis teguntur, ſunt ouipari: omnes cartilaginei ſunt viuipari, excepta rana marina: & vniuerſum genus piſcium eſt ſanguineum. Ibidem pagin. 745, num. 7,

Omnes piſces habent dentes acutos, & ſerratos. aliqui habent plures dentium ordines, atque etiam linguam dentibus armatam. Linguam habent ſpiſſam,& duram,atque adeo affixam,vt aliquando videantur carere lingua. Piſcium aliqui habent vaſtum hiatum oris. Sentiendi inſtrumenta in p ſcibus non ſunt conſpicua, exceptis oculis, ſiquidem auriculis, & naribus carent. Oculi piſcium palpebris carent, licet non ſint duri. Ibidem pag.745,nu 7.

Quo pacto piſces ſe habeant quoad ventrem, inteſtina, & eorum appendices, & quo pacto quoad inteſtina conueniant,& differant ab auibus. *Tom. 3*, pagina 753, lib. 2. de Hiſtoria animalium cap.17,nu. 17,18.

Piſces loco teſtium habent quoſdam meatus. Deſcribuntur. Iſti meatus tempore coitus ſemine turgent, & ex ijs effluit ſemen candidum. Tom.3, pag. 756, lib 2. de Hiſtoria animalium cap. 1, num. 7. & Tom 4. pagina 444. lib. 1. de Gen. anim. cap.33,num.2.

Piſces habent vteros infra ſeptum tranſuerſum, qui vteri ſunt tenues, membrana conſtantes, & oblongi. Quia vteri piſcium duos habent ſinus oblongos, cum vterque ſinus eſt ouis plenus, videntur duobus ſinibus contineri duo tantum oua arenida, licet verè non ſint duo oua, ſed duo globi innumerorum ouorum. Ibid. Tom. 3, pagin.758, num. 15. & Tom. 4. pagina 448. lib.1. de Gen. anim. capit. 9, num.13.

Piſces habent ſenſum guſtus: nam delectantur quibusdam ſaporibus, & ad percipiendos ſapores habent linguam. Præſertim appetunt eſcam confectam ex piſce, qui vocatur amia: appetunt etiam pingue piſcium. *Tom.3*, pagin 814, lib. 4 de Hiſtoria animal. cap.8,num.5,

Oſtenditur pluribus experientijs,quod licet piſces non habeant manifeſtum organum odorandi,& audiendi,tamen habent ſenſus auditus & odoratus. Ibidem pag. 814 à num.6. vſque ad 19.

Aliqui exiſtimant piſces præditos eſſe auditu omnium animalium acutiſſimo. Ibid. pag.815, num.14,

Piſces cum careant pulmone, & gutture, propriè non habent vocem: & quo pacto aliqui piſces edant quemdam ſonum. *Tom.3*, pag.819,lib 4.de Hiſt.animal cap. 9. num.5,

Piſces vt plurimum non niſi recenti eſca capiuntur: non omnes capiuntur eadem eſca: à quibusdam odoribus fugiunt: ſi in retibus ſit eſca putrida non ſolum non intrant in retia, ſed neque retibus appropinquant. Omnes alliciuntur nidore eſcarum aſſatarum. Ibid pag.816, num. 15, 16. 17, 18, 19.

Oſtenditur pluribus experientijs piſces dormire, licet identidem euigilent Tom.3, pag.822, lib 4, de Hiſt.anim.cap 10, num. 4, 5. & Tom.4, pag.389, lib. de Somn. & & Vig. capit.1 numer.10

Inter piſces fœminæ ſolent eſſe maiores, & diuturnioris vitæ, quam mares. Tom.3, pag.825, capit. 11, nu.7,

Dantur aliqui piſces, in quibus non eſt diſcrimen ſexus, & talis eſt anguilla. Ibid, pagina 824. num.2.

Piſces cartilaginei quo pacto coeant. Tom. 3, pag 829.lib.5.de Hiſt.anim cap.5,num. 1, 2, 8.

Explicantur plura ſpectantia ad coitum, & partum piſcium etiam cartilagineorum. Tom.3, pagin 833, lib.5, de Hiſtor anim, cap.10. 11, per tota.

Omnes piſces celeriter creſcunt, & adoleſcunt. Ibidem. pagin.834. cap.10, num 4.

Plerique piſces pariunt menſibus martio, aprili, maio, & concipiunt tempore veris. Ibid.pag. 834, cap.11, nu.1.

Piſces differunt non ſolum per hoc, quod aliqui ſunt ouipari,aliqui viuipari, ſed etiam per hoc, quod habent vteros diuerſos. Tom. 3,pagin. 881, lib.6. de Hiſtor. animalium. capit 10,num. 1, 2.

Oua piſcium prædita ſunt vnico colore. Ibidem pagin. 881, nu.2.
Deſcribitur generatio piſcium ex ouis, & explicatur, in quo conueniat, ac differat à generatione auium. Ibidem pag. 881, num. 3, 4,
Piſces differunt inter ſe quoad partes, loca, & modos, quibus continent fœtus, & oua. Ibid. pag. 882, num. 5, 6, 7, 8.
Multi piſces, & omnes generis muſtelini, excepto ſpino, filios iam editos iterum intra ſe recipiunt, & fouent. Ibidem pag. 883, num. 10,
Explicantur quædã quoad meatus ſeminales piſciuin. Tom. 3, pag. 884, lib. 6. de Hiſtor. anim. cap. 11. num. 1.
Piſces non coeunt cum piſcibus alterius ſpeciei, excepta raia, & ſquatina. Ibidem pag. 884. num. 3.
De generatione & partu piſcium viuiparorum, delphini nimiruni, Balænæ, phocænæ, & vituli marini. Ibidem pagina 884, cap. 12, per totum.
De generatione, & partu piſcium ouiparorum, præſertim marinorum. Ibid. pag. 886. cap. 13, per totum.
De generatione, & partu piſcium fluuiatilium, & lacuſtrium. Ibid. pag. 888. cap. 14, per totum.
De piſcibus, qui generantur ex arena, vel limo, vel ſpuma maris. Ibid. pagina 890, cap. 15, per totum.
De temporibus, & modis, quibus piſces concipiunt, vterum gerunt, & pariunt, Ibid. pag. 893, cap 17, per totum.
Ouum piſcium eſt arenidum, ita vt licet includat plura oua, videatur vnum ouum, & quare. Ibid. pag. 886, cap. 13, num. 1.
Piſces pariunt, & per mare effundunt plurima oua, quorum magna pars deuoratur ab alijs piſcibus, & quo pacto foecũdentur à maribus aſperſione ſeminis Ibidem pag 887. cap. 13, num. 3. & Tom. 4. pagina 485, lib. 1, de Gen. animal. cap. 20 num. 20.
Deſcribitur generatio piſcium ex ouo. Ibid. Tom. 3, pag. 887. num. 7,
Aliqui piſces ita generantur ex materia putri, vt ex coitu generent piſces eiuſdem ſpeciei. Ibidem pag. 890. cap. 15, num 1. 2,
Deſcribitur generatio piſcium, qui oriuntur ex materia putri. Ibid. pag. 891. cap. 15, num. 4, 5, 6, 7.
Greges piſcium antequam coeant, congregantur, & faciunt coniugia, in quibus plerumque vnus mas coniungitur cum vnica fœmina, Ibidem pag. 896. capit. 17, num. 1.
Omnes pene piſces tempore, quo pariunt, veſcuntur ſua fœtura, exceptis mugili, & congro. Tom. 3, pag. 942, lib 8, de Hiſt. anim. cap. 2, num. 20,
Omnes piſces deuorant piſces eiuſdem generis, ac maiores comedunt minores. Ibid. pag. 942. num. 22.
Quo victu vtantur varia piſcium genera. Ibid. pag. 942, num. 20. & ſeq.
Piſces, qui degunt prope littora, ſunt meliores piſcibus, qui degunt in alto mari, quia prope littora veſcuntur melioribus herbis, & meliore pabulo, & fruuntur maiori tepore; & enumerantur piſces littorales. Tom. 3, pagin. 957, lib 8, de Hiſt. anim. cap. 13, num. 1,
Explicantur aliqua ſpectantia ad tranſmigrationem piſcium, ac præſertim thunnorum. Ibid. pag. 956. per totum.
Quo pacto multi piſces ſe abſcondant, & enumerantur piſces, qui ſe abſcondunt. Tom. 3, pag. 960, lib. 8, de Hiſt. animal. cap. 15, per totum.
Licet plerique piſces ſe abſcondant tempore hyemis, tamen aliqui ſe abſcondunt tempore æſtatis. Ibidem pagina 961. numer 6,
Piſces proſpera vtuntur valetudine, ac bene ſe habent annis pluuijs, cum gaudeant aquis dulcibus. Tom. 3, pagin. 966. lib. 8, de Hiſt. anim. cap. 19, num. 1, 2.
Quibus temporibus, ac locis piſces bene, vel male ſe habeant, & de morbis piſcium Ibid. pag. 968. cap. 20, per totum.
Omnes piſces poſtquam conceperunt, ab initio ſunt boni, at tempore procedente aliqui ſunt boni, aliqui non ſunt boni. Tom 3, pag. 978, lib. 8, de Hiſtor. animal. cap. 30, num. 2.
Enumerantur aliqui piſces, qui mutant colorem. Ibid.
Indicium ſenectutis in piſcibus eſt magnitudo, & durities ſquammarum. Ibidem pag. 979, num 4,
Ex piſcibus mares ſolent eſſe præſtantiores fœminis. Ibid. pag. 979, num 6.
Quinam piſces ſint gregales, vel non gregales, & quinam ſint inuicem amici, vel inimici. Tom. 3, pag. 985, lib. 9, de Hiſt. anim. cap 2, per totum.
Explicantur plura ſpectantia ad mores, & ingenium piſcium. Tom. 3, pag. 1008, lib. 9, de Hiſtoria animalium cap. 37, per totum.

Piſces,& aues conueniunt proportionaliter: nam ſquammæ piſcium proportionaliter conueniunt cum pennis auium. Quare tamen piſcibus, & auibus non fuerit impoſitum vnum nomen commune. Tom. 4 pag. 22, lib. 1, de Part. animalium capit. 4, num. 1, 2,

Piſces licet palpebris careant, tamen habent oculos non duros, ſed molles, quia cum debeant ad longinqua loca moueri, vt cibum quærant, debent habere viſum acutum, ideoque oculos molles. Palpebris non indigent, quia in aqua non volitant corpuſcula, quæ ne in oculos incidant, indigemus palpebris. Tom. 4, pagina 67, lib 2, de Part. animal. cap. 13, num. 10,

Piſces habent linguam imperfectam, quia cũ non debeant cibum celeriter deglutire, natura non multum curauit de perficiendo in ipſis organo guſtandi. Tom. 4, pag. 74, lib. 2, de Part. anim. cap. 17, num. 7. & pag 160, lib. 4, cap. 11, num. 4,

Explicantur quædam circa linguam, & palatum piſcium. Ibid. pag. 75, num. 9, 10,

Omnes piſces habent dentes ſerratos, excepto ſcaro, ac multi dentes habent etiam in palato, & lingua, quia cum cibum debeant citiſſimè deuorare, eguerunt pluribus dentibus, vt illum poſſent citiſſimè diuidere in partes minutas. To. 4, pagina 75, lib. 3 de Part. anim. cap. 1. num. 7.

Cor debet habere cuſpidem obuerſam illi parti, verſus quam animal mouetur: & quia piſces mouentur verſus caput, habent cuſpidem cordis verſus caput. Tom. 4, pag. 91. lib. 3, de Part. animalium cap. 4, num. 19,

Explicantur aliqua circa dentes, guſam, & ventrem piſcium. Tom. 4, pag. 115. lib. 3. de Part anim. cap. 14, num. 6, 7,

Proponuntur quædam differentiæ quadrupedum ouiparorum, ſerpentium, & piſcium quoad ventrem, & viſcera. Tom. 4 pagina 119, lib. 4, de Part. animal. cap 1. per totum,

Piſces quia viuunt in aqua, non habent pulmonem ad attrahendum aerem, ſed branchias ad attrahendam aquam. Ibid. pag. 119. num. 2.

Piſces quoad partes exteriores ſunt imperfectiores, & mutilatiores, quam aues, ſiquidem carent cruribus, manibus, & alis, & præditi ſunt corpore ſimpliciori, & a capite ad caudam eodem fere tenore porrecto. Tom. 4, pag. 170. lib. 4. de Part. anim. cap. 13, num. 1.

Deſcribuntur partes exteriores piſcium, & earum differentiæ. Ibidem capit. 13, per totum.

Quo pacto piſces differant quoad pinnas, ſquammas, formam oris, & cutem. Ibidem,

Aues præter alas habent pedes, quia non ſemper poſſunt manere ſuſpenſæ in aere: ex oppoſita ratione piſces quia ſemper debent manere in aqua, pedibus carent. Explicatur proportio inter piſces, & aues. Tom. 4, pag 207. lib. de Inc. anim. cap. 17. num. 3, & 4,

Piſces quia ſunt ſanguinei, non poſſunt ſe mouere pluribus, quam quatuor notis. Ibidem pag. 207, num. 3, 4,

Piſces ſunt fœcundiſſimi, & in fœcunditate ſunt ſimiles plantis, & ſicut plantarum opus eſt, vt edant innumera ſemina, ſic piſcium opus eſt vt edant innumera oua: non perficiunt in vtero, ſed edunt illa imperfecta. Tom. 4, pag. 448, lib. 1. de Gen. anim. cap. 9. num 3,

Quia piſces carent purgationibus menſtruis vt aues, ideo etiam piſces generant oua ſubuentanea ſine cœitu maris, vt aues, licet rarius, quia piſces vt pote frigidiores non poſſunt oua ſubuentanea generare adeo facile, vt aues. Tom. 4. pag. 551. lib 3. de Gen. anim. cap. 1. num. 15.

Quidam piſces videntur generare oua fœcunda ſine concurſu maris. Ibidem pag. 552. num 17.

Quare oua auium ſint bicolora, oua piſciũ ſint vnicolora. Ibid. pag. 553. num. 22, 23. 26.

De ouis piſcium cartilagineorum, & de modo, quo ex talibus ouis generatur animal. Tom. 4, pag. 561. lib. 3. de Gen. anim cap 3. per totum.

De ouis piſcium non cartilagineorum, ac de modo, quo ex talibus ouis generatur animal. Ibid. pag. 564. capit. 4. per totum.

Oua piſcium non cartilagineorum augentur modo proportionali, ac augentur vermes editi ab animalibus vermiparis. Quo pacto, & propter quam cauſam vermes, & oua augeantur, abſque eo, quod ſint annexa vlli corpori, à quo trahant alimentum. Ibid pag. 564 num. 4.

Oua piſcium extra vterum celeriter creſcunt: oua etiam quorumdam piſcium, vt acuum, quia celerrimè creſcunt intra

vteros, disrumpunt vteros. Ibid.pag.565, num.5,

Reijcitur error dicentium omnes pisces non cartilagineos esse fœminas, nullum marem, sed fœcundos dici fœminas, infœcundos dici mares, eo pacto, quo plantæ fœcundæ, vt olea, dicuntur fœminæ, steriles, vt oleaster, dicuntur mares. Tom.4, pag.565, lib. 3, de Gen. animal. cap.4, num 1,2,3,4,5,6,7. & pagina 572. num 1.

Reijcitur error dicentium pisces fœminas concipere, non ex eo, quod coeant, sed ex eo, quod ore deuorent semen maris. Ibid pag.567, num.8,9,10

Pisces absoluunt coitum ita celeriter, vt piscatoribus videantur non coire. Ibidem pag.568, num.11.

Quare pisces cartilaginei non spargant oua, & semen, sicut reliqui pisces: & quo pacto oua spontanea auium, ac piscium perficiantur à mare. Tom.4, pagina 569, lib.3, de Gen. anim.cap 7, per totum.

Explicatur proportio inter oua piscium, & conceptus, ac partus vermiparorum. Ibid. pag.570. num.1.4,5,6.

Aliqui pisces, qui dicuntur rubri, & hiatulæ, sine coitu generant similes pisces. Tom.4. pag.578, lib.3, de Gen.anim.cap. 10, num.12.

Aues loco pilorum habent pennas, pisces loco pilorum habent squammas, ideoque pennæ auium, & squammæ piscium habent quasdam passiones, ac differentias proportionales passionibus pilorum. To. 4, pag.643, lib. 5. de Gen. animalium cap 3, num.4,

Ostenditur contra Anaxagoram, & alios pisces non respirare aerem. Tom.4, pagin. 683, lib de Iuu. & sen. cap. 5. per totum.

Ex animalibus aquatilibus diutius extra aquam viuere possunt exanguia, quam pisces sanguinei, quia cum minus habeant calo is, minus indigent refrigeratione. Tom 4, pag. 694, lib. de Iuu. & sen.cap, 10, num 6.

Quidam pisces quia parum indigent refrigeratione possunt viuere defossi in terra, vbi vitam viuunt immobilem. Ibid. pag. 694 num 6,

Natura sicut animalibus respirantibus ad aerem accipiendum, & reddendum dedit asperam arteriam, sic piscibus, qui non respirant, ad aquam accipiendam, & reddendam dedit branchias. Tom. 4, pagina 697, lib. de Iuu. & sen. cap.11. num.15.

Quia est periculum, ne pisces cum cibo multum aquæ accipiant, natura fecit, vt raptim, ac celerrimè cibum sumant, ac deuorent, ideoque dedit illis dentes plurimos, & aptissimos, vt cibum statim conficiant. Ibid pag.697.num.15.

Empedocles docuit pisces esse naturaliter calidos, ac siccos, & fuisse productos in terra, sed fugisse in aquam frigidam, & humidam, vt temperarent calorem, & siccitatem. Reijcitur: nam carent pedibus, & cum parum habeant sanguinis non possunt esse calidiores animalibus terrestribus, qui multum habent sanguinis. Ibidem pagina 699, cap. 13, num. 4, 5, 6.

Quo pacto pisces respirantur, aquam vicissim trahendo, ac reddendo per branchias. Describuntur branchiæ. Ibidem pag.702, num.10.

Sicut animalia habentia pulmones mouent pulmones ad aerem vicissim trahendum, ac reddendum, sic pisces mouent branchias ad aquam trahendam, & reddendam. Tom. 4, pag.706, lib. de Iuu. & sen. cap 14, num 13.

Sicut per totam vitam pulmones animalium respirantium attolluntur, & deprimuntur, ideoque vita dicitur consistere in respiratione, sic per totam vitam branchiæ piscium eleuantur, ac deprimuntur, ideoque vita dicitur consistere in attractione aquæ, mors in cessatione à tali attractione. Ibidem pag. 709. cap. 15, num.14.

PISISTRATVS, Pisistrati tyrannis. Pisistratus Athenis persecutionem mouens contra Pediacos, tyrannidem occupauit, fidente illi populo quasi populari, ac diuitum inimico. Tom.2, pag. 677. lib. 5. Polit. cap.5. num. 3.

Tyrannis pisistridarum fuit tertia in duratione, sed non fuit continua: siquidem Pisistratus bis fuit pulsus, adeoque septemdecim annis potitus est rerum, quibus si addantur alij octodecim anni, quibus filij Pisistrati tyrannidem obtinuerunt, fiunt anni triginta quinque. Ibidem pag. 707. cap.12. num.4.

PISTORES. Ex pistoribus qui faciunt panem hordeaceum euadunt imbecilli, & laborant fluxionibus, quia hauriunt corpuscula hordeacea, quæ nequeunt concoquere: at qui faciunt panem triticeum bene se habent, quia hauriunt corpuscu-

la triticea, quæ ſunt bene concoquibilia, Tom 5, pagina 664, ſection. 21. probl. num.24.

PITTACVS. Pittacus fuit legislator, non autem Reipublicæ inſtitutor. Ipſius hæc eſt propria lex, vt ebrij, ſi forte aliquem percuſſerint, duplo maiori pœna puniantur, quam ſobrij, vt maiori pœna propoſita, ab ebrietate, & à malis conſequentibus deterreantur. Tom. 2 pag 583. lib. 2. Politic. cap. 10. num. 7.

PITVITA. Pituita ſeu phlegma an bene definiatur, humidum primum à cibo indigeſtum. Tom. 1. pag 535, lib. 6, Topic. cap, 1. num. 16.

Pituita eſt vna ex partibus excrementitijs animalium. Tom. 3, pag. 760. lib. 3. de Hiſt. anim. cap 2. num. 1.

Pituita eſt humor minus concoctus, qui ſi vlterius concoquatur, fit ſanguis. Tom. 4 pagina 44, lib. 2, de part. Animal cap. 4, num. 7.

Pituita vbicunque fuerit, ſemper eſt excrementum. Tom. 4, pag. 122. lib. 4, de part. anim. cap. 2, num 8.

Pituita, atra bilis, & flaua bilis ſunt excrementa vtilia ideoque natura tales humores retinet admiſtos ſanguini. Tom. 1. pag. 469, lib. 1. de Gener. animalium cap. 18. num. 34.

In ijs, in quibus hyeme propter teperem pituita non eſt purgata, ſuperueniente frigore veris, conſiſtit, & coagulatur, ac deinde ſuccedente æſtate, calore colliqueſcit, & cauſat plures ægritudines, nimirum lippitudines ſiccas, raucedines, & diſtillationes fluentes in pulmones; dyſenterias, & apoplexias. Tom 5, pag. 441. ſect. 1, prob. num. 9

Pituita eſt frigida. Ibidem pagina 448, numer. 29.

Quare aliquibus pituita ſalſa efficiatur. To. 5, pag. 494, ſect. 4, prob. num. 30.

PIX. Pix non eſt aquea, ſed multum continet terræ. Tom. 3, pag. 667, lib. 4, meteor. cap. 5. num 6.

PLANETÆ non ſcintillant, quia ſunt prope nos, ideoque propter propinquitatem mittunt lumen validius. Tom. 1. pag 323. lib. 1. poſt cap. 13, num. 2.

Quare planetæ ſuperiores tardius moueantur motu proprio ab occidente in orientem, velocius autem motu communi ab oriente in occidentem. Tom. 3. pag. 370. lib. 2. de Cœlo cap. 10. num 3.

Quare non ſemper planetæ inferiores moueantur pluribus motibus, quam ſuperiores, ſed aliqui planetæ intermedij moueantur pluribus motibus, quam infimi. Ibid. pag. 372, capit. 12. num. 2, 4, 5, 6. 7, 8.

Quare cum in ſphœra ſtellata ſit tanta multitudo ſtellarum, in ſphœris planetarum vnicus ſit planeta, in nulla duo, vel tres, &c. Ibidem pagina 372, numer. 3, 9. 10, 11, 12.

Sphœræ planetarum licet moueant vnicam ſtellam, mouent plura corpora. Ibidem pag. 375. num 12.

Planetæ ſuperiores nunquam eclipſantur, quia ad ipſos non pertingit vmbra terræ. Tom. 3, pagina 550, lib. 1. meteor. cap. 9. num. 6.

PLANGA aquila. Vide Aquila.

PLANTÆ. Plantæ non ſemper creſcunt. Tom. 3, pag 836, lib. 8, phyſic. capit. 4, num. 5.

Ex eo, quod planta tanto tempore ſcindat lapidem tanta ſciſſura, non ſequitur, quod dimidio temporis ſciderit dimidia ſciſſura: & ex eo, quod tanto tempore tantum creſcant, non ſequitur quod ſingulis partibus temporis creſcant. Ibid.

Surſum in animalibus & plantis eſt illa pars, per quam ſumunt alimentum; & quia plantæ ſumunt alimentum per radices, ideo ſurſum plantarum ſunt radices, deorſum ſunt rami. Tom 3. pag. 346. lib. 2. de Cœlo cap. 2. numer. 3. & Tom. 4, pag. 674. lib. de Iuu. & ſen. cap. 1. num. 5.

Quod eſt ſurſum reſpectu plantarum, eſt deorſum reſpectu vniuerſi &c. Tom. 4. pag. 179. lib. de Inc. anim. cap. 4. nu. 2. & 10, & pag. 520 lib. 2. de Gen. anim. cap. 4. num. 27.

Plantæ non nutriuntur ſola aqua, ſed etiam terra, & alijs elementis. Tom. 3. pagin. 516. lib. 2. de Gen. anim. cap. 8. num. 8.

Plantæ viuunt vitam valde imperfectam, ideoque ſunt mediæ inter animalia, & corpora inanimata. Tom. 3, pag. 935. lib. 8 de Hiſt. anim. cap. 1. num. 3.

Animalia vtuntur ventre, vt plantæ terra: plantæ vtuntur terra, vt animalia ventre, & ideo plantæ radicibus quaſi quibuſdam venis, à terra quaſi ex quodam ventre extrinſeco trahunt alimentum terræ calore concoctum. Tom. 4. pag. 41. lib. 2. de part. anim. cap. 3. num. 5.

Plantæ habent quidem partem proportionalem ori, per quam trahunt alimentum,

hoc eſt radices, ſed quia vtuntur terra tamquam ventre, ex eaque trahunt alimentum concoctum, non indigent ventre, neque parte, ex qua emittant excrementa, ſed loco excrementorum ſemina, & fructus effundunt. Ibidem pagina 59, cap. 10. num. 2.

Plantæ quia exercent ſolas operationes vegetatiuas, pauca habent organa. Ibidem pag. 59, num. 3.

Plantæ poſſunt ita diuidi, vt partes viuant anima eiuſdem rationis cum anima totius, adeoque exerceant omnes operationes totius. Tom. 4, pag. 241. lib. 1, de Anima cap. 14, num. 6.

Reijcitur opinio Empedoclis docentis cauſam, cur plantæ augeantur, mittendo radices deorſum, eſſe terram, quæ cum ſit grauis, mouetur deorſum: cauſam, cur eædem plantæ ſecundum ramos augeantur ſurſum, eſſe ignem, qui cum ſit leuis, mouetur ſurſum. Tom. 3, pagina 256, lib. 2 de Anima cap. 5. num. 8. 9, 10.

Plantæ licet viuant, & patiantur à qualitatibus tangibilibus, nimirum à calore, &c. tamen non habent tactum, quia non habent mediocritatem requiſitam ad tactū, ideoque poſſunt mutari mutatione pure materiali, recipiendo formas materialiter, non autem intentionaliter. Tom. 4, pag. 287, lib. 2, de Anima cap. 17. num. 4, & pagina 326, lib. 3, de Anima capit. 11. num. 2.

Somnus, & vigilia ſunt paſſio ſenſus, ideoque non conuenlunt plantis. Tom. 4. pag. 386, lib. de Somno, & vig. capit. 1. numer. 5.

Quia plantæ non mouentur, ideo in ijs non datur ſexus: datur tamen in plantis aliqua ſimilitudo ſexus: nam quædam, quæ ſunt fructiferæ, vt ficus, videntur fœminæ, quædam, quæ licet non ſint fructiferæ, iuuant fructiferas ad ferendos fructus, vt caprificus, videntur mares. Tom. 4. pagina 441. lib 1. de Gen. anim. cap. 1. num. 8. & pag. 556. lib. 3. cap. 4. num. 6.

Ex plantis quædam generantur ex ſemine per generationem vniuocam, quædam oriuntur ſponte ex materia putrefacta. Ibid. pag. 441. num. 9.

Plantæ non exercent aliud opus, quam ſe nutriendi ad conſeruandum individuum, & generandi, atque emittendi fructus, & ſemen ad conſeruandam ſpeciem. Tom. 4, pagina 446. lib. 1. de Generat. animal. cap. 4, num. 4.

Plantæ vnico ſemine generant totum fructum annuum; ex. gr. granum frumenti generat plurimas ſpicas. Tom. 4. pagina 463. lib. 1. de Gen. animal. capit. 18. n. 14.

Plantæ dum creſcunt, augentur quotidie, itaut minima pars vltimi alimenti conuertatur in earum molem, & magnitudinem. Ibid. pag. 469. num. 35.

In plantis mas non ſeparatur à fœmina, & vna, atque eadem numero planta habet ſimul virtutem actiuam maris, & paſſiuam fœminæ, ideoque plantæ generant ex ſe, & ſine concurſu maris, & non tam emittunt ſemen, quam integrum conceptum continentem partem actiuā, & paſſiuam, & etiam partem, ex qua conceptus alitur, ideoque Empedocles vocauit plantas ouiparas. Tom. 4, pagina 487, lib. 1. de Generat. animal. capit. 20. num. 25.

Animalia ſunt veluti plantæ diuiſæ; plantæ ſunt veluti animalia coniuncta. Ibidem pag. 488. num. 26.

In plantis mas, & fœmina ſunt coniuncta, quia vnicū plantarum eſt opus generare; in animalibus ſunt ſeparata, quia eorum opus eſt etiam ſentire: coniunctio autem maris cum fœmina debilitat vim ſenſitiuam. Ibid. pag 488, num 27.

Zoophyta ſunt quodammodo plantæ. Ibidem pag. 489. num. 28.

Partes plantarum non generantur ſimul, ſed primo generatur illa pars, quæ continet principium, quo animal ſe auget. Tom. 4 pagina 501. lib. 2, de Gen. animal. cap. 1. num. 35.

Proportionali modo in animalibus, ac in plantis ſemina deferuntur de loca ſeminaria. Tom. 4, pag. 510. lib. 2. de Gener. anim. cap. 4. num. 5.

Semina plantarum continent omnes partes earum potentia, non actu, & quo pacto ex ſemine fiat planta. Ibid. pag. 519, n. 23.

Planta generatur ex vltimo alimento. Ibid. pag. 522. num. 36.

Non ſolum in animalibus, ſed etiam in plantis prius generatur pars ſuperior, hoc eſt radix, quam inferior, hoc eſt rami. Ibid. pag. 525. num. 45.

Plantæ, quæ viuunt per annum, vt legumina, frumenta &c. videntur non ex alia ratione producto fructu, ſeu ſemine exarefcere, niſi quia totum alimentum conuertunt in fructum, ſeu ſemen, ſiquidem ſunt fœcundiſſimæ. Tom. 4. pag. 550. lib. 3 de Gen. anim cap. 1. num. 13.

Semi-

Digitized by Google

Semina plantarum proportionaliter ſe habeat, ac ouum- Sicut enim illa pars oui, in qua eſt principium, eſt acutior, & adhæret vtero, ſic illa pars ſeminis, in qua eſt principium, eſt acutior, & adhæret vel ramis, vel putamini, vel pulpæ, & quaſi carni fructus, vt patet præſertim in fabis, & alijs leguminibus- Ibidem pag. 556. cap-2-num-5.

Plantæ habent naturam terream, teſtaceam, aqueam, ac teſtacea ita ſe habent ad aquam, ſicut plantæ ad terram, ideoque plantæ poſſunt vocari teſtacea terreſtria, teſtacea poſſunt vocari plantæ aquaticæ. Tom-4- pag. 582, lib. 3, de Gen. animal. cap.11. num-2. 3-

Plantæ oriuntur ex alijs plantis tribus modis, nimirum per ſeminationem, per auulſionem, & per quamdam germinationem. Ibid- pag.583. num. 5,

Sicut pili ſe habent ad homines, ſic pennæ ad aues, frondes ad plantas, ideoque plantæ, dum illis decidunt frondes, patiuntur quamdam proportionalem calui tiem. Frondes decidunt plantis ex defectu humoris præſertim pinguis, & viſcoſi, ideoque plantæ pingues, vt olea, laurus &c- fronde perpetua virent- Tom. 4, pag. 648. lib.5. de Gen. anim- cap.5-numer.17, 18.

Plantis frondes defluunt tempore hyemis, quia tunc humor pinguis exiccatur propter frigus ambientis: ideo æſtate illas recuperant- Ibidem pag.648, num 19,23-

Quare quædam plantæ, vt palmæ, quercus &c. vitam ducant longiorem, quam omnia animalia. Tom.4. pag. 671. lib. de Longit. & Breu. vitæ cap- 3. numer. 1, 2, 3, 4-

Quædam Plantæ quia ſunt minus aquoſæ, ſunt minus congelabiles, ac vitam ducunt longiorem, quam animalia. Viuunt etiam diu, quia cum habeant humidum viſcoſum, ac pingue, non facile exiccantur, & quia quodammodo reiuuenescunt per germinationem nouorum ramorum. Ibid- pag.672. num.4.

Quia caput plantarum eſt radix, illæ plantæ diutius viuunt, quæ maiores habent radices Ibid.pag.672.num.5,

Plantæ licet ſint actu vnæ, tamen potentia ſunt multiplices, ideoque diuiſæ viuunt, atque ex vna arbore fieri poſſunt plures arbores. Tom.4, pag. 676. lib. de Iuu. & ſen. cap.1. num 9.

Refrigeratio eſt neceſſaria non ſolum animalibus, ſed etiam plantis; ſed plantis ſufficit refrigeratio, qua refrigerantur ab aere ambiente, & ab alimento, quod trahunt. Ibid- pag. 681, cap.3. num.5.

Quare animalia viua non bene olent, at multæ plante bene olent dum viuunt, mortuæ etiam melius olent- Tom.5, pag.579, ſect.13. prob. num.4.

Plantæ non emittunt prauum odorem, quia vel non habent excrementa, vel ſi habent, illa concoquunt. Ibid. num-4.

Plantæ calidæ, & ſiccæ ſunt odoriferæ. Ibid- num-4-

Partes organicæ plantarum ſolent eſſe rotundæ rotunditate cylindrica, quia augentur vndique æqualiter- Tom. 5, pagina 608. ſect.16. prob num 9 10.

Extremitates animalium, & plantarum ſolent terminari figura rotunda, quia natura facit res optimas, & pulcherrimas in quantum poteſt, Ibid- pag.609 num.10-

Quare plantæ magis creſcunt ſecundum longitudinem, quam ſecundum latitudinem, & profunditatem. Tom. 5, pag. 612. ſect 17. prob-num.2.

Quare ex plantis aliæ tamdiu ſolum viuant, donec producant ſemen, deinde exareſcant, aliæ producto ſemine, adhuc vitam producant- Tom,5. pagina 644. ſect. 20. prob. num-7.

Plantis eſt vtilis auſter ſpirans ex mari, quia eſt humidus, & refrigeratur ex tranſitu per mare. Tom.5. pag,702, ſect.26, prob.n.19

PLATEAE Aues. Aues, quæ græcè dicuntur pellicani, latinè plateæ, ſunt gregales, & à ſtrymone Thraciæ fluuio migrant ad Iſtrum, ſeu Danubium, ibique pariunt. Abeunt plateæ ſimul omnes in magno agmine congregatæ, ac quæ antecedunt identidem ſiſtunt, vt expectent eas, quæ ſequuntur, ac præſertim ſiſtunt, cum mons interpoſitus impediret ſequentes, ne viderent antecedentes. Tom. 3, pagina 954. lib.8. de Hiſtoria animal cap 12 num.10.

Vide Pellicani.

PLATO. Plato vtebatur parte dialecticæ tentatiua ad redarguendos ſophiſtas. Tom 1. pagina 626, lib. 1- Elench. capit-7, numer. 2.

Plato fuit melancholicus. Tom.5. pag.734, ſect.30- prob. num.1.

Plato vnde hauſerit ſententiam de ideis, & quid de ipſis, de ſcientijs, ac de principijs docuerit. Tom 1, pag- 24, lib. 1. Metaph. cap.7. per totum.

Ex antiquis philoſophis ſolus Plato dixit tempus eſſe genitum, ſiquidè aſſerit Cœlum eſſe factum, ac tempus incepiſſe ſimul cum Cœlo. Tom. 3, pag. 229. lib. 8, phyſic. cap. 2. num. 10.

PLATONIS Reſpublica. Vide Reſpublica Platonis.

PLEBS. In plebe continentur plura hominum genera, hoc eſt agricolæ, artifices, tabernarij, qui verſantur circa maritima, mercenarij. Tom. 2. pag. 636. lib. 3, Polit. cap. 4, num 10.

Vide Democratia.

PLENILVNIVM. Vide Luna.

PLENVM. In quo ſenſu Leucippus, ac Democritus docuerint principia eſſe plenum, & vacuum. Tom. 5, pag. 18, lib. 1. metaph. cap. 14 num. 7.

PLEVRITIS. Ebrij ſæpe laborant pleuritide, ſeu dolore laterum, qui cauſatur à frigore, quia vinum cum corrumpitur in corpore, euadit frigidum. Tom. 5. pag. 474. ſect. 3. prob. num 1, 6.

PLORATVS. Qui prohibent cohibitiones, per quas pueri cohibentur à ploratibus, non rectè faciunt. Cum enim dum prohibent ploratum, ſpiritum debeant retinere, corpus exercent, quod eſt vtile ad augmentum, & robur. Tom. 2. pag. 770. lib. 7 polit. cap. 17, num 4.

Miſericordes ſolent facile plorare Tom. 4, pagina 798. lib phyſiog. capit. 6. numer. 17,

PLVMBVM. Plumbum quia eſt denſius euadit calidius lana. Tom 5. pag. 519. ſect. 8, prob. num. 16.

PLVRA pluralitas. Metaphyſica conſiderat pluralitatem, ac ſpecies pluralitatis, quæ ſpecies ſunt diuerſum, inæquale, diſſimile Tom. 3, pag 86. lib. 4. metaph. cap 2. num 10.

PLVVIA. Pluuia eſt multa aqua facta ex multo vapore infrigidato, & in aquam reſoluto. Cauſa, propter quam multus vapor reſoluitur in multam aquam, eſt locus magnus, & ſpatioſus, in quo, & ex quo vapor colligitur, & tempus multum, quo colligitur. Tom. 3 pag. 517 lib. 1 meteor. cap. 11. num. 12.

Pluuiæ licet fiant ex vaporibus eleuatis ex mari ſalſo, tamen non ſunt ſalſæ, quia cum ſal ſit grauius aqua, parum eleuatur ſalis, ſeu corporis, per cuius admiſtionem aqua maris eſt ſalſa. Tom. 3, pagin. 589, lib. 2. meteor. cap. 3. num 25.

Pluuiæ magis fiunt hyeme, quam æſtate, & nocte, quam die quia vapores magis infrigidantur hyeme, quam æſtate, & nocte, quam die. Tom. 3. pag. 591, lib. 2. meteor. cap. 3, num. 4,

Cum ſol occidit vaporibus obfuſcatus, eſt ſignum pluuiæ, quia ſignum eſt, quod ita ſol à vaporibus vincitur, vt illos diſſipare nequeat. To. 5. pag. 697. ſect. 26. prob. num. 6.

Cum ſol poſt pluuiam præcedentem occidit vaporibus obfuſcatus, non eſt ſignum pluuiæ. Ibid. num 6.

Quare non ijdem venti in omnibus locis afferant pluuiam. Ibid. pagin. 697, num. 5, 58.

Quare auſter pluuiam afferat, non quando incipit, ſed quando deſinit ſpirare. Ibid. pag. 702. num. 21, 29.

Quare ſi poſt æquinoctium ſpiret africus, ſeu libycus, ſoleat ſequi pluuia. Ibid, pag. 704, num 28.

Quare licet auſter, atque Eurus, qui ſpirat ab oriente, ſint calidiores duobus ventis contrarijs, aquilone nimirum, & Zephyro, tamen ſint magis imbriferi. Ibidem pag. 704. num. 29.

Quare Eurus maiores pluuias afferre ſoleat, quam auſter. Ibid. num. 29.

Vide Diluuia.

PODAGRA. Podagra laborant canes, ſues, & equi gregales. Equi gregales cum podagra laborant, interdum vngulas amittunt, atque amiſſis aliæ ſubnaſcuntur. Quæ ſint indicia podagræ in equis. Tom. 3 pagin. 971, lib. 8, de Hiſt. anim cap. 22. num. 1. & pag. 972, cap. 24. num. 1.

pOESIS, poetica, poeta. Tum poeta, tum orator debet vti ſermone peregrino, ſed poeta ad reddendum ſermonem peregrinum habet plura adiumenta, quam orator. Tom. 1. pag. 834, lib. 3, Rhet. cap. 2. num. 3.

Genus. in quo poeſis conuenit cum facultatibus affinibus, ſonatorijs nimirum, ſaltatorijs &c. eſt imitatio. Tom. 1. pagina 892, lib. poet. capit. 1. num. 2.

Species poeſeos ſunt Epopœia Tragœdia, comœdia, & dithyrambica. Ibidem pag. 891, num. 2.

Differentiæ poeſeos, & facultatum imitatiuarum vnde deſumantur. Ibidem pagin. 893, num. 3.

Poeſis eſt imitatio ſermone metrico. Tom. 1, pag 897, lib. poet. cap. 2. num. 1.

Nomen poeſis non eſt tribuendum carminibus non continentibus imitationem, pu-

ta carminibus Empedoclis de rebus naturalibus, nec imitationi ſine carmine, puta mimis Sophronis, & Xenarchi, ac dialogis Platonis. Ibidem pagina 893, capit. 1 num. 8.

Poeſis quo pacto fuerit inuenta, & perfecta. Ibid. pag. 897, cap. 2, num. 1.

Quo pacto fuerint inuentæ, ac perfectæ quatuor ſpecies poeſeos, quæ ſunt Dithyrambica, Tragœdia, Comœdia, & Epopœia. Ibidem pag. 898, cap. 2. à numer. 2. vſque ad 7.

Poeſis imitatur vel meliores, vel deteriores, vel ſimiles proportionaliter ac pictura. Ibidem pag. 895. cap. 1. num. 12.

Poeſis debet narrare veriſimilia. tom. 1. pag. 909. lib. poet. cap. 7. num. 1.

Poeta quo pacto differat ab hiſtorico. Ibid. pag. 909, num. 1.

Poeſis eſt affinior philoſophiæ, ac ſcientijs, quam Hiſtorica. Ibid. pag. 909, num. 2.

Poeta debet potius fingere impoſſibilia veriſimilia, quam poſſibilia inueriſimilia. tom. 1 pag. 949, lib poet. capit. 25. numer. 11.

Poeta nihil debet fingere irrationabile, vel ſaltem debet id fingere extra fabulam, & debet locutionis luminibus ornare, præſertim partes otioſas. Ibid. pag. 949, num. 12, 13, 14, 15.

De accuſationibus contra poetas, ac de modis illos defendendi. tom. 1. pag 950, lib. poet. cap. 23, per totum.

Alia eſt rectitudo propria poetarum, alia non propria, aliud peccatum proprium contra artem poeticam, aliud contra alias artes. Ibid. pag. 951, cap 23. num. 1.

Proponuntur tria capita, ex quibus poetæ poſſunt excuſari, ac defendi, & ex ijs deſumuntur duodecim modi ſoluendi, quæ contra poetas obijciuntur. Ibid. pag. 950, cap. 23, per totum.

Poetæ amant ſua poemata perinde ac patres filios. tom. 1. pag. 263, lib. 3. Ethic. cap. 7. num. 4.

Poetæ multa mentiuntur. Tom. 5, pagin. 10. lib. 1. *Metaph.* cap. 2. num. 7.

Plerique poetarum fuerunt melancholici, tom. 5, pag. 734. ſect. 30. prob. nu. 1.

Maracus ciuis Siracuſanus, cum atra bile incaleſcente abalienabatur à mente, in poetam præſtantiorem euadebat. Ibidem pag. 737, num. 1, C.

Poeſis heroica, & Epica. Vide Epopœia.

Poeſis tragica. Vide Tragœdia.

Poeſis Dithyrambica. Vide Dithyrambus.

POENA. Pœna, ſeu caſtigatio differt ab vltione. Nam pœna ſumitur gratia illius, qui punitur, vt peccare deſinat; at vltio ſumitur gratia vlciſcentis, vt iram expleat. tom. 1. pag. 734. lib. 1 Rhet. cap. 10. num. 6.

Etiam in ægritudinibus animi contraria contrarijs curantur: & quia homines peccant ex appetitu voluptatis, ideo omnes pœnæ ſunt triſtes, & conſiſtunt vel in ſubtractione delectabiliũ, vel in inflictione doloriferorum. tom. 2, pag. 39. lib. 2. Ethic. cap 3. num. 5.

Quia mali honeſtate contempta leges violant, debent illos legumlatores pœnis coercere, & ad virtutem impellere etiam inuitos: & quia aliqui nec pœnis coercentur, debent illos per pœnam mortis ex viuis exterminare. Tom. 2 pag. 302, lib. 10, Ethic. cap. 9, num. 6.

POLITICA. Politica, quæ intendit bonum commune, eſt melior ethica, quæ intendit bonum vniuſcuiuſque. Tom. 2. pag. 5, lib. 1. Ethic. cap. 2. num. 3.

Politica in quantum complectitur ſcientiam legum ferendarum eſt neceſſaria etiam priuatis, atque illam non poſſumus addiſcere neque à politicis, neque a rhetoribus, neque à ſophiſtis. Tom. 1, pag. 303, lib. 10. Ethic. cap. 9. à num. 8, vſque ad finem.

Politica intendit finem totius vitæ. Tom. 2. pag. 408. lib. 1. Mor. ad Eud. cap. 5. numer. 12.

Politica debet agere non ſolum de politia optima, ſed etiam de non optima, ac de politia, quæ licet non ſit optima ſimpliciter, eſt optima ex ſuppoſitione. tom. 2. pag. 627, lib. 4, polit. cap. 1. num. 1.

Politica debet conſiderare politiam non ſolum idealiter optimam, ſed etiam quæ poſſit in actum reduci. Ibidem pag 628, num. 2.

Politicus debet ſcire ſpecies politiarum. Ibid. pag. 628, num 3.

Politica, & Oeconomica differunt non ſolum quia politica gubernat ciuitatem, oeconomica domum, ſed etiam modo gubernationis. tom. 2. pag. 790. lib. 1. Oecon. cap. 1. nu. 1.

Politica non ſolum conſtituit ciuitatem, ſed etiam vtitur ciuitate iam conſtituta. Ibidem pag. 790. num. 2.

Politica licet dignitate ſit prior, quam oeconomica, eſt poſterior tempore, ſicut ciuitas eſt poſterior domo. Ibidem pag. 79..

791. numer. 3.

POLITIA. Vide Reſpublica.

POLLEX Pollex, ſeu digitus maior vnicum habet noduui, & vnicam plicaturam: alij digiti duos habent nodos, & duas plicaturas. Tom.3, pag.716, lib.1.de Hiſt.animal cap.15, num.5.

Ex altero latere manus adiectus eſt pollex, qui eſt digitus craſſus, ſed longus, quia ad bene capiendum, res non ſolum debet premi ex parte ſuperiore, quod faciunt alij digiti, ſed etiam ex parte inferiore, quod facit pollex, ideoque pollex habet maiorem virtutem, quam alij digiti, cum vnicus æquiualeat alijs, & factus eſt breuis, vt eſſet fortior. Tom.4, pag.152 lib.4. de part. animalium capit. 10. numer.16.

POLLVTIO. Quare qui labore ſunt fatigati, ſoleant pati pollutionem, & ſeminis emiſſionem. Tom.5. pag.488. ſect.3. prob. num.32.

Quare cætera animalia vel nunquam, vel raro dum dormiunt, patiantur pollutionem, homo ſæpe patiatur, Tom. 5, pag. 530.ſect.10. prob. num. 18.

POLVS, Poli. Diſtantiæ à polo ad polum eſt longitudo mundi, & reſpectu motus communis polus arcticus eſt deorſum, polus antarcticus eſt ſurſum: reſpectu motus proprij ç conuerſo. Tom.3 pagina 349, lib. 2. de Cœlo cap. 2, num. 14, 15, 16.

Reijcitur opinio dicens virtutem motiuam Cœli dari in polis immobilibus. Tom.4, pag. 421. lib. de motu anim. cap.2, num. 3, 4, 5.

POLYCRATES. Polycrates Tyrannus fecit circa Samum multa opera ad otium, & quietem populorum auferendam, & ad inducendam paupertatem per tributorum penſionem. Tom.2, pag 701. lib.5. polit. cap.11, num.4.

POLYPVS. Polypi ſunt animalia exanguia mollia: deſcribuntur, & explicatur quo pacto differant à ſepijs. Tom.3.pag. 791, lib.4,de Hiſt. animal. capit. 1. num. 6, 7, 8.

Explicantur ſex genera polyporum. Ibid. pag.794, num.17.

Polypi coeunt tempore hyemis, & pariunt tempore veris, & latent duobus menſibus, quibus ouis incubant: ſunt valde foecundi, & edunt ouum quaſi cirrum, ex quo naſcuntur innumeri polypi. Quo pacto mas differat à fœmina. Quia dum ouis incubant, non prodeunt ad paſtum, tunc ſunt ad comedendum deterrimi To. 3, pag. 835, lib 5, de Hiſt.animalium cap. 12, num.1.

Polypi quo pacto generentur, qualia ouа edant, & quo pacto illa foueant. Tom 3 pag.849, lib.5, de Hiſtor. animalium, cap. 18, num.2, 6.

Polypi vincuntur à congris, ſed vincunt locuſtas victrices congrorum. Tom. 3. pag. 941, lib.8, de Hiſt. animalium cap.2 num.17.

Falſum eſt polypos comedere ſe ipſos, ſed eorum brachia roduntur à congris. Ibid. pag.942, num.19.

Polypi veſcuntur conchis, à quibus extrahunt parum carnis, quod intra earum teſtas continetur, ideoque polyporum cubilia cognoſcuntur ex congerie teſtarum congregatarum. Ibid. pag.942, num.19.

Polypus licet alioquin ſtolidus in rem ſuã ſapit: ſiquidem omnia comportat in ſuum cubile. Vt piſces venetur colorem mutat atque efficitur ſimilis lapidibus, quibus adhæret; mutat etiam colorem, cum timet, vt poſſit effugere. Tom.3, pagina 1012. lib.9, de Hiſtor.anim cap. 37. num.19.

Polypus vt plurimum vitam biennio non explet, ac facile contabeſcit. Ibidem pag. 1012, num.20.

Deſcribitur polypus nautilus, eiuſque ingenium, & mores. Ibidem pagina 1013, num.23.

Locuſtæ ita Polypos metuunt, vt ſi ijſdem retibus captæ fuerint locuſtæ, & polypi, locuſtæ metu polyporum moriantur. To. 3. pag. 941. lib.8. de Hiſt. anim. capit. 2. num.17.

Sepiæ, & loligines habent aliquid proportionale ſpinis piſcium; at polypi non habent, quia cum polypis alueus, quem aliqui vocant caput, ſit valde paruum, non indiget vllo duro, vt poſſit ſuſtineri, inflecti, ac dirigi. Tom.4, pag.53. lib.2, de Part. anim. cap 8. num.6,7.

Sepia, & loligines habent quaſdam promoſcides, polypi non habent, quia cum vtantur pedibus loco manuum ad venãdum, ad cibum apprehendendum, & ori admouendum, & ada dhærendũ ſaxis, natura non debuit illis dare alias promoſcides. Tom.4, pag.146, lib.4, de Part.anim. cap.9, num.9.

Polypi, ſepiæ, & loligines conueniunt in hoc, quod habent octo pedes: differunt quod

Digitized by Google

quòd ſepiæ, & loligines habent aluum magnum, pedes paruos; polypi è conuerſo habent pedes magnos, aluum paruum, ideoque pedibus vtuntur non ſolum ad natandũ, ſed etiam ad ambulandum. Natura igitur quia polypis dat aluũ paruum, vtitur materia aluei ad faciendos pedes magnos. Ibid. pag. 145. n. 7.

Polypi habent atramentum minus copioſum, quam ſepiæ, & loligines, quia poſſunt ſe defendere etiam brachijs, & mutatione coloris. Tom 4 pag. 127, lib 4. de Part. anim. cap. 5. num, 11.

Quia ſepiæ, & loligines habent vterum bifidum, habent etiam ouа bifida: at polypi quia habent vterum rotundum, habent ouum ſimplex, & rotundum. Tom. 4. pag. 572, lib. 3. de Gen. anim, cap. 8, n, 3. Vide mollia animalia.

POMA. Ariſtoteles in pomis diſtinguit tres partes, ſemen, quod vocat fructum; partem, quæ eſt circa ſemen, qua ſolemus vti tamquam alimento, quam vocat pericarpium, hoc eſt circa fructum, & corticem externum, qui eſt veluti pellis pericarpij: To. 3, pag. 659. lib, 4, meteor. cap. 4 num, 1.

Quia pomum eſt perfectum, quando obtinet ſuum finem, finis autem pomi eſt, vt ſemen, quod eſt in pericarpio, poſſit generare ſimile, ideo pomum tunc eſt perfectum, ac maturum, cum ſemen, quod eſt in pericarpio, poteſt producere ſimile. Ibid.

Quare poma, & fructus magis impleant ventrem, ſi comedantur poſt cæteros cibos, quam ſi ab initio, Tom. 5, pagin, 661 ſect. 22, prob, num. 1.

Poma ſum grauiora cæteris cibis. Ibidem num. 1,

Si quis poſtquam comederit pomum putrefactum bibat vinum, ſentiet illud amarũ, quia partes amaræ adhærentes ſuperficiei linguæ, permiſcentur vino. Ibid, pag, 662, n, 5, Vide fructus.

POMILIONES. Pomiliones inter homines dicuntur, quibus pars ſuperior eſt proportionaliter magna, pars autem inferior continens femora, crura, & pedes eſt parua. Infantes hominum, & omnia animalia, excepto homine, habent formam pomilionum. Tom. 4. pag. 149. lib. 4. de part. anim. cap, 10. num. 9. & pag. 196, lib. de Inc anim. cap, 9. n, 2,

Forma pomilionis impedit operationem mentis, ideoque inter homines pomiliones mente deficiunt: & quia alia animalia, & infantes hominum habent formam pomilionum, ideo deficiunt mente. Ibid, pag. 149,

Pomiliones ſunt ſomniculoſi, quia propter paruitatem partium inferiorum, magna pars alimenti aſcendit ſurſum, & grauat caput. To. 4, pag, 396, lib, de ſomn, & Vig. cap, 4, n, 12,

Aliqui ex hominibus euadunt pomiliones vel propter anguſtiam vteri, vel propter defectum alimenti. Ex his, qui ſunt pomiliones ex defectu alimenti ſunt proportionati. Tom. 5 pag, 528, ſect, 10, probl. num 14 Vide Pygmæi.

PONDERA. Pondus æquale ſi longius ſit, difficilius humeris geſtatur, quam ſi ſit breuius, quia extremitates cum magis diſtant à centro ab eadem virtute velocius mouentur, & concutiuntur. Tom. 4. pag. 758. lib. Qu. Mech. qu. 27, n. 2.

Quare pondus phalanga, hoc eſt ligno tranſuerſo à duobus hominibus geſtatum magis ſentiatur ab eo, qui eſt propinquior ponderi, tom. 4 pag, 759. lib. Quæſt, Mech, qu. 19. n, 2.

Pondera menſurantur primo pondere ſenſibiliter indiuiſibili, ex gr. vocis. To. 5. pag. 259, lib, 10. metaph, cap, 2 n. 3,

PONTVS. Plurimi piſces tranſmigrant in pontum Euxinũ, ibiq; æſtatem traducunt, tum quia Pontus Euxinus propter aquarum dulciũ admiſtionẽ pabulum vberius ſuppeditat, tum quia minus à belluis infeſtatur. Thunni præſertim tranſmigrant in Pontum, vt ibi pariant. To. 3, pag. 958 lib. 8, de Hiſt. anim. cap. 13. num. 2, 3, 4, 5. 6, 7.

Piſces in ponto Euxino celerrimè creſcunt, & adoleſcunt, ſiquidem ibi ſingulis fere diebus cernuntur facti maiores. Tom, 3. pag. 895. lib 6, de Hiſt anim. cap. 17. nu. 11.

Qui accolunt loca circa Pontum Euxinum, quia habent corpora humida, & aer ambiens eſt valde humidus, capillos habent longos, & promiſſos. Tom. 4. pag. 645. lib, 5, de Gen. anim. cap. 3. n. 10.

Terræ circa Pontum Euxinum quia valde ſunt frigidæ, carent aſinis. To, 3. pag. 973. lib, 8. de Hiſt. anim. cap, 25. n. 1.

In Ponto Euxino non ſunt animalia mollia, neque teſtacea, niſi paucis in locis. Ibid. pag. 975. cap. 28. n. 2.

POPLES. Vide Genu.

Populus, Popularis Reſpublica. Vide Democratia. Plebs.

PO-

POPVLVS arbor. Populus arbor nihil feminis producit, vel propter imbecillitatem, vel propter perfectionem virtutis concoctiuæ. Tom.4.pag,471,lib.1,de Gen.anim cap.18,n.41.

PORCI. Vide fues.

PORI. Vide Porus.

PORPHYRIO auis. Auis, quæ dicitur Porphyrio, caret ingluuie, ac collum, & gulam habet valde longa. Tom. 3. pag. 754. lib. 2. de *Hist.* anim cap. 17. num 21

Ex auibus vnus Porphyrio, quem aliqui putant pellicanum, bibit non forbendo, sed quodammodo mordendo. Tom. 3, pag.950,lib 8.de Hist.anim.cap.6.n.1.

PORRVM. Porrum prodest ad hoc, vt quis habeat bonam vocem, quia habet quemdam lentorem, quo fauces abstergit,ideoque Perdices cum porro vescuntur, emittunt vocem meliorem, ac minus raucam. Tom.5,pagin, 564.sect,11. prob.n.39.

Porrum non nascitur, neque viuit in aqua salsa, quia radices habet paruas, & imbecilles. To. 5.pagin.643 sect. 20, prob. num. 1,

PORTENTA. Vide monstra.

PORTVLACA. Herba, quæ vocatur portulaca,aufert fluporem dentium, quia cum habeat humorem viscosum, & acidum per quàdam sympathiam trahit acorem à dentibus. Tom.5.pag,643, sect. 1.prob n.38.

PORVS, Pori. Proponitur, ac reijcitur sententia antiquorum explicantium omnes actiones, & passiones per ingressum corpusculorum. Tom.3,pag,479, lib, 1, de Gen.cap,17,18.per tota,

Quo pacto antiqui per poros secundum rectitudinem ordinatos explicarent diaphanitatem. Ibid.pag.479.n,2.

Empedocles docuit corpuscula distingui per poros intermedios. Ibid, pag.482. num.9,

Pori neque sunt necessarij ad actiones, neque ad distinctionem corporum. Ibid. pag,482.n.12.13,14.15.

Vt corpora sint sana debent habere poros apertos exhalationibus.Tom, 5.pag,457. sect,1.prob,n.54.A,

POSITIO. Principia diuiduntur in positiones, & axiomata, seu dignitates. Positio est, quam non est necesse præhabere naturaliter eum, qui doctrinam aliquam addiscit, sed sufficit, vt accipiat eam à docente. Diuiditur in suppositiones & definitiones. Tom.1.pag.294.lib,1. Post capit. 2.num. 12,

Possessiones, Possessionum communitas. Plato voluit, vt in optima Ciuitate omnia essent communia etiam vxores,& possessiones ad hoc, vt ciuitas esset maximè concors,& vna. Tom.2.pag.543,libi 2.*Polit.*cap 1.n.3.

Ex communitate possessionum sequeretur, quod omnia negligerentur.Ibid,pag.545, cap 2.n.4,

Inconueniens est, vt in ciuitate omnes possessiones sint communes, siquidem per hanc communitatem causantur magna mala, & impediuntur magna bona, & præsertim impeditur liberalitas,& temperantia. Ibid.pag.548. cap. 3. per totum.

Cur communitas vxorum, & possessionum primo aspectu videatur expedire ad bonum commune. Ibid. pagin. 550. num. 5.

Curandum est, vt ciues habeant tot possessiones, quot expedit illos habere ad viuendum temperatè, & liberaliter. Ibid, pag.555.cap 3.n,6.

Si per leges ponitur modus possessionibus, debet prouideri ne per generationes ciues nimis multiplicentur. Ibid, pag. 556. num,7.

Possessiones, & agri in optima ciuitate non debent esse communes, vt opinatus est *Plato* Tom.2.pag.751.lib.7,Polit. cap. 10. num. 3.

Vide diuitiæ,

POSSESSIONVM æqualitas. Vide Patrimoniorum æqualitas,

POSSIBILE. Homines eligunt possibilia, quæ dicuntur dupliciter. Primo possibilia dicuntur quæ quomodocumque possunt effici. secundo quæ facile possunt effici.Tom.1.pag.713 lib.1,Rhet cap. 9.num,17.

Afferuntur loca & propositiones ad probandum aliquid esse possibile. Tom, 1, pag.799.lib,2.Rhet cap.19.à n.1.ad 12,

Possibile est, ex quo nullum sequitur inconueniens.Tom.3.pag,174.lib,8.Physic. cap.15.n 2.

Possibile logice est,cuius oppositum non est ex necessitate, To.5 pag.137. lib. 5. Metaph,cap.12.n,10,& pag.233.lib.9. cap,2. num.1.

Explicãtur tres modi, quibus dicitur possibile logicè. Ibid, pag. 138.lib 5. cap, 12 n.10,

Digitized by Google

Oſtendi tur contra megaricos non illud ſolum eſſe poſſibile,quod eſt actu. Tom,5. pag,236 lib.9,metaph.cap.1.per totum.

Poſſibile eſt, quod ſi ponatur actu, nihil ſequitur impoſſibile. Ibid. pag, 238. num. 8,

Ex poſſibili non poteſt ſequi impoſſibile, ideoque cum antecedens eſt poſſibile, etiam conſequens eſt poſſibile: at ex impoſſibili poteſt ſequi poſſibile. Tom. 5. pag,239 lib.9,metaph.cap.5.n 3.

Oſtenditur non omnia eſſe poſſibilia.Tom. 5.pag.238,lib.metaph,cap.5.per totum.

Enunciatio modalis de poſſibili, & modus poſſibilis. Vide modus, modalis.

POSTERIVS. Explicantur modi, quibus dicitur poſterius, & prius. Tom 5.pag. 131,lib.5.metaph.cap.11. per totum.

Poſterius dicitur conſequens ad prius, non è conuerſo. Tom 5. pagin. 319. lib. 11. metaph.cap.13.nu n.5.

Quo pacto debeat ſumi prius, & poſterius in tempore.Tom.5,pag.612.ſect 17. prob. num 3.

POTENTIA, potens.Potentia, & impotentia ſunt ſecunda ſpecies qualitatis. To. 2.pag.50.lib.Prædic.cap 9.n,3.

Actus eſt prior potentia, quia actus eſt neceſſarius, & ſempiternus. Actus purus omni modo eſt prior potentia: actus cum potentia eſt prior natura, & perfectione, ſed eſt poſterior tempore. Dantur etiam quædam, quæ nunquam reducuntur omnino in actum, ſed ſemper remanent in aliquali potentia, vt motus, tempus &c. quæ idcirco ſunt entia imperfectiſſima. Tom.1.pag.98.lib. 2, periherm.cap.3.n 19,

Res dicitur eſſe in potentia, tum quia licet actu non ſit,poteſt tamen ſimul eſſe actu, vt ſtatua, tum quia poteſt eſſe actu ſucceſſiuè, vt dies.Tom,3.pag.85,lib 3 phyſic. cap.9.n.2.

Quot modis res poſſit eſſe in potentia, ac reduci in actum. Tom.3.pag.242. lib,8, phyſic.cap.5 n.12.

Potentia vniuſcuiuſque dicitur ſecundum maximum, & vltimum, quod poteſt. Tom.3. pag 334, lib. 1,de Cœlo cap, 13. num 7.8.9.

Quando excellit operatio, quæ verſatur circa rem maiorem, potentia debet determinari per maximum rei: quando excellit operatio, quæ verſatur circa rem minorem, potentia debet determinari per minimum rei. Ibid,pag.334.n.9.

Ad contraria datur ſimultas potentiæ, non datur potentia ſimultatis. Ibib.pag.336. cap.14.n.5.

Potentiæ vitales ſunt aliquo pacto immateriales. Tom.3.pag.472.lib.de Gen.cap. 12.n.6,

Explicantur aliqua circa potentias animæ Tom.4.pag.250. lib, 2, de Anima cap. 3. 10,11.12.

Quot ſint partes, ſeu potentiæ animæ;quo pacto ordinentur inter ſe, & quo ordine de ipſis ſit agendum. Tom. 4 pag.252. lib.2. de Anima cap.4, per totum,

Potentia dicitur quadrupliciter: potentia actiua, potentia paſſiua, potentia ad bene. & potentia impaſſibilitatis. To. 5. pag.135.lib.5,metaph.cap,12,n.1.2.3,4, & pag, 231,lib,9,cap,2,n,1,3,4,5,.

Potens dicitur proportionaliter ac potentia, & quot modis dicatur. Ibid. pag. 136.n 5,6,7,8,

Potens, & potentia aliquando dicuntur ad ſolum bonum, non autem ad malum. Ibid.pag,131.n,2.

Potentia quo pacto dicatur metaphoricè in geometricis.Ibid.pagin.133. lib. 9, cap.2. nu.41.

Omnes modi, quibus dicitur, potentia, & impotentia, dicuntur per ordinem ad potentiam actiuam. Ibid pag,138.lib.5. cap 12,n.11.& pag.234.lib.9.cap,2

Primo agendum eſt de potentia, & actu, in quantum inueniuntur in ſubſtantijs ſenſibilibus, & mobilibus, deinde de potentia, & actu, in quantum inueniuntur in ſubſtantijs ſeparatis. Tom.5.pag. 232.lib.9.metaph.cap 1.n.1,

Potentia non æquiuoca eſt, per quam aliquid dicitur potens, quia habet aliquod principium agendi,vel patiendi. Tom. 5. pag. 234.lib.9 metaph.cap.2.n.2.

Potentia actiua definitur principium tranſmutationis in aliud prout aliud eſt: potentia paſſiua definitur principium vt ſubiectum tranſmutetur. Ibid. pag. 234. num.2,3.

Potentia actiua, & paſſiua ita differunt, vt quodammodo ſint vna potentia.Ibidem pag.234.num,6.

Potentiæ vitales conueniunt ſolis animatis, & animæ, ac diuiduntur in rationales, & irrationales, ex quibus potentiæ irrationales parum differunt à mere naturalibus. Tom,5.pag 235.lib.9.metaph. cap 3.nu.1.

Ad potentias rationales reducuntur omnes artes,

artes, & ſcientiæ practicæ, ac differunt ab irrationalibus per hoc, quod potentiæ rationales ſunt potentiæ vtriuſque contrarij, ſecus irrationales. Ibid. pag 235. num 2,3,4,5,6.

Oſtenditur contra megaricos potentias dari etiam, cum non datur actus. Tom. 5, pag. 236. lib. 9. metaph. cap. 4. per totum.

Potentiæ nobis inſitæ à natura, vt potentia viſiua, præcedunt actus, ac non poſſunt acquiri per actus: at potentiæ, quæ acquiruntur aſſuetudine, non poſſunt acquiri niſi per actus, & poſt actus Tom. 5, pag. 240, lib. 9. metaph. cap. 6, num. 1. & pag. 245. cap. 9. num. 3,4.

Quo pacto potentiæ præcedentes actum reducantur ad actum, & quod diſcrimen quoad hoc intercedat inter potentias rationales, & irrationales. Ibid. pag. 240. lib. 9 cap. 6. num. 2,3,4,5.

In qua diſpoſitione debeat aliquid exiſtere, vt dicatur eſſe in potentia Tom. 5. pag. 242. lib 9. metaph. cap. 8 per totum.

Omnis potentia eſt potentia contradictionis, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid. Tom. 5, pagin. 247. libro 9. metaph. capit. 10 num. 8.

Quæ habent potentiam ad eſſendum, & non eſſendum, dum agunt, patiuntur, ideoque paulatim corrumpuntur. Ibid. pag. 248. num. 15.

Vide actus.

POTENTIA infinita. Oſtenditur, quod ad mouendum tempore infinito requiritur potentia infinita. Tom 3. pag. 279. lib 8. phyſic. cap. 17, per totum.

Oſtenditur potentiâ infinitâ non poſſe eſſe in magnitudine finita, & proportionaliter virtutem finitam non poſſe eſſe in magnitudine infinitâ. Ibid. pag. 281. cap. 18. per totum.

Potentia infinita non poteſt eſſe in magnitudine, ideoque eſt incorporea. Tom. 3. pag. 286. lib 8, phyſic. cap. 20. n. 1.

POTENTIA Ciuilis. potentes Ciues. Nimia alioquorum potentia quo pacto ſit cauſa ſeditionum, & mutationum in politijs To. 2, pag 670, lib. 5. polit. cap. 2. num. 3.

Ad conſeruationem Reipublicæ cauendum eſt, ne aliqua pars vel aliquis ciuis euadat nimis potens. Tom. 2. pag. 687, lib. 5. polit. cap. 8. num 9 11.

Qui ſint mores potentium. Tom 1. pag. 796, lib. 2, Rhet. cap. 17. per totum.

Potentes ſunt meliores diuitibus. Ibid. pag. 797. num. 1.

Potentes ſunt cupidiores honoris, fortiores & ſtudioſiores diuitibus. Ibidem num. 1. 2.

POTESTAS. Omnis poteſtas eſt eligibilis propter id, cuius eſt poteſtas. Tom. 1, pag. 500, lib, 4. Top. cap, 5, n, 7, 8.

POTVS. Potio. Quia citius fit tranſitus ad ſtatum naturæ conuenientem per potum, quam per cibum ideo voluptas potus eſt maior, quam voluptas cibi. Tom. 1. pag. 736, lib. 1. Rhet. cap. 11, num. 1.

Quo pacto varia animalia bibant, ſeu potum ſumant. Tom. 3, pag. 950, lib. 8, de Hiſtor. animal cap 6, num. 1.

Licet cætera animalia ſæpius ſumant cibum, quam potum, tamen homo quia eſt calidiſſimus ſæpius ſumit potum, quam cibum. Tom. 5, pagina 546, ſect. 10. prob. num. 55.

PRACTICA, practicum. Proponitur diuiſio rationis in ſpeculatiuam, & practicam, & quid vtraque ſit. Tom. 2, pag. 158, lib. 6, Ethic. cap. 1, num. 3, 4.

Ratio practica eſt, qua verè iudicamus aliquid eſſe agendum, & eſt principium electionis, & actionis. Ibid pag. 158. cap. 2. num. 1, 2.

Opus proprium rationis etiam ſpeculatiuæ eſt cognitio vera. Ibid. pagina 160, num. 3.

Intellectus practicus, qui eſt principium prudentiæ, circa quæ verſetur. Tom. 2. pag. 176, lib. 6, Ethic. cap. 11, num. 3.

Intellectus practicus eſt principium, & finis demonſtrationum practicarum. Ibidem pag. 176 num. 5.

Ratio practica diuiditur in vniuerſalem, & particularem, & vel vtraque mouet ad agendum, vel mouet ratio particularis. Tom. 4, pag. 325. lib. 3. de anima capit. 10, num. 6.

Diſcurſus ſpeculatiuus habet pro fine ſolam cognitionem: diſcurſus practicus habet pro fine etiam actionem. Tom. 4, pagina 418, lib. de motu animalium capit. 4, num. 2.

Scientiæ ſpeculatiuæ ſunt nobiliores practicis, quia ſpeculatiuæ quærunt ſcire propter ſcire, practicæ quærunt ſcire propter operari. Tom. 5, pag. 301, lib. 11. Metaph. cap. 8, num. 6.

Vide Ars.

PRÆCOGNITA. Ad habendam ſcientiam concluſionis debent tria præcognoſci, ſubiectum concluſionis, prædicatum con-

conclusionis,& principia. Duo verò sunt genera præcognitionum: quod est, & quid est. Explicatur. Tom.1,pag.288,lib. 1.Post.cap.1, num.2, 3.

PAÆCORDIA. Vide Diaphragma.

PRÆDICABILE. Notitia quinque prædicabilium est necessaria ad logicam.Tom. 1, pag.5, lib. Prædicab.cap 1. num.1.

Quinque prædicabilia in quibus conueniant,ac differant inter se.Tom.1, pag.18, lib. Prædicab cap.7, per totum.

Quinque prædicabilium possibiles sunt non viginti,sed decem solum combinationes. Ibid.pag.23, num.30.

PRÆDICAMENTVM. Decem prædicamenta sunt decem genera generalissima, ac non conueniunt vniuocè in ratione entis, siquidem ens non est genus, nec est vniuocum Tom.1, pag.11, lib.Prædicab. cap.3, num.8.

Quænam in prædicamento ponantur vt subiecta, vel vt prædicata. Tom.1. pag. 31, lib prædic. cap.2, num.1.

Proponitur diuisio entis in decem prædicamenta. Ibid. pag.33, cap. 5, numer. 2. & pagina 429, lib. 1. Topic. cap. 7, numer 4, 5, 6.

Prædicamenta præcisè non significant affirmationem, neque negationem. Ibidem pag.33. num.2.

PRÆDICATIO, prædicata. Proponuntur regulæ prædicationum. Tom. 1. pag. 11. lib. Prædicab. cap.3. num.8.

Ostenditur rationes, propositiones, & problemata dialectica versari circa quatuor prædicata, quæ sunt definitio, proprium, genus, & accidens, Tom.1, pag.433,lib. 1. Topic. cap.3, per totum.

Quæ prædicantur de superioribus, prædicantur etiam de inferioribus.Tom 1,pag. 31. lib. Prædicam. cap.3.num.3.

PRÆGNANTES. Prægnantes neque debent desidia pigrescere, neque debent vti cibo nimis tenui, quia cum fœtus alimentum trahat ex matre, si desidia pigrescunt,alimentum non erit satis concoctũ, si vtuntur cibo nimis tenui, non sufficit fœtui. Tom.2. pag.768, lib. 7, Polit.cap. 7, num.9.

In mulieribus recepto semine, vterus statim clauditur, ac manet clausus vsque ad mensem octauum,quo aperitur,si fœtus sit vitalis. Tom.3, pag. 923, lib. 7, de Hist. anim. cap.4, num.1.

Mulieres postquam conceperint, sentiunt quamdam grauedinem,obtenebrationem visus, capitis dolores, nauseam cibi, vomitum,&c.Ibid. pag.923, num.2,

Mulieres solent peius se habere, cum conceperunt fœminam. Ibidem pagin.923, num.3.

Mulieres prægnantes solent capi ap petitu multarum rerum. Ibid. pagina 923. numer.4.

In prægnantibus defluunt pili congeniti. Ibid.pag.923, num.5.

Mulieres videntur parturire, antequam adueniat tempus parieudi.Ibidem pagina 924, num.6.

Quare fœminæ aliorum animalium bene valeant, quando sunt grauidæ, mulieres cum sunt grauidæ, malè valeant præsertim initio, tempore procedente melius se habeant: & cur aliquæ mulieres grauidæ melius valeant. Tom. 4, pag. 625, lib, 4, de Generat. animalium capit 6, num.9, 10, 11.

De temporibus, quibus animalia gestant in vtero. Tom.4,pag.630, lib. 4, de Gen. anim.cap.10, per totum.

PRÆMIA.

Quare antiqui statuerint præmia certaminibus corporum, non autem certaminibus sapientiæ. Tom.5, pag.744. sect. 30. prob. num.10.

Græci non constituerunt præmia certaminibus sapientiæ, tum quia difficile est de sapientibus iudicare; tum quia ex prælatione orirentur magnæ inimicitiæ;tum quia non potest inueniri præmium præstantius sapientia, præmium autem debet esse præstantius merito. Ibidem numer.10.

PRÆMISSAE. Præmissæ demonstrationis debent esse veræ, primæ, immediatæ, notiores, priores, & causæ conclusionis. Tom.1,pag.192, lib.1. Post. cap.2. num. 4,5,6,7,8,9.

Vide propositio.

PRAEPVTIVM. Præputium quid sit. Tom. 3, pag.714, lib. 1. de Hist.animal. cap. 13, num.2.

PRAESAGIVM. Vide diuinatio.

PRAESENS. Vide nunc, Instans.

PRAESTER. Præster est spiritus extrusus à nube,qui quia est subtilior,per motum, & attritionem accenditur, & aerem ambientem aliqualiter accendit, & colorat, ac per hoc differt à procella, quæ non accenditur. Tom.3, pag. 628, lib. 3. Meteor. cap.1. num.6.

PRAETERITVM. Memoria est præteriti

Digitized by Google

vt præteriti. Præteritum autem primo, & per ſe cognoſcitur per phantaſiam. Tom.4, pagina 371, lib.de Mem.& Rem. cap.1, num 6.7.

PRAETOR. Vide Iudex

pRAVVS. Vide malus, Vitioſus.

PRESSIBILIA. Preſſilia. Preſſilia ſunt quæ pulſu poſſunt in ſe ipſa recedere ſuperficie integra, & non diuiſa verſus profundum. Tom.3, pag.679, lib. 4, Meteor. cap.9, num.16.

Propter quam cauſam corpora ſint preſſilia. Ibid.

PRIMADAE piſces. Primadæ ſunt piſces, qui ſe abdunt in cœno. Vere prodeunt ex cœno,& terræ appropinquant coeundi & pariẽdi gratia,& tunc grauidæ,capiuntur &ſunt optimæ ad comedendũ.Cũ fœtus ſunt parui, difficile capiuntur: at tempore æſtatis, quo fœtus creuere,atque ab aſilis agitantur, capiuntur in magna copia Tom.3, pag, 961, lib. 8, de Hiſt anim.cap.15, num.5.

PRINCIPII petitio. Vide petitio.

PRINCIPIA cognoſcendi,& ſciendi.Principia propria ſcientiarum ſunt, quæ nota ſunt illarum profeſſoribus. Tom. 1, pag. 196, lib.1, Prior cap.28,num.28.

Principia demonſtrationum ſunt propoſitiones immediatæ, & quid ſint propoſitiones immediatæ. Tom. 1. pag. 293, lib. 1, Poſt. cap.2, num.10.

Principia diuiduntur in poſitiones, & dignitates, & in ſuppoſitiones, ac petitiones, & quid ſint. Tom.3, pag.294, lib. 1, Poſt. cap.2. num.12, & pag.314, capit.11 num 1,2,3,4,5.

Principia ſunt priora, & notiora concluſionibus ſcitis, ac demonſtratis. Ibidem pag. 294. num.13.

Ad ſcientiam requiritur,vt ſciens nihil oppoſitum principijs magis credat, quam principia. Ibidem pagin, 294, numer. 13.

In principijs non proceditur in infinitum, ſed peruenitur ad propoſitiones immediatas. Ibid pag.296. num 13.

Demonſtratio conſtare debet ex principijs, ſeu præmiſſis neceſſarijs, & per ſe Tom. 1. pag 303. lib.1. Poſt cap.6, per totum.

Demonſtratio conſtrare debet ex principijs proprijs, & eiuſdem generis. Ibid pagin. 306,cap.7, per totum.

Demonſtratio non debet conſtare ex principijs communibus.Tom.1, pag.310. lib. 1 Poſt. cap.9, per totum.

Diuiſio principiorum in propria, & communia: quid ſint, & quo pacto illis vtantur ſcientiæ. Ibidem pag.312, cap.10 per totum.

Quo pacto ſcientiæ vtantur principijs de contradictorijs. Tom.1. pag.316. cap. 11, num. 1, 2.

Quo pacto ſcientiæ,ac præſertim metaphyſica, ac dialectica vtatur principijs communibus.Tom.1. pag.316, lib.1,Poſt.cap. 11. num.1,2.

Non eadem ſunt principia omnium ſyllogiſmorum, & demonſtrationum. Tom.1, pag.366, lib.1, Poſt. cap.23, per totum.

Principia non ſunt multo pauciora concluſionibus. Ibid.pag.368,num.6.

Principia propria ſunt eiuſdem generis cum ſubiecto ſcientiæ Ibid, pag.367, num.4,

Principium incomplexum demonſtrationis eſt medium, principium complexum ſunt præmiſſæ. Tom. 1, pagina 414, lib.2, Poſt. cap.11, num.1,

Habitus principiorum non eſt nobis ingenitus, ſed acquiſitus de nouo. Ibidem pag. 414,num.4,5,6.

Habitus principiorum acquiritur per ſenſus & per inductionem ſingularium. Ibidem pag.115, num.7,8,9.

Principia immediata cognoſcimus per cognitionem eiuſdem generis, & non per habitum ſcientiæ. Ibidem pag.416, num. 10, 11.

Habitus principiorum eſt certior habitu ſcientiæ. Ibid. pag.414, num.3:

Principia difficile probãtur, & quare. Tom. 1, pagina 585, lib.8. Top. capit.3, numer. 12, 13.

Principium licet ſit mole minimum, tamen eſt maximum virtute, cum contineat totum, vt accidit in ſeminibus.Tom.1, pag. 678, lib.2, Elench. cap 8, num.5.

Principia artium ſunt inuentu difficillima: facile deinde eſt inuentis principijs addere,& artes perficere. Ibidẽ pagina 678 num.5.

Principia ita ſe habent in ſpeculabilibus, ſicut finis in agibilibus. Tom.3, pagina 63. lib. 2, Phyſic, cap.10, num.3,4

Paruus error in principio fit longe maior in progreſſu. Tom.3, pag.301, lib.1, de Cœlo cap.5, num.1.

Circa principia ſciendi, quæ ſunt veluti ianua, non ſolemus errare,ſed ſolemus errare circa concluſiones.Tom.5. pagin.49. lib 3.

lib,2. metaph.cap.1,num.1.
Principia demonſtrationis, ac præſertim duo principia de contradictorijs an conſiderentur à metaphyſica,& an colligãtur per definitionem, vel potius per demonſtrationẽ. To.5,pag.60,lib.3.metaph.cap. 3, num.4,5,6,7. & cap.5, num.2, & pag. 88. lib.4, cap 3, num,1,2,3,4, & pag.284 lib 11, cap.1, num.1 2 3.
Afferuntur tres conditiones primi principij, & oſtenditur principium de contradictorijs eſſe omnium primum, & certiſſimum, ac non poſſe demonſtrari oſtenſiuè, poſſe redargutiuè,ac poſſe negari ſolum ore, non mente. Tom.5, pagina 89, lib.4, metaph. cap.3, n.5,6,7, & capit. 4, num.1,2, & 7, & pagina 273, lib.11, cap. 5, num.1,2,3.
Oſtenditur redargutiuè principium de contradictoriis non poſſe eſſe falſum. Tom. 5 pag.19 , lib.4, Metaph. cap.4, à num. 3. vſque ad finem. Et lib 11, pag.294,cap. 5, num.4,5,6,7.
PRINCIPIA eſſendi. Principium cuiuſcumque rei eſt maximum , ſiquidem eſt dimidium totius, Tom.5. pagina 529. ſect.10, prob.num.15.
Principium licet ſit mole minimum, tamen eſt maximum virtute, cum contineat totum, vt patet in ſeminibus. Tom.1,pagina 878, lib 2 Elench. cap.8,num 5.
Principium eſt quod , quod ex neceſſitate non eſt poſt aliud , cætera verò poſt ipſum nata ſunt eſſe, aut fieri. Tom. 1,pag. 907. lib. poet. cap 5, num 4,
Proponuntur ſententiæ de principijs. Tom. 3.pag.6.lib.1.phyſic.cap.2 num 1,2,& pag. 15. cap 5, per totum .
Proponitur, & examinatur opinio Anaxagoræ, qui poſuit infinita principia. Ibid. pag.16, cap.6. per totum .
Omnes antiqui poſuerunt principia contraria, & affertur ratio, cur principia debeant eſſe contraria . Tom. 3, pagina 19. lib.1. phyſic. cap.7, per totum .
Ad principia requiruntur tria , vt non fiant ex aliis, vt non fiant ex alterutris , & vt ex ijs fiant omnia. Ibid.pag.20,num.2.
Quot, & quæ ſint principia rerum naturalium. Tom.1, pag. 12. lib.1. phyſic. cap. 8, & 9, per tota .
Principium non poteſt eſſe vnum tantum, neque poſſunt eſſe infinita principia rerum naturalium. Ibid. pag.22, num.2, 3, 4, 5,6, 7,
Principia non debent eſſe duo tantum , nec plura tribus, ſed tria. Ibid. pag.23. num. 8. & ſequ.
Oſtenditur principia aliquo pacto eſſe duo , aliquo pacto eſſe tria. Tom.3,pagin.25, lib.1.phyſic.cap.8, per totum .
Principia per ſe ſunt duo tantum, materia & forma priuatio eſt tertium principium per accidens Ibid. pag.28 num.11, 12.
Referuntur ſententiæ antiquorum de principijs generationis.To.3. pag 444. lib. 1. de Gen cap.1,num.1 5.
Præter duo principia intrinſeca,quæ ſũt materia, & forma, datur tertium principium mouens,atq; etiam in Cœleſtibus dantur tria principia Tom.3. pag 517. lib.2, de Gen. cap 9 ,num 1, 2, & 3.
Reiicitur opinio Platonis dicentis principia generationis eſſe ideas ſeparatas. Ibidem pag.518, num.4,6,7.
Reiicitur opinio dicentium principium effectiuum generationis,& motus eſſe ipſam materiam. Ibidem pag. 518.num. 8, 9, 10, 11, 12.
Oſtenditur cauſam efficientem generationis, & corruptionis eſſe motum Zodiaci . Tom. 3, pagina 519, lib.2, de Gen. capit. 10, per totum .
Quia principium licet mole ſit paruum, tamen virtute eſt maximum , ideo parua facta mutatione in principio, fit magna mutatio in reliquis.Tom.4, pag.443, lib. 1.de Gen anim. cap.2, num.7.
Etiam ſempiternorum dantur principia, Principium ſempiternorum immobilium eſt quidditas, ſiue eſſentia : principia eorum, quæ fiunt, ſunt quatuor cauſæ . Tom. 4, pag. 529, lib. 2. de Gen. anim. cap.9. num.57.
Ad principia videntur requiri quatuor conditiones , propter quas quidam antiqui poſuerunt principia ſolum in genere materiæ Tom.5, pag. 12, lib. 1. Metaph. cap.3, num.3.
Thales exiſtimauit primum principium eſſe aquam, Anaximenes aerem , Hippaſus ignem,Empedocles quatuor elementa. Tom.5, pag. 13, lib. 1. Metaph. capit. 3, num.5, 6, 7, 8.
Examinantur opiniones relatæ . Ibid. pag. 29, cap.8, per totum .
Anaxagoras putauit principia eſſe infinita ſpecie. Tom. 5, pag. 14, lib. 1. Metaph. cap.3, num.10.
Examinatur relata opinio Anaxagoræ Ibid. pag.32, cap.9, per totum .

Referuntur opiniones antiquorum de principio efficiente, & oſtenditur quam imperfectè de ipſo egerint. Tom. 5, pag. 14. lib. 1, Metaph. cap. 4, num 1, 2, 3, 4, 5, 6.

Referuntur ſententiæ Leucippi, atque Democriti, qui dixerunt principia rerum eſſe plenum, & vacuum. Tom. 5, pag. 18, lib. 1. Metaph. cap. 4, num. 7.

Referuntur ſententiæ Pythagoreorum dicentium principia rerum eſſe numeros. Tom. 5, pag. 18, lib. 1 Metaph. cap. 5, per totũ.

Examinatur eadem opinio. Ibid. pagin. 33. cap. 10, per totum.

Refertur opinio Platonis circa ideas, & principia. Tom. 5. pag. 24, lib. 1, Metaph. cap. 7. num. 1. vſque ad 7.

Examinatur eadem eadem opinio. Ibidem pag. 35. cap. 11 per totum.

Oſtenditur antiquos non potuiſſe aſſignare vllum principium, quod non reducatur ad quatuor cauſas. Tom. 5. pag. 38, lib. 1 metaph. cap. 7, à num. 9, vſque ad 14.

Aliqui ex antiquis poſuerunt duo prima principia efficientia, alterum bonum, alterum malum, quod ſit cauſa malorum. Tom. 5, pag. 16, lib. 1. metaph. cap. 4, num. 4.

Quidam Pythagorici poſuerunt decem combinationes principiorum contrariorum, quorum alterum ſpectat ad perfectionem, alterum ad imperfectionem. Tom. 5, pag. 21, lib. 1, metaph cap. 5. num. 5, 6.

Oſtenditur principia communia omnium rerum non poſſe eſſe corporea. Tom. 5, pag. 29, lib. 1, metaph. capit. 8, num 2, 3, 4.

Principia eſſendi an ſint eadem numero, vel eadem ſpecie, ac numero diuerſa; & vtrum eadem ſint principia corruptibilium, & incorruptibilium. Tom. 5, pag. 70, lib. 3, metaph. cap. 6, à num. 1. vſque ad 11. & pag. 288. lib. 11, cap. 2 numer. 4, & 9.

Principia an ſint ſolum potentia, vel actu, & an ſint vniuerſalia, vel ſingularia. Tom. 5, pagina 80. lib. 3. metaph. cap. 10. per totum.

Principium quot modis dicatur. Tom. 5, pag. 111, lib. 5. metaph. capit. 1, num 1, 2, 3, 4, 5.

Principium eſt primum, vnde res aut eſt, aut fit, aut cognoſcitur, & diuiditur in intrinſecum, & extrinſecum. Ibid. pagin. 112, num. 6, 7.

Principia an ſint ens, & vnum; an lineæ, & ſuperficies ſint principia corporum: vtrum principia ſint ſubſtantiæ; & vtrum detur aliquod principium præter compoſitum ex materia, & forma. Tom. 5. pagina 288, lib. 11. metaph. capit. 2, num. 5, 6, 7, 8.

Vtrum, & quo pacto ſint eadem principia ſubſtantiæ, & aliorum generum. Tom. 5, pagina 325, lib. 13 metaph. capit. 4, per totum.

Principia intrinſeca omnium generum ſunt eadem proportionaliter, at non ſunt eadem omnino, ac reducuntur ad materiã, formam, & priuationem. Ibidem pagin. 326, num. 4,

Præter tria principia intrinſeca datur quartum principium extrinſecum efficiens & mouens, quod etiam eſt idem non omnino, ſed proportionaliter omnium generum. Ibid. pag 326, num. 5.

Principium efficiens reduci poteſt ad formam, cum agens agat per formam, ideoque omnia principia comprehenduntur in materia, forma, & priuatione: & poſſe etiam dici, quod principia omnium proportionaliter eadem ſunt duo, hoc eſt actus, & potentia. Ibid. pag. 326, num 6, 8, 9.

Principia ſimpliciter prima ſunt eadem omnium, cũ deueniatur ad primum mouens immobile, & ad prima principia ſubſtantiarum, & corporum Cœleſtium. Ibidem pag. 327, num 7.

Oſtenditur primum principium habere optimam, ac delectabiliſſimam vitam, eſſe ſuam vitam, & intellectionem, & eſſe omnino immobile. Tom. 5, pagina 337. lib. 12. metaph. cap. 7, per totum.

Ex eo, quod à primo principio effluat tota bonitas, & pulchritudo, infertur illud eſſe optimum, & pulcherrimum. Ibid. pag. 399, num. 5, & pag. 406. lib. 14 cap. 6. à numer. 1. vſque ad 6, & pagin. 409, num. 13.

Reijciuntur opiniones antiquorum, qui dixerunt prima omnino principia eſſe contraria, puta bonum, & malum, litem, & amicitiam &c. Tom. 5, pag. 349, lib. 12, metaph. cap. 10, num. 4, & ſeq.

Malum non poteſt eſſe principium. Ibid. pag. 349, num. 7.

Principia non poſſunt eſſe ſeparata, & inconnexa, Ibid. pag. 353. num. 17.

Oſtenditur prima principia ſubſtantiarum immobilium non poſſe eſſe contraria. Tom. 5, pag. 393, lib. 14. metaph. cap. 2, 3, 4. per tota.

Examinantur, ac reijciuntur opiniones eorum, qui dixerunt numeros eſſe principia

pia rerum. Tom. 5, pag. 401, lib. 14. metaph. cap. 5, per totum.
Vtrum bonum, & optimum ſit ipſum primum principium, an potius ſit aliquid poſterius primo principio. Tom. 5, pag. 406, lib 14. metaph. cap. 6. per totum.
Prima principia vniuerſi debent eſſe perfecta, non autem imperfecta, & ſicut ſemina. Ibid. 409, num. 13.
PRISTES. Priſtes, qui ſunt piſces quidam longiſſimi, ab initio non concipiunt ouum, ſed fœtum, ideoque in nullo eorum, vnquam inuentum eſt ouum. Tom. 3, pag. 885. lib. 6. phyſic. cap. 12. num. 1.
PRIVATIO, priuatiua. Cum ex oppoſitis priuatiuè vnum dicitur multipliciter, etiam aliud dicitur multipliciter. Tom. 1 pag 439. lib. 1, top. cap. 13, num. 8.
Priuatio eſt tertium principium per accidens. Tom. 1, pag. 29, lib. 1. phyſic. cap. 9, num. 12.
Quo pacto priuatio differat à materia, & quo pacto antiqui errauerint confundentes priuationem cum materia. Tom. 3, pagina 33, lib. 1. phyſic. capit. 14, num. 2, 3, 4, 5, 6.
Priuatio videtur mala, & non ens. Ibidem pag. 34, num. 50.
Diuiſio, per quam genera diuiduntur per formam, & priuationem, videtur inconueniens. Tom. 4, pag. 16, lib. 1. de part. anim. cap 3. num. 1, 2, 3, 4.
Aliquando poſſumus vti priuationibus vt differentijs, loquendo in ſenſu vulgi. Ibid. pag. 20. num. 12.
Proponitur locus ex priuatiuis in problemate accidentis. Tom. 2, pag. 462, lib. 2. topic. cap. 3. num. 12.
Si duo opponuntur vt habitus, & priuatio, ſi ad habitum ſequitur habitus, ad priuationem ſequitur priuatio. Ibid.
Proponitur locus ex priuatiuis in problemate generis. Tom. 1, pag. 494, lib. 4, Topic. cap. 4, num. 5.
Locus ex priuatiuis in problemate proprij eſt: ſi habitus eſt proprium habitus, priuatio eſt proprium priuationis. Tom. 1, pag. 523, lib 5, Topic. cap. 3, num. 4.
Priuatio debet definiri per habitum, non è conuerſo, quia priuatio cognoſcitur per habitum, non è conuerſo. Tom. 1. pagina 553. lib. 6, Top. cap. 2. num. 17,
In definitione priuationis debet exprimi ſubiectum & habitus, cuius eſt priuatio. Ibid. pag. 554, num. 39.
Quot modis dicatur priuatio, tum ex diuerſitate aptitudinis, quam connotat in ſubiecto, tum ex diuerſitate negationis. Tom. 5, pag. 150, lib. 5. metaph. capit. 22, num. 1, 2, 3, 4, 5.
Quando nam res dicatur fieri ex priuatione, ſeu ex priuato. Tom. 5, pag. 187. lib. 7. metaph. cap. 8, num. 10.
Priuatio, & priuatum dicitur primo quod quomodocunque caret potentia: ſecundo quod caret potentia, quam eſt aptum habere, licet non ſit aptum habere tunc: tertio quod caret potentia per vim, & violentiam. Tom. 5, pag. 234, lib. 9. metaphyſic. cap. 2. num. 7, & pag. 269, lib. 10, cap. 7, num 1.
Contraria participant eamdem naturam genericam, at purè priuatiua non participant eamdem naturam genericam. To. 5, pag, 262, lib. 10. metaph. capit. 5, numer. 2,
Oppoſitio priuatiua includit contradictionem, cum dicat affirmationem, & negationem, & ſubiectum aptum recipere formam. Tom. 5, pag 268, lib. 10. metaph. cap. 7, num. 2.
Omnis contrarietas eſt quædam oppoſitio priuatiua, non autem è conuerſo. Ibidem num. 2.
Quo pacto in contrarijs habentibus medij debeat ſumi priuatio. Tom. 5, pag. 291, lib. 11. metaph cap. 3, num. 2,
Materia, forma, & priuatio ſunt prima principia. Tom. 5, pag. 316, lib. 12. metaph cap. 4, num. 4, 5, 6.
PRIVATIVE oppoſita. Vide oppoſita.
PRIVS. Prioritas. Prius dicitur quinque modis, nimirum tempore, à ſubſiſtendi conſequentia, ordine, dignitate, & natura, ſiue cauſalitate. Tom. 1, pag 60. lib. Prædicam. cap. 13. per totum.
Finis, & quæ ſunt gratia finis, ſunt mutuo priora, ſed diuerſo modo prioritatis. Nam finis eſt prior eſſentia, natura, & intentione quæ ſunt gratia finis, ſunt priora generatione. Tom. 4. pag. 527, lib. 2, de Gen. anim. cap. 4, num. 58.
Prius eſt, quod eſt propinquius alicui primo quod ſupponitur dari in quolibet genere. Tom. 5, pag. 133, lib. 5. metaph. cap. 11, num. 1.
Explicantur ſeptem modi prioritatis, qui ſunt prioritas in loco, in tempore, in motu, in potentia motiua, in ordine diſcretorum, in cognitione, & in natura, atque ſubſtantia. Ibid. pag. 133, num. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8.

Quæ poſſunt eſſe ſine alijs, & non è conuerſo, dicuntur priora. Tom. 5, pag. 193, lib. 7. metaph. cap. 14, num. 5, & pag. 357 lib. 13. cap. 2. num. 17,

Priora definitione ſunt, quæ includuntur in definitione aliorum, non è conuerſo. Tom. 5, pag. 357, lib. 13. Metaph. cap. 2 num. 17.

Quo pacto debeat ſumi prius, & poſterius in tempore. Tom. 5, pagin. 612, ſect. 17. prob. num. 3.

PROBABILE. Probabilia ſunt, quæ videntur vel omnibus, vel pleriſque, vel ſapientibus, atque his vel omnibus, vel pleriſque, vel maximè notis, & claris. Tom. 1, pag. 421, lib. 1. Top capit. 1, numer 6.

Non quidquid videtur probabile verè eſt probabile. Ibid. pag. 422, num. 7.

Proponuntur quædam loca topica de probabili Ibid. pag. 431, cap. 8, numer. 2, 3, 4, 5.

Propoſitiones probabiles vnde ſint ſumendæ. Tom. 1, pag. 435, lib. 1. Topic. cap. 12 num. 1, 2, 3, 4.

Fabula tragica debet eſſe probabilis, ſeu veriſimilis. Tom. 1, pagin. 909, lib. Poet. cap. 7, num 1, 2.

Poeta contemplatur veriſimile, ſeu probabile in vniuerſali. Ibid. num. 2.

Poeta debet potius narrare impoſſibilia, & veriſimilia, quam poſſibilia, & inueriſimilia. Tom. 1 pag. 949 lib. Poet. cap 22, num 11, 12.

Vide Veriſimilia.

PROBATIONES Rhetoricæ. Probationes ſunt præcipuæ in Rhetorica: excitationes affectuum, & amplificationes ſunt minus præcipuæ. Tom. 1, pag. 683 lib. 1, Rhet. cap. 1, num. 4, 5, 6, 7.

Ars probandi haurienda eſt ex fontibus logicæ. Ibid. pag. 687, num. 10, 11, 12.

Diuiſio probationum in artificiales, & inartificiales, & quid ſint. tom. 1. pag. 690, lib. 1. Rhet. cap. 2. num. 2, 3.

Diuiſio probationum artificialium in eas, quæ habent vim perſuadendi propter mores dicentis, & in eas, quæ habent vim propter res, quæ dicuntur. Ibid. pag. 690. num 3.

Probationum artificialium ſunt quinque genera: leges, teſtes, pacta, quæſtiones, ſeu torturæ, & iuſiurandum. Tom. 1, pag. 752, lib. 1, Rhet. cap. 15. per totum.

Probationes rhetoricæ ſunt enthymema, & exemplum. Tom. 1, pag. 692, lib. 1, Rhet. cap. 2, num. 5. 6.

PROBLEMA. Problema dialecticum eſt aliquid contemplationi, & diſquiſitioni propoſitum: definitur, & explicantur eius ſpecies. tom. 1, pag. 432. lib. 1. topic. cap. 9, num. 1, 2, 3, 4. 5.

Quæ problemata vocanda ſint in diſputationem dialecticam. Ibidem pagina 473, num 9.

Non omnia problemata vocanda ſunt in diſputationem dialecticam, ſed illa ſolum de quibus dubitantes indigent ratione, per quam inſtruantur, non autem illa, de quibus dubitantes indigent pœna: ex. gr. non eſt diſputandum, vtrum oporteat Deum honorare, vel parentes diligere. Ibid. pag. 433, num. 9.

Problema quo pacto differat à theſi. Ibid. 433, num 7.

Problemata particularia accidentis quo pacto poſſint conſtrui, vel deſtrui, ſeu ſint definita, ſeu indefinita. Tom. 1. pag. 481, lib. 3. Topic. capit. 4, num. 10, 11, 12, 13. 14.

Comparantur problemata de accidente, genere proprio, & definitione; & explicatur quænam facilius, vel difficilius conſtruantur, vel deſtruantur. Tom. 1, pag. 571, lib. 7. Top. cap. 2. per totum.

PROBVS, Probitas. Quare probi ſæpius quam improbi paupertate laborent. tom. 5, pag. 727. ſect. 29. prob. num. 4,

Vide Bonus, Virtus.

PROCELLA. Duplex eſt procella: Prima eſt ſpiritus fluens ex nube cum violentia ad terram: ſecunda eſt motus ſurſum, ac deorſum cuiuſcunque venti, qui propter violentiam alterius venti in ipſum incidentis determinatur ad motum ſurſum. & deorſum. Tom. 3, pag. 609, lib 2. meteor. cap. 6 num. 14.

Boreas, Traſcias, & Argeſtes quia ſunt impetuoſiſſimi, procellas ciuſant, præſertim tempore veris, & autumni. Ibidem.

Cum ſpiritus, ſeu ſicca exhalatio craſſior tota ſimul excernitur à nube in magna copia, ac deorſum extruditur, fit procella. Tom. 3. pag. 624, lib 3, meteor. cap. 1 num. 2.

Procellæ non ſolent fieri temporibus aquilonijs, & niualibus, quia temporibus valde frigidis frigus prævalens extinguit exhalationes calidas. Ibidem pagina 625, num 4

PROCESSVS in infinitum. In demonſtratio-

Digitized by Google

tionibus non potest procedi in infinitum sursum, neque deorsum, neque quoad media, neque in affirmatiuis, neque in negatiuis, neque in prædicatis superioribus, & superioribus, neque in subiectis inferioribus, & inferioribus. Tom. 1. pag. 337, lib. 1, post. cap. 16. per totum.

Ostenditur in mouentibus, & mobilibus nõ posse procedi in infinitum ascendendo, neque descendendo. Tom. 3, pagina 244, lib. 8, physic. cap 6, per totum.

Ostenditur impossibilem esse processum in infinitum in quolibet genere causarum, adeoque dari primam causam in quolibet genere. Tom. 2, pag. 48, lib. 2. metaph. cap. 2. per totum.

PROCREATIO. Vide generatio.

PRODICVS. Prodicus insignis sophista iactabat se habere quamdam demonstrationem, qua qui vteretur, ex omnibus causis victor euaderet, eamque drachmis quinquaginta docere consueuerat, & cum auditores dormientes videbat, vt ad nouam eos attentionem excitaret, promittebat se aliquid ipsis dicturum ex illa sua quinquaginta drachmarum demonstratione. Tom. 1. pag. 872, lib. 3, Rhet. cap. 10, num. 11.

Excrementa vtilia ſanguinis primo concocti in hepate ſunt pituita, atra, & flaua bilis: excrementa vtilia ſanguinis vltimo concocti eſt ſemen. Ibid. pag.469, num. 34, 35.
Omnia membra gignuntur, & augentur ex ſanguine vltimo concocto, digeſto, & membris diſtributo. Tom.4. pag.473, libro 1. de gen. anim.cap.19, num.3.
Natura ex partibus puriſſimis ſanguinis mẽſtrui facit partes primarias fœtus, hoc eſt carnem,

carnem, & ſenſoria ſenſuum; ex reſiduo eiuſdem ſanguinis menſtrui facit partes ſecundarias, hoc eſt oſſa, neruos, pilos, vngues, vngulas, &c. Tom. 4. pag. 534, libro 2. de gen. anim. cap. 4. num. 80. & ſeq.

Alimentum vltimum, ex quo fiunt, & nutriuntur partes animalium, habet naturam ſanguinis. Tom. 4. pag. 691, lib. de iuu. & ſen. cap. 10. num. 2.

Quo pacto ſanguis in corde ebulliens cauſet motum reſpirationis. Tom. 4. pagina 708, lib. de iuu. & ſen. cap. 15, num. 8. & ſequ.

Quare inter omnia animalia homini ſoli ſanguis defluat ex naribus. Tom. 5. pag. 525, ſect. 10, prob. num. 2.

Sanguis è naribus effluens ſiſtitur aqua frigida in faciem infuſa, quia facit, vt calor ſuperficialis, qui ſanguinem liquefaciebat, recedat verſus partes interiores. Tomo 5. pag. 763, ſect. 33 prob. num. 6.

Vide Venæ.

SANIES. Sanies eſt ſanguis inconcoctus, vel quia adhuc non eſt concoctus, vel quia ex defectu caloris degenerauit in materiam ſeroſam, & aquoſam. Tom. 3. pag. 784, lib. 3. de hiſt. anim. cap. 19. numer. 15.

SANITAS, ſanus. Sanitas an bene definiatur commenſuratio calidorum, & frigidorum. Tom. 1. pag. 547, lib. 6. Top. cap. 2. num. 19.

Sanitas eſt virtus corporis, per quam itapoſſumus corporibus vti, vt ſine ægritudine ſimus. Tom. 1. pag. 707, lib. 1. Rhet. cap. 5, num. 9.

Duæ conditiones requiruntur ad ſanitatem: primo vt quis morbo ſit vacuus: ſecundo vt poſſit vti corpore ad actiones vitæ; & qui ad conſeruandam ſanitatem abſtinet ab actionibus vitæ, verè non eſt ſanus. Ibid.

Sicut medicus agit de virtute, & ſanitate corporis, & eius partium, vt efficiat illud ſanum, ſic moralis agit de virtute, & ſanitate animæ, & tanto moralis eſt nobilior medicina, quanto anima eſt præſtantior corpore. Tom. 2. pag 30, lib. 1. Ethic. cap. 13, num. 2.

Quatuor ſunt gradus corporum ſanorum. In primo ſunt qui vt conſeruent corpus perfectè ſanum, non indigent vllo exercitio: in ſecundo qui indigent ſolum leui exercitio, puta leui ambulatione: in tertio qui indigent multis actionibus; & exercitationibus: in quarto qui per quaſcumque exercitationes nec poſſunt acquirere ſanitatem perfectam, ſed ſolum aliquam inferiorem. Tom. 3. pag. 373, lib. 2. de Cœlo cap. 12, num. 5.

Explicantur multa ſpectantia ad ſanitatem, & morbos plurium animalium, puta auium, piſcium, ſuum, canum, boum, equorum, aſinorum, elephantorum, & inſectorum. Tom. 3. pag. 965, lib. 8. de hiſt. anim. à cap. 18, vſque ad 27.

Vtrum hoc, quod eſt eſſe naturaliter ſanũ, & eſſe longæuum, conuertantur, ita vt omnia ſana ſint longæua, & è conuerſo. Videtur, quod licet viuentia naturaliter diſpoſita ad quaſdam ægritudines eo ipſo ſint vitæ breuis, tamen viuentia naturaliter diſpoſita ad alias ægritudines poſſint eſſe longæua. Tom. 4. pag. 664, lib. de longit. & breu. vitæ cap. 1. num. 3.

Quare corpus vt bene valeat non ſit condenſandum, ſed rarefaciendum? Tom. 5. pag. 434, ſect. 1. prob. num. 5.

Ad ſanitatem melius eſt iacere corpore contracto, quam extenſo, tum quia cibus melius concoquitur, tum quia in ventre relinquitur locus, quo confluant flatus. Tom. 5. pag. 510, ſect. 6. prob. numer. 3.

Quare qui appropinquant ægrotantibus ſæpe contrahant ſimiles morbos; at nullus ægrotus ſanetur appropinquando ſanis. Tom. 5. pag. 512, ſect. 7. prob. num. 1.

SAPERDA. Saperda eſt piſcis, qui etiam cum vterum fert, commendatur vt ad comedendum optimus. Tom 3 pag. 979, lib. 8. de hiſt. anim. cap. 30, num. 6.

SAPIENTIA, Sapiens. Sapientes in qualibet arte dicuntur qui ſunt exactiſſimi, & præſtantiſſimi in talibus artibus: ſapientes ſimpliciter dicuntur qui habent ſcientiam quamdam præſtantiſſimam, & exactiſſimam. Tom. 2. pag. 167, lib. 6. Ethic. cap. 7. num. 1.

Sapientia non eſt ſcientia quomodocumque, ſed eſt ſcientia rerum præſtantiſſimarum, ac veluti caput ſcientiarum. Ibidem pag. 167, num. 2

Sapientia eſt præſtantiſſima facultatum, & eſt præſtantior etiam politica, & prudentia. Ibid. pag. 167, num. 2, 3.

Sapientia verſatur circa præſtantiſſima, ſed inutilia. Ibid. pag. 168, num. 4.

Sapientia, & prudentia quo pacto ſint vtiles ad felicitatem. Tom. 2. pag. 177, lib. 6. Ethic. cap. 12. num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Quo pacto prudentia licet ſit inferior ſa-

pientia, tamen imperet ſapientiæ. Ibid. pag.182, cap.13, num.5.
Sapientia verſatur circa principia, & concluſiones, ideoque conflatur ex intellectu, & ſcientia. Tom.2. pag.349, lib.1. mag. mor. cap.33, num.5.
Sapientia eſt virtus, & non eſt idem habitus cum prudentia. Ibid. pag.350, numer.7, 8.
Sapientia habet voluptates mirabiles, tum puritate, tum firmitate. Tom.2.pag.294, lib.10, Polit. cap.7. num.5.
Sapientia eſt præſtantiſſima virtutum, & in contemplatione, quæ eſt operatio ſapiẽtiæ, felicitas principaliter conſiſtit. Ibid. pag.293, cap.7. per totum.
Sapientiæ nomen præcipuè conuenit non cognitionibus vtilioribus, ſed magis cognoſcentibus cauſas, ideoque non conuenit ſenſui, & magis conuenit arti, quam experientiæ, magis artibus architectonicis, quam manualibus, ſpeculatiuis, quam practicis. Tom.5. pag.5. lib.1. Metaphyſ. cap.1. num.5,6,7,8,9,10,11.
Sapientia ſimpliciter dicta debet conſiderare cauſas, & debet contemplari primas, & altiſſimas cauſas. Ibid. pag.6. num.12, & pag.7. cap.2. num.1, 2.
Proponuntur conditiones, & definitio ſapientis, qua ſapiens definitur, *qui ſcit omnia etiam ſcitu difficilia, cum certitudine, per cauſas, quærens ſcire propter ipſum ſcire & alios ordinans, & perſuadens*, ac cõcluditur ſapientiam eſſe facultatem conſiderantem ens, prout ens, & primas cauſas. Tom.5. pag.7. lib.1. Metaph. cap.2. num.1, 2.
Sapientia non eſt practica, ſed ſpeculatiua, & habet pro fine ipſum ſcire: eſt maximè libera, & inuenta eſt poſt artes vtiles, ac neceſſarias. Ibid. pag.9. num.3, 4.
Poſſeſſio ſapientiæ non eſt humana, ſed diuina: eſt honorabiliſſima, & peruenit ad hunc finem, vt auferat admirationem. Ibid. pag.9. num.5, 6, 7, 8.
Qui incolunt loca calida ſolent eſſe ſapientiores, quia ſunt frigidiores, ſicut ſenes, quia ſunt frigidiores, ſunt ſapientiores iunioribus. Tom.5.pag.587, ſect.14.prob. num.15.
Antiqui conſtituerunt præmia pro certaminibus corporum, non autem pro certaminibus ſapientiæ: tum quia difficillimum eſt iudicare de ſapientia; tum quia ex certaminibus de ſapientia magnæ oriuntur inimicitiæ. Tom.5. pag.744, ſect. 30, prob. numer 10.
Vide ſcientia, Metaphyſica, Contemplatio.
SAPORES. Odores, ac differentiæ odorum habent quamdam proportionem cũ ſaporibus, ac cum differentijs ſaporum: & quia odores ſunt minus noti, explicantur per proportionem ad ſapores. Tomo 4, pag.276, lib.2. de Anima cap.13, num.2, 3, 4, & pag.345, lib. de ſenſ. & ſenſib. cap.4. num.1
Sapor vt guſtetur, debet eſſe in humido, tamquam in ſubiecto; & quia humidum eſt quoddam tangibile, ſapor eſt quoddam tangibile. Tom.4. pag.279, lib.2, de Anima cap.14, num.1.
Omne corpus ſapidum, & guſtabile eſt humidum potentia, cum ſit liquefactibile, vt ſales &c. Ibid. pag.280, num.3.
Primæ duæ ſpecies ſaporum ſunt dulce, & amarum. Sapor affinis dulci eſt pinguis: ſapor affinis amaro eſt ſalſus. Sapores medij inter hos ſunt acer, & auſterus: acerbus, & acidus, ſiue acutus. Ibid. pagina 281, num.6.
Sapores, & odores licet ſint valde affines, tamen aliquando inueniuntur ſeparati, ſiquidem aliqua corpora habent odorem ſine ſapore, & è conuerſo. Tom.4.pagina 345, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap.4. num.1.
Cum ſapores non ſentiantur niſi in humido, primum ſubiectum ſaporum videtur eſſe corpus humidum; & quia principiũ humidorum eſt aqua, primum ſubiectũ ſaporum videtur aqua. Ibid. pag.346, num.2.
Empedocles docuit omnes ſapores eſſe actu in aqua, ſed non percipi propter paruitatem. Alij dixerunt, quod in aqua ſapores non dantur actu, ſed dantur ſemina omnium ſaporum, ideoque quidam ſapores fiunt ex vna parte aquæ, quidam ex alia. Alij dixerunt aquam eſſe puram materiam indifferentem ad recipiendos omnes ſapores, at differentias ſaporum oriri ex agente calido, puta ex aqua, vel igne. Reijciuntur. Ibid. pag.346, num.2,3,4,5
Sapores de nouo generantur per concoctionem. Ibid. pag 346, num.3.
Oſtenditur, quod non aqua, ſed potius terra continet in ſe omnes ſapores, ideoque poma, fructus, & alia huiuſmodi non accipiunt ſapores ab aqua, ſed à terra, ideoque aqua tales habet ſapores, qualis eſt terra, per quam tranſit. Ibid. pag 347. n 6.

Oſten-

Oſtenditur ſapores generari in corporibus humidis humiditate aquea per actionem corporum ſiccorum, concurrente etiam calore, qui digerit, & miſcet humidum cum ſicco. Ibid. pag 347, num 7.

Sapor definiri poteſt *qualitas paſſibilis, quæ in corpore humido cauſatur à corpore ſicco liquefacto, & per actionem caloris commiſto, habens virtutem reducendi guſtum in actũ guſtandi*. Explicatur. Ibid. pag.348, numer.8.

Oſtenditur ſapores eſſe paſſiones non ſolius ſicci, neque ſolius humidi, ſed humidi commiſti cum ſicco. Ibid. pag.348, numer.9.

Septem ſunt ſpecies ſaporum: dulcis, amarus, ſalſus, acer, auſterus, acerbus, & acidus. Explicatur, quo pacto aliæ ſpecies fiant ex miſtione dulcis, & amari ſecundum varias proportiones vel numerorũ, vel conſiſtentes in exceſſu, ac defectu. Ibid pag.349, num.10.

Sapores generantur per hoc, quod humidum aqueum abluatur ſicco terreſtri, & à tali ſicco patiatur. Tom.4. pag.353, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap.5. num.8.
Vide guſtus, guſtabile.

SARDA piſcis. Sarda, quam etiam aliqui vocant Trichiam, parit bis in anno. Tomo 3. pag.833, lib.5. de hiſt anim.cap.9. num.5.

Ex Sardinis, ſeu Trichidibus oriuntur Sardæ, ſeu Trichiæ. Trichides oriuntur ex aradibus. Tom.3. pag.891, lib 6. de hiſt. anim. cap.15, num.6.

Sardæ, ſeu Trichiæ videntur, cum ingrediuntur in Pontum Euxinum, non videntur, cum egrediuntur, quia ingrediuntur in Danubium. Tom.3. pag.958, lib.8 de hiſt. anim. cap.13. num.3.

SARGVS Piſcis. Sargi piſces pariunt tempore autumni. Tom.3. pag.834, lib.5.de hiſt. anim. cap.11, num.1.

Sargus paſcitur mullo, vulgo triglia. Cum enim mullus quippe qui poteſt cœnum excauare, cœno excauato intrauerit intra cœnum, ſargus in cœnum deſcendit, & mullum deuorat, & alios piſces imbecilliores arcet, ne poſſint frui ſocietate prædæ. Ex piſcibus ſolus ſargus, ſeu ſcarus videtur ruminare. Tom. 3, pag. 943, lib.8, de hiſt. anim. cap.2. num.26.

SATHERION. Satherion, & Satyrion ſunt quadrupedes ſylueſtres, quæ victum quærunt circa lacus, & fluuios. Tom.3. pag. 950, lib.8. de hiſt. anim. cap.6, num.5.

SATIETAS. Satietatis comes eſt Venus, ideoque animalia, quæ nutriuntur vbere, pabulo valde appetunt Venerem, & ſæpe coeunt. Tom.5. pag.541, ſect.10. prob. num.46

Dulcia magis ſatiant, quam acria, quia dulcia multum nutriunt, & trahuntur ab omnibus partibus, eaſque implent; acria è conuerſo parum nutriunt. Tom.5. pag. 661, ſect.22. probl. num.2,3.

SATYRIA. Satyria eſt quidam morbus, in quo quia humor crudus, ac difficile concoquibilis accurrit ad faciem, facies euadit deformis, ita vt partes non retineant debitam proportionem, ideoque talis facies dicitur facies ſatyri. Tom. 4. pag. 604, lib. 4. de gener. animal. cap.3. num.15.

SATYRIVM. Vide Satherion.

SATYRVS Clazomenius. Quid acciderit cuidam, qui vocabatur Satyrus Clazomenius, & erat valde propenſus ad maledicendum Tom.5.pag.486, ſect.3.prob. num.26.

SAXATILES piſces. Vide Piſces.

SCABIES. Scabies eſt in ſuperficie corporis, & humore manat glutinoſo, qui humor cauſat pruritum, & facile adhæret tangenti, ideoque cauſat in illo ſimilem morbum, & eſt magis contagioſa, quam lepra. Tom.5. pag.513, ſect.7. probl. numer.4.

SCALMVS. Scalmus eſt lignum exiſtens intra parietes nauis, & continuatum cum reliquis partibus nauis, & eſt veluti hypomochlion, cui innititur remus, qui eſt quidam vectis. Tom.4. pag.726, lib. qu. mechan. qu.4. num.1.

Explicantur aliqua circa ſcalmum, & remos. Tom.4. pag. 730, lib. qu. mechan. qu.5 num.5. 6

SCAMANDER. Ex potu Scamandri videtur oriri agni rufi, ideoque aliqui putant Scamandrum ab Homero vocari Xanthũ, hoc eſt rufum. Tom.3.pag.779, lib.3.de hiſt.anim. cap.12, num.2.

SCAPVLÆ. Duæ ſcapulæ ſunt partes dorſi. Tom.3. pag.715, lib.1. de hiſt. anim. cap. 15, num.1.
Vide Humeri.

SCARABÆVS. Scarabæi fiunt ex vermibus, qui naſcuntur ex lignis aridis. Tales vermes poſtquam creuerint, fiunt immobiles, ac ſe claudunt, more erucarum, ac deinde rupto putamine, egrediuntur ſcarabæi. Tom.3. pag.853, lib.5. de hiſtor.

animal. cap. 19. numer. 9.
Scarabæi virides oriuntur ex vermibus, qui in fimo boum, aut iumentorum generantur. Scarabæi pilularij, qui nimirum pilas quasdam faciunt ex fimo, easque voluunt, hyeme abdunt se intra tales pilulas, ac paruos vermiculos pariunt, ex quibus procreantur scarabæi eiusdem rationis. Ibid. pag. 854, num. 15.
Scarabæi, seu gallerucæ sunt insecta, quæ habent quatuor alas, sicut apes, sed quadam vagina reconditas, & quam ob causam. Tom. 4. pag. 138, lib. 4. de Part. animal. cap. 6. num. 5.
Scarabæi quia habent alas proportione ad reliquum corpus paruas, & imbecillas, parum possunt volare, ac feruntur per aerem, eo fere pacto, quo per aquam ferrentur naues onerariæ, si quis paruis remis conaretur eas impellere. Tom. 4. pag. 195, lib. de inc. anim. cap. 8. num. 7.
SCARVS Piscis. Scarus piscis solus inter pisces dicitur ruminare, ideoque habet ventrem, & intestinum dissimile cæteris piscibus. Tom. 3. pag. 753, lib. 2. de hist. anim. cap. 17. num. 17.
Ex piscibus solus Scarus non habet dentes serratos. Tom. 4. pag. 78, lib. 3 de Part. anim. cap. 1. num. 7.
Schadones crabronum, & Vesparum. Vide Crabrones, Vespæ.
SCIBILE. Scibile est prius scientia, quia ablata scientia, remanet scibile. Tom. 1. pag. 46, lib. Prædicam. cap. 8. num. 7
Sicut ens est scibile, sic non ens non est scibile. Tom. 3 pag. 459, lib. 1. de gen. anim. cap. 7. num. 4, 5.
Vide Scientia.
SCIENTIA. Scientiæ incipiendo à generibus generalissimis debent descendere vsque ad species specialissimas, non autem vsque ad individua. Tom. 1. pag. 11. lib. Prædicam. cap. 3. num. 8.
Scientia non datur de contingenti indefinito. Tom. 1. pag. 141, lib. 1. Prior. cap. 13, num. 7.
Scientia acquiritur per demonstrationem, & quænam debeant præcognosci ad acquirendam scientiam. Tom. 1. pag. 287, lib. 1. Post. cap. 1. num. 1, 2, 3, 4.
Proponitur, & soluitur argumentum, quo Plato probabat scientiam acquiri non per disciplinam, sed per reminiscentiam. Ibid. pag. 290, num. 6, 7, 8, 9.
Scientia est cognitio certa; & euidens rei per causam necessariam, & immediatam. Ibid. pag. 291, cap. 2. num. 1.
Obiectum scientiæ non potest aliter se habere: & quia scientia est finis demonstrationis, demonstratio debet definiri in ordine ad scientiam. Ibid. pag. 291, num. 2. 3
Scientia est possibilis sine processu in infinitum, & sine demonstratione circulari, quia dantur principia per se nota. Tom. 3. pag. 295, lib. 1. Post. cap. 3. per totum.
Ad scientiam requiritur, vt sciens nihil oppositum principijs magis credat, quam principia. Tom 1. pag. 294, lib. 1. Post. cap. 2. num. 13.
Per scientiam non possunt de subiecto sciri accidentia, quæ non per se illi conueniũt. Tom. 1. pag. 306, lib. 1. Post. cap. 6. num. 10.
Scientiæ quo pacto vtantur principijs tum proprijs, tum communibus. Tom. 1. pag. 312, lib. 1. Post. cap 10, num. 1, 2, 3, & pag. 317, cap. 12, num. 1, 2.
Quo pacto scientiæ vtantur principijs de contradictorijs. Tom. 1. pag. 315, lib. 1. Post. cap. 11. num. 1, 2.
Ostenditur in scientijs dari proprias interrogationes, responsiones, deceptiones, ignorantias, & errores. Ibid. pag. 318, cap. 12, num. 3, & sequ.
Quid sit scientia perfecta, & *propter quid*, quid scientia imperfecta, & quia. Tom. 1. pag. 323, lib. 1. Post. cap. 13, num. 1, 2 3.
Scientiæ subalternæ cognoscunt quod est, subalternantes *propter quid*. Ibid. pag. 325 num. 8, 9.
Explicantur tres modi, quibus vna scientia potest esse certior alia. Tom. 1. pag. 362, lib. 1. Post. cap. 21, num. 1, 2, 3.
Vnde desumatur vnitas, vel diuersitas scientiæ. Ibid. pag. 363, num. 4, 5, 6.
Quo pacto scientia versetur circa fortuita, & sensibilia. Tom 1. pag. 365, lib. 1. Post. cap. 22, num. 1, 2.
Quo pacto scientia differat à sensu. Ibidem pag. 365, num. 3, 4.
Ex defectu vnius sensus sequitur defectus scientiæ de sensibili proprio talis sensus. Ibid. pag. 366, num. 4,
Quo pacto scientia differat ab opinione; & quo pacto eiusdem obiecti possit haberi simul scientia, & opinio. Tom. 1. pagina 369, lib. 1. Post. cap. 24, à num. 1. vsque ad 9.
Proprium scientiæ est, vt contrarijs rationibus dimoueri non possit. Tom. 1. pagina 510, lib. 5. Top. cap. 2 num. 7. & pag. 517, num. 24.
Scientia est habitus, qui ex quibusdam principijs

Zeta, eine griechische Benennung des Buchstabens Z, welche aber nicht gebräuchlich ist.

Zetacismus, ein Fehler der Aussprache, da man das Z wie ein S ausspricht.

Zetazismus, ein Fehler der Aussprache, da man das S wie ein Z ausspricht.

Zeter, ein Wort, welches in der Redensart, Zeter und Mordio schreyen, gebraucht wird, und ein Geschrey um Hülfe bedeutet.

Zeterer, der Zeter schreyet.

Zeterey, das Zeterschreyen.

Zeterlich, adj. et adv. mit Zeterschreyen verbunden

cere, vel falsificari ex defectu obiecti. Tom. 5. pag. 210, lib. 7. Metaph. cap. 19. num. 2.
Ostenditur contra Platonem scientiam non esse primum in genere scibilium, cum scientiam præcedat actus. Tom 5. pagina 248, lib. 9. Metaph. cap. 10. num. 12.
Ostenditur contra Pythagoricos scibile esse mensuram scientiæ, non autem scientiam esse mensuram scibilis, cum scientia dependeat à scibili, scibile non dependeat à scientia. Tom. 5. pag. 274, lib. 10. Metaph. cap. 9. num. 10.
Vna scientia potest considerare plura genera, & plures contrarietates, si dicantur per ordinem ad vnum primum. Tom. 5. pag. 392, lib 11. Metaph. cap. 3 num. 4.
Licet scitum materiale sit aliud à scientia, tamen scitum carens materia est ipse actus scientiæ. Tom. 5. pag. 346, lib. 12. Metaph cap. 9. num 10.
Scientiæ quo pacto abstrahant per intellectum. Tom. 5. pag. 358, lib. 13. Metaph. cap. 3. num. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.
Scientiæ dum abstrahunt, non mentiuntur, nec dicunt falsum. Ibid. pag 360, num. 10.
Quo pacto scientia sit de vniuersalibus, licet omnia entia sint singularia. Tom. 5, pag. 391, lib. 13. Metaph. cap. 11, num. 6.
Per solas scientias demonstratiuas acquirimus habitum, per quem immobiliter, & imperturbabiliter adhæremus obiectis. Tom. 5. pag. 741, sect. 30. prob. num 2. Vide Sapientia.
SCIRON Ventus. Sciron, siue Argestes, & Olimpius est ventus spirans à puncto occidentis æstiui. Tom 3 pag 605, lib. 2, Meteor cap. 6. num. 5.
SCOLOPENDRÆ. Vide Centipedes.
SCOMBRI Pisces. Scombri coeunt mense Februarij post idus, & deinde pariunt mense Iunio ante nonas. Tom. 3 pag. 895, lib. 6. de hist. anim. cap. 17 num. 10.
Ex piscibus Scombri prius transmigrant, quam thunni. Tom 3. pag. 955, lib. 8. de hist. anim. cap. 12, num. 4.
Scombri sunt pisces gregales. Tom. 3. pag. 985, lib. 9 de hist. anim. cap. 2. num. 1.
SCORDVLÆ. Vide Thunni, Pelamides.
SCORPIONES. Scorpiones edunt multos vermiculos specie ouorũ, ex quibus fiunt sæpe vndecim scorpiunculi, qui parentes expellunt, & interficiunt. Tom. 3. pagina 860, lib. 5. de hist. animal. cap. 26, num. 1.
Scorpiunculi quidam valde parui, & carentes cauda generantur in libris. Ibid. pag. 865, cap. 32, num. 3.
Scorpiones Cariæ, & quarumdam aliarum regionum morsu interimunt homines & bestias, præsertim sues: in alijs regionibus non lædunt. Si icti à scorpione adeãt aquas, facilius intereunt. Tom. 4. pagina 977 lib. 8. de hist. anim. cap. 29, num. 2.
Scorpius quia non volat, sed graditur, habet aculeum in extremitate caudæ: potest enim pondus eius gradiendo trahere. Talis autem aculeus, nisi esset in extremitate caudæ, quam flectẽdo potest aculeo ferire, esset scorpio ad pugnam inutilis. Tom. 4. pag. 138, lib. 4. de Part. anim. cap. 6. num. 7.
SCORPIONES Pisces. Scorpio Marinus parit bis singulis annis. Tom 3. pag. 833, lib. 5. de hist. anim. cap. 9. num. 5.
Scorpiones pariunt in alto mari. Ibid. pag. 834, cap. 10. num. 1.
SCRIPTVRA. Scripturæ, & voces non sunt eædem apud omnes, ideoque significant non naturaliter, sed ex pacto. Tom. 1. pag. 67, lib. 1. Periherm. cap. 1. num. 2.
SCROTVM. Scrotum vocatur bursa testium. Tom. 3. pag. 757, lib. 3 de histor. anim. cap. 1. num. 10.
Animalia, quæ habent cutem mollem, habent testes clausos quadam cute molli, quasi quadam bursa, quæ vocatur scrotũ. Tom. 4. pag 45, lib. 1. de gen. anim. cap. 12, num. 3.
Quare in metuentibus scrotum contrahatur. Tom. 5. pag. 721, sect. 27. prob. num. 11.
SCVRRA. Scurra est qui excedit in iocis, ac præter modum scommata iacit. Tom. 2. pag. 338, lib. 1. mag. mor. cap. 28. numer. 1. & pag. 459, lib. 3. moral. ad Eud. cap. 9. num. 7.
SCVRRA auis. Scurra vocatur quoddam genus monedularum. Tom. 3. pag. 1001, lib. 9. de hist. anim. cap. 24, num. 1.
SCYTALA. Scytala erat lignum oblongum, & teres, hoc est cylinder, in cuius extremitatibus aliquando dabantur duæ margines aliquantulum prominentes, ceu duæ rotæ cum cylindro connexæ, ita vt simul cum cylindro conuoluerentur. Tom. 4. pag. 736, lib. qu. mechan. qu. 9. num. 1.
Quare corpora facilius trahantur scytalis maioribus, quam minoribus. Ibid. pagina 736, num. 1.
Pondera maxima facilius trahuntur impo-

ſita ſcytalis, quam cutribus, quia rotæ curruum incurrunt in impedimentum axis, rotæ ſcytalarum cum ſint annexæ cum ſcytalis, non incurrunt in impedimentum axis. Tom. 4. pag. 737, lib. quæſt. mech. qu. 11. num. 1, 2.

SCYTHÆ, Scythia. In regionibus Scythicis, quæ valde ſunt frigidæ, non generantur aſini, quia ſunt frigoris impatientes. Tom. 3. pag. 973, lib. 8. de hiſt. anim. cap. 24. num. 1.

In Ponto circa Scythiam arietes non habent cornua. Ibid. pag. 975, cap. 29 num. 5.

Scythæ cum ſenſerint pullum in vtero matris ſe mouiſſe, ac conuertiſſe, tunc equitant in equabus grauidis, ac putant equitationem conducere ad hoc, vt facilius pariant. Tom. 3. pag. 906, lib 6. de hiſtor. animal cap. 22. num. 7.

Accolæ Scythiæ, quæ regio eſt frigidiſſima, molli pilo ſunt prædiți, & quare. Tom. 4. pag. 646, lib. 5. de hiſt. anim. cap. 3. numer. 13.

Scythæ, & alij populi Septentrionales quia habent complexionem valde calidam, ſunt vinolenti. Tom. 5 pag. 417, ſect. 3. prob. num. 6.

SEBVM. Vide ſeuum.

SECABILIA, ſectio. Secabilia ſunt, quæ talia ſunt, vt dum diuiduntur, nec diuiſio vlterius excurrat, nec comminuantur in paruas partes. Tom. 3. pag. 681, lib. 4. Meteor. cap. 9. num. 22.

Quæ corpora ſint ſecabilia. Ibid.

SECVNDINÆ. Secundina eſt veluti ſecunda pellis fœtus, quæ originem ducit ab vtero matris, & ad vmbilicum fœtus protenſa ipſum fœtum inuoluit. Tom. 3. pagina 928, lib. 7. de hiſt anim. cap. 7. num. 1.

Quo pacto animalia, quæ non naſcuntur ex ouis, inuoluantur ſecundinis. Ibid pag. 929, num. 2.

Quo pacto formentur ſecundinæ, quibus inuoluitur fœtus. Tom. 4. pag. 518, lib. 2. de gen. anim. cap. 4. num. 22.

Vitulus marinus emittit ſecundinas more pecudum. Tom. 3. pag. 885, lib. 6. de hiſt. anim. cap. 12, num. 6.

SECVNDVM ſe. Secundum ſe quot modis dicatur. Tom. 5 pag. 147, lib. 5. Metaph. cap. 18, num. 1.

SECVRIS. Securis, hoc eſt inſtrumentum aptum ad ſcindendum, conſtituitur per ferrum tamquam per materiam, & per figuram tanquam per formam artificialem. Tom. 4. pag. 245, lib. 2. de Anima cap. 2. num. 2

Securis facilius ſcindit ictu, quam pondere, quia dum mouetur, concipit maximum impetum. Tom. 4. pag. 744, lib. qu. mechan. qu. 19. num. 1, 2.

Securis eſt quidam cuneus, ideoque eſt aptiſſima ad ſcindendum. Ibid. pag. 743. num. 2.

SEDILE. Vide ſeſſio.

SEDITIONES. Seditiones oriuntur ex eo, quod ijdem ſemper ſint in magiſtratibus. Tom. 2. pag. 552, lib. 2. Polit. cap. 3. numer. 9.

Seditiones oriuntur non ſolum ex inæqualitate patrimoniorum, ſed etiam ex æqualitate honorum, ſiquidem præſtantes ægre ferunt minus dignos æquari ſibi in honoribus. Ibid. pag. 560, cap. 5. num. 6.

Prima ratio ſeditionum eſt, quia vel æquales videntur nõ accipere æquale, vel inæquales videntur non accipere proportionale. Tom 2. pag 666, lib. 5. Polit. cap. 1. num. 2, 4.

Oligarchia magis eſt expoſita ſeditionibus, quam democratia, & quo pacto Reſpublicæ mutentur propter ſeditiones. Ibid. pag. 666. num. 3, 5.

Quænam ſint diſpoſitiones, cauſæ, & principia ſeditionum Tom. 2. pag. 668, lib. 5. Polit. cap. 2. per totum.

Seditiones tunc præcipuè ex paruis principijs ortæ magnum ſumunt incrementũ, cum diſcordiæ oriuntur inter præcipuos ciuitatis. Tom 2. pag. 673, lib. 5. Polit. cap. 4. num. 2, 3, 4, 5, 6.

SEGNES. Qui habent naſum craſſum in extremitate ſunt ſegnes, quia in hoc ſunt ſimiles bobus; ex eadem ratione ſunt ſegnes, qui faciem habent carnoſam, & qui habent oculos magnos. Tom. 4. lib. Phyſiog. pag. 807, cap. 9. num. 20, 21, 22.

SEMEN. Semen genitale emittitur ab omnibus animalibus ſanguineis, atque homo iuxta proportionẽ ſui corporis plus ſeminis emittit, quam alia animalia Omne ſemen eſt album, ideoque falſo ſcripſit Herodotus ſemen æthiopum eſſe nigrum. Explicantur alia circa ſemen. Tom. 3. pag. 789, lib. 3. de hiſt. anim. cap. 22. num. 1.

Semen fœcundum in aqua non ſubſidit ac fundum petit, cum ſit craſſius aqua: at infœcundum in aqua ſubſidit. Ibid.

Semen hominis vſque ad annum decimumquartum eſt infœcundum, poſt euadit proli-

prolificum. Semina tenuia sunt infœcunda, & sterilia, vel ex ijs sæpius nascitur fœmina. Semina, quæ grandinis speciem referunt, sunt fœcunda, & ex ijs solet generari mas. Plus seminis emittit homo, quam alia animalia, & ex hominibus candidi plus quam nigri. Tom. 3. pagina 919, lib. 7. de hist. anim. cap. 1. num. 9, 11, & pag. 920. cap. 2. num. 9.

Semen duplicem habet respectum, per quorum alterum dicitur semen generantis, per alterum semen geniti, & cum sit in potentia, est quidem prius illo actu, ad quē est in potentia, sed est posterius aliquo alio actu, puta semen lactucæ est posterius lactuca. Tom. 4. pag. 13, lib. 1. de Part. anim. cap. 1. num. 2, 3.

Omnes pisces, excepta anguilla, habent semen genitale, & mares fœminas sequentes oua à fœminis edita semine aspergūt, & sic reddunt fœcunda. Tom. 3. pag. 889, lib. 6. de hist. anim. cap. 14. num 4, 6.

Animal valde pingue euadit infœcundum, quia semen fit ex superfluo sanguinis; cum autem animal valde pinguescit, totum pene sanguinem conuertit in adipē, ideoque non supereſt excrementum, quod conuertat in semen. Tom. 4. pag. 45. lib. 2. de part. anim. cap. 1. num. 6.

Quidam dixerunt medullam habere naturam seminis. Reijciuntur. Ibid pag. 46, cap. 6. num. 1.

Quare natura eodem meatu vtatur ad emittendum semen, & vrinam. Tom. 4. pag. 453, lib. 1. de gen. anim cap. 13, num. 5.

Proponitur opinio dicens semen decidi ex toto corpore, & ex singulis partibus corporis, eiusque fundamenta. Tom. 4. pag. 456, lib. 1. de gen. anim. cap. 17, num. 2, 3, 4, 5, 6.

Reijcitur opinio docens semen decidi ex omnibus partibus corporis. Ibid. pag 457 cap. 18. à num. 1. vsque ad 19.

Reijcitur opinio Platonis docentis semen ita decidi ex omnibus partibus, vt ex capite decidatur paruum caput, ex manu parua manus &c. Ibid. pag. 559, num. 4, 5, 6, 7, 9.

Duæ quæstiones, in quibus quæritur, vtrum semen decidatur ex mare, & fœmina, & vtrum decidatur ex omnibus partibus, sunt mutuo connexæ. Ibidem pag. 464. num. 19.

Semen est id, ex quo primo, & immediatè fit animal, aut planta. Ibid. pag. 465, num. 21.

Semen latè sumptum diuiditur in semen strictè sumptum, & in genituram. Genitura est, quæ se habet vt immediata causa generationis in ijs, quæ fiunt ex coitu maris, & fœminæ. Semen prout distinguitur à genitura est, quod se habet vt immediata causa generationis in ijs, in quibus mas non distinguitur à fœmina, adeoque continet confusas virtutes tum maris, tum fœminæ. Ibid. pag 466, num. 25.

Semen non est pars naturalis, neque præternaturalis animalis, neque est alimentum, neque colliquamentum, sed est quoddam excrementum, adeoque est sub genere excrementi. Ibid. pag. 467, num. 27, 28, 29, 30, 31, 32.

Semen est excrementum non alimenti inutilis, sed vtilis, non cuiuscumque, sed alimenti vltimi, hoc est sanguinis vltimo concocti. Ex vltimo enim alimento, quod ordinatur ad conseruandum individuum, natura separat aliquam particulam superfluam ad conseruandam speciē. Ideo semen habet naturam contrariam colliquamento: siquidem animal colliquescendo corrumpitur, ex semine autem generatur. Ibid. pag 468. num. 33, 34, 35.

Ostenditur semen non esse colliquamentū, sed excrementum, & redditur ratio multorum. Ibid. pag 470, num. 39 & sequ.

Animalia magna, quia totum pene alimentum conuertunt in suam substantiam, proportionaliter habent minus seminis, quam parua. Ibid. pag. 470, num. 36.

Semen naturaliter confluit in genitalia, & vterum tamquam in proprium locum. Ibid. pag. 470, num. 37.

Animalia emissione seminis solent debilitari, quia amittunt aliquid alimenti ordinati ad eorum restaurationem: quia tamen aliquando nimio alimento aggrauantur, ideo tunc seminis emissione leuantur. Ibid. pag. 471, num. 39.

Semen non generatur in ægrotis, neque in fœminis, quia non possunt sanguinem vltimo concoquere; nec generatur in pueris, quia cum crescant, totum alimentum conuertunt in molem corporis. Ibid. pag. 471, num. 40.

Pingues sæpe sunt infœcundi, quia cum pene totum alimentum conuertant in suā substantiam propter perfectionem virtutis concoctiuæ, non supereſt illis quod conuertant in semen. Ibid. pag. 471, n. 40.

Quare

Quare emiſſio ſeminis aliquando ſit vtilis, aliquando damnoſa. Ibid. pag.473, numer. 44

Oſtenditur ſemen animalium ſanguineorũ eſſe excrementum ſanguinis vltimo in membris diſtributi; ſemen autem animalium exanguium eſſe excrementum eius, quod in ipſis eſt proportionale ſanguini. Tom.4. pag.473, lib.1. de gen.anim. cap. 19. num.1,2,3,4,5,6.

Licet ſemen inconcoctum ſit ſanguineum, tamen ſemen perfectè concoctum in vaſis ſeminarijs differt à ſanguine. Ibidem pag.473, num.3.

Semen eſt ſuperfluum ſeparatum ab vltimo alimento antequam attrahatur à mẽbris: at colliquatio ſeminalis, quæ græcè vocatur gonorrhea, fit ex eo, quod vltimum alimentum, poſtquam eſt à membris attractum, ex debilitate virtutis retentiuæ diſſoluitur, ac decidit. Ibid.pag. 474, num.6.

Menſtrua ſunt excrementum proportionale ſemini, ac differunt à ſemine in quantitate, quia effluunt in maiori copia, & in qualitate, quia ſunt minus concocta, quam ſemen. Ibid. pag.475, num.7.

Oſtenditur fœminas non emittere verum ſemen, quale emittunt mares, & quod licet emittant aliquem humorem diſtinctum à menſtruis, talis humor non eſt ſemen. Ibid. pag. 476, num.11,12,13, & pag.479, cap.20, num.1,2,3,4,5,6,7.

Quia menſtrua ſunt excrementum non perfectè concoctum, concurrunt ad generationem vt cauſa paſſiua, & perfectibilis per ſemen maris perfectè concoctum, quod ideo eſt cauſa actiua. Ibid.pag.480, num.5.

Eadem circiter ætate, qua fœminæ incipiũt generare excrementum menſtruum, mares incipiunt generare ſemen. Ibid. pag. 481, num.10.

Semen viuentium, in quibus ſexus non diſtinguitur, habet ſimul virtutem maris, ac fœminæ, ideoque eſt integer conceptus. Ibid. pag.482, num.11.

Cur vnum ſemen aliquando generet vnum animal, aliquando plura &c. Ibid. pagina 482, num.13.

Fœmina ad generationem non præſtat ſemen actiuum. Ibid. pag.483, num.14.

Oſtenditur ſemen maris concurrere mere actiuè ad generationẽ, ita vt non ſit pars, neque materia geniti. Ibid. pag. 483, à num.15. vſque ad 24.

Ex animalibus quædam emittunt ſemen, quia ſunt nobiliora, & ſibi ſufficientiora propter abundantiã caloris vitalis: quædam ſemen non emittunt ex defectu caloris. Ibid. pag.491, num.8.

Reijcitur opinio docens in ſemine eſſe aliquam partem animatam, quæ ſit principium aliarum partium. Ibid. pag. 497, num.27,28.

Quo pacto ſemen ſit cauſa efficiens animalis geniti; quo pacto, & quo ordine partes geniti fiant à ſemine; & quo pacto ſemen ſit animatum. Ibid. pag. 498, numer.29,30,31,32,33,34,35.

Vtrum ſemen ſit aqueum, vel terreum, vel aereum, & quod habeat temperamentũ. Tom.4 pag.502, lib.2. de gen.anim.cap. 2, per totum.

Semen habet temperamentum aqueum, & aereum, adeoque eſt quidam vapor conflatus ex aqua, & aere, ſeu ſpiritu, ideoque eſt calidum propter ſpiritum, humidum propter aquam, & eſt album, quia ſpuma eſt alba; ideo falſum eſt, quod ſemen æthiopum ſit nigrum: falſum etiam eſt, quod ſemen Elephanti obduretur ita, vt euadat ſimile electro. Ibid. pag.504, num.8,9,10, 11,12.

Semen ab initio aliquo pacto eſt animatum anima vegetatiua, ſed potentia, non actu. Tom.4. pag.505, lib.2. de gen.anim.cap. 3. num.2.

Semen quandoquidem non conuertitur in corpus fœtus, euaneſcit per inſenſibilem tranſpirationem. Tom.4. pag. 508, lib.2. de gen. anim. cap.3. num. 11.

Semen eſt excrementum vltimi alimenti, hoc eſt ſanguinis vltimo diſpoſiti ad hoc, vt conuertatur in omnes partes animalis. Ibid. pag 509, num. 12.

Quo pacto ſemen formet corpus, & partes corporis. Ibid.pag.509, num.12,13,14,15.

Reijciuntur opiniones dicentes ſemen trahi ad loca ſeminaria à teſtibus, vel pelli à ſpiritu, & oſtenditur, quod non per vim, ſed ſuapte natura defluit ad loca ſeminaria, eo pacto, quo omnia excrementa ſuapte natura defluunt ad ſua loca. Tom. 4 pag.511, lib.2. de gen. anim.cap.4. numer 5.

Licet omnes fœminæ, quæ generant, habeant menſtrua, non omnes mares, qui generant, habent ſemen, quia fœminæ debent præſtare materiam diſtinctam, at non eſt neceſſe, vt mares omnes generent per virtutem actiuam diſtinctam. Ibidem pagina

gina 514, num. 10, 11, 12, 13, 14, 15.
Oſtenditur ſemen trahi ab vtero. Ibid. pag. 517. num. 20, 21.
Oſtenditur fœtum conſtitutũ ex menſtruo per virtutem ſeminis concreto facere aliquid ſimile ſemini plantarum. Ibid. pagina 519, num. 23.
Si ſemen virile in aqua frigida cito diffunditur, & inſtar olei innatat per aquæ ſummitatem, ſignum eſt, quod ſit infœcundum; ſi deſcendit ad fundum aquæ, ſignum eſt, quod ſit calidum, adeoque fœcundum. Ibid. pag. 541, num. 10.
Plantæ cum totum alimentum conuertunt in ſemen, contabeſcunt, & moriuntur. Tom. 4. pag. 550, lib. 3. de gen. anim cap 1. num. 14.
Ouum proportionaliter ſe habet, ac ſemina plantarum. Nam ſicut illa pars oui, in qua eſt principium, eſt acutior, & adhæret vtero, ſic illa pars ſeminis, in qua eſt principium, eſt acutior, & adhæret ramis, vel putamini, vel pulpæ, & quaſi carni fructuum. Tom. 4. pag. 556, lib. 3. de gen. anim. cap. 2. num. 5.
Quo pacto oua à ſemine maris perficiantur, ac reddantur fœcunda. Tom. 4. pag. 571, lib. 3. de gen. anim. cap. 7, num. 4, 5, 6.
Anaxagoras docuit differentiam maris, ac fœminæ præexiſtere in ipſis ſeminibus, ac ſemen, quod procedit à parte dextra maris, continere marem, ſemen, quod procedit à parte ſiniſtra, continere fœminam. Reijcitur. Tom. 4. pag 589, lib 4 de gen. anim. cap. 1. num. 3, & pag. 592. num. 13, 14, 15.
Empedocles cenſuit in ſemine cõtineri actu omnia membra: & quia exiſtimauit ſemen decidi tum ex mare, tum ex fœmina, ideo cenſuit dimidium cuiuslibet membri contineri in mare, dimidium in fœmina. Ibid. pag. 591, num. 9, 10.
Rationabile eſt, vt ſemen calidius ſit magis concoctum, ideoque aptius ad generandum marem, & vt ſemen contentum in parte dextra ſit calidius. Ibid. pag. 594, num. 19.
Mas differt à fœmina per hoc, quod poteſt emittere excrementum ſyncerum, hoc eſt ſemen, fœmina ſolum poteſt emittere humorem menſtruum. Ibidem pag. 595, num. 22.
Cum ſemen maris vincit materiam, perducit illam ad formam maris, & generat marem; cum vincitur à materia, generat fœminam. Ibid. pag. 597, num. 28.
Explicantur variæ facultates, & virtutes ſeminis, & quare propter illas aliquando filius producatur ſimilis patri, aliquãdo matri, aliquando maioribus, &c. Tomo 4. pag. 601, lib. 4 de gen. anim. cap. 3. num. 5, 6, 7, 8, 9, 10, &c.
Quare virtus ſeminis aliquando vincatur à materia, ita vt degeneret. Ibid. pag. 604. num. 14, 15.
Oſtenditur monſtra multimembria non generari ex confuſione ſeminum, vt docuit Democritus, ſed ex confuſione materiæ. Tom. 4. pag. 607, lib. 4. de gen. anim. cap. 4. num. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.
Menſtruum, & ſemen debent inuicem proportionari ſecũdum quantitatem, & qualitatem, ita vt ſemen ſit tantum, & tale, quantum, & quale requiritur ad tantam materiam coagulandam, & diuidendam in plures fœtus. Ibid. pag. 614, num. 25.
Semen non ſolum habet vim coagulandi menſtruum, ſed etiam dandi illi certam formam, & figuram. Ibid. pag. 614, n. 26.
Plantæ generantur ex medio ſemine, & ſemen euadit biualue, hoc eſt duplici porta patens. Ex vna enim porta ſeminis prodeunt radices, quæ tendunt deorſum verſus terram, ex altera prodit ſtipes, qui aſcendit ſurſum verſus Cœlum. Tom. 4. pag. 876, lib. de iuu. & ſen. cap. 1. num. 10.
Semina, quæ adhuc non emiſerunt radicem, viuunt potentia, non actu, & quo pacto moriantur ex defectu caloris. Tom. 4. pag 703, lib. de iuu. & ſen. cap. 14. num. 2.
Semen genitale ebriorum vt plurimum eſt infœcundum, quia eſt nimis humidum. Tom. 5. pag. 475, ſect. 3. prob. num. 4.
Quare ſemen genitale in ſomnis effluat tum ijs, qui labore laſſeſcunt, tum ijs, qui tabo conſumuntur. Tom. 5 pag. 505, ſect. 5. prob. num. 31.
Semen quia eſt principium animalium, eſt quid maximum, ex eoque pendent maximæ mutationes. Tom. 5. pag. 529, ſect. 10. prob. num. 15.
Semina plantarum acrium ſunt acriora radicibus, & folijs, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis: & ex eadem ratione ſemina plantarum odoriferarum ſunt odorifera. Tom. 5. pag. 645, ſect. 20. prob. num. 10.
Semen expellitur flatu pellente. Tom. 5. pag. 736, ſect. 30. prob. num. 1. B.
SEMPITERNA. Quæ ſemper ſunt, propriè non ſunt in tempore. Tom. 3. pag. 135, lib. 4. Phyſic. cap 16. num. 5.

Quædam

Quædam ſempiterna cauſam habent. Tomo 3. pag 231, lib.8. Phyſic. cap.2. numer.16.

Sempiternum dicitur ſemper ens, ſeu id, quod ſemper eſt, illique opponitur contradictorie, non ſemper ens, ſeu id, quod non ſemper eſt, contrariè opponitur ſemper non ens. Tom.3. pag.337, lib.1. de Cœlo cap.14. num.10.

Sempiternum non poteſt eſſe generabile, neque corruptibile, & è conuerſo. Ibid. pag.338, num.11.

Oſtenditur omne ſempiternum eſſe ingenerabile, & incorruptibile, & è conuerſo. Ibid. pag.336, num.6,7,8,9,10,11,12. Vide Æterna.

SENATOR auium. Vide Trochilus.

SENATORES. An expediat Senatores eſſe perpetuos. Tom 2. pag.572, lib.2.Polit. cap.7. num.7.

Senatores Lacedæmoniorum erant malè cõſtituti. Ibid. pag.572, num.7.

Periculoſum eſt, vt aliqui ſint Senatores per totam vitam, quia ſicut datur ſenectus corporis, ſic datur quædam ſenectus mẽtis. Ibid.

Senatores, Sacerdotes, ac milites debent eſſe præcipua pars ciuitatis, ac ijdem in iuuentute debent eſſe milites, in virili ætate Senatores, in ſenectute Sacerdotes, ac contemplationi vacare. Tom. 2. pag. 749. lib.7. Polit. cap.9. num.4,5,6,7.

SENECTVS, ſenes, ſeniores. Prudentia eſt eligibilior tempore ſenectutis, quam tempore iuuentutis: fortitudo, & temperantia è conuerſo, quia ſenes magis indigent prudentia, iuuenes fortitudine, & temperantia. Tom.1. pag.472, lib.3. Topic. cap.2. num.7.

Senectus bona eſt, cum tardè inuadit, & dolores non infert. Tom. 1. pag. 708, lib.1. Rhet. cap.5. num.14.

Quinam ſint mores ſenum. Tom.1. pag.792, lib.2. Rhet. cap 13. per totum.

Senes vt plurimum habent mores contrarios moribus iuuenum. Ibid pag.792, num.1.

Senes ſunt malitioſi, ita vt omnia deteriorem in partem interpretentur, puſillanimi, auari, timidi, vitæ cupidi, queruli, inuerecundi, non bene ſperantes, ac magis viuunt memoria, quam ſpe. Ibid.pag. 792, à num.2. vſque ad 10.

Senes ſunt iracundi ira acri, ſed imbecilla, appetentiores pecuniæ, quam honoris, miſericordes. Ibid. pag.794, num. 11, 12, 13, 14.

Quia ſenes magis ducuntur ſtudio vtilitatis, quam iucunditatis, inire ſolent amicitias vtilitatis gratia. Tom.2. pag. 224, lib.8. Ethic. cap.3. num.4.

Valde ſenes ſunt parum memores, quia propter duritiem organorum non recipiunt imagines. Tom 4. pag.374, lib. de mem. & rem. cap.2. num.3.

Quia ſenes propter imbecillitatem ortam ex defectu caloris non poſſunt ſanguinẽ vltimo concoquere, non poſſunt generare ſemen. Tom.4. pag.471, lib.1. de gen. anim. cap.18. num.40.

Nimis ſenes, quia calor in ijs eſt imminutus ſæpius generant fœminas, quam mares. Tom.4. pag.598, lib.4. de gen anim. cap.1. num.1.

Seniores ſæpius quã iuniores laborant glaucomate oculorum, qui morbus oritur ex nimia oculorum ſiccitate, quia in ſenibus ſimul cum alijs partibus exiccantur oculi. Iuniores ſæpius laborant luſciositate, quæ oritur ex abundantia humoris. Tom.4. pag.638, lib.5, de gen. anim. cap.1. num.8.

Senectus græcè dicitur γῆρας ἀπὸ τῆς γῆς, quod ſignificat terram, quia corpora ſenum ſunt terrea, & ſicca propter defectum caloris, quo deficiente, deficit etiã humor; ideo in animalibus ſeneſcentibus, deficiente humore, cutis exiccatur, ac redditur craſſior, & pili, pennæ, & ſquamæ oriuntur duriores. Tom.4. pag.647, lib.5. de gen. anim. cap.3. num.16.

Homo ſeneſcens ſemper magis refrigeratur, & quia deficiente calore deficit etiam humidum, ſemper magis exiccatur, ideoque ſenectus eſt frigida, & ſicca. Explicatur, quo pacto defectus caloris in ſenibus ſit cauſa canitiei. Ibid pag. 650, cap.4. num.3.

Animalia ad libidinẽ prona cito ſeneſcunt, quia cum ſemen prodit in magna copia, humidum exiccatur; ſenectus autem ſequitur ex humidi exiccatione. Tom 4. pagina 670, lib.de longit. & breu. vitæ cap. 3. num.12.

Senectus eſt imminutio caloris vitalis, qua calor vitalis paulatim extinguitur, eo quod propter longam ætatem abſumpſerit humidum. Tom.4. pag.680, lib. de iuu. & ſen. cap.3. num.1.

Cum propter ſenectutem animalia reſpirãtia non poſſunt amplius pulmones mouere, & attollere, animalia autem branchijs prædita non poſſunt amplius mo-

uere

uere branchias, moriuntur. Tom.4. pag. 702, lib. de iuu. & ſen. cap.13, num.11.

Quia ſenes parum habent caloris, qui proinde facile extinguitur, & paruis etiam paſſionibus,ac morbis interimuntur.Ibid. pag.104, cap.14. num.4.

Senectus eſt *prima refrigerabilis particulæ decrementum*: hoc eſt ſenectus eſt ætas, in qua anima nutritiua ita eſt in ea parte corporis, in qua primo eſt calor vitalis, vt ſit apta nata corpus viuentis, & eius vires ſenſibiliter minuere. Ibid. pag.705, num.9.

Quia in ſenibus propter defectum caloris ſanguis minus ebullit,ideo pulſus eſt minus calidus, quam in iunioribus, Ibidem pag.707, cap. 15, num.5.

Senes mori ſolent hyeme, quia cum frigus hyemis additur frigori ætatis, facile extinguit calorem vitalem.tom.5.pag.444, ſect.1. prob. num.17.

Senectus eſt quædam putrefactio, ideoque qui habitant in locis editis, & apertis,ſerius ſeneſcunt, quam qui habitant in locis cauis, & paluſtribus, quia quæ minus mouentur, & agitantur à ventis, citius putrefiunt. Tom.5. pag.854, ſect.14.prob. num.7.

Quare iuuenes facilius,ac celerius addiſcãt, quam ſenes: ſenes è conuerſo mente, & prudentia magis valeant, quam iuuenes. Tom.5. pag.742, ſect.30. prob. num.4.

Quare licet ſenes, & luſcioſi conueniant in hoc, quod viſum habent imbecillum, tamen luſcioſi oculis propius admoueant, ſenes procul ab oculis remoueant ea,quæ volunt inſpicere. Tom.5. pag.756, ſect. 31. prob. num.26.

Senes difficilius ſternutant, quia in ijs meatus contrahuntur. Tom.5. pag. 765. ſect. 33. prob. num.12.

Homines dum ſeneſcunt, nigreſcunt, tum quia quæ putreſcunt, fiunt nigriora,tum quia ſanguis dum ſeneſcit, putreſcit. Tomo 5. pag.779, ſect 38. prob. num.9.

SENECTVS ſerpentium. Senectus animalium dicitur pellis exterior,quam aliqua deponunt. Quo pacto ſerpentes,& quædam alia animalia ſenectutem deponant. Tom.3. pag.964, lib.3. de hiſt.anim. cap. 17. num.3,4,5,6,7,8.

SENSIBILE. Senſibilia ſunt priora ſenſibus, ſiquidem ſenſibilia ſunt ante animalia, cum ſenſus non ſint ante animalia. tom.1. pag. 47, lib,Prædicam, cap.8. numer,8,

Senſibilia ſunt ſolum finita in ſpecie. Tom. 3. pag.408, lib.3. de Cœlo cap.8.num.5.

Aliqui exiſtimant, quod ſicut ſenſibile eſt ens, ſic inſenſibile ſit non ens, & in hoc paralogizant fallacia conſequentis. Tomo 3. pag.459, lib.1.de gener. cap.7.numer.4,5.

Senſibilia ſunt priora ſenſibus, eorumque ſpecificatiua,ideoque prius agendum eſt de ſenſibilibus, quam de ſenſibus.tom.4. pag.267, lib.2. de Anima cap.9. num.1.

Senſibile diuiditur in ſenſibile per ſe,& ſenſibile per accidens; ac ſenſibile per ſe ſubdiuiditur in proprium vniuſcuiuſque ſenſus, & commune omnibus ſenſibus. Senſibile proprium eſt,quod ita percipitur ab vno ſenſu,vt non poſſit percipi ab alio. Senſibile commune eſt, quod per ſe percipitur à pluribus ſenſibus. Senſibile per accidens eſt, quod licet per ſe non ſentiatur, accidit ei, quod ſentitur, vel ipſi accidit id, quod ſentitur. Tom.4.pag. 265, lib.2. de Anima cap.9. per totum.

Senſibilia faciunt quoſdam effectus etiam in res inanimatas. Tom.4. pag.287, lib.2. de Anima cap.16. num.8.

Senſibilia propria vnius ſenſus non percipiuntur ab alio ſenſu, niſi per accidens. ibid pag.289, cap.17. num.5.

Quare dentur plures ſenſus perceptiui eiuſdem ſenſibilis communis. Ibid.pag 290, num 8.

Reijciuntur antiqui, qui dicebant omnia ſenſibilia eſſe quædam tangibilia, & qui reducebant colores, & ſapores, qui ſunt ſenſibilia propria, ad ſenſibilia communia, magnitudines nimirum, & figuras. Tom.4. pag. 350, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap.5. num.11,12,13,14,15.

Vtrum ſenſibilia diuidantur in infinitum,ſicut corpora, in quibus recipiuntur. Tomo 4.pag. 358, lib. de ſenſu, & ſenſibili cap.6. per totum.

Dantur ſolum finitæ ſpecies colorum,odorum, ſaporum, aliorumque ſenſibilium, adeoque ſenſibilia formaliter nõ poſſunt diuidi in infinitum Ibid. pag 359,num.6.

Senſibilia ſunt diuiſibilia in infinitum in partes minores, & minores ſenſibiles ſolum in potentia, non autem actu. Ibid. pag.359, num.8.

Non poſſunt dari ſenſibilia actu minora,& minora. Ibid. pag.360, num.9.

Vtrum ſenſibilia, quæ ſentiuntur per medium, prius immutent medium quam ſenſum, Tom.4. pag.360, lib. de ſenſu, & ſen-

Digitized by Google

& ſenſibili cap. 7. per totum.
Vnumquodque ſenſibile magis ſentimus, cum eſt purum, & ſimplex, quam cum eſt permiſtum alteri. Tom. 4. pag. 363, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 7. num. 3.
Senſibilia media miſta componuntur ex cõtrarijs miſtis ſecundum diuerſas proportiones. Ibid. pag. 366, num 11.
Senſibilia eſſe in perpetuo fluxu, ideoque de illis non poſſe dari ſcientiam ex Cratillo docuit Plato. Tom. 5. pag. 24. lib. 1. Metaph. cap. 7. num. 1.
Ideæ non ſunt neceſſariæ vt exemplaria ſenſibilium. Tom. 5. pag. 189, lib. 7. Metaph. cap. 10. num. 4.
Quid Metaphyſicè ſit quidditas ſenſibilium. Tom. 5. pag. 215, lib. 7. Metaph. cap. 22. per totum.
Vtrum dentur ſubſtantiæ præter ſenſibiles. Tom. 5. pag. 287, lib. 11. Metaph. cap. 2. num. 1.
Reijcitur fundamentum, propter quod Platonici dicunt mathematica eſſe priora ſenſibilibus. Tom. 5. pag. 357, lib. 13. Metaph. cap. 2. num. 17.
SENSVS, Senſatio, Senſitiuum, Senſorium. Reijcitur error dicentium intellectum non diſtingui à ſenſu, adeoque ſcire eſſe quoddam ſentire. Tom. 1. pag. 365, lib. 1. Poſt. cap. 22. num. 3.
Ex defectu ſenſus ſequitur defectus ſcientiæ. Ibid. pag. 365, num. 4.
Senſus ineſt omnibus animalibus, & quo pacto ex ſenſibus oriatur memoria, experientia, & ratio. Tom. 2. pag. 415, lib. 2. Poſt. cap. 11. num. 7, 8.
Senſatio tunc eſt perfectior, cum diſtinguit partes minores. Tom. 3. pag. 334, lib. 1. de Cœlo cap. 13, num. 9.
Non omnia animalia cunctis ſenſibus ſunt prædita, ſed aliqua habent plura, aliqua pauciora. Tom. 3. pag. 813, lib. 4. de hiſt. anim. cap. 8. num. 2.
Animalia ſanguinea non læſa habent omnes quinque ſenſus. Ibid. pag. 813, num. 2, 3, 4.
Etiam piſces habent omnes quinque ſenſus. Ibid pag 816, num. 15, 16, 17, 18, 19.
Mollia, cruſtacea, & inſecta habent omnes quinque ſenſus. Ibid. pag. 817, num. 20, 21, 22.
Animalia teſtacea habent tactum, odoratũ, & guſtũ, & probabile eſt, quod habeant etiam auditum, & viſum. Ibid. pag. 817, num. 23, 24.
Vita vegetatiua poteſt ſeparari à ſenſitiua, non è conuerſo. Tom. 4. pag. 249, lib. 2. de Anima, cap. 3, num. 4, 7.
Senſitiuum poteſt ſeparari à motu progreſſiuo, vt patet in Zoophytis, non è conuerſo. Ibid. pag. 249, num. 6, 7, & pagina 252, cap. 4, num. 8.
Senſitiuum continet potentialiter vegetatiuum, quia omne ſenſitiuum eſt etiam vegetatiuum. Ibid. pag. 253, num. 6.
Sentiens videtur ſentire per hoc, quod moueatur, & patiatur ab obiecto ſenſibili, ideoque ſenſatio videtur quædam alteratio, & quædam paſſio ſentientis. Sentiens cum actu non ſentit, eſt ſenſibile ſolum potentia, cum actu ſentit, eſt ſenſibile actu. Tom. 4. pag. 261, lib. 2. de Anima cap. 7, num. 2, 3, 4, 5.
Senſus vt poſſit pati à ſenſibili debet eſſe illi diſſimilis; at poſtquam eſt paſſus, & ſenſationem recepit, eſt ſimilis ſenſibili. Ibid. pag. 261, num. 5.
Senſus non poteſt reduci in actum ſecundũ ſentiendi, niſi ab aliquo obiecto extrinſeco, & per hoc differt ab habitu ſcientiæ. Rurſus ſenſus percipit ſingularia extra animam. Ibid. pag. 264, cap. 8. numer. 9, 10.
Quia ſenſus ſpecificantur ab obiectis, ſenſus de eodem ſenſibili ſunt eiuſdem ſpeciei. Tom. 4. pag. 278, lib. 2. de Anima cap. 13. num. 8.
Vtrum, & quo pacto vnus ſenſus ſit vnius tantum contrarietatis. Tom. 4, pag. 283, lib. 2. de Anima cap. 15, num. 3, 4, 5.
Senſus eſt potentia perceptiua ſpecierum ſenſibilium ſine materia, hoc eſt non ſecundum eſſe materiale, quod habent in ſenſibilibus, ſed ſecundum eſſe formale, & intentionale. Tom. 4. pag. 286, lib. 2. de Anima cap. 16, num. 1.
Primum ſenſorium, ſeu organum ſenſus eſt illa pars corporis, cui primo ineſt potentia ſuſceptiua ſpecierum ſenſibiliũ, ideoque organum ſenſus ſubiecto quidem eſt idem, ſed differt ratione, ac ſecundum eſſe à potentia ſenſitiua. Ibidem pag 286, num. 2.
Senſus corrumpuntur ab obiectis excellentibus, quia organa ſenſuum conſiſtunt in quadam proportione. Ibid. pagina 286, num. 3, & pag. 293, cap. 18, num. 11.
Oſtenditur non dari aliũ ſenſum propriũ præter quinque, iiſque percipi omnia ſenſibilia. Tom. 4. pag 288, lib. 2 de Anima cap. 17, per totum.
Senſus quia debent eſſe paſſiui à ſenſibilibus,

bus, debent attribui duobus elementis passiuis, aeri nimirum, & aquæ. Ibidem pag.289, num.4.

† Vtrum, & quo pacto sensu sentiamus nos sentire. Tom.4. pag.291, lib.2 de Anima cap. 18, per totum.

Sensatio est quodammodo ipsum sentire, ideoque sensus in actu, & sensibile in actu simul corrumpuntur. Ibid. pag. 293, numer.9, 10.

Ostenditur dari sensum communem, qui discernit sensibilia omnium sensuum, estque esse vnum. Tom.4. pag.294, lib.2 de Anima cap.19, per totum.

Sensus communis est vnus secundum se, at in quantum est terminus omnium quinque sensuum exteriorum, est quodammodo multiplex. Ibid. pag.296, num.9.

Ostenditur, quod sapere, & intelligere non est idem, ac sentire, adeoque intellectus non est idem ac sensus. Tom.4. pag.296, lib.2. de Anima cap.20, per totum.

† Differentia intellectus à sensu consistit in hoc, quod intellectus est incorporeus, adeoque non patitur ab obiectis corporeis, sensus autem est corporeus, adeoque patitur ab obiectis corporeis. Ibid. pag.297, num.2.

Ostenditur phantasiam non esse sensum. Tom.4 pag.299, lib.2.de Anima cap.21. num.6.

Sicut sensibilia externa mouent sensus externos ad sentiendum, ijsque imprimunt imaginem sui, sic sensus in actu, seu sensationes actuales, & obiecta vt sensata possunt mouere animam, illique imprimere imaginem sui. Ibid. pag.302, numer.12, 13.

Sicut sensus est in potentia omnia sensibilia, sic intellectus est in potentia omnia intelligibilia. Tom.4. pag.304, lib.3. de Anima cap.4. num.2.

† Quia sensus non cognoscit totam naturam corpoream, non debet esse incorporeus. Ibid. pag.304, num.3.

† Anima sensitiua non est locus specierum, quia species non recipiuntur in sola anima sensitiua, sed in anima simul, & in organo corporeo. Ibid. pag.305, num 5.

Sensus licet per se non possit pati, & corrumpi à sensibili, tamen potest pati, & corrumpi ratione organi. Ibid. pag.305, num.6.

Explicatur proportio intellectus cum sensu. Tom.4. pag. 313, lib.3. de Anima cap.6. per totum.

Quo pacto procedat motus, quo sensus mouetur à sensibili. Ibid. pag 315, num.6.

Ostenditur sensum non dari in omnibus viuentibus, sed in omnibus animalibus dari sensum tactus, alios sensus non dari in omnibus animalibus. Tom.4. pagina 316, lib.3. de Anima cap.11, num.2, & sequ.

Qui sensus sint animali necessarij ad esse, vel ad bene esse. Tom.4. pag.529, lib.3, de Anima cap.12, num.6,7,8,& pag.333. lib. de sensu, & sensib. cap.1. num.6, 7.

Aliqui antiqui dixerunt simile sentiri simili, & quia corpora componuntur ex elementis, elementa esse organa sensuum. Ibid. pag.334, cap.2. per totum.

Vtrum eodem indiuisibili tempore possimus sentire per duos sensus. Tom.4 pag. 563, lib. de sensu, & sensib. cap. 8. per totum.

Sensus est perceptio rei præsentis, vt præsentis, ideoque memoria, quæ est de præterito, non est sensus. Tom.4 pagina 371, lib. de mem. & rem. cap.1, num.6, & pag.375, cap.2. num.8.

Somnus, & vigilia sunt passiones sensus. Tom.4. pag.387, lib. de somn.& vig.cap. 1, num.4, 5.

Somnus, & vigilia per se conueniunt sensui communi. Tom.4. pag.391. lib. de somn. & vig. cap.2. num.6, 7, 8.

Sensus communis est principium sensus in animali, & est in ea parte corporis, quæ in animali est principium motus, siquidem animalia mouentur spontanee, facta aliqua sensatione in sensu communi. Ibid. pag.393, num.6, 8.

Somnus est ligamen sensus communis facta ab euaporatione alimenti Ibid. pag.395, cap.4, num.6.

Tempore somni sensus communis ligatur per abscessum spirituum calidorum, & impeditur à sua operatione: animal autem conseruari nequit, nisi quiescat aliquando ab operationibus sentiendi. Tom. 4. pag. 399, lib. de somn. & vig. cap. 6, num.3.

Somnia non sentimus vllo sensu, quia cum dormimus, non possumus exercere vllum actum sentiendi. Tom.4. pag.400, lib.de somnijs cap.1. num.2.

Sensibilia causant in sensu aliquam passionem, quæ non solum durat in sensibus, dum remanent talia sensibilia, atque agût in sensus, sed durat etiam ablatis sensibilibus, & cessante operatione sensuum. To.4. pag.402, lib.de somn.cap.2.n.2,3,4.

Per

Per ſenſum poſſumus diſcernere etiam paruas differentias, & mutationes factas in rebus. Ibid. pag.404, num.5.
Quare aliquando propter turbationem quæ ſentimus videantur nobis eſſe quod non ſunt. Ibid. pag.405, num.8,9.
Cognitio ſenſitiua præſertim tactus, & guſtus, qui ſunt infimi ſenſuum, ſi comparetur cum prudentia, videtur ignobilis, ac parum appetibilis, at ſi comparetur cum inſenſibilitate plantarum videtur appetibiliſſima. Tom.4. pag. 488, lib.1. de gen. anim. cap.1, num.27.
† Virtus ſenſitiua primo eſt in corde, ideoque omnes meatus ſenſuum, & ſenſoriorum terminantur ad cor, vel ad partem proportionalem cordi. Tom.4. pag. 641, lib.5 de gen. anim. cap.2. num.3.
Oſtenditur ſenſum communem, & vniuerſim principium ſenſus eſſe in corde, non autem in cerebro. Tom. 4 pag. 677, lib. de iuu. & ſen. cap.2. num. 1,2, 3,4,5,6,7.
Qui clauem colli hoc eſt partem, per quam collum coniungitur pectori, habent bene ſoluram, ſunt ſenſitiui, ac ſenſu perfecto præditi, quia tum facile patet aditus ſpiritibus: ex oppoſita ratione qui clauem habent parum diſcretam ſunt inſenſati, & ſenſu imperfecto præditi. Tom.4. pag. 806, lib. Phyſiog. cap.9, num. 17.
Naturaliter appetimus ſentire propter ipſum ſentire. Tom.5, pag.3. lib.1. Metaph. cap.1. num. 1.
Senſus ineſt omnibus animalibus. Ibidem pag.4. num.3.
Senſus licet ſint certiſſimi, non ſunt ſapientia, quia non cognoſcunt cauſas. Ibid. pag.6. num.8.
Antiqui exiſtimarunt intellectum eſſe quêdam ſenſum. Tom.5. pag.101, lib.4, Metaph. cap.5, num.6.
Senſus non decipitur circa proprium ſenſibile, ſed decipitur phantaſia. Ibid. pag. 103, num.14.
Senſus nunquam iudicat contradictoria eſſe vera. Ibid. pag.104, num.18.
Quo pacto non obſtantibus diuerſis apparentijs ſenſibilibus quædam apparentiæ ſint determinatè veræ. Ibid. pag. 103, à num.14, vſque ad 10.
Certius eſt iudicium ſenſus de ſenſibili proprio, quam de alieno. Ibid pag.104, numer.17.
Qui habent ſenſum bene diſpoſitum ſunt menſura ſenſibilium, ideoque obiectum eſt tale, quale videtur ijs, qui habent ſenſum bene diſpoſitum, non quale videtur ijs, qui habent ſenſum malè diſpoſitum. Tom.5, pag. 296, lib.11, Metaph. cap.6. num.5.
Senſus dextri non ſunt aptiores ad ſentiendum, quam ſiniſtri, quia dextra ſunt aptiora ad agendum, non ad patiendum: ſentire verò eſt quoddam pati. Tom. 5. pag.752, ſect.31, prob num.12.
SENTENTIA. Sententia eſt pars enthymematis, ac deſcribitur *enunciatio de aliquo vniuerſali eligendo, vel fugiendo, circa quod verſantur actiones*. Tom.1. pagina 805, lib.2. Rhet. cap.22. num. 1, 2.
Concluſiones, & præmiſſæ Enthymematum Rhetoricorũ ſolent eſſe ſententiæ. Ibid. num.2.
Sententiarum quatuor ſunt genera, & earum exempla. Ibid. pag.806, num.3,4,5.
Quinam ſit vſus ſententiarum. Ibid. pagina 807, num 6, 7, 8, 9.
Sententiæ debent proferri non à iunioribus, ſed à ſenioribus. Ibid pag.807, num.6
Propter quas cauſas ſententiæ ſint vtiles ad perſuadendum. Ibid. pag.808, num.10.
SEPIÆ. Sepiæ ſunt animalia exanguia, mollia, quæ vltra octo brachia, habent duas promoſcides, quibus quaſi quibuſdam anchoris adhærent ſaxis. Tom.3. pagina 791, lib.4. de hiſt. anim. cap.1. num.6.
Quo pacto ſepiæ, & loligines differant inuicem. Ibid. pag.792, num.8.
Sepiæ cum terrentur, fundunt atramentum: Ibid. pag.793, num.13.
Sepium eſt quædam pars dura ſepiarum proportionalis oſſibus. Ibid. pag.793, numer.14
Sepia duos habet aluos plenos ouis albis inſtar grandinis. Ibid. pag.793, num.15.
Quo pacto mares ſepiarum differant a fœminis. Idid. pag. 791, num.16.
Sepia licet præſertim pariat tempore veris, tamen parit etiam alijs anni temporibus, perſeueratque in ouis pariendis dies circiter quindecim. Statim ac ſepia edit oua, mas ſequens ſuum atramentum illis infundit, quo ſolideſcunt. Mas eſt magis varius quam fœmina. Tom. 3. pag. 835, lib.5. de hiſt. anim. cap.12. num.1.
Sepiæ quo pacto generentur, qualia oua edant, & quo pacto illa foueant. Non explent duos annos vitæ, & quo pacto mas differat à fœmina. Tom.3. pag.849, lib.5. de hiſt. anim. cap.18. num.3, 4, 5, 6, 7.
Sepia eſt aſtutiſſima, & fundit atramentum

Digitized by Google

non ſolum ex timore, ſed etiam vt in eo lætem piſces venetur. Tom.3. pag. 1011, lib.9. de hiſt. anim. cap 37. num. 18.

Sepiæ, quia aluco longiori ſunt præditæ, indigent aliquo duro vt fulcimento, vt poſſint aluum, ſeu caput ſuſtinere, dirigere, & inflectere, ideoque acceperunt ſepium proportionale oſſibus. Tom.4. pag. 53, lib.2. de part. anim. cap.8. num.7.

Sepiæ habent atramentum copioſius, quam polypi, quia cum viuant prope littora, & non habeant aliud præſidium, quo ſe defendant, natura dedit illis copioſius atramentum. Tom.4. pag.127, lib.4. de part. anim. cap.5. num.18.

Sepiæ, loligines, ac polypi in quibus conueniant, ac differant, & aſſertur eorum ratio. Tom.4. pag 145, lib.4. de part.anim. cap.8. num.6,7,8.

Quia vterus ſepiarum eſt bifidus, ac diuiſus in duos ſinus, ideo ſepiarum oua apparent bifida. Tom.4.pag.572, lib.2.de gen. anim. cap.8. num.3.

SEPTEM. Enumerantur plura, quæ conueniunt in numero ſeptenario per accidens, ac non ex natura ſeptenarij. Tom.5. pag.413, lib.14. Metaph cap.9 num.5.

SEPTENTRIO. Terra ad Septentrionem eſt altior, & eleuatior. tom. 3. pag. 575, lib.2. Meteor. cap. 1. num.10.

Quare plures venti ſpirent à Septentrione, quam à meridie. Tom 3. pag.606, lib.2. Meteor. cap.6. num.6.

Terra Septentrionalis abundat pluribus aquis, ac niuibus, quam meridionalis. Ibid.

Septentrionales populi quia habent complexionem calidam, ſunt vinolenti. Tom. 5. pag.417, ſect.3. prob. num.7.

SEPTICVM medicamentum. Medicamentum, quod vocatur ſepticum, ſeu putrificum, fit ex aſpide angue Africæ. Tom.3. pag 977, lib 8. de hiſt. anim. cap.28. numer 3.

SEPTVM tranſuerſum. Vide Diaphragma.

SERENITAS. Quare aer ſoleat eſſe magis ſerenus nocte, quam die. Tom.5.pag.690 ſect.25. prob. num.7.

Aer ſerenus ſolet eſſe frigidior, quia calidum ſeparatur à vapore, qui proinde remanet frigidiſſimus. Ibid. pag. 693, numer. 18.

Cum Sol occidit purus, ſignum eſt ſerenitatis, quia ſignum eſt, quod Sol præualet vaporibus. Tom.5. pag. 697. ſect. 26. prob num.6.

SERPENTES. Serpentes ſunt animalia ſanguinea, & participant naturam animalium tum terreſtrium, tum aquatilium. Maxima ex parte ſunt terreſtres, ſed dantur etiam aquatici, ex iiſque pauciores ſunt fluuiatiles, plures marini, quorum plures ſunt ſpecies terreſtribus ſimiles, niſi quod habent caput ſimile capiti congri. Serpentes marini pedibus carent, ſicut & piſces. Colores habent omnis generis, ac non gignuntur in locis valde profundis. Tom 3. pag.746, lib.2 de hiſt. anim. cap 14 num. 1.

Deſcribuntur ſerpentes, & eorum partes. Ibid. pag. 752, cap.17. num.15, 16.

Serpentes quo pacto coeant Tom.3. pagina 829, lib.5. de hiſt. anim. cap.4. num.1.

Serpentes pariunt oua, eaque fouent, & anno ſequenti excludunt. Tom.3 pag.867 lib.5 de hiſt. anim. cap 34. num.2.

Serpentes ſunt omnium animalium edaciſſimi, ſunt omniuori, ac paruo potu ſunt contenti. Tom.3. pag.948, lib. 8. de hiſt. anim cap.4. num.1.

Serpentes appetunt vinũ: animali exucto, reliquum corpus per ſeceſſum emittunt. Ibid. pag 948, num 1, 2.

Serpentes diu poſſunt viuere ſine cibo, & quo pacto cibum deuorent. Ibid. pagina 948, num.3, 4.

Serpentes quo pacto exuant ſenectam, ſeu pellem ſenectutis Tom 3. pag.964, lib.8. de hiſt. anim. cap.17 num.5.

Narrantur quædam de magnitudine, celeritate, & robore quorumdam ſerpentiũ, qui naſcuntur in Africa. Tom 3 pag.976, lib.8. de hiſt. anim. cap 28. num.9.

Narrantur quædam de aliquibus ſerpentibus, & eorum veneno. Ibid pag. 977, num.3.

Serpens marinus qualis ſit. Tom.3 pag 1010, lib 9 de hiſt. anim. cap.37, num.6.

Serpentes habent linguam longam, & bifidam, & in extremitate tenuem inſtar capilli. Quia habent linguam bifidam, habent ſenſum guſtus quodammodo duplicatum, & ſunt guloſiſſimi, atque auidiſſimi lambendi ſapores. Tom.4 pag.74, lib. 2. de part. anim. cap.17, num.6.

Serpentes, & piſces conueniunt in modo viſcerum, excepto hoc, quod ſerpentes habent pulmones ad reſpirandum aerẽ, piſces loco pulmonum habent branchias ad attrahendam aquam. Tom.4 pag.119, lib.3. de part. anim. cap.1. num.2.

Proponuntur quædam conuenientiæ, ac differentiæ quadrupedum oui parorum, piſcium,

piſcium, & ſerpentium. Ibid. pag. 119, cap. 1. per totum.
Serpens videtur lacerta longa, & expes. Ibidem pag. 119, num. 1, & pag. 159, lib. 4. cap. 14, num. 1.
Serpentes, qui valde deficiunt calore, toto corpore nituntur terra. Tom. 4. pag. 149, lib. 4. de part. anim. cap 10, num. 11.
Explicantur partes exteriores ſerpentium, & earum redditur ratio. Tom 4. pag. 162, lib. 4. de part. anim. cap. 11, num. 12, 13, 14, 15.
Proprium ſerpentium præ reliquis animalibus eiuſdem generis eſt, vt reliquo corpore quieſcente, poſſint retro caput conuertere. Affertur ratio. Ibidem pag. 163, num. 15.
Quare ſerpentes debuerint pedibus carere. Tom 4. pag. 171, lib. 4. de part. anim. cap. 13, num. 6, & pag. 186, lib. de inc. anim. cap. 5. num. 8.
Serpentes non habent teſtes, ſed loco teſtium habent quoſdam meatus ad vſum emittendi ſemen. Ibid pag. 174, num. 15, & pag. 444, lib. 1. de gener. anim. cap. 3. num. 2.
Quo pacto ſerpentes flectendo corpus moueant ſe quatuor notis. Tom 4. pag. 185, lib. de inc. anim. cap. 5. num. 5.
Quare ſerpentes moueantur motu non recto, ſed flexo. Ibid pag. 185, num 6
Oſtenditur ſerpentes, & alia animalia pedibus carentia non poſſe moueri abſque corporis flexionibus. Tom. 4. pag. 192, lib. de inc. anim cap. 7. num. 14
Quo pacto ſerpentes, dum mouentur motu vndoſo, conſtituant quoddam triangulum. Ibid. pag. 192, num. 5.
Aliquando viſus fuit ſerpens biceps, quia cum ſerpentes ſint ouipari, ex confuſione ouorum aliquando naſcuatur ſerpentes bicipites. Tom. 4. pag. 609, lib. 4. de gen. anim. cap. 4. num. 10.
SERVM. Serum eſt pars aquoſa lactis. Tomo 3. pag. 786, lib. 3. de hiſt. anim. cap. 21. num. 4.
Virtute coaguli coagulatur lac, eoque concreſcente, ſeparatur pars aquoſa, & humida, quæ dicitur ſerum. Tom. 4. pagina 518, lib. 1. de gen. anim. cap. 4. num 22.
SERVVS, ſeruitus. Seruus eſt ſimpliciter domini, & eſt inſtrumentum animatum. Tom. 2. pag. 518, lib. 1. Polit. cap. 3 numer 5, 6.
Seruus naturaliter eſt, qui cum ſit homo, ex natura ſua non eſt ſui ipſius, eo quod non poſſit ſe ipſum regere propter hebetudinem mentis, ſed eſt alterius, eo quod debeat ab altero regi: ſeu ſeruus eſt *inſtrumentum animatum, actiuum, ſeparatum, homo exiſtens*. Ibid. pag. 518, num. 8.
Aliqui natura ſua ſunt ſerui, ita vt melius ſit illos ſeruire, eorumque ſeruitus eſt iuſta, & quinam tales ſint. Ibid pag. 520, à num. 9. vſque ad finem.
Seruitus eorum, qui bello capiuntur, eſt iuſta, legitima, & ſecundum legem, licet non ſit omnino iuſta ſecundum naturam. Tom. 2. pag. 523, lib. 1. Polit. cap. 4. num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.
Seruilitas non eſt ſcientia, ſed datur quædam ſcientia ſeruiendi. Ibid. pag. 525, numer. 8, 9.
Naturaliter non eſt idem mulier, ac ſeruus, licet barbari quia naturaliter ſunt ſerui, vtantur muliere vt ſeruo. Ibid. pag. 513, cap. 1. num. 6.
Quænam ſit virtus propria ſerui, tum ſecundum animam, tum ſecundum corpus. Tom. 2. pag. 537, lib. 1. Polit. cap. 8, per totum.
Ad hoc, vt Reſpublica bene ſe habeat, neceſſe eſt, vt ſerui ſint quieti, ſed difficile id obtinetur, ac de facto ſerui Lacedæmonum, qui vocabantur Ilotes, inſurgebant contra dominos. Tom. 2. pag. 568, lib. 2. Polit. cap. 7. num. 2.
Serui ſunt præcipua poſſeſſio: ideo debent parari optimi, ac per diſciplinam curandum eſt, vt optimi fiant, & quo pacto cum ijs ſit agendum. Tom. 2. pag. 794, lib. 1. Oecon. cap. 5, per totum.
SESELIS herba. Ceruæ poſtquam peperierint, cuerunt, ad comedendam herbam, quæ vocatur ſeſelis, & eſt remedium, quo ceruæ, & vultures vtuntur. Tom. 3 pagina 987, lib. 9, de hiſt. anim. cap 5, num. 1.
SESOSTRES. Seſoſtres molitus eſt perfodere ſpatium terræ, quod intercipitur inter mare rubrum, & mediterraneum, & quare ab incepto deſiterit. Tom 3, pag. 571, lib. 1. Meteor. cap. 10, num. 9.
SESSIO. Quare cum ſedemus præſertim commodè, thorax faciat angulum rectum cum femore, femur faciat angulum rectum cum crure, cum ſurgimus vtrumque angulum mutemus in acutum, & alioquin ſurgere nequeamus. Tom 4. pag. 761, lib. qu. mechan. qu. 30, num. 1, 2, 3.
Magis incommodum eſt ſedere, vel iacere in locis planis, quam in concauis, quia

loci concaui melius adaptantur ſuperficiei corporis. Tom. 5, pag. 499, ſect. 5, prob num. 11.

Sedes, & quies impinguat calidos, quia etiam abſque exercitio concoquunt cibum: at frigidos extenuat ex oppoſita ratione. Tom. 5, pag. 510, ſect. 6, prob. num 1.

SEVVM. Seuum, ſeu ſebum habent omnia animalia non in vtraque maxilla dentata; quo pacto ſeuum differat ab adipe, & de alijs ad ipſa ſpectantibus. Tom. 3, pag. 781, lib. 3. de hiſt. anim. cap. 17, per totum.

Seuum, & adeps conueniunt in hoc, quod ſunt ſanguis valde concoctus, ideoque nullum animal exangue habet ſeuum, neque adipem. Explicantur alia ſpectantia ad ipſa. Tom. 4. pag. 44, lib. 2, de part. anim. cap. 5. per totum.

SEXVS. Differentia maris à fœmina in quibuſdam animalibus datur, in alijs non datur, & quædam animalia videntur eſſe ſimul mares, & fœminæ, ſiquidem per ſe generant. Tomo 3. pag 824, lib. 4. de hiſt. anim. cap. 11, num. 1.

Diſcrimen ſexus non datur in animalibus teſtaceis, neque in immobilibus, neque in quibuſdam inſectis, neque in quibuſdam piſcibus. Ibid. pag. 824, num. 3, 4, 5

Explicantur quædam differentiæ, per quas inter animalia habentia ſexum mares differunt à fœminis. Ibid. pag. 825, num. 6, 7, 8, 9, 10.

In quibus animalibus detur differentia ſexus. Tomo 4. pag 410, lib. 1 de gen. animal. cap. 1. num. 2, & ſeqq.

Sicut viuentia, in quibus ſexus non diſtinguitur, habent vnitam virtutem maris, ac fœminæ, ſic eorum ſemen habet vnitam virtutem actiuam, & paſſiuam, & eſt integer conceptus Tomo 4. pag. 431, lib. 1. de gen. anim. cap 20, num 11, 12.

Quare in plantis non detur diſtinctio ſexus, in animalibus detur. Tom. 4 pag. 488, libro 1. de gen. anim. cap. 20, num. 27, & pag. 491, lib. 2. cap. 1. num. 7.

Vide Mas, fœmina. Mulier.

SIBILVS. Serpentes edunt ſibilum continuatum, teſtudines abruptim, & perexiguum. Tom. 3. pag. 820, lib. 4, de hiſtor. anim. cap. 9, num. 8.

SIBYLLÆ. Quia atra bilis incaleſcens immutat organum cognoſcendi, ideo multi corripiuntur œſtro, & furore quodam diuino, vt Sibyllæ, & bacchantes. Tom. 5, pag. 737, ſect. 30, prob. num. 1. C.

SICCITAS, ſiccum. Siccum eſt, *quod eſt facile terminabile termino proprio, difficile alieno*, ac ſiccitas eſt qualitas paſſiua, & eſt vna ex primis qualitatibus tangibilibus. Tom. 3 pag. 497, lib. 2. de gen. cap. 2. num. 2, 3, 6.

Siccum quot modis dicatur. Ibid. pag 498, num. 5.

Ignis eſt calidus, & ſiccus, ſed magis calidus, quam ſiccus: terra eſt frigida, & ſicca, ſed magis ſicca, quam frigida. Ibid. pag. 499, cap. 3, num. 1, 9.

Calor, & frigus ſunt qualitates actiuæ humiditas, & ſiccitas paſſiuæ. Tom. 3. pag. 653, lib. 4. Meteor. cap. 1. num. 1, 2, 3, 4.

Proponuntur modi, quibus res dicuntur ſiccæ, vel humidæ. Tom. 4: pag. 39. lib. 2. de part. anim. cap. 3. num. 1.

Vide Humida.

SIGNA. Signum quid ſit, & quo pacto differat a veriſimili. Tom. 1. pag. 281, lib. 2. Prior. cap. 33, num. 2.

Signum eſt propoſitio neceſſaria, vel probabilis in quantum demonſtrat, vel indicat aliquid aliud. Ibid. pag. 281, num. 2.

Signa alia ſunt comitantia, alia conſequentia, alia antecedentia. Ibid. pag. 281, numer. 2.

Signa alia ſunt apta, vt ſint medium pro prima figura, alia vt ſint medium pro ſecunda, alia vt ſint medium pro tertia. Ibid. pag. 282, cap. 24, num. 2.

Signum pro prima figura eſt tecmyrion, hoc eſt infallibile. Ibid. pag. 283, num 4.

Ex ſignis aliqua ſunt ſolubilia, aliqua infallibilia, & inſolubilia. Ibid. pag. 283, numer. 3, 4.

Signa, ex quibus fiunt enthymemata, quot generum ſint. Tom. 1. pag 695, lib. 1. Rhetor. cap. 2. num. 12, 13.

SIGNA phyſiognomica. Quo pacto ex ſignis phyſiognomicis poſſimus naturas, & naturales affectiones conijcere. Tom. 1. pag. 284, lib 2. Prior. cap. 35, num. 4, 5, 6.

Quo pacto ex ſignis fieri poſſit ſyllogiſmus phyſiognomicus. Ibid. pag. 285, num. 7.

Cum apparent ſigna contraria, neutram contrariarum paſſionum debemus affirmare. Tom 4. pag. 794, lib. Phyſiogn. cap. 5. num. 7.

Conſiderare debemus ſigna non communia toti generi hominum, ſed ſolum quibuſdam. Ibid. pag. 794, num. 8.

Signa phyſiognomica reduci poſſunt ad tres claſſes, ad bruta animalia, ad effectus paſſio-

Digitized by Google

passionum, & ad formas, & qualitates corporis. Tom.4. pag.800, lib. Physiog. cap.7. num.5.
Proponuntur signa physiognomica, quæ desumuntur ex singulis partibus corporis, & eorum rationes. Tom.4. pag.803, lib. Physiog. cap.9, per totum.
Signa præsertim desumuntur ex differentia inter marem, & fœminam, & ex effectibus passionum. Tom.4. pag.805, lib. Physiogn. cap.10, num.61, 63.
SIGNIFICATIO nominum. In significatione nominum debemus sequi vulgus. Tom.1. pag.450, lib.2 Top. cap.2. num.8.
SILPHA. Silpha est quoddam insectum, quod exuit pellem senectutis more serpentium. Tom.3. pag. 964, lib. 8. de hist. anim. cap 17, num.6.
SILVRVS Piscis. Silurus, qui etiam dicitur glanius, quo pacto coeat, & pariat ova, eaque custodiat, & quo pacto ex ovis generetur. Tom.3. pag.889, lib. 6. de hist. anim. cap.14, num.3, 4, 5.
Silurus fœmina est melior ad comedendum, quam mas Tom.3. pag.979, lib.8 de hist. anim. cap.30, num.6.
Silurus mas quanta cura custodiat ova edita à fœmina. Tom.3. pag. 1010, lib.9. de hist. anim. cap.37, num.10.
Silurus quia summo æquore natat, potissimum sub canicula syderatur, ita vt viribus prorsus destitutus langueſcat: à vehementi etiam tonitruo consopitur, ita vt evadat stupidus, & à dracone ictus interit. Est autem draco serpens natans per stagna. Tom.3. pag. 968, lib 8 de histor. anim. cap.20, num.1.
SIMIA. Simia habet naturam ancipitem, qua partim hominem, partim quadrupedes imitatur. Describitur Simia, & tres eius species, quæ sunt simia communis, cæbus, & caniceps. Tom.3. pag.737, lib. 2. de hist. anim. cap.8, & 9, per tota.
Simiæ sunt malis moribus præditæ, ideoque qui habent nates quodammodo exiccatas, & parum carnosas, vt simiæ, solent esse malis moribus præditi. Tom. 4. pag 805, lib. Physiog. cap. 9. num.7.
SIMILARIA. Vide homogenea.
SIMILE, similitudo. Consideratio similitudinum est quartum instrumentum dialecticum: explicatur quo pacto quærendæ sint similitudines, & ad quæ sit vtilis earum consideratio. Tom.1. pag 443, lib. 1. Top. cap.14, num.1, 2, 5.
Proponitur locus à simili in problemate accidentis. Tom.1. pag.463, lib.2 Topic. cap.4. num.1, 2, 7. 8, 9.
Proponitur locus ex similibus in problemate generis. Tom.1. pag.494, lib.4. Top. cap.4. num.1.
Proponuntur loca ex simili in problemate proprij. Tom.1. pag.525, lib.5. Top. cap. 3. num.8, 9, 16, 17, 18, 19, 20.
Simile cur delectetur simili. Tom. 1. pagina 741, lib. 1. Rhet. cap. 11, num.21, 22, & Tom.5. pag.543, sect. 10. probl. num.51.
Proponitur locus rhetoricus ex similibus. Tomo 1. pag.818, lib.2. Rhet. cap.24, n.2.
Similitudo, siue imago quo pacto differat à translatione. Tom.1. pag.840, lib.3. Rhet. cap.4, num.1.
Similitudines vtiles sunt in soluta oratione non minus quam translationes, sed non sunt frequenter adhibendæ, cum magis conueniant poetis. Ibid. pag.841, num.2.
Proponuntur plura exempla similitudinũ. Ibid. pag.841, num.3.
Similitudines possunt afferri etiam vt translationes. Ibid. pag. 841, num.4.
Similitudines conducunt ad dicta vrbana, sed minus, quam translationes. Tom.1. pag.855, lib.3. Rhet. cap.10, num 3, 4.
Similitudines sunt insignes quædam translationes, & quo pacto differant à translationibus. Tom.1. pag.862, lib.3. Rhet. cap.11. num.9.
Amicitia an fundetur in similitudine, vel in dissimilitudine, & vtrum simile appetat simile, vel dissimile. Tom.2. pagina 221, lib. 8. Ethic. cap. 1. num. 7, & pag. 380, lib.2. mag. mor. cap. 12, num.2, 15, 16.
Similitudo præsertim in virtute valde confert ad amicitiam: similitudo secundum vitia non sufficit. Tom.2. pag.235, lib.8. Ethic. cap.8. num.5, 6, 7.
Quo pacto dissimiles, & contrarij aliquando contrahant amicitiam. Ibid. pag.236, num.6, 7.
In quo sensu intelligendum sit axioma, quod vnumquodque mouetur ad suum simile. Tom.3. pag.430, lib. 4. de Cœlo cap.3. num.2.
Licet antiqui dixerint agens, & patiens debere esse dissimilia, tamen Democritus dixit debere esse similia: cur abierint in contrarias sententias, & quo pacto vtrique aliqualiter dixerint verum. Tom. 3. pag 476, lib.1. de gen. cap. 15, num. 1, 2, 3, 4, 5, 8.
Agens, & patiens debent esse similia in specie, sed dissimilia in genere. Ibidem

pagina 477, numer. 6, 7.
Simile non patitur ab omnino simili. Tomo 3. pag. 487, lib. 1. de gen. cap. 19. num. 4.
Aliqui dixerunt simile cognosci simili. Tomo 4. pag. 218, lib. 1. de Anima cap. 4, num. 10
Reijcitur opinio antiquorum, qui dixerunt animam ideo cognoscere omnia, quia constat ex omnibus, & simile cognoscitur simili. Tom. 4. pag. 235, lib. 1. de Anima cap. 12, per totum.
Quare filij nasci soleant similes parentibus. Tom. 4. pag. 458, lib. 1. de gen. anim. cap. 18, num. 1, 2, 3, & pag. 474, cap. 19, numer. 5.
Empedocles dixit causam distinctionis partium in generatione animalis esse, quia simile accurrit ad simile. Reijcitur. Tomo 4, pag. 521, lib. 2 de gen. anim. cap. 4. num. 33.
Quare filij aliquando nascantur similes parentibus, aliquando dissimiles: aliquando nascantur similes patri, aliquando matri, aliquando maioribus, aliquando nulli maiorum. Tom. 4. pag. 599, lib. 4. de gen. anim. cap. 3, per totum.
Similia quot modis dicantur. Tom. 5, pag. 131, lib. 5. Metaph. cap. 9, num. 5, & pag. 264, lib. 10, cap. 5, num. 6.
Similia sunt quorum qualitas est vna. Ibid. pag 131, num. 5.
Similia dicuntur, quæ conueniunt in pluribus qualitatibus sensibilibus, ita vt vnum simules aliud. Tomo 5, pag. 264, lib. 10. Metaph. cap. 5, num. 6.
SIMITAS. Quare homines præditi capillis crispis, & intortis vt plurimum habeant nasos simos. Tomo 5, pag. 767, sect. 33, prob. num. 18.
SIMPLEX apprehensio. Vide Apprehensio.
SIMPLICIA. Quo pacto propositiones circa substantias simplices sint veræ, vel falsæ. Tomo 5, pag. 352, lib. 9. Metaph. cap 13. num. 4.
Circa simplicia cognita vt immobilia non potest dari error quoad quando. Ibidem pag. 355, num. 8.
SIMPLICITER. Proponitur locus Rhetoricus Enthymematum apparentium ex simpliciter, & secundum quid. Tomo 1. pag. 826, lib. 2. Rhet. cap. 25, num. 11.
Vide Fallacia.
SIMVL. Simul dicitur tribus modis. Primo proprijssimè dicuntur simul, quorum generatio in eodem est tempore: secundo simul natura dicuntur, quæ conuertuntur secundum essendi consequentiam, sed neutrum causa est alteri vt sit: tertio dicuntur etiam simul natura, quæ ex eodem genere è diuerso ab inuicem diuiduntur. Tomo 1. pag. 62, lib. Prædicam. cap. 14, num. 1, 2, 3.
Simul sunt, quæ in vno loco sunt primo, hoc est sunt in eodem loco proprio. Tomo 3. pag. 154, lib. 5 Physic. cap. 4. num. 2, & Tom. 5, pag. 319, lib. 11. Metaph. cap. 13, num. 1.
SIMVLATOR. Signa simulatoris, siue Ironici sunt, vt oculos habeat rugosos, facie somnolentam, & vt circa faciem, & oculos sint pingues. Tomo 4. pag. 798, lib. Physiog cap. 6. num. 13.
SINCIPVT. Sinciput est pars anterior cranij capitis, seu Caluariæ, atque os, ex quo constat sinciput, vltimo in homine consistit, & induratur. Tom. 3. pag. 709, libro 1. de hist. anim. cap. 10. num 6.
Sinciput infantis iam nati adhuc molle est, quia humiditas cerebri est causa, vt sero solidescat. Tomo 4. pag. 533, lib. 2. de gen. anim. cap. 4. num. 75.
SINGVLARIA. Singulare est, quod non est prædicabile de pluribus, vt Callias. Tom. 1. pag. 73, lib. 1. Periherm. cap. 5, num. 1.
Singularia sunt infinita, ac parum scibilia. Tomo 1. pag. 357, lib. 1. Post. cap. 18, numer. 8.
Magis generat singulare, quam vniuersale, quia singulare est magis substantia per se existens. Tomo 4. pag. 601, lib. 4. de gen. anim. cap. 3. num. 6.
Singularia secundum sensum sunt priora vniuersalibus. Tomo 5. pag. 134, lib. 5, Metaph. cap. 11, num. 7.
Ostenditur vniuersalia non esse substantias separatas a singularibus sensibilibus. Tomo 5, pag. 208, lib. 7. Metaph. cap. 18, per totum.
Singularium, vt pote quæ aliquando sunt, aliquando non sunt, non datur definitio, neque demonstratio, aut scientia, quæ sût de æternis, ac necessarijs. Tom. 5, pagina 210, lib 7. Metaph. cap. 19, num. 1, 2.
Singularia etiam incorruptibilia vt Sol, Luna &c. definiri nequeunt. Ibid. pag. 211, num. 4, 8.
Singulare est substantia per se existens ab omnibus alijs separata. Ibid. pag. 211, num. 3.
Vide Individua.
SINGVLTVS. Singultus est passio pectoris,

ris, & cauſatur à vapore, & ſpiritu inconcocto circa pectus. Tomo 5, pag. 761, ſect. 13, prob. num. 1.

Quare ſternutamentum poſſit ſedare ſingultum. Ibidem pag. 761, num. 1, 5, 17.

Acetum poteſt ſedare ſingultum leuiorem, quia ſua acrimonia incidit, ac diuidit humidum, à quo cauſatur ſingultus. Ibid. pag. 761, num. 1, 5.

Retentio ſpiritus poteſt ſedare ſingultum leuiorem, quia cauſat calorem diſſolutiuum humidi. Ibidem pag. 761, num. 1, 5, 13.

SINISTRVM. Vide Dextrum.

SIPHARVM lacus. Sipharum lacus in Græcia generat mugiles duabus tantum pinnis præditos. Tomo 3. pag. 744, lib. 2, de hiſt. anim. cap. 13, num. 3.

SIREN. Ex inſectis ſanificantibus quædam ſunt gregalia, vt apes &c, quædam ſolitaria, vt ſiren maior, qui eſt niger, & varius, ac ſiren minor, qui eſt fuſcus. Tomo 3. pag. 1015, lib. 9. de hiſt. anim. cap. 40, num. 1.

SITIS. Animalia ouipara quia ſunt parum calida, & parum habent ſanguinis, parum ſitiunt, & parum bibunt. Sitis enim cum ſit appetitus frigidi, & humidi, oritur ex caliditate. Tomo 4, pag. 99, lib. 3, de hiſt. anim. cap. 6, num. 8.

Quæ habent guſtum, habent famem, & ſitim; ſiquidem fames eſt appetitus calidi, & ſicci, ſitis eſt appetitus frigidi, & humidi. Tomo 4, pag. 253, lib. 4. de Anima cap. 4, num. 5.

Timor cauſat quamdam ſitim impropriam, quia dum ſanguis deſcendit ad partes inferiores, lingua, & fauces remanent ſiccæ. Tomo 5, pag. 719, ſect. 27, prob. numer. 3, B.

Irati patiuntur ſitim propriam propter efferueſcentiam ſanguinis circa cor, & pulmones. Ibid. num. 3, B.

Sitis eſt moleſtior fame, quia ſitis eſt appetitus humidi, calor autem vitalis magis appetit humidum, quam ſiccum. Tom 5, pag 724, ſect. 28, prob. num. 5.

Vide potus.

SITTA Auis. Sitta, & Trochilus inimicitias cum Aquila gerunt. Sitta ſiquidem ouа aquilæ frangit: aquila autem inimica eſt Sittæ, tum propter hoc, tum quia cum ſit carniuora, inimica eſt omnibus auibus. Tomo 3, pag. 983, lib. 1. de hiſt. anim. cap. 1, num. 16.

Auis, quæ dicitur Sitta, eſt pugnax, ingenio tractabilis, & compoſita, ac victu parabili contenta. Aiunt eam eſſe maleficam, quia multiſcia eſt. Eſt fœcunda, ac ſobole felici. Viuit ligna tundens, ac vermiculos prodeuntes comedens. Tomo 3, pag. 999, lib. 9, de hiſt. anim. cap. 17, num. 2.

SITVS. Situs dicitur per denominationem à poſitionibus, quæ dicuntur ad aliquid. Tomo 1. pag. 54, lib. Prædicam. cap. 11, num. 1.

Situs Ciuitatis quo pacto cauſet ſeditiones, ac mutationes Rerumpublicarum. Tomo 2, pag 672, lib. 5, Polit. cap. 5, num. 12.

Situs Ciuitatis qualis debeat eſſe. Tomo 2, pag. 753, lib. 7, Polit. cap. 11, num. 1.

Situs corporum putreſcentium ſolet eſſe albus, & quia canities eſt quidam ſitus, eſt alba. Situs autem eſt albus, quia fit ex vapore putreſcente, cui multum aeris admiſcetur: vapor autem, cui aer admiſcetur, fit albus. Tomo 4, pag. 651, lib. 5, de gen. anim. cap. 4, num. 5.

SOBRIETAS, ſobrius. Sobrij ſemper habent in ventre aliquid ſalſi, & acris, quod ſupernatat cibo, ideoque minus diſcernunt ſalſa, & acria, quam ſebrij. Tomo 5, pag. 477, ſect. 3, prob. num. 8.

Sobrij quia ſunt bene diſpoſiti, rectè iudicant. Ibid. pag. 486, num. 26.

Sobrij habent corpora magis intenta quam ebrij, & ideo emittunt vocem acutiorem. Tomo 5, pag 569, ſect. 11, prob. num. 56.

SOCIETAS. Vide Amicitia.

SOCRATES. Qui negant de ſe præclara, ſunt alijs gratioſi, vt Socrates, qui negabat ſe eſſe ſapientem. Tomo 3, pag. 115, lib. 4 Ethic cap. 8. num. 6.

Socrates fuit melancholicus. Tomo 5, pag. 734, ſect. 30. prob. num. 1

Socrates deſperata ſcientia rerum naturalium, egit ſolum de moralibus. Tom. 5. pag. 362, lib. 13. Metaph. cap. 4. num 2.

Socrates quare quæſiuerit definitiones. Ibidem pag. 362, num. 3.

SODALES. Vide Amicitia, Amici.

SOL. Sol non bene definitur *aſtrum apparens in die*, quia cum dies ſit latio ſolis ſuper terram, in definitione ſolis poneretur ipſe ſol Tomo 1. pag 540, lib. 6. Top. cap. 1. num. 25.

Pythagorici dixerunt ſolem eſſe ignem, eumque eſſe in centro mundi, terram autem eſſe vnum aſtrorum, quæ circumferuntur. Proponuntur, & reijciuntur fundamenta huius ſententiæ. Tomo 3, pa-

gina 376, lib.2. de Cœlo cap.13, num.3, 4, 5, 6.
Sol eſt ſicut cor mundi,& eſt ſicut centrum rei, non magnitudinis. Ibid. pag.337,numer.6.
Sol ſuo acceſſu cauſat generationes,ſuo receſſu cauſat corruptiones, & ſicut per ſuum motum diurnum perpetuum eſt cauſa, vt generationes ſint perpetuæ, ſic per motum obliquum per Zodiacum eſt cauſa, vt generationes, & corruptiones ſibi mutuo ſuccedant, ac ſint quodammodo circulares. Tomo 3.pag.521,lib.2, de gen. cap.11, num.1, 2, 3, 4, 5.
Quare Sol multo magis calefaciat corpora inferiora, quam alia aſtra. Tomo 3. pag. 537, lib.1 Meteor. cap. 1. num 9, 10.
Oſtenditur Solem non eſſe igneum,nec formaliter calidum Ibid. pag.537, num.11.
Color Solis non eſt igneus, ſed candidus. Ibidem.
Sol eſt maior terra, ac magis diſtat à terra, quam luna,& ex oppoſitione terræ proijcit vmbram non infinitam, ſed conicam, ac non pertingentem ad planetas ſuperiores, & ad ſtellas fixas, ideoque nulla ſtella fixa poteſt occultari Soli. Tomo 1. pag.550, lib.1. Meteor. cap.9 num 6.
Reijcitur opinio dicentiũ Solem eſſe igneũ, & ali vaporibus humidis ex terra attractis. Tomo 3.pag.578, lib.2 Meteorol. cap.2. num 5, 6, 7, 8, 9, 10.
Sol eſt cauſa eleuans ex terra vapores tum ſiccos, tum humidos. Tomo 3. pag. 592, lib.2. Meteor. cap.4. num.4.
Quo pacto Sol excitet ventos, eòſque ceſſare faciat. Ibid. pag. 597, cap.5, num. 1, 2.
Cum videmus Solem vt pedalem verè videmus ſolem, licet malè videamus, & appareat aliter ſe habere, quam verè ſe habeat. Tomo 4. pag 401, lib. de ſomnijs cap.1. num.5.
Ex motibus ſolis, & lunæ oritur, vt calor, & frigus aliquando ſeruent modum, aliquando excedant, ideoque circuitus ſolis, & lunæ cauſant, & etiam menſurant generationes, & corruptiones, ideoque videmus mare, & omnia corpora humida moueri iuxta motum aeris, & ventorum, aerem, & ventos moueri iuxta circuitus ſolis, & lunæ. Tomo 4. pagina 631, lib.4. de gen.anim.cap.10, num.4,5.
Quare generationes, geſtationes in vtero,& vitæ omnium animaliũ menſurentur circuitibus ſolis, & lunæ, Tomo 4. pag.631, lib.4. de gen. anim. cap.10, num.3.
Circulatio ſolis circa terram facit diem,circulatio per Zodiacum facit annum. Ibid. pag.631, num.3.
Eudoxus ad ſaluandos motus ſolis, & lunæ tribuit illis tres ſphœras.Prima eſt per quã mouetur ab Oriente in Occidentem, & cauſat diem: ſecunda per quam mouetur ab Occidente in Orientem, & cauſat annum: tertia per quam mouetur obliquè, & aliquando eſt magis, aliquando minus auſtralis. Calippus addidit alias duas ſphœras, & ſic putauit ſolem, & lunam moueri quinque ſphœris. Tomo 5, pag.341, lib.12, Metaph. cap.8. num 4, 6.
Magis incalefcimus,cum ſtamus immoti ad ſolem, quam cum quieſcimus, quia cum ſtamus immoti, aer nos circunſtans eſt magis calidus, cum calefiat etiam halitu calido exeunte ex noſtris corporibus.Tomo 5. pag.507, ſect.5. prob. num.34, & pag.779, ſect. 38. num.6.
Quare cum ſol æquali ſemper velocitate aſcendat ſupra horizontem, & ad horizontem deſcendat, tamen vmbræ, quæ proijciuntur à corporibus illuminatis à ſole,non creſcant æqualiter.Tomo 5.pag. 591, ſect.15. prob. num.4.
Quare cum ſol oritur, & occidit, vmbras efficit longiſſimas, tempore autem meridiei vmbras efficit breuiſſimas. Ibid pag. 597, num.8.
Quare luna cum eſt in eadem eleuatione ab horizonte vmbras efficit maiores, quã ſol. Ibid. pag.597, num.9.
Quare cum lumen ſolis eclypſati excipitur per foramina cribri, vel per aliud ſimile, apparet lunulatum, ſicut ſol. Ibid. pag. 598, num.10.
Quare extremitas vmbræ ſolaris videatur tremere. Ibid. pag 600, num.11.
Quare dum ſol oriens ſe attollit ab horizonte, aliquando venti ceſſent, aliquando augeantur. Tomo 5 pag.707, ſect.26. prob. num.35.
Sol mouet ad ſternutandum, quia ſuo calore rarefacit humorem narium,qui proinde per ſternutamentum erumpit.Tom. 5. pag.762, ſect.33. num.4.
Quare ſol ceram, & oleum albefaciat, carnem autem denigret. Tomo 5. pag. 778, ſect.38. prob.num.1, 7, 10.
Quare ignis homines non reddat nigros,vaſa fictilia reddat nigra; ſol è conuerſo denigret homines, non autem vaſa fictilia. Ibid. pag.779, num.8.

SOLEA. Vide Paſſeres marini.
SOLERTIA. Solertia eſt perſpicacia quædam, per quam cognita re, ſtatim vel pene ſtatim conijcimus eius medium, & cauſam. Explicatur. Tomo 1. pag 372, lib. 1. Poſt. cap. 24, num. 11.
Vide Sagacitas, ſagax.
SOLIDVM. Solidum eſt magnitudo diuiſibilis ſecundum tres, & ſecundum omnes dimenſiones, & eſt magnitudo perfecta. Tomo 3. pag. 288, lib. 1. de Cœlo cap. 1. num. 3, 5.
Solida, ſuperficies, & lineæ an ſint ſubſtantiæ ſeparatæ. Tomo 5. pag 77, lib. 3. Metaph. cap. 8. num. 2.
Solidum eſt quod eſt diuibbile omnino, ſeu ſecundum tres dimenſiones. Tom. 5. pag. 139, cap. 13 num. 2.
Pythagorici ſolidum vocabant trinitatem, quia habet tres dimenſiones. Tomo 5. pagina 382, lib. 13. Metaph. cap. 9. num. 15.
Pythagorici dicebant altum, & profundum eſſe principia ſolidorum. Ibid. pag. 385, num. 24.
Vide corpus ſolidum.
SOLIPEDA animalia. Animalia ſolipeda, hoc eſt ſolida vngula prædita, ſolent eſſe maiora, ideoque ſolent eſſe vnipara, quia cum pene totum alimentum conuertant in magnitudinem corporis, parum illis ſupereſt excrementi, quod conuertant in ſemen. Tomo 4. pag 612, lib. 4, de gen. anim. cap. 4. num. 17.
Animalia ſolipeda quia ſunt vnipara, ſolent parere fœtum perfectum. Tomo 4. pag. 622, lib 4. de gen anim. cap. 6. num. 2.
SOLOECISMVS. Soloecismus eſt vna ex metis ſophiſtarum. Tomo 1. pag. 609, libro 1. Elench. cap. 3. num. 1.
SOLON. Solon legislator Athenienſium quo pacto illam Rempublicam temperauerit. Tomo 1. pag. 581, lib. 2. Politic. cap. 10, num 1, 2, 3, 4.
SOLVBILIA, & Inſolubilia. Quare ex corporibus aliqua ita concreſcant, vt ſint ſolubilia, alia ita, vt ſint inſolubilia: & quare ex corporibus inſolubilibus quædam ſint mollificabilia, quædam non. Tomo 3. pag. 672, lib. 4. Meteor. cap. 7. num. 13, 14.
SOLVTIO. Duo ſunt modi ſoluendi enthymemata. Primus eſt, cum probamus oppoſitum: ſecundus cum afferimus inſtantiam contra id, quod ab aduerſario fuit probatum. Tomo 1. pag. 827, lib. 2. Rhet. cap. 26, num. 1.
De ſolutione Enthymematum. Ibid pag. 826, per totum.
Solutio fallaciarum, & ſophiſmatum. Vide fallaciarum ſolutio.
SOMNIVM Proponuntur plures quæſtiones circa ſomnia. Tomo 4. pag. 386, lib. de ſomn. & vig. cap. 1. num. 1.
Somnium eſt paſſio partis cognoſcitiuæ, ſiquidem manifeſtè dum ſomniamus, aliquid cognoſcimus. Tomo 4. pag. 400, lib. de ſomnijs cap. 1. num. 1.
Somnia non ſentimus vllo ſenſu, ideoque ſomnium non eſt paſſio ſenſus vt ſenſus, neque eſt actus ſentiendi. Ibid. pag. 400, num. 2.
Somnium non eſt actus opinionis, neque intellectus, quia per ſomnium videmur nobis videre quæ non videmus, per actus autem intellectus, & opinionis non videmur nobis videre. Dum ſomniamus tamen ſæpe exercemus actum intellectus, ſiquidem cognoſcimus aliqua purè intelligibilia. Ibid. pag. 401, num. 3, 4.
Somnium eſt paſſio phantaſiæ; & quia phantaſia ſpectat ad partem ſenſitiuam, ideo ſomnium eſt paſſio partis ſenſitiuæ, non in quantum eſt ſenſitiua, ſed in quantum eſt phantaſtica. Explicatur quomodo fiat. Ibid. pag 401, num. 3, 4
Apparentia ſomnij eſt ſimilis illi, qua ſanis ſol videtur vt pedalis, & ægroti videntur ſibi videre quæ non vident: ſed cum ſomniamus, ſolemus vinci à talibus imaginationibus, cum autem vigilamus, ſolemus illas vincere, & intellectu corrigere. Ibid pag. 401, num. 5.
Explicatur, quo pacto fiant ſomnia, & redditur ratio eorum, quæ accidunt circa ſomnia. Tomo 4. pag. 406, lib. de ſomn. cap 3. per totum.
In dormientibus circa organum ſenſus cõmunis ex qualibet minima paſſione externa, vel interna fit quædam agitatio, & motio deferens imagines, & phantaſmata, quæ cauſant ſomnia: cum autem motus eſt regularis, apparent imagines, ſicut in aqua; cum eſt irregularis, imagines non apparent: & quia in infantibus, qui valde augentur, datur magna humorum agitatio, & etiam in adultis poſt cibum, ideo in infantibus, & adultis paulo poſt cibum confunduntur imagines, ac non fiunt ſomnia: cum verò imagines non omnino delentur, ſed valde perturbantur, fiunt ſomnia monſtroſa, & inconſtantia. Ibid. pag. 407, num. 2.

Digitized by Google

Somnia ebriorum, melancholicorum, & febricitantium ſolent eſſe valde monſtroſa, & inconſtantia propter vehementem motum humorum. Ibid. pag. 407, num. 2.

Sedata agitatione humorum, fiunt ſomnia conſtantia. Ibid. pag. 407, num. 3.

Cum phantaſia dormientium mouetur à phantaſmatibus viſibilium, videntur ſibi videre, cum à phantaſmatibus audibiliũ, videntur audire: & quia plerumque vincimur à talibus apparentijs, nec poſſumus illas ratione corrigere, iudicamus nos videre, & audire &c. Ibid. pag. 407, num. 3, 4, 7.

Cum ſomniamus perturbati à paſſione ſõni, vincimur etiam à paruis ſimilitudinibus, ita vt propter paruas ſimilitudines videamur nobis videre &c. Ibid. pagina 408, num. 5.

Quare ſomniantibus ſucceſſiuè appareant aliæ, & aliæ imagines. Ibidem pag. 408, num. 6.

Somniũ eſt imaginatio, per quam *dormiens propter motum phantaſmatum videtur ſibi videre vt præſentia obiecta, quæ verè non ſunt præſentia*: ideo non omne, quod in ſomnis apparet, eſt ſomnium: nam cum dormientes videmus, & audimus quæ verè non ſunt præſentia, non ſomniamus. Ibid. pag. 409, num. 8.

Aliqui toto vitæ tempore non ſomniant, quia agitatio humorũ in ipſis delet imagines. Ibid. pag. 410, num. 9.

Oſtenditur aliquando ſomnia eſſe cauſas, & ſigna futurorum euentuum, aliquando per accidens, & caſualiter connecti cum futuris euentibus. Tomo 4. pag. 410, lib. de diuin. per ſomn. cap. 1. per totum.

An ſit poſſibilis diuinatio per ſomnium. Ibid. pag. 411, num 2, 3, 4.

Somnia regulariter nõ immittuntur à Deo, quia Deus immitteret illa prudentiſſimis, & optimis, non autem hominibus ex fece vulgi. Ibid. pag. 411, num. 4.

Oſtenditur ſomnia aliquando eſſe cauſas, vel ſigna eorum, quæ accidunt circa corpus, ex. gr. ſanitatis, ægritudinum &c. Ibid. pag. 412, num. 6, 7.

Dormiẽtes poſſumus aduertere paruos motus, & parua principia morborum, quæ non aduertimus vigilantes. Ibid. pag. 412, num. 8.

Aliquando phantaſmata in ſomnijs apparentia poſſunt eſſe principia, & cauſæ actionum, quas facturi ſumus vigilantes. Ibid. pag. 413, num. 9.

Somnia per accidens, & caſualiter aliquando connectuntur cum euentibus. Ibidem pag. 413, num. 10.

Somnia non ſolent immitti à Deo, neque ſolent cauſari propter finem, ſed per accidens. Ibid. pag 414, num. 1.

Quare ſæpius verificentur ſomnia melancholicorum. Ibid. pag. 414, num. 2.

Quare multa ſomniorum, quæ ſunt ſigna, & cauſæ, non ſortiantur euentum, cuius ſunt ſigna, & cauſæ. Ibid. pag. 414, num. 3.

Quo pacto aliqui ſomniando videant quædam diſtantia loco, & tempore. Ibidem pag. 415, num. 4, 5, 6, 7.

Quare per ſomnia frequentius præuideantur quæ ſpectant ad amicos, & notos. Ibidem pag. 416, num. 10.

Quare melancholici ſoleant eſſe valde apti ad ſomnia interpretanda, & quis ſit artificioſiſſimus interpres ſomniorum. Ibidem pag. 416, num. 11. 12.

Non ſolum homines, ſed etiam canes, & omnes quadrupedes viuiparæ ſomniant, vt patet ex eo, quia canes dormientes latrant. Tomo 3. pag. 822, lib. 4. de hiſtor. anim. cap. 4. num. 3.

Homo ſomniat magis, quam cætera animalia. Infantes non ſomniant ante quartum, vel quintum annum. Aliqui nunquam ſomniant. Ibid. pag. 823, num. 8.

Quare qui profundè, & ſuauiter dormiunt, non ſomnient. Tomo 5. pag. 746, ſect. 30, prob. num. 13.

Falſa eſt opinio vulgi putantis animam dormientis tunc eſſe quietiorem, cum non videt vllum ſomnium. Ibid. num. 13.

SOMNOLENTI. Afferuntur aliqua ſigna ſomnolenti. Tomo 4. pag. 799 lib. Phyſiogn. cap 6. num. 20.

Illi, ex quorum oculis quaſi veſiculæ dependent, ſolent eſſe vinolenti, & ſomnolenti. Tomo 4. pag. 808, lib. Phyſiogn. cap. 9 num. 22.

Vide Somnus.

SOMNVS. Somnus an bene definiatur *impotentia ſenſus*. Tomo 1. pag. 547, lib. 6. Topic. cap. 2. num. 19.

Dormiunt non ſolum homines, & animalia terreſtria, ſed etiam aquatilia, mollia, cruſtacea, teſtacea, & inſecta. Tomo 3. pag. 822, lib. 4. de hiſt. anim. cap. 10. per totum.

Somnus cauſatur à cerebro, vel ab aliquo proportionali. Cum enim vapor cibi, vel ſanguinis refrigeratur à cerebro, ca-

put

put aggrauatur, & cauſatur ſomnus. Tomo 4. pag.50, lib.2.de part. anim.cap.7, num.8.

Somnus, & vigilia conueniunt eidem parti animalis, ac ſunt paſſiones partis ſenſitiuæ, ac non ſunt paſſiones ſolius animæ, neque ſolius corporis, ſed compoſiti, & ita conueniunt animalibus, vt non poſſint conuenire plantis, vt pote quæ non ſunt ſenſitiuæ. Tomo 4. pag.386, lib.de ſomn. & vig. cap.1, num.2,3,4,5.

Nullum datur animal, quod ſemper vigilet, vel ſemper dormiat, neque poſſibile eſt animal neque vigilare, neque dormire, ſed neceſſe eſt, vt vel vigilet, vel dormiat. Ibid pag.38, num.6,7,8,9,10.

Somnus eſt quædam immobilitas, & quoddam quaſi vinculum ſenſus, ideoque non poteſt conuenire plantis, quæ carent ſenſu. Ibid. pag.389, num.11.

Somnus regulariter ligat omnes ſenſus. Tomo 4. pag.390, lib. de ſomn. & vig. cap. 2. num.3.

Somnus primo, & per ſe conuenit ſenſui communi, & eſt eius ligamen: & quia ſenſus communis ſicut & tactus communis eſt omnibus animalibus, ideo ſomnus conuenit omnibus animalibus. Quia verò ſomnus ligat ſenſum communem, ideo ligat etiam ſenſus externos, qui pendent à communi. Non quodlibet ligamen ſenſus communis eſt ſomnus, ſed ligamen ex cauſa determinata. Ibid.pag. 391, num.7, 8.

Finis ſomni eſt quies, ſalus, & vigilia animalis, & vt animal cum maiori voluptate poſſit exercere operationes ſentiendi, &c. Tomo 4.pag.391, lib. de ſomn & vig. cap.3. num.2, 3.

Somnus quia primo ineſt ſenſui communi, ſenſus autem communis primo eſt in corde, ſomnus primo eſt in corde tanquam ſubiecto primo. Ibid. pag. 392, num. 4, 5, 6, 7, 8.

Somnus eſt ligamen ſenſus communis, non ex quacumque cauſa, ſed ex euaporatione alimenti, ideoque cauſa efficiens ſomni eſt euaporatio alimenti. Tomo 4.pag. 394, lib. de ſomn. & vig. cap.4. num.6.

Poſt ſumptionem cibi ſolemus ſomno corripi, quia ex cibo exhalant vapores humidi, & craſſi, qui obturant meatus capitis, & cauſant grauedinem. Vinum verò, papauer, lolium, mandragora, & alia eſculenta, & poculenta, ex quibus exhalat magna copia vaporum, ſunt valde ſoporifera. Quia etiam per laborem liquefiunt quædam partes, ex quibus eleuantur vapores ſoporiferi, poſt laborem cauſatur ſomnus. Quædam etiam ægritudines cauſatæ à multitudine vaporum cauſant ſomnum. Ibid. pag. 395, num.7, 8, 9, 10.

Infantes prima ætate multũ dormiunt, quia pene totum alimentum mutant in vapores. Ibid. pag.396, num.11.

Qui habent venas valde tenues, & pomiliones, qui caput habent magnum, ſunt ſomnolenti, quia venæ propter angustiã diu manent vaporibus obturatæ, & in pomilionibus propter paruitatem partium inferiorum magna pars vaporum aſcendit ad caput. Ibid. pag.396, num.12.

Melancholici parum dormiunt, quia melancholia, quæ eſt frigida, facit, vt non multi aſcendant vapores. Ibid. pag. 397, num.13.

Somnus eſt quidam receſſus caloris intrinſeci, hoc eſt ſpirituum calidorum, qui dum aſcendunt per venas, repelluntur deorſum à vaporibus deſcendentibus. Ibid. pag.397, num.14.

Quare cum ſomnus fiat per infrigidationẽ vaporum, cauſæ ſomni ſint calidæ. Tomo 4. pag.397, lib. de ſomn. & vig. cap. 5. per totum.

Explicantur accidentia ſpectantia ad ſomnum puerorum. Tomo 4. pag.634, lib.5, de gen. anim. cap 1. num.5, & ſequ.

Pueri plus dormiunt, quam fœtus recentes aliorum animalium: nam dormiunt maiore parte temporis, & quare. Ibid. pag. 634, num.6, 12.

Vtrum poſt primam generationem vigilia præcedat ſomnum, vel è conuerſo. Ibid. num.7, 8, 9, 10.

Dormientes magis ſudant, quam vigilantes, quia in dormientibus calor adunatur interius. Tomo 5. pag. 464, ſect.2. prob. num.16, & pag. 469, num.28.

Quare qui nimio ſomno indulgent deteriori colore ſint præditi. Ibidem pag.469, numer.30.

Somnus cauſatur ab humido calido, & facile concoquibili, qui emittens vapores placidos conciliat ſomnum, ideoque poſt cibum, & potum ſolemus eſſe ſomniculoſi. Tomo 5. pag. 484, ſect.3. prob. numer.24.

Valde ebrij non poſſunt dormire, quia abundant humore inconcoquibili. Ibid. num.24.

Quare

Digitized by Google

Quare facilius nos ſomnus occuper, cum iacemus ſuper latere dextro, quam cum ſuper ſiniſtro; & cur delectabilius cubemus ſuper latere ſiniſtro, ſed melius dormiamus ſuper dextro. Tom. 5. ſect. 6. prob. pag. 511, num. 5, 7.

Qui maximo frigore rigent, dormire non poſſunt, quia dormientes magis ſpiritum emittunt, quam retinent, rigentes magis retinent, quam emittant. Tomo 5. pagina 510, ſect 8. prob. num. 19.

Animalia tamdiu dormiunt, quamdiu ſuperfluitates vaporoſæ, quæ ligant ſensũ, concoquuntur, & quia non concoquuntur vno tempore continuo, dormiunt interruptè. Tomo 5. pag. 535, ſect. 10. prob. num. 33.

Somnus eſt breuior vigilia. Ibid. num. 33.

Somnus eſt ſuauis, quia eſt ceſſatio ab operationibus laboriosis. Ibid. num. 33.

Qui diu abſtinuerunt à ſomno vocem emittunt aſperam, quia longa vigilia impedit concoctionem humorum, qui cum abundant, vocem efficiunt aſperam. Tomo 5. pag 554, ſect. 11. probl. num. 11

Quare aliqui ſi legere ceperint, ſomno occupentur, alij legendo ſomnum abigant. Tomo 5. pag. 614, ſect. 18. prob. num. 1, 7.

Quare qui profundè, & ſuauiter dormiunt, non ſomniant. Tomo 5. pag. 546, ſect. 30, prob. num. 13.

Quare melancholici difficile dormiant, & ſæpe à ſomno excitentur. Ibid. num. 13, B.

Quare dormientes non ſoleant ſternutare, at ſoleant emittere ructus, & crepitus ventris ſæpius quam vigilantes. Tomo 5. pag. 766, ſect. 33, prob. num. 15.

Tempore ſomni calor à parte ſuperiori, in qua ſunt organa ſenſuum, deſcendit ad inferiorem. Ibid. num. 15, C.

Vide Somnium.

SONVS. Corpora edunt ſonum propter multitudinem, magnitudinem, & velocitatem motus. Tomo 3. pag. 768, lib 2. de Coelo cap 9. num. 2.

Sonus harmonicus reſultat ex proportione grauis, & acuti. Ibid. pag. 369, num. 3.

Sonum non diſcernimus, niſi comparatione facta ad ſilentium. Ibid. pag. 369, num. 4.

Ingentes ſoni concutiunt, & deſtruunt magna corpora. Ibid. pag. 369, num. 6.

Reijcitur opinio Pythagoreorum dicentium motum ſtellarum cauſare ſonum quemdam harmonicum. Ibid. pag. 368, cap. 9, per totum.

Sonus non mouet auditum niſi per mediũ, ideoque ſonus poſitus ſupra ſenſorium non efficit ſenſationem. Tomo 4. pagina 270, lib. 2. de Anima cap. 10. num. 15.

Medium, per quod ſonus propagatur, eſt aer, & aqua. Tomo 4. pag. 271, lib 2. de Anima cap. 11. num. 4.

Ad efficiendum ſonum requiruntur tria, corpus percuſſum, corpus percutiens, & medium. Ad ſonum concurrit durities, læuitas, & concauitas corporis percuſſi. Ibid. pag. 271, num. 3.

Quo pacto generetur ſonus tum directus, tum reflexus, qui dicitur Echo. Ibidem pag. 271, num. 4, 5.

Reflexio ſoni ſemper fit, ſed ſolum aduertitur, cum eſt vehemens. Ibid. pag. 271, num. 5.

Quo pacto ſonus moueat tum medium, tũ organum auditus. Ibid. pag. 272, num. 6. 7.

Primæ ſpecies ſoni ſunt ſonus acutus, & grauis. Sonus acutus eſt qui paruo tempore multum mouet ſenſum auditus: ſonus grauis eſt qui multo tempore parum mouet ſenſum auditus. Sonus acutus oritur ex eo, quod medium velociter mouetur per partes ſubtiles, ideoque quodammodo pungit. Sonus grauis oritur ex eo, quod medium tardè mouetur per partes craſſas, & ideo quodammodo pellit. Ibid. pag. 273, num. 11.

Soni vehementes per ſe corrumpunt auditum, animal verò corrumpunt per accidens propter impulſum, & ictum. Tomo 4. pag. 330, lib. 3. de Anima cap. 12, num. 7.

Sonus prius mouet medium, quam ſenſum, ideoque prius videmus percuſſionem, quam audiamus ſonum. Tomo 4, pag. 360, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap 7. num. 1.

Cum plures ex locis diuerſis percipiunt ſonum, percipiunt eumdem primum ſonũ per illam partem ſoni, quæ peruenit ad aurem vniuſcuiuſque. Sonus tamen non conſiſtit in corpuſculis effluentibus ex corpore ſonante. Ibid. pag. 362, num. 4.

Quare ſonus aſper, & inæqualis cauſet horrorem. Tomo 5. pag. 513, ſect. 7, probl. num. 5.

Sonus melius auditur nocte, quam die, quia cum ſol moueat omnia, noctes ſunt quietæ. Tomo 5. pag. 551, ſect. 11. prob. numer. 5.

Quo pacto ſonus cauſetur, & propagetur. Ibid. pag. 552, num. 6, A.

Quare aqua frigida decidens cæteris paribus ſonum edat acutiorem, quam aqua calida.

Digitized by Google

calida. Ibid. pag. 554, num. 10.
Quare arcæ ligneæ, & alia similia aliquando edant quosdam sonos, ac strepitus. Ibid. pag. 560, num. 28.
Sonus propagatur etiam per lineam non rectam, ideoque penetrat per quædam corpora densa, per quæ lux penetrare nequit. Ibid. pag. 567, num. 49, & pag. 571, num. 61.
Sonus, seu strepitus extrinsecus magis auditur intra domos, quam sonus editus intra domos audiatur foris, quia foris dispergitur, ac dissipatur. Tomo 5, pag. 564, sect. 11, prob. num. 37.
Sonus musicorum instrumentorum mærorem minuit, & tristitiam auget, ideoque libenter auditur tum tempore mœroris, tum tempore lætitiæ. Tomo 5, pag. 618, sect. 19, probl. num. 1.
Vox humana est suauior sono tibiæ, ac lyræ. Ibid. pag 623, num. 10.
Quare in paludibus iuxta fluuios audiantur quidam soni similes mugitibus taurorũ, qui soni appellantur bimugi. Tomo 5, pag. 688, sect 25, prob. num 2.
Vide Vox, auditus.
SOPHISMA. Sophisma est syllogismus sequens ex præmissis, ex quibus videtur sequi conclusio, sed non sequitur. Tomo 1. pag. 597, lib. 8. Top. cap. 4, num. 21.
Sophismatum duo sunt genera, alterum peccat in materia, alterum in forma. Tomo 1. pag. 606, lib 1. Elench. cap. 1. num. 2, & pag. 634, cap. 10 num. 3.
Ostenditur præter syllogismos veros dari etiam apparentes, qui vocantur sophismata; & propter quam causam dentur. Ibid. pag. 606, num 3, 4.
Ostenditur necessitas agendi de syllogismo sophistico. Ibid. pag. 607, cap. 2. per totum.
Quæ ratiocinationes sophisticæ sint faciles vel difficiles ad soluendum. Tomo 1. pag. 674, lib. 2. Elench. cap. 7, num. 1, 2, 3.
Quæ ratiocinationes sophisticæ sint acutæ, vel acutissimæ. Ibid. pag. 675, num. 5, 6, 7, 8, 9, 10.
Vide fallaciæ.
SOPHISTA, Sophistica. Sophistica est apparens sapientia, quæ est facilior sapientia vera. Tomo 1. pag. 608, lib. 1. Elench. cap. 2. num. 1.
Sophistæ habent pro fine gloriam, & pecunias, quæ comparantur per apparentem sapientiam. Ibid. pag. 608, num. 1.
Necessaria est logica sophistica, quæ agat de sophismatibus, & eorum solutione. Ibid. pag. 609, num. 2.
Fines, seu metæ sophistarum sunt quinque: Redargutio, siue Elenchus: falsum: inopinabile: solœcismus: nugatio. Tom. 1. pag. 609, lib. 1 Elench cap. 3 num. 1, 2.
Præcipua meta sophistarum est redargutio. Ibid. pag. 609, num. 2.
Sophistica quo pacto differat à tentatiua, quæ est pars dialecticæ. Tomo 1. pagina 626, lib. 1. Elench. cap. 7, num. 2.
Sophistica, quæ est pars dialecticæ, assignat loca non propria, sed communia syllogismorum apparentium. Ibid. pag. 627, num. 3.
Sophista agit de omnibus per quædam cõmunia, ac videtur syllogizare probabiliter, licet non syllogizet probabiliter. Tomo 1. pag. 634, lib. 1. Elench cap. 10, num. 2.
Sophistæ differunt à contentiosis per hoc, quod sophistæ syllogizant apparenter, vt videantur sapientes, contentiosi syllogizant apparenter gratia victoriæ. Ibidem pag. 635, num 6, 7, 8.
Quo pacto sophistæ debeant ordinare suas interrogationes, & argumentationes. Tomo 1. pag. 643, lib. 1. Elench cap. 14. per totum.
Sophistica est vtilis ad scientiam præsertim metaphysicæ, & ad gloriam. Rursus est vtilis non solum, vt non decipiamur ab alijs, sed etiam vt non decipiamur à nobis ipsis. Tomo 1. pag. 647, lib. 2. Elench. cap 1, num. 2, 3.
Agendum est specialiter de solutione rationum sophisticarum. Ibid. pag. 647, num. 7.
Sophistæ profitentur se omnia scire, & ideo non solum argumentantur de omnibus, sed respondent ad omnes interrogationes, & defendunt omnes positiones. Tomo 1. pag. 677, lib 2 Elench. cap. 8 num 2.
SORDIDVS. Vide Auarus.
SOSISTRATVS. Sosistratus omnia volebat gestibus exprimere, ideoque molestus erat spectatoribus. Tomo 1. pagina 959, lib. Poet. cap. 23, num. 2.
SPADONES. Spadonibus, siue hominibus castratis non nascuntur pili postgeniti, neque defluunt congeniti, siquidem nullus spado calueſcit. Tomo 3. pag. 1036, lib. 9. de hist. anim. cap. 50. num. 4.
Vide Eunuchi.
SPARGI pisces. Spargi pisces, qui vocantur etiam ruades, pariunt æstate. Tom 3. pag. 834, lib. 5. de hist. anim. cap. 11. n. 1.

Sparta-

SPARTANORVM Reſpublica. Vide Lacedæmonum Reſpublica.

SPARTVM. Sparum eſt foramen in medio libræ, quod latine dicitur ſtutina. Tomo 4. pag. 720, lib. qu. mechan. qu. 1. num 1.

Vt libra ſit exacta, ſpartum debet eſſe omnino in medio libræ, & ſi vergat ad alteram partem, libra eſt doloſa. Ibid. pag. 721, num. 4.

Spartum poteſt conſtitui vel ſupra brachia libræ, vel infra, vel in eadem cum ipſis linea; & quare ſi ſit ſupra, libra inclinata reuertatur ad ſuum æquilibrium; ſi ſit infra non reuertatur ad ſuum æquilibriũ. Tomo 4. pag. 721, lib. quæſt. mechan. qu. 2. per totum.

SPASMVS. Vide conuulſiones.

SPATAGI. Spatagi dicuntur quidam Echini. Tomo 3. pag. 806, lib. 4. de hiſtor. anim. cap. 5. num. 2.

SPATIVM. Locus non eſt ſpatium immobile penetratum cum corpore locato. Tomo 3. pag. 103, lib. 4. Phyſic. cap. 5. num. 3, 4, 5.
Vide locus.

SPECIES. Species dicitur à ſpectando, & ſecundum prædicabile dicitur ſpecies, quia ſupra genus, quod eſt quiddam informe, addit pulchritudinem, & perfectionem differentiæ. Tomo 1. pag. 8, lib. Prædicab. cap. 3, num. 1, 2.

Species, & genus dicuntur relatiuè, ac definiuntur per ſe mutuo. Ibid. pag. 9, numer. 3.

Species definitur id, *quod ſubijcitur generi, & de quo genus prædicatur in quid*. Rurſus deſcribitur, *quod eſt prædicabile de pluribus ſolo numero differentibus in quid*. Ibid. pag. 9, num. 4.

Species ſpecialiſſima eſt, quæ non habet ſub ſe aliam ſpeciem; ſubalterna quæ habet ſub ſe aliam ſpeciem. Ibid. pag. 10, numer. 5.

Species ſpecialiſſimæ ſunt innumerabiles, ſed non infinitæ Ibid. pag. 11, num. 8.

Scientiæ debent deſcendere vſque ad ſpecies ſpecialiſſimas, non vſque ad indiuiduа. Ibidem pag. 12, num. 9.

Species non prædicantur de generibus ſuperioribus, ſed ſolum de indiuiduis inferioribus. Ibidem pag. 12, num. 9.

Species, & genus in quibus conueniant, & differant. Tomo 1, pag. 22, lib. Prædicab. cap. 7. num. 11, 12, 13, 14, 15, 16.

Species, ac differentia in quibus conueniãt, & differant. Ibidem pag. 24, num. 31, 32, 33, 34, 35.

Species, & proprium in quibus conueniant, & differant. Ibidem pag. 25, num. 42, 43, 44, 45, 46.

Species, & accidens in quibus conueniant, & differant. Ibidem pag. 26, num. 47, 48, 49, 50, 51.

Species æqualiter participatur ab inferioribus. Ibid. pag. 24, num. 31.

Plures ſpecies non poſſunt ſimul coniungi. Ibidem pag. 24, num. 35.

In ſenſibilibus aliud eſt ſpecies, & forma ſecundum ſe, aliud ſpecies, & forma, prout in materia. Tomo 3. pag. 323, lib. 1. de Cœlo cap. 10, num. 1, 2, 3.

In ijs, quæ differunt ſpecie, videtur impoſſibile, quod prædicatum aliquod eſſentiale ſit vnum, ita vt non differat ſpecie. Tomo 4. pag. 17. lib. 1. de Part. animal. cap. 3, num. 4

Platonici dicebant differentias eſſe plures, quam ſpecies ſpecialiſſimæ Ibid. pag. 18, num. 5, 6.

In ſcientijs prius agendum eſt de generibus, quam de ſpeciebus ſpecialiſſimis, alioquin tractatus euadit nimis prolixus, & in ſingulis ſpeciebus debent repeti communia. Ibidem pag. 22, num. 4.

Species, & genera an ſint principia rerum, & vtrum poſito, quod rationes vniuerſales ſint principia, magis ſint principia, genera communia, an ſpecies ſpecialiſſimæ. Tomo 5. pag. 65, lib. 3, Metaph. cap. 4, à num. 1. vſque ad 14, & pag. 286, lib. 11. cap. 1. num. 14.

Materia quando ſit, vel non ſit pars ſpeciei. Tomo 5. pag. 194, lib. 7. Metaph. cap. 14, num. 7.

Cum materia eſt pars ſpeciei, poni debet in eius definitione, cum non eſt pars ſpeciei, non debet poni in definitione ſpeciei. Ibid. pag. 195, num. 8.

Vnumquodque dicitur per ſe, in quantum habet ſpeciem, ſeu in quantum habet eſſe intentionale in tali ſpecie. Ibid. pag. 194, num. 7.

Quo pacto partes, in quas res diuiditur ratione ſpeciei, ſint priores toto. Ibid. pag. 196, num. 13.

Quænam ſint partes ſpeciei, ac ponendæ in definitione, quæ verò ſint partes ſolius indiuidui, ac non ponendæ in definitione. Tomo 5. pag. 198, lib. 7. Metaph. cap. 15. per totum.

Oſtenditur contra Platonem materiam ſenſibilem

Digitized by Google

ſibilem eſſe partem ſpecierum naturaliũ, & materiam intelligibilem eſſe partem ſpecierum mathematicarum. Ibid. pag. 199, num. 2, 3, 4, 5, 6.

Vtrum nomen ſpeciei ſignificet ſolam formam, vel compoſitum ex materia, & forma. Tomo 5. pag. 213, lib. 8. Metaph. cap. 4 num. 1, 2.

Species proprie neque differunt ſpecie à genere, neque ſunt eiuſdem ſpeciei cum genere. Tomo 5, pag. 279, lib. 10. Metaph cap. 11, num. 6.

Quæ non conueniunt genere, proprie non differunt ſpecie. Ibid. pag. 279, num. 7.

Non poſſunt res conſtitui in ſua ſpecie per hoc, quod participent eamdem ſpeciem numeri, cum etiam plura ſpecie diuerſa poſſint participare eamdem ſpeciem numeri. Tomo 5. pag. 413, lib. 14, Metaph. cap. 9. num. 4.

Vide forma, Idea.

SPECIES intentionales. Oſtenditur, quod ſicut dum annulo ſignamus ceram, imprimimus ceræ imaginem annuli, quæ remanet, ſic obiectum ſenſatum imprimit in anima, & in organo corporeo quamdam ſpeciem, ſeu imaginem ſui, quæ remanet: memoria verò eſt habitus conſeruans tales imagines. Tomo 4, pagina 374, lib. de mem. & rem. cap. 2. num. 2, 3.

Vtrum per memoriam cognoſcamus ſpeciem præſentem, vel obiectum præteritum. Ibid. pag. 375, num. 4, 5, 6, 7, 8, 9.

Species, ſeu phantaſma ſimul eſt imago obiecti, & obiectum repræſentatum. Ibid. pag. 375, num. 9.

Cognoſcimus equum per hoc, quod habeamus in mente formam intentionaliter ſimilem equo, magnitudines etiam cognoſcimus per formas magnitudinum, &c. Ibid. pag. 382, num. 19, 20, 21

Senſibilia cauſant in ſenſibus aliquas paſſiones, quæ remanent, ablatis ſenſibilibus. Tomo 4. pag. 403, lib. de ſomnijs cap. 2. num. 4.

Vide Phantaſma.

SPECVLATIVVM, ſpeculatiuæ facultates. Proponitur diuiſio rationis in ſpeculatiuam, & practicam, & quid vtraque ſit. Tomo 2. pag. 158, lib. 6. Ethic. cap. 1. numer. 4.

Ratio ſpeculatiua non eſt principium vllius motus, quia conſiderat veritates immobiles, & abſtrahendo ab agibilibus. Ibid. pag. 160, cap. 2, num. 3, & Tom. 4. pagina 325, lib. 3. de Anima cap. 10, num. 6.

Diſcurſus ſpeculatiuus habet pro fine cognitionem concluſionis, eaque habita quieſcit. Explicatur hoc. Tomo 4. pag. 428, lib. de motu anim. cap. 4. num. 2.

Scientiæ ſpeculatiuæ licet ſint inutiles ad agendum, magis cognoſcunt cauſas, ideoque ſunt præſtantiores, ac magis merentur nomen ſapientiæ. Tomo 5, pag. 6, lib. 1. Metaph cap. 1. num. 11.

Scientiæ ſpeculatiuæ ſunt nobiliores practicis, quia quærunt ſcire propter ipſum ſcire. Tomo 5, pag. 9, lib. 11, Metaph. cap. 2, num. 5.

Vide ſcientia.

SPECVLVM. Specula alia ſunt perfecta, in quibus non ſolum videntur colores, ſed figuræ corporum, alia ſunt imperfecta, in quibus videntur colores, non figuræ. Tomo 3, pag. 619, lib. 3. Meteor. cap. 2, num. 8.

Si mulieres patientes menſtrua aſpexerint aliquod ſpeculum valde purum, inficiunt ſuperficiem ſpeculi quadam veluti nubecula, quæ ſi ſpeculum fuerit nouũ, difficile abſtergitur, ſi autem fuerit vetus, facilius abſtergitur. Affertur ratio. Tomo 4. pag. 404, lib. de ſomnijs cap. 2. numer. 6, 7.

SPES. Spes eſt iucunda, quia ſperantes habent aliquam veluti ſenſationem eorum, quæ ſperant. Vniuerſim quorum præſentia eſt iucunda, memoria etiam, & ſpes delectationem affert. Tomo 1. pag. 737, lib. 1. Rhet. cap. 11, num. 7.

Iuuenes magna ex parte ſpe viuunt, quia cum multum illis vitæ ſuperſit, vitam ducunt ſperando. Tomo 5, pag. 791, lib. 2. Rhet. cap. 12. num. 6.

Senes magis viuunt memoria quam ſpe, quia cum parum illis ſuperſit vitæ, parũ ſperant. Ibid. pag 793, cap. 13. num. 9, 10.

Quidam ſunt fortes ex ſpe, ſed hæc non eſt vera fortitudo: & quia ebrietas excitat animos ad ſperandum, ideo etiam ebrij videntur fortes. Tomo 2. pag. 79, lib. 3. Ethic. cap. 9 num. 7.

Spes eſt expectatio futuri vt futuri. Tomo 4. pag. 371, lib. de mem & remin. cap. 1. num. 6.

Iuuenes, & ebrij ſunt pleni bonæ ſpei. Tomo 5. pag. 739, ſect. 30. prob. num. 1. E.

Vide Audacia.

SPHOERA. Figura ſphoenica vt pote contenta vnica linea vniformi eſt prior, & perfectior omnibus figuris, ideoque debetur corpori Cœleſti. Tomo 3. pag. 354, lib. 2.

lib. 2. de Cœlo cap. 5. numer. 4, 5. 6. 7, 8, 9.

Figura ſphœrica eſt maximè apta ad motum, quo corpus verſetur in ſe ipſo, & eſt maximè inepta ad motum progreſſiuum. Ibid, pag. 368, cap. 8. numer. 7. Vide Rotundum, Circulus.

SPHOERÆ COELESTES. Quare in Cœlo debeant dari plures ſphœræ, & plures motus. Tomo 3, pag. 350. lib. 2. de Cœlo cap. 3. per totum.

Vide Cœlum.

SPINA DORSI. Spina dorſi eſt maximum os, à quo dependent cætera oſſa, & quo pacto ſe habeat. Tomo 3. pag. 772. lib. 3. de Hiſt. anim, cap. 7. num. 1. & Tomo 4. pag. 59 lib. 2. de Part. anim. cap. 9. num. 3. 4.

SPINÆ. Loco oſſium habent ſpinas piſces, & ſerpentes. Tomo 3. pag. 773. lib. 3. de Hiſt anim. cap. 5. num. 7. & Tom. 4. pag. 52. lib. 2 de Part. anim. cap. 8. num. 4.

Sicut oſſa habent medullam, qua aluntur, ſic ſpinæ piſcium &c habent aliquid proportionale medullæ, eoque aluntur. tomo 4. pag 47. lib. 2. de Part. anim cap. cap. 6, num. 4.

Animalia, quæ non habent oſſa, ſed ſpinas, habent ſolum medullam dorſi, quia ſola ſpina dorſi in ijs eſt caua, & ſola indiget ligamine propter vertebras. Ibid. pag 47. num. 4.

SPINAX PISCIS. Ex piſcibus muſtelinis ſolus ſpinax non recipit intra ſe filios, poſtquam illos ſemel peperit, quia nimirum impeditur à ſpina prolis. Tomo 3. pag. 883. lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 10 numer. 10.

Spinaces continent oua in ſuperiore parte vteri prope ſeptum tranſuerſum, & ſupra mammas vteri. Ibid. pag. 882. num. 7.

Euripus pyrrheus caret ſpinacibus piſcibus. Tomo 3, pag. 1011. lib. 9. de Hiſt. anim. cap. 37. num. 15.

SPINVS AVIS. Spinus auis, ſeu ſpinula veſcitur ſpinis. Tomo 3. pag. 946. lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 3. num. 3.

Aſinus, & Achantides, ſeu ſpinus ſunt inuicem inimici, quia ſpinus victum quærit ex vepribus, aſinus autem vepres adhuc tenellas depaſcitur. Inimici etiã inuicem ſunt florus, ſpinus, & ægithus, Tom 3. pag 984. lib 9. de Hiſt. anim. cap. 1. num. 23.

SPIRATIO. Vide Reſpiratio.

SPIRITVS. Spiritus eſt corpus ſubtiliſſimũ, ac celerrimi motus, ac proinde aptiſſimũ ad mouendum. Ideo ſpiritus fluens intra terram eſt cauſa terræmotuum. Tõ. 3. pag. 611. lib. 2. Meteor. cap. 8. numer. 3, 4.

Spiritus in corporibus noſtris cauſat pulſum, & tremorem, & aliquando cauſat tenſiones neruorum tanta vi, vt multi non poſſint ægrotum detinere. Ibid. pag. 613. num. 10.

Omnia animalia habent vim intendendi, ac retinendi ſpiritum, ſiquidem non poſſunt facere conatum ſine intentione ſpiritus. Tomo 4. pag. 393. lib. de ſomn. & Vig. cap. 3. num. 7.

Animalia totala, vt muſcæ &c mouentur per hoc, quod intendunt ſpiritum innatum, ideoque dum mouentur, edunt quemdam bombum. Ibid.

In omnibus animalibus datur ſpiritus innatus, ita vt ratione ſpiritus habeant robur, & virtutem motiuam, ideoque cum abundant ſpiritu, abundant robore, & è conuerſo. Spiritus autem mouet motus. Tomo 4. pag. 435. lib de motu anim. cap 6. num. 8.

Spiritus, qui dat robur cæteris partibus, eſt innatus cordi, vel parti proportionali. Ibid. pag. 435. num. 9.

Spiritus ex ſua natura facile contrahitur, & extenditur, ideoque eſt grauior partibus igneis, leuior terreis, & eſt aptiſſimum inſtrumentum ad mouendum, pellendum, trahendum &c. Ibid. pag. 435. num. 10.

Retento ſpiritu, expellimus excrementa tum ſicca, tum humida, ideoque aliqui exiſtimarunt ſemen pelli ad vaſa ſeminaria à ſpiritu. Reijciuntur. tom. 4. pag. 511. lib. 2. de Gen. anim. cap 4. num. 5.

Reijcitur opinio dicens ſpiritum eſſe cauſam diſtinctiuam partium in fœtu. tom. 4. pagin. 526. lib. 2. de Gen, anim. cap. 4. num. 46.

Vide Ventus.

SPISSA. Vide condenſatio.

SPLEN. Vide Lien.

SPONDÆI. Vide Dactyli.

SPONGIÆ, SPONGIARII. Spongiæ licet ſint immobiles, videntur habere aliquem ſenſum, vt patet ex eo, quia vt referunt auulſores, facilius auelluntur clam, quam non clam, adeoque ſignum eſt, quod cum ſentiunt ſe auelli, reſiſtunt auulſioni. Tomo 3. pag. 698. lib. 1. de Hiſt. anim, cap. 1. num 12.

Spon-

Spongiæ, & vrticæ licet careant teſtis, oriuntur ſimili modo, ac multa ex animalibus teſtaceis, ſiquidem oriuntur in rimis, & cauernulis ſaxorum. Tomo 3. pag. 845. lib. 5. de Hiſt anim. cap. 16. num. 1.

Spongiæ habent quaſdam cauitates, in quibus oriuntur quædam animalia cuſtodientia ſpongias. Hæc habitant in cauis ſpongiarum, ſicut araneoli in cauis ſuis, & facientia, vt ſpongia ſe aperiat piſciculis ingreſſuris, ſe claudat piſciculis ingreſſis, venantur tales piſciculos. Ibid. pag. 845. num. 2.

Deſcribuntur tria genera ſpongiarum. Ibid. pag. 845. num. 3.

Spongiæ aluntur luto, & dubitatur, vtrum habeant ſenſum, Si ſpongiæ non radicitus extirpentur, ſed reſecentur, renaſcuntur. Ibid pag. 845. num. 4, 5.

Spongiæ licet conueniant cum animalibus in hoc, quod habent motum dilatationis, & conſtrictionis, tamen differunt, quod viuunt adhærendo terræ more plantarum, ac viuere nequeunt abſolutæ. Tomo 4. pag. 135. lib. 4. de Part. anim. cap. 5. num 27.

Spongiarij, hoc eſt Piſcatores ſpongiarum, qui diu intra aquam verſantur, ſolent aures ſuas ſecare, vt facilius reſpirent. Tomo 5. pag. 758 ſect. 32. prob. num. 5.

SPONTANEVM. Vide Voluntarium.

SPVMA. Ex ſpuma maris quo pacto naſcantur apuæ, quæ vocantur etiam ſpumæ. Tom. 3. pag. 891. lib. 6. de Hiſt anim. cap. 15. num. 5.

Spuma conſtat ex aqua, & aere, & calore concepto ex agitatione fit alba, & craſſior, ideoque eſt minus fluida, ac magis conſiſtens, ac retinens proprium terminum, quam aqua; quo verò ampullæ ſunt minores, & incertiores, eo tumor ſpumæ eſt albior, magiſque conſiſtens, & craſſus. Tomo 4. pagin. 503. lib. 2 de Gen. anim cap. 2. num. 6. & pagin. 504 num. 12.

Semen habet naturam ſpumæ, & eſt quædam ſpuma, ideoque poetæ Venerem vocarunt aphroditem à ſpuma. Ibid.

SPVMA animal. Vide Apua.

SPVRIÆ PISCES. Piſces quidam vocantur ſpuriæ, ac pariunt ſemel in anno. Tomo 3. pag. 832. lib. 5. de Hiſt. anim. cap. 9. num. 5.

SQVALLOR. Aues proſpera vtuntur valetudine temporibus ſqualidis, hoc eſt calidis, & ſiccis. Tomo 3. pag. 965. lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 18. num. 2.

Vide Siccitas.

SQVAMMIS teguntur ij ſolum ex piſcibus, qui pariunt ouum arenidum. Tomo 3. pag. 775. lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 10. num. 2.

In piſcibus extenuatis, ac ſeneſcentibus ſquamæ efficiuntur duriores, & craſſiores. Tomo 3. pag. 778. lib. 3. de Hiſt. anim, cap. 11. num. 8.

Quia aues loco pilorum habent pennas, piſces loco pilorum habent ſquammas, ideo pennæ auium, & ſquammæ piſcium habent quaſdam paſſiones, & differentias proportionales paſſionibus, ac differentijs pilorum. Tomo 4. pag. 643. lib. 5. de Gen. anim. cap. 3. num 4.

In piſcibus ſeneſcentibus ſquammæ reddunturduriores, quia ſeneſcentes frigeſcunt, & eorum cutis exiccatur, ac redditur craſſa. Ibid. pagin. 647. numer. 16.

SQVATINA PISCIS. Squatina, & raia filios iam editos iterum intra ſe recipiunt, & fouent. Tomo 3. pag. 883. lib. 6. de Hiſt. anim. cap. 10. num. 10.

Nullus ex piſcibus viſus eſt coire cum piſcibus alterius generis, exceptis ſquatina, & Raia, qui cenſentur inuicem coire, ac generare ſquatinoraiam. Ibid. pag. 884 cap. 11. num. 3,

Squatina pinnas habet ſolum in poſteriori parte corporis, quia pars ſuperior vt pote latior ad natandum non indiget pinnis Tomo 4. pag. 172. lib. 4. de Part, anim. cap. 13. num. 7.

Squatinæ cute aſpera ſunt præditæ. Ibid. pag. 173 num. 14.

Squatinæ quo pacto coeant. Tomo 3. pag. 829. lib. 5. de Hiſt. anim cap. 5. num. 3.

Ex piſcibus Cartilagineis ſola ſquatina bis parit ſingulis annis, ac vnaquaque fœtura ſolet edere filios ſeptem, vel octo. Tomo 3. pag. 833. lib. 5. de Hiſt anim. cap. 10. num. 1.

Squatinæ quo pacto obruant ſe intra arenam, & ſic minutos piſciculos venentur. Tomo 3. pag. 1009. lib. 9. de Hiſt. anim cap. 37. num. 4.

Ex piſcibus ſola ſquatina colorem mutat, ſicut polypus. Ibid. pagin. 1012. numer. 19.

SQVILLA. Squillæ ſunt animalia cruſtacea. Explicatur, quot pedes habeant varia genera ſquillarum, & in quo ſitu Tomo 3. pagin. 795. lib. 4 de Hiſtor.

anim. cap. 2. numer. 1. 5.
Quia pacto varia genera squillarum se habeant quoad caudam, & pinnas. Ibidem pag. 796. num. 6.
Describuntur membra, & ova squillarum. & explicatur, quo pacto mares differant à fœminis. Ibid. pag. 799 num. 16.
Squillæ conueniunt cum locustis, ac differunt à cancris per hoc, quod squillæ habent caudam, cum canori non habeant: Differunt à locustis, quod squillæ carent forcipe, cum locustæ habeant forcipem. Quia squillæ carent forcipe. plures habent pedes, quam locustæ, natura vtente materia forcipis ad plures pedes faciendos. Plures autem pedes sunt vtiles squillis, quia sunt propensæ non solum ad natandum, sed etiam ad ambulandum. Tomo 4. pag. 142. lib. 4. de Part. anim. cap. 4. num. 3.
Quædam parua squilla adhæret testæ. Tom. 3. pagin. 805. lib. 4. de Histor. anim. cap. 4. num. 19.
Pinnæ intra suam concham continent custodem, cum quo ineunt societatem Est autem custos, & socius pinnæ vel paruus cancer, vel parua squilla, quæ pinnam monet de præda, ideoque pinna monita claudit concham, & prædam capit: amisso autem custode pinnæ celerius pereunt. Tomo 3. pag. 843. lib. 5. de Histor. anim. cap. 15. num. 10.
STABELBIVS. Stabelbius qua arte cum stipendia non haberet, exercitum dimiserit. Tomo 2. pag. 824 lib. 2. Oeconom. cap. 1 num. 40.
STATERA. Libra constans ex brachijs inæqualibus, quorum extremitas inæqualiter distet à centro libræ, communiter vocatur statera, in eaque pondus impositum brachio minori potest eleuari à pondere multo minore impositio brachio maiori. Tomo 4. pagin. 724 lib. Quæst. mechan. qu. 3. num 1
Quo pacto vectis sit quædam statera inuersa, habens spartum inferne. Ibid. pag. 725. num 2.
Quare in statera, & vecte pondus minus eleuet maius. Ibid pag. 725. num. 3.
Vt duo pondera in statera se æquilibrent, quanto brachium est maius, tanto pondus debet esse minus. Ibid. pag. 725. num. 4.
Describitur statera antiqua, & explicatur, quo pacto statera sit libra simul, & vectis: & quare paruo appendiculo trutinentur magna pondera. Tomo 4. pagin. 744. lib. Quæst mechan. qu. 20. per totam.
Statera quodammodo continet multas libras. Ibid. pag. 746. num 3,
STATVRA. Qui sunt valde parui, celeres sunt in agendo, & intelligendo: qui valde magni sunt tardi. Tomo 4. pag. 814. lib. Physiog. cap. 10. num. 53. 54.
Qui ita sunt parui, vt sint calidi, & sicci, sunt instabiles, ac nihil perficiunt: qui sunt parui, sed frigidiores, quæ aggrediuntur perficiunt. Ibid. pag. 814. num. 55, 57.
Qui sunt magni, & frigidi nihil perficiunt; qui sunt magni, calidi, & sicci sunt sensati, & quæ aggrediuntur, perficiunt. Ibid. pag. 514. num. 56. 58.
Statura mediocris est optima ad sentiendum, & intelligendum. Ibid. pag. 515. num. 59.
STATVS Status est *ætas, in qua prima refrigerabilis particula neque augetur, neque minuitur*: siue est ætas, in qua anima nutritiua ita est in ea parte corporis, in qua primo est calor vitalis, vt sit apta nata corpus viuentis, & eius vires conseruare in eodem statu sine sensibili augmento, ac decremento. Tomo 4. pag. 705. lib. de Iuu. & sen. cap. 14. num. 9.
STELLÆ. Ostenditur stellas non esse igneas, nec esse formaliter calidas; & explicatur cur minus calefaciant, quam sol. Tomo 3. pag. 537 lib 1. Meteor. cap. 4. num. 9. 10. 11.
Stellæ non habent naturam igneam, sed habent naturam globi, cui sunt infixæ, adeoque non habent naturam elementi, sed quintæ substantiæ. Tomo 3. pag. 363 lib 2. de Cœlo cap. 7. num. 2.
Stellæ licet non sint igneæ, tamen illuminant, & calefaciunt, quia per suum motum velocissimum attenuant aerem. Ibid. pag. 363. num. 3.
Ostenditur stellas non per se moueri, sed deferri motu orbium cœlestium. Ibid. pag. 361 cap. 8. per totum.
Quare stellæ, quæ sunt in circulo maiori, moueantur velocius, quam quæ in minori. Ibid, pag. 365 num. 2.
Ostenditur stellas neque circumgyrari, neque volutari. Ibidem pagin. 366. numer 4. 5.
Reijcitur opinio Pythagoreorum dicentium motum stellarum causare sonum quemdam harmonicum. Tomo 3 pag. 368. lib. 2. de Cœlo cap. 9. per totum.

Quo

Quo ordine ſtellæ ſint diſpoſitæ. Tomo 3. pag. 370, lib. 2. de Cœlo cap. 10, per totum.

Oſtenditur ſtellas habere figuram ſphæricam. Ibid. pag. 371, cap. 11, per totum.

Quare cum in ſphæra ſtellarum ſint innumeræ ſtellæ, in ſphæris planetarum ſit vnicus planeta. Ibid. pag. 372, cap. 12, num. 2, 4, 5, 6, 7, 8.

Etiam ſtellæ fixæ aliquando apparent cum coma. Tomo 3. pag. 544, lib. 1. meteor. cap. 7, num. 9.

Vmbra terræ non poteſt pertingere ad ſtellas fixas, ideoque ſtellæ fixæ non poſſunt occultari ſoli. Tomo 3. pag. 550, lib. 1. meteor. cap. 9 num. 6.

Ortus ſtellarum quia cauſant mutationes temporum, poſſunt etiam morbos cauſare, vel auferre. Tomo 5, pag. 437, ſect 1, prob. num. 3, D.

Vide Planetæ.

STELLÆ diſcurrentes, & cadentes. Stellæ cadentes quid ſint, quomodo, & propter quas cauſas generentur. Tomo 3. pagina 340, lib. 1. Meteor. cap. 5, num. 4, 5, 6, 7, 8.

Redditur ratio de varijs motibus ſtellarum diſcurrentium, & oſtenditur illas generari infra lunam. Ibidem pag. 540, numer. 8, 9.

Stellæ cadentes ſunt ſigna venti ſecuturi, quia cauſantur ex eo, quod halitus à vento agitati accendantur. Tomo 5. pag 703, ſect. 26, prob. num. 25.

STELLA marina. Inter animalia teſtacea recenſenda eſt etiam ſtella marina, quæ ita eſt calida, vt quæ tangit adurat. Dicunt hac peſte pyrrheum Euripum infeſtari. Forma huius animalis ſimilis eſt ſtellis pictis. Tomo 3. pag 844, lib. 5. de hiſt. anim. cap. 15, num. 16.

Stellæ marinæ partim conueniunt cum animalibus, partim cum plantis. Conueniunt cum animalibus in hoc, quod aliquando aggredientes conchas, illas exugunt: in alijs pluribus conueniunt cum plantis. Tomo 4. pag. 134, lib. 4. de part. anim. cap. 4 num. 31.

STELLARIS accipiter. Vide Accipiter.

STELLARIS ardeola. Vide ardeola.

STELLARES muſteli. Vide muſteli.

STELLIO. In ſtellionibus, vulgo *tarantole*, fœminæ ſolent eſſe maiores maribus. Tomo 3. pag. 825, lib. 4. de hiſtor. anim. cap. 11, num. 7.

Ex animalibus ſanguineis, quæ ſqualida cute teguntur, ſtelliones ſolent ſe abſcondere, & latere quatuor menſibus. Tomo 3. pag. 960. lib. 8. de hiſt. anim. cap. 15, num. 1.

Stelliones, lacerti &c. exuunt ſe pelle ſenectutis bis ſingulis annis. Ibid. pag. 964, cap. 17, num. 4.

In quibuſdam locis Italiæ morſus ſtellionum ſunt lethales. Tomo 3. pag. 977, lib. 8. de hiſt. anim. cap. 29, num. 3.

Stelliones bellum gerunt cum araneis, quia ſtelliones deuorant araneos. Tomo 3. pag. 982, lib. 9. de hiſt. anim. cap. 1. numer. 13.

STERCVS. Panthera deuorato veneno, quod idcirco vocatur pãdaliarches, quærit hominis ſtercus, quod tali veneno medetur. Tomo 3. pag. 989, lib. 9. de hiſt. anim. cap. 6, num. 3.

Stercus quo diutius in ventre detinetur, eo euadit magis ſiccum, adeoque minus fœtidum: vrina è conuerſo. Tomo 5. pag. 578, ſect. 13. prob. num. 1.

Vide excrementum.

STERCVS Bonaſi. Vide Bonaſus.

STERILITAS, Sterilis. Animal cum valde pingueſcit, euadit ſterile, quia cum totum pene alimentum conuertat in pinguedinem, non ſupereſt excrementum, quod conuertat in ſemen. Tomo 4. pag. 45, lib. 2, de part. animal. cap. 5. num. 6, & Tomo 4. pag. 471, lib. 1. de gen. anim. cap. 18, num. 41.

De fœcunditate, & ſterilitate, ac de cauſis earum Tomo 4. pag. 540, lib. 2. de gener. anim. cap. 5, num 6, & ſequ.

Aliqui ſunt ſteriles ab ipſo ortu naturæ, quia habent læſas partes inſtitutas ad generandum, ideoque non pubeſcunt, neque barbeſcunt: aliqui ſterileſcunt temporis proceſſu. Tomo 4 pag. 541, lib. 2. de gen. anim. cap. 5 num. 7.

Tres ſunt præcipuæ cauſæ ſterileſcendi. Prima quia totum alimentum conuertunt in pinguedinem, adeoque non ſupereſt excrementum conuertendum in ſemen: ſecunda quia viri propter morbos emittunt ſemen nimis frigidum, mulieres menſtrua vitiata: tertia quia proceſſu temporis vitiantur partes ad generationem inſtitutæ. Sterilitas aliquando eſt curabilis, aliquãdo incurabilis, ac præſertim eſt incurabilis, cum a natiuitate contrahitur. Ibidem pag. 541, num. 8, 9.

Quo pacto exploretur ſterilitas, vel fœcunditas mulierum. Ibid. pag. 541, num. 11.

Semen virile in aqua frigida, ſi cito diffunditur, ac ſupernatat inſtar olei, eſt frigidum, ac ſterile. Ibid. pag. 541, num. 10.
Propter quam cauſam muli ſint ſteriles. Tomo 4. pag. 542, lib. 2. de gen. anim. cap. 6, per totum.
Ad ſterilitatem, & fœcunditatem multum etiam conferunt natura terræ, aquæ, & aeris, ac præſertim aquæ, cuius vſus eſt frequentiſſimus. Tomo 4. pag. 599, lib. 4. de gen. anim. cap. 2, num. 6.
STERNVTAMENTVM. Sternutamentum eſt *exitus, & eruptio ſpiritus conſerti.* Conflatur ſternutamentum ſignum augurale, ac ſolum inter omnes ſpiritus exiſtimatur ſacrum. Tomo 3. pag. 712, lib. 1. de hiſt. anim cap. 11, num. 6.
Qui ſternutarunt, horreſcunt, quia in locum halitus calidi, quem emiſerunt, ſuccedit aer frigidus. Tomo 5. pag. 519, ſect. 8. prob. num. 14, & pag. 767, ſect. 33, numer. 16.
Sternutamentum oritur ex eo quod meatus narium impleantur ſpiritu flatuoſo. Tomo 1. pag. 531, ſect. 10. prob num. 20.
Quare homo frequentius ſternutet, quam alia animalia. Ibid. pag. 531, num 20, & pag. 545, num. 53. & pag. 564, ſect. 33, num. 10.
Quare diſtillationes ſoleant præcedere ſternutamenta. Tomo 5. pag. 545, ſect. 10, prob. num. 53, B
Quare aliquando cauſentur ſternutamenta ſine grauedine capitis. Ibidem pag. 546, num. 53, C.
Quare perfricatio oculorum, & narium ſedet impetum ſternutandi. Tomo 5. pag. 547, ſect. 31. prob. num. 1, & pag. 561, ſect. 33, num. 2, 8.
Sternutamentum cauſatur à calore narium expellente ſpiritum magno impetu. Tomo 5. pag. 561, ſect. 33. prob. num. 1.
Quare ſingultus poſſit ſedari ſternutamento, ructus ſternutamento ſedari non poſſit. Ibid pag. 561, num. 1, 5, 17
Vt plurimum ſternutare ſolemus bis, quia humor cauſans ſternutamentum diuiditur in vtramque narem, & vtramque mouet ad ſternutandum. Ibidem pag. 562, num. 3.
Dum ſolem aſpicimus, ac dum nares ſollicitamus penna, vel alio ſimili, ſternutamus, quia excitatur calor in naribus, qui humorem attenuat, à quo excitatur ſternutamentum. Ibid. pag. 562, num. 4.
Quare ſternutamentum exiſtimetur ſacrũ, ideoque ſternutantibus ſoleamus bene augurari. Ibid. pag. 563, num. 7, 9.
Quare ſternutamenta emiſſa à tempore mediæ noctis vſque ad tempus meridiei exiſtimentur non boni augurij: ſternutamenta emiſſa à tempore meridiei vſque ad tempus mediæ noctis ſequentis exiſtimentur boni augurij. Ibid. pag. 565, num. 11.
Senes difficile ſternutant, quia in ijs meatus ſunt contractiores. Ibidem pag. 565, numer. 12.
Quare dormientes fere nunquam ſternutãt. Ibid. pag. 566, num. 15.
STIRPES. Vide Plantæ.
STOLIDI, Stoliditas. Qui habent labra craſſa, & ita vt labrum ſuperius propendeat ad inferius, ſunt ſtolidi, quia in labris ſunt ſimiles aſino. Tomo 4. pa. 807, lib. Phyſiog. cap 9. num. 19.
Qui naſum habent craſſum à ſummo vſque ad imum, ſunt ſtolidi, vt ſues, quorum naſum imitantur. Ibid. pag. 807, num. 20.
Qui habent oculos foras prominẽtes, adeoque ſimiles oculis aſinorum ſunt ſtolidi. Ibid. pag. 808, num. 22.
Qui frontem habent rotundam, vt aſini, ſunt ſtolidi. Ibid. pag. 808, num. 23.
Qui caput habent paruum, vt aſini, ſunt ſtolidi. Ibid. pag. 809, num. 24.
Qui habent oculos vineos ſolent eſſe ſtolidi, quia tales oculi ſunt proprij caprarum, quæ ſunt ſtolidæ. Tomo 4. pag. 811, lib. Phyſiogn. cap. 10, num. 17.
Qui habent ſupercilia diuulſa, ac extenſa verſus tempora, vt ſues, ſolent eſſe ſtolidi. Ibid. pag. 812, num. 19
Qui vocare ſolent voce acuta, & valida ſolent eſſe ſtolidi, quia imitantur vocem caprarum. Ibid. pag. 814, num. 30.
Ex animalibus homo vel ſolus, vel maximè euadit ſtolidus, quia vel ſolus, vel maximè in infantia laborat morbo comitiali, ex quo oritur ſtoliditas. Tomo 5. pag 542, ſect. 10. prob. num. 49
STORAX. Plurima inſectorum ſummopere abhorrent à ſuffitu ſtoracis. Tom. 3. pag. 817, lib. 4. de hiſt. anim. cap. 8. numer. 22.
STRANGVLATIO. Cum aliquid cibi, vel potus ingreditur in aſperam arteriam, cauſantur ſtrangulationes, & tuſſes vehementiſſimæ. Tomo 1. pag. 85, lib. 3 de part. anim. cap. 3. num 4.
Aliqui videntes eos, qui laqueo ſtrangulantur, patiuntur deliquium. Tomo 5.

pagina 513, ſect. 7. prob. num. 5.
Quare licet gula, per quam ſuminus cibũ, ſit diuerſa ab aſpera arteria, per quam reſpiramus, tamen ſi grandiorem buccellam deglutimus, ſentiamus nos ſtrangulari. Tomo 5. pag. 770, ſect. 34, prob. numer. 9
STRANGVRIA. Vide vrinæ diſtillatio.
STREPITVS. Vide ſonus.
STROPHÆ. Strophæ ſunt partes odarum numero, & genere carminum ſibi conſimiles. Tomo 5. pag. 625, ſect. 19, prob. num. 15.
Quare cantilenæ, quæ vocabantur leges, nõ fierent per ſtrophas, & antiſtrophas, cum alijs cantilenis præſertim quæ canebantur à choro, ſtrophæ, & antiſtrophæ non deeſſent. Ibid. num. 15.
STRVMÆ. Strumæ ſunt morbus, quo laborant ſues, & quo tertio, vel quarto die ſolent interire. Tomo 3. pag. 970, lib. 8. de hiſt. anim. cap. 21. num. 2.
Boues etiam laborant ſtrumis, & tunc velocius intereunt, & ſi diſſecentur, appareat in eis pulmo putridus. Indicium huius morbi eſt, cum habent aures demiſſas, ac comedere nequeunt. Ibid. pag. 971, cap. 23, num. 1.
STRVTHIO Africæ. Struthio Africæ parit oua ſeptemdecim, & etiam plus quã viginti, ac ſemper in numero diſpari. Tomo 3. pag. 999, lib. 9. de hiſt. anim cap. 15, num. 2.
Omnes aues habent pedes digitatos, excepto ſtruthione Africæ, qui pedes habet non digitatos, ſed biſulcos. Tomo 4. pag. 169, lib. 4. de part. anim. cap. 12. num. 16.
Struthio Africæ partim aues, partim quadrupedem refert. Deſcribitur. Tomo 4. pag. 175, lib. 4. de part. anim cap. 14, numer. 1.
STRYMON fluuius. Strymon fluuius oritur ex ſcombro monte. Tomo 3 pag. 565, lib. 1. Meteor. cap. 13, num. 8.
STVDIOSVS. Vide Bonus, Virtute præditus, Virtus.
STVLTITIA. Vide amentia, Inſania.
STVPIDITAS, ſtupidus. Stupidus, ſine attonitus eſt, *qui cuncta, & cunctos veretur, ideoque in agendo quodammodo obſtupeſcit.* Verecundia eſt media inter impudentiam, & ſtupiditatem. Tomo 2. pag. 338, lib. 1. mag. mor. cap 27. num. 1.
STVPOR Stupor an ſit admiratio vehemens, vel exceſſus admirationis. Tom. 1. pag. 500, lib. 4. Top. cap. 5, num. 10.
Vide admiratio.
STVPOR membrorum. Stupor cauſatur ab abſceſſu ſanguinis: & quia ſanguis facilius abſcedit à partibus non carnoſis, ſed neruoſis, quales ſunt manus, & pedes, ideo manus, & pedes ſolent obſtupeſcere. Tomo 5. pag. 511, ſect. 6. prob. num. 6.
STVRNVS. Ex auibus etiam ſturni ſe abſcondunt. Tomo 3. pag. 961, lib. 8. de hiſt. anim. cap. 16, num. 2.
Sturnus vario colore, & magnitudine merulæ eſt præditus. Tomo 3. pag. 1002, lib. 9. de hiſt. anim. cap. 26, num. 2.
STYRAX. Vide Storax.
STYX. Poetæ commenti ſunt Deos iurare per aquam infernam, quam ſtygem appellarunt, quia exiſtimarunt aquam eſſe primum principium entium. Tomo 5, pag. 13, lib. 1. metaph. cap 3. num. 6.
SVAVE, Suauitas. Vide Iucunda, delectatio.
SVBACTILIA. Subactilia ſunt, quæ ita ſunt preſſibilia, vt non redeant ad ſuum ſtatum. Tomo 3. pag. 681, lib. 4 Meteor. cap. 9. num. 14.
SVBALTERNANS, ſubalternata.
Scientiæ ſubalternantes conſiderant *propter quid*, ſubalternatæ conſiderant *quia*. Tomo 1. pag. 325, lib. 1. Poſt. cap. 13, num. 8.
SVBCONTRARIA. Quænam enunciationes opponantur ſubcontrariè, & quæ regulæ earum. Tomo 1. pag. 73, lib. 1. Periherm. cap. 5, num. 2, 3, 4.
SVBIECTVM. Dici de ſubiecto eſt prædicari de aliquo inferiore: eſſe in ſubiecto eſt eſſe in aliquo non tanquam pars, & ita, vt non poſſit eſſe ſine eo, in quo ineſt. Tomo 1. pag. 31, lib. Prædicam. cap. 2. num. 1.
Diuiſio eorum, quæ in ſubiecto ſunt, aut de ſubiecto dicuntur. Ibid
SVBLVCIDA. Sublucidum eſt viſibile oppoſitum colori: nam cum color non poſſit videri niſi per diaphanum illuminatũ, ſublucidum non poteſt videri niſi per diaphanum tenebroſum. Tomo 4 pagina 268, lib. 2. de Anima cap. 10, num. 11.
SVBSOLANVS Ventus. Vide Apeliotes.
SVBSTANTIA. Prædicamentum ſubſtantiæ quo pacto ordinetur Tomo 1. pagina 10. lib. Prædicabil. cap 3, num. 6
Subſtantia ſingularis neque eſt in ſubiecto, neque dicitur de ſubiecto: ſubſtantia vniuerſalis non eſt in ſubiecto, ſed dicitur de ſubiecto. Tomo 1. pag. 31, lib. Prædicam. cap 2, num 1.

Quid ſit prima, & quid ſecunda ſubſtantia. Tomo 1. pag. 34, lib. Prædicam. cap.6, num.1. 2.

Secundæ ſubſtantiæ prædicantur de primis, non ſolum ſecundum nomen, ſed etiam ſecundum rationem, hoc eſt eſſentialiter; at accidentia prædicantur de ſubſtantia ſolum denominatiuè. Ibid. pag.34, n.6.

Prima ſubſtantia eſt proprijſſimè, & maximè ſubſtantia, & ablatis primis ſubſtantijs, impoſſibile eſt aliorum quidquam remanere. Ibid. pag.35, num.4, 5.

Ex ſecundis ſubſtantijs ſpecies ſunt magis ſubſtantiæ, quam genera, ſpecies autem ſpecialiſſimæ æqualiter participant rationem ſubſtantiæ. Ibid. pag.36, num.6,7.

Afferuntur ſex proprietates ſubſtantiæ. Ibidem pag.36, num.8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15.

Subſtantia non eſt in ſubiecto. Ibid.pag.36, num.8.

Subſtantia eſt hoc aliquid, non habet contrarium, & non ſuſcipit magis, & minus. Ibid. pag.38, num 12, 13, 14.

Subſtantia cum ſit vna, & eadem, eſt ſuſceptiua contrariorum; & quo pacto hæc proprietas conueniat ſoli ſubſtantiæ. Ibidem pag.39, num.15, 16.

Subſtantia an poſſit eſſe relatiua. Ibid.pag. 36, num.9, 10, 11.

Subſtantia non habet contrarium, ideoque non datur motus ad ſubſtantiam. Tom.3. pag.151, lib.5. Phyſic. cap.3. num.2.

Sicut ſola ſubſtantia eſt ſimpliciter ens, ſic ſola ſimpliciter generatur ex non ente actu, ſed ente in potentia. Tomo 3. pag. 454, lib.1. de gen. cap.7, num.9.

Subſtantia eſt primum, & principaliſſimum ens, ac dicitur tripliciter, primo materia, ſecundo forma, tertio compoſitum. Tomo 4. pag.242, lib.2. de Anima cap.1. num.2, 3.

Subſtantiæ omnium manifeſtiſſimæ ſũt corpora naturalia. Ibid. pag.243, num.5.

Vtrum omnes ſubſtantiæ ſaltem in communi conſiderentur à metaphyſica. Tom.5. pag.61, lib.3. Metaph cap.3. num.8.9, 10, & pag.384, lib. 11, cap.1. num. 3, 6.

Vtrum ſola ſubſtantia, an etiam per ſe accidentia ſubſtantiarum conſiderentur à metaphyſica. Tomo 5. pag.61, lib 3. metaph. cap.3. num. 11, 12, 13, & pag.385, lib.11, cap.1. num.4.

Subſtantia eſt principaliter ens, & alia dicuntur entia in ordine ad ſubſtantiam. Tom.5. pag.83, lib.4. Metaph. cap.2. numer.1, 2, 3.

Subſtantia eſt magis ens, quam accidens. Tomo 5. pag.124, lib. 5. Metaph. cap.6. num.8.

Subſtantia dicitur quadrupliciter. Primo ſingularia, & eorum partes: ſecundo forma partis: tertio forma totius: quarto eſſentia per definitionem explicata. Tomo 5. pag.128, lib.5. Metaph. cap.8. numer.1, 2, 3, 4, 5.

Subſtantia ſingularis eſt primum ſubiectum, quod non dicitur de alio ſubiecto, & eſt ſeparabile. Ibid. pag.129, num.5.

Subſtantia dicitur etiam ſpecies, & quidditas, vt humanitas. Ibid. num.5.

Subſtantia eſt ens primum tempore, ratione, ſeu definitione, cognitione, & natura. Tomo 5. pag. 169, lib. 7. Metaph. cap. 1. num.2, 3, 4, 5, 6.

Subſtantia eſt primum, principale, & pene vnicum ſubiectum metaphyſicæ. Ibidem pag.170, num.7, 8, & pag. 320, lib. 12. cap.1. num. 1, 2, 3, 4.

Subſtantia dicitur ſaltem quatuor modis: Primo quidditas, & eſſentia: ſecundo vniuerſale: tertio genus: quarto primũ ſubiectum, quod etiam vocatur prima ſubſtantia. Tomo 5. pag.172, lib.7. Metaph. cap.3. num.1.

Subſtantia ſumpta pro primo ſubiecto, diuiditur in materiam, formam, & compoſitum. Ibid. pag.172, num.2.

Quidditas ſimpliciter, & proprie conuenit ſolis ſubſtantijs Tomo 5. pag.175, lib 7. Metaph. cap.5. per totum.

Subſtantia non debet dici de ſubiecto, ita vt inſit. Tomo 5. pag.206, lib.7. Metaph. cap.17, num.4.

Quo pacto ſubſtantia poſſit, vel non poſſit componi ex pluribus ſubſtantijs. Ibidem pag.207, num. 8 9, 10, & pag. 213, cap. 10, per totum.

Subſtantia componitur ex partibus, quæ ſecundum ſe præcisè ſunt ſubſtantia potentia, non actu. Tomo 5, pag.213, lib. 7. Metaph. cap.10, per totum.

Vtrum ens, & vnum ſint ſubſtantiæ rerum in ſenſu Platonico. Tomo 5, pag 213, lib. 7, Metaph. cap.2, per totum.

Quo pacto dicantur ſubſtantia tum materia, tum forma, tum compoſitum. Tom. 5. pag. 219, lib.8. Metaph. cap.2, num.2.

Subſtantia eſt prior ratione omnibus alijs generibus, cum in eorum definitione includatur. Tomo 5, pag.255, lib.10. Metaph. cap.1. num.3.

Subſtantia ſumitur dupliciter, primo pro ſuppo-

ſuppoſito: ſecundo pro ſpecie. Tomo 3, pag.263, lib. 10. Metaph. cap. 5, num.5.
Vtrum ſubſtantiæ ſint principia. Tomo 5, pag.289, lib.11. Metaph. cap.2, num.7.
Non datur motus in ſubſtantia, quia ſubſtantia non habet contrarium, motus autem datur inter contraria. Tomo 5, pag. 316, lib.11. Metaph. cap.12, num.13.
Aſſignatur diuiſio ſubſtantiarum, & explicatur, quo pacto ſubſtantiæ ſenſibiles fiant ex materia, & forma. Tomo 5, pag.321, lib.12, Metaph. cap 2, per totum.
Relatiua non poſſunt eſſe principia ſubſtãtiarum. Tomo 5, pag.396, lib.14, Metaph. cap.3, num.7, 8.
SVBTILE. Subtile eſt, *quod eſt paruarum partium*, & eſt rarum. Tomo 3, pag.410, lib.3. de Cœlo cap.9, num.3.
Subtile eſt, *quod conſtat ex partibus minimis*, ac ſubtilitas eſt ſecunda qualitas orta ex humiditate. Tomo 3, pag.499, lib. 2, de gen. cap.3, num.3
SVCCVLA. Quid ſit ſuccula, & quare quo eſt gracilior, eo facilius verſetur. Tomo 4, pag.738, lib. qu. mechan. qu. 13, num.3, 4.
Succula, & iugum ſunt eadem machina, quæ prout adhibetur ad diuerſos vſus, vocatur diuerſis nominibus. Ibid. pagina 738, num.2.
SVDOR. Quare ſudor licet fiat ex potione dulci, ſit ſalſus. Tomo 3, pag.585, libro 2, Meteor. cap 3, num. 14.
Sudor eſt *vapor humidus excrementitius eleuatus ex ſanguine, propter calefactionem corporis, exiens per extremitates venarum vi caloris apertas.* Tomo 4, pag.96, lib.3, de part. anim. cap.5, num.9
Licet ex anguſtiſſimis capitibus venarum non poſſit effluere ſanguis, vtpote craſſus, tamen poteſt effluere ſudor, vtpote qui eſt excrementum ſubtile per modum vaporis eleuatum. Ibid. pag.96, num.9.
Sudor ſanguineus aliquando effluere poteſt propter vitium corporis, quia meatus dilatantur, & propter vitium ſanguinis, qui nimis attenuatur. Ibidem pag 97, num.10
Sudor conſiſtit in materia vitioſa corpori adhærente, quæ per calorem reſoluitur. Tomo 5. pag.460, ſect.2. prob. num.2.
Quare ſudor effluat ſolum, cum ſpiritum remittimus, & relaxamus, non autem cum ſpiritum retinemus. Ibid. pag. 460, num.1.
Quare membra immerſa aquæ calidæ licet vehementer incaleſcant, non ſudent. Ibidem pag. 460, numer. 2.
Sudor eſt ſalſus, quia natura attrahit partem dulcem, expellit ſalſam, ideoque omnia excrementa ſunt ſalſa, ac proinde etiam ſudor. Ibid. pag.461, num.3.
Magis ſudamus parte ſuperiori, quam inferiore, quia pars ſuperior eſt calidior, & etiam humidior, cum propinquior cerebro. Ibid. pag.461, num.4.
Quare cum manibus laboramus, etiamſi reliquo corpore quieſcamus, tamen maximè ſudemus Ibid. pag.461, num.5.
Sudor capitis aut non fœtet, aut minus fœtet, quia caput vtpote poroſiſſimum eſt maxime exhalabile. Ibid. pag 461, numer.6.
Luctatores interpoſita quiete, magis ſudant, quia labor continuus humorem, ac ſudorem exiccat. Ibid. pag.462, num.7.& pag.467, num.13.
Magis ſudamus, cum non multo ante ſudauimus, quia pori adhuc ſunt aperti. Ibidem pag.462, num.8.
Sol maiorem ſudorem educit ex corporibus veſtitis, quam ex nudis, quia dum corpora nuda quodammodo aſſat, claudit poros. Ibid. pag.462, num.9, 37.
Facies maximè ſudat, quia & eſt maximè poroſa, & abundat humore propter propinquitatem cum cerebro. Ibid.pag.462, num.10, 17, & pag.774, ſect.36, num.2.
Quare magis ſudemus, ſi calor paulatim augeatur, quam ſi ab initio ſit magnus. Ibid. pag. 463, num. 11, & pag. 470, numer.32.
Magis ſudat qui ſudorem detergit, quia ſudor non deterſus, dum refrigeratur, & poros claudit, impedit alium ſudorem. Ibid. pag.463, num.12.
Quare magis ſudemus dorſo, quam anteriore corporis parte. Ibid. pag. 464, numer. 14.
Quare ea parte, qua iacemus, & tangimus cubile, ſudare non poſſimus. Ibid. pag. 464, num. 15.
Dormientes magis ſudant, quia in ijs calor adunatur interius. Ibid. pag. 464, num. 16, & pag.479, num.28.
Quare qui ſudant, ſi refrigerentur, nauſeãt, ac diſponuntur ad vomitum. Ibid. pag. 465, num.18.
Caput, & pedes ſi incaleſcunt, plurimum humoris emittunt, quia cum parum habeant carnis, nihil pene humoris exugũt. Ibid. pag.465, num.19.
Qui laborant, cum deſiterint, ſudare incipiunt,

piunt, quia tunc venæ detumeſcunt, ac pori aperiuntur. Ibid. pag.466, num.20.
Sudor potius eſt procurandus æſtate, quam hyeme, quia æſtate eſt magis ſecundum naturam, & propter alias cauſas. Ibidem pag.466, num.21, & pag.471, num.33.
Quare corpora ægrotantium non liberentur ab excrementis, niſi ſudauerint, ac magis liberentur ab ægritudinibus per ſudorem, quam per inſenſibilem tranſpirationem. Ibid pag.466, num.22, & pag.775, ſect. 37, num. 1, 2.
Quare minus ſudamus, cũ actu laboramus, quam cum poſt laborem quieſcimus, & minus ſudamus cum currimus, quam cum poſt curſum quieſcimus. Ibid. pag. 467, num.23, 24.
Qui poſtquam biberit, cibum ſumit, minus ſudat, quam ſi cibum non ſumpſerit, tum quia cibus attrahit humorem, tum quia obturat multos meatus, ſeu poros. Ibid. pag.467, num.25.
Quare qui in agone contendunt, ſudent pedibus, facie non ſudent, ſed rubeſcant, cum in alijs actionibus vitæ maximè ſudet facies. Ibid. pag.468, num.26, 27, 31.
In hypocauſtis magis ſudamus, cum tempus eſt frigidum, quia calor propter antiperiſtaſim augetur. Ibid. pag.469, numer.29
Quare ſi quis currat corpore nudo, licet minus ſudet, talis ſudor magis conferat valetudini, quam ſi veſtitus minus ſudet. Ibid. pag.469, num.30
Quare ſudor aliquando excitet quemdam rigorem frigoris. Ibid.pag.471, num 34.
Quare ſudores calidi cenſeantur meliores, & ſalubriores frigidis, ac ſudores frigidi ſint ſignum longitudinis morborum. Ibid. pag.471, num.35.
Si ignis ſit multus, minus ſudamus, quia tunc humor conuertitur in vaporem ſudore ſubtiliorem. Ibid. pag.472, num.36,
Quare dum aſcendimus, licet moueamur tardius, magis ſudemus. Ibid. pag.472, num.38.
Qui ſupra modum ſe operiunt veſtimentis, non ſudant, quia calor immodicus humorem partim exiccat, partim conuertit in vaporem ſubtiliorem ſudore. Ibid. pag.472, num.39.
Quare licet corpora æſtate ſint ſicciora, hyeme ſint humidiora, tamen æſtate magis ſudent, quam hyeme. Ibidem pag.473, num.40, 42.
Quare corporibus ſanis ſudores excitati à labore ſint meliores ſpontaneis. Ibidem pag.473, num.41.
Sudor in aliquibus malè olet, quia cum ſit excrementum, non eſt ſatis concoctus. Tomo 5. pag.579, ſect.13. prob. num.4.
Quare licet pleraque vnguenta ſudori permiſta malè oleant, tamen aliqua ſuauius, vel non minus ſuauiter oleant. Ibid. pag. 582, num. 11.
Quare ruta, & quædam vnguenta odorifera faciant, vt ſudor malè oleat. Tomo 5. pag 614, ſect 20. prob. num.33.
Quare medici dicant ſudorem frigidum eſſe ſignum magni morbi, ſudorem calidum eſſe decretorium, & ſalutarem. Tomo 5. pag 755, ſect.31. prob. num.24.
SVES. Sues apud Illyricos, & pæonas, & in quibuſdam alijs locis habent pedes nõ fiſſos, ſed vnica vngula præditos: in cæteris regionibus habent pedes bifidos, ac diuiſos in duas partes. Tomo 3. pag.731, lib.2. de hiſt. animal. cap. 1. num.22, & Tomo 4. pag. 622, lib.4. de gen. animal. cap.6. num.3.
Sus qua ætate coeat, & pariat, & quot fœtus. Explicantur alia ſpectantia ad hæc. Tomo 3. pag.837, lib.5 de hiſt.anim.cap. 14, num.8, 15, & pag. 900, lib.6 cap.18, num.21, 22.
Sus primam mammam præbet fœtui, quem primo in lucẽ edidit. Viuit annos quindecim, vel viginti. Ibid. pag. 900, numer.22.
Aiunt ſuem eruto oculo, celeriter interire, ac raro cuadere. Ibid.
Quo victu ſues vtantur, & quo pacto pingueſcant. Tomo 3 pag.930, lib.8.de hiſt. anim cap.6. num 2, 3.
Sus mortuus amittit ſextam partem ponderis. Ibid. pag.951, num.3
Sues laborant potiſſimum angina, ſtrumis, & morbo grauedinis. Quid ſint tales morbi, & quibus remedijs curentur. Tom.3. pag.970, lib.8, de hiſt. anim. cap. 21. per totum.
Quibus cibis ſues pingueſcant. Ibid. pag. 970, num.5.
Quia ſues fœminæ carent dentibus exertis, pugnant morſu, cum ſues mares, quia habent dentes exertos, pugnent ictu. Tomo 4. pag.77, lib 3. de part. anim. cap.1. num.5.
Sues vnico coitu generant plures filios, puta quinque, vel ſex. Tomo 4. pag. 463, lib.1. de gen anim. cap. 28, num.14.
Animalia, quæ ſolent generare meſachoera,

vt ſues, facile generant monſtra, quia metachœra ſunt quodammodo monſtra. Tomo 4. pag.609, lib.4. de gen. animal. cap.4. num.13.

Ex animalibus multiparis ſus parit fœtus perfectos. Quare ſus ſit multipara, & aliquando pariat vnicum fœtum. Tom.4. pag 622, lib.4. de gen. anim. cap.6, numer.3.

Boues, & Elephanti habent cutem craſſiorem, quam ſues, & tamen ſues habent pilos craſſiores, quam boues, & Elephanti, quia habent humorem pinguiorem, & meatus laxiores, quam boues, & elephanti. Tomo 4. pag. 641, lib.5 de gen. anim. cap 3. num.8.

Vide Aper.

SVES Syluestres. Vide Aper.

SVFFICIENS. Felicitas, ſeu vltimus finis debet eſſe bonum per ſe ſufficiens. Bonum ſufficiens eſt ſolum expetendũ gratia ſui. Si enim expetitur propter aliud, non ſufficit appetitui. Tomo 2. pag.15, lib.1. Ethic. cap.7, num.3.

Vt bonum ſit ſufficiens, debet ſufficere etiã parentibus, natis, & amicis. Ibid pag.16, num.4.

Vide Felicitas.

SVFFITVS. Suffimenta. Ex corporibus virtute caloris comburentis expirat excretio quædam miſta ex humido, & ſicco, quæ proinde non madefacit, ſed colorat, & vocatur ſuffitus. Eſt igitur ſuffitus *quidam fumus colorans aerem, & alia corpora, quibus adhæret*. Tomo 3. pag. 682, lib.4 meteor. cap.9, num.26.

Suffitus rei pinguis eſt fuligo: ſuffitus rei vnctuoſæ eſt nidor. Ibidem pag. 683, numer.27.

Thymiamata, ſeu ſuffimenta dicuntur incenſiones thuris, & aliorum, quæ incenſa emittunt fumum ſuauiter olentem. Tomo 5. pag.573, ſect. 12. prob. num.1.

Suffimenta è propinquo minus ſentiuntur, & minus ſuauiter olent, quia fumus non eſt ſatis depuratus à partibus terreis, & craſſis. Ibid pag 573, num 1, 2, 4, 9

SVFFOCATIO. Ignis aliquando marceſcit, & extinguitur per ſuffocationem, quia cum ignis caret ſpiramine, & refrigerio, calor clauſus augetur ita, vt ſtatim abſumat totum alimentum humidũ, ideoque extinguitur ex defectu pabuli. Proportionaliter in animali impedita reſpiratione, & refrigeratione, calor augetur ita, vt abſumat pabulum, antequam attenuetur nouum humidum, quo nutriatur, ideoque deficiente pabulo, calor extinguitur, & ſequitur mors per ſuffocationem. Tomo 4. pag.680, lib de iuu. & ſen. cap.3, num 3, 4.

Cum grandem buccellam deglutimus, ſentimus nos ſuffocari, ita vt reſpirare non poſſimus, quia grandior buccella recepta intra gulam extrinſecus comprimit, & conſtringit aſperam arteriam, quæ eſt organum reſpirandi. Tomo 5. pag. 770, ſect. 34. prob. num 9.

SVLFVR. Inſectorum plura ſulfuris halitu intereunt. Formicæ ſi ipſarum ſedes aſpergantur puluere ſulfuris, & origani, protinus ex ijs abeunt. Tomo 3. pag.817, lib.4. de hiſt. anim. cap.8, num.21.

Sulfur cenſetur res ſacra. Tomo 5. pag.687, ſect.24, prob. num. 19.

SVPERÆ. Superæ, hoc eſt beſtiolæ, quæ græcè dicuntur peniæ, & hyperiæ, fiunt ex quibuſdam erucis, quæ fluctuatim ambulant. Tomo 3. pag.853, lib.5. de hiſt. anim. cap. 19, num.7.

SVPERCILIA. Sub fronte ſunt ſupercilia, quæ ſi recta ſint, indicant animum mollem: ſi ſint verſus naſum inflexa, indicant hominem aſperum: ſi ad tempora vergant, indicant obtrectatorem, & diſſimulatorem: ſi ſint demiſſa, indicant inuidum. Tomo 3. pag. 710, lib.1. de hiſt. anim. cap.9, num.2.

In aliquibus ſupercilia tempore ſeneſtutis creſcunt ita, vt tonderi debeant: affertur ratio. Tomo 3. pag.778, lib.3 de hiſtor. anim. cap.11, num.6.

Effluxus ſuperciliorum incipit poſt Veneris vſum, ac frequentia Veneris capit incrementum. Supercilia ſunt vltima incaneſcendo. Ibid. pag.778, num 6.

Supercilia data ſunt in præſidium oculorũ, vt nimirum arceant ab oculis humores à capite per frontem defluentes. Supercilia naſcuntur in oſſium compage, ſeu cõmiſſura, & generantur ex vaporibus inde proſeuntibus: & quia in multis hominibus ſeneſcentibus multum vaporis prodit ex ea oſſium commiſſura, ideo in ijs adeo creſcunt, vt debeant tonderi. Tomo 4. pag.69, lib.2. de part. anim. cap.15, numer 1, 2.

Supercilium dextrum eſt elatius, ac magis arcuatum, quam ſiniſtrum, quia cum pars dextra ſit validior ſiniſtra, quæ ſunt in latere dexiro debuerunt vergere ad ſitum ſuperiorem. Tomo 4. pag 106, lib.3.

de

de part. animal. cap. 9, num. 5.
Qui ſupercilia habent diuulſa, & extenſa verſus tempora, vt ſues, ſolent eſſe ſtolidi. Tomo 4. pag. 812, lib. Phyſiogn. cap. 10, num. 29.
SVPERFICIES. Superficies eſt ſpecies continui, quia poteſt in ſuperficie ſumi linea media, ad quam copulentur partes ſuperficiei tanquam ad terminum communem. Tomo 1. pag. 40, lib. Prædicam. cap. 7, num. 4.
Superficies eſt magnitudo imperfecta, ac diuiſibilis ſecundum duas tantum dimenſiones. Tomo 3. pag. 288, lib. 1. de Cœlo cap. 1, num. 3, 5.
Oſtenditur corpora non poſſe conſtare ex ſuperficiebus indiuiſibilibus. Tomo 3. pag. 394, lib. 3, de Cœlo cap. 3, per totum.
Superficies non poſſunt eſſe graues, neque leues. Ibid. pag. 397, num. 11.
Poſito, quod corpora componantur ex indiuiſibilibus, congruentius componuntur ex corpuſculis indiuiſibilibus, vt docuit Democritus, quam ex ſuperficiebus indiuiſibilibus, vt docuit Plato. Tomo 3 pag. 449. lib. 1, de gen. cap. 3, per totum.
Superficies non poteſt conſtitui per hoc, quod linea addatur lineæ, nec corpus poteſt conſtitui per hoc, quod ſuperficies addatur ſuperficiei. Tomo 4. pagina 782, lib. de lin. inſecab. cap. 4, num. 14.
SVPERFOETATIO. Mulieres prægnantes admittunt coitum, & ſuperfœtant, ſed ſi poſterior fœtus conceptus fuerit multo poſt primum, non perficitur, ſed fit abortus, ſi non multo poſt, perficitur. Tomo 3. pag. 925, lib 7. de hiſt. anim. cap. 4, numer. 9, 10.
Superfœtare dicuntur illa animalia, quæ poſtquam conceperunt, dum fœtum gerunt in vtero, iterum concipiunt. Propter quam cauſam ex animalibus alia ſuperfœtent, alia non. Tomo 4, pag. 618, lib. 4. de gen. anim. cap. 5, num. 1, 2, 3, 7.
SVPPOSITIO. Suppoſitio eſt *poſitio affirmans, aut negans prædicatum de ſubiecto*. Tomo 1. pag. 294, lib. 1. Poſt. cap. 2, numer. 12.
Dignitates differunt à ſuppoſitionibus per hoc, quod dignitas eſt *principium, quod non ſolum per ſe ipſum neceſſe eſt eſſe, ſed etiam videri*: at ſuppoſitio eſt, *quam neceſſe eſt quidem eſſe, ſed non neceſſe eſt videri*. Tomo 1. pag. 344, lib. 1. Poſt. cap. 11, num. 1.
Suppoſitio quo pacto differat à poſitione, & definitione. Ibid. pag 314, num. 2. 3.
SVPPOSITVM. Subſtantia ſumitur pro ſuppoſito, & vnum numero dicuntur quæ ſunt vnum ſuppoſito. Tomo 5, pag. 563, lib. 10. Metaph. cap. 5, num. 5
SVPRA. Supra, ſeu ſupera pars in animalibus, & plantis, eſt *per quam ſumitur alimentum*, & quia plantæ ſumunt alimentum per radices, radices ſunt ſupra plantarum. Tomo 4. pag. 674, lib. de iuu. & ſen. cap. 1, num. 5.
Vide ſurſum.
SVPPVRATIO. Equi laborant etiam ſuppuratione, ſeu putrefactione pulmonum. Tomo 3. pag. 972, lib. 8. de hiſt. anim. cap. 24, num. 2.
SVRA. Poſterior pars tibiæ vocatur ſura. Conſtat ſura ex carne neruoſa, & venoſa. Qui habent ſuram magis conuexam verſus poplitem, ſolent habere nates maiores: qui verò habent ſuram minus conuexam verſus poplitem, ſolent habere nates minores. Tomo 3. pag. 716, lib. 1, de hiſt. anim. cap. 15, num. 6.
Sura, hoc eſt pulpa cruris non eminens vt in fœminis, ſed contracta, vt in maribus, eſt ſignum fortitudinis: at ſura eminens, & erecta, vt in mulieribus, eſt ſignum timiditatis. Tomo 4. pag 795, lib. Phyſiog. cap. 6, num. 1, 2.
SVRDI, Surditas. Homines ſurdi à natiuitate ſunt etiam muti, ac proinde licet poſſint vocem emittere, non poſſunt loqui, ſiquidem cum auditu careant, non poſſunt vllam linguam addiſcere. Tomo 3. pag. 821, lib. 4. de hiſt. anim. cap. 9, num. 10.
Surdi vt plurimum vocem ex naribus emittunt, ac naribus loquuntur, quia ſurditas cauſari ſolet ex vitio pulmonum, ideoque quia non libere reſpirant, ſicut naribus reſpirant, ſic naribus loquuntur. Tomo 5, pag. 765, ſect. 33. prob. num. 19, & pag. 550, num. 1, 4.
SVRIA herba. Suria, ſeu ſyria eſt herba, quam expedit ſerere prope alueuria, ſiquidem ea delectantur apes. Tomo 3. pag. 1024, lib. 9, de hiſt. animal. cap. 40, num. 45.
SVRGENS à ſeſſione. Vide ſeſſio.
SVRSVM, & deorſum. Surſum, & deorſum dantur in animalibus, & aliqualiter in plantis, ac poni debent in Cœlo. Tomo 3. pag 346, lib. 2. de Cœlo cap. 2, num. 2, 3.

Quæ

Digitized by Google

Quo pacto ſurſum, & deorſum dentur in entibus inanimatis per reſpectum ad animalia. Ibid. pag.346, num.4, 5.

Quo pacto ſurſum, & deorſum dentur in animalibus, ac ſint principia magnitudinis, & motus augmentatiui. Ibid. pag. 346, num.3.

Quo pacto ſurſum, & deorſum dentur in Cœlo, ac polus antarcticus ſit ſurſum, arcticus deorſum, longitudo ſit diſtantia à polo ad polum. Ibid. pag.348, numer.11, 12, 13, 14, 15, 16.

Reſpectu motus proprij ſtellarum polus arcticus eſt ſurſum, antarcticus deorſum. Ibid. pag.349, num.16.

Oſtenditur contra Pythagoricos ſurſum, & deorſum, ante, & retro non minus eſſe principia, quam dextrum, & ſiniſtrum. Ibid. pag.347, num.6, 7, 8, 9, 10.

Oſtenditur contra Platonem in mundo dari aliquid, quod verè ſit ſurſum, hoc eſt circunferentiam, & aliquid, quod verè ſit deorſum, hoc eſt centrum. Tomo 3. pag. 424, lib.4. de Cœlo cap 1, num.5, 6

Surſum eſt circunferentia, deorſum eſt centrum, ac ſtultum eſt putare locum, qui eſt ſupra caput noſtrum, eſſe ſurſum, locũ, qui eſt infra pedes, eſſe deorſum. Tomo 3. pag.610, lib.2 Meteor. cap.7, num 4.

Si ſurſum, & deorſum plantarum ſumantur extrinſecè per ordinem ad ſurſum, & deorſum vniuerſi, ſurſum plantarum ſunt rami, deorſum ſunt radices: ſi ſumantur intrinſecè, ſurſum ſunt radices, per quas ſumunt alimentum, deorſum ſunt rami, ad quos vltimo terminatur motus augmenti. Tomo 4. pag.179, lib. de inc. animal. cap.4 num.1, 2.

Vide ſupra.

SVS. Vide ſues.

SVSPICIO. Suſpicio, & opinio non ſunt virtutes intellectus, quia per ipſas poſſumus dicere falſum. Tomo 2. pag. 161, lib.6. Ethic. cap.3, num. 1.

SVTVRA Caluariæ. Vide Caluaria.

SYDERA. Vide Stellæ.

SYDERATIO. Oſſa ſuis membranis mutilata ſyderantur, hoc eſt redduntur arida, & inutilia. Tomo 3. pag. 780, lib. 3, de hiſt. anim. cap.13, num.2.

Pinguedo totalis renum eſt ouibus lethalis, quia cum renes vndique intercluſi ſunt, flatus non poſſunt erumpere, & cauſant dolorem vehementem, & eum morbum, qui vocatur ſyderatio, quo intereunt. Tomo 4. pag. 107, lib 3. de part. animal. cap. 10, numer. 11.

Cum æſtate prævalet calor ambientis, ita vt humiditas, quam plantæ trahunt ex terra, non poſſit illas refrigerare, calor nimis auctus abſumit humidum, ideoque plantæ exiccantur per quemdam marcorem, ac dicuntur ſyderari. Tomo 4. pag. 681, lib. de ſuu. & ſen. cap.3, num.5.

Cum frigus ſuperueniens coagulat in matribus humorem, ita vt non poſſit excerni, ac fluere, deficiente matribus humore per quamdam ſyderationem, fœtus moritur, & fit abortus. Tomo 3. pag.440, ſect.1. Prob. num.9.

Cum materia humida eſt multa, & concreſcit, ac coagulatur, cauſat morbum, qui vocatur ſyderatio. Ibidem pag.441, numer. 10.

SYLLABÆ. Syllabæ non ſunt elementa vocum, quia poſſunt diuidi in plures ſpecie voces. Tomo 5. pag. 117, lib 5 Metaph. cap.3, num.2.

Quo pacto litteræ ſint partes ſpeciei ſyllabæ, ac poni debeant in definitione ſyllabæ. Tomo 5. pag. 195, lib.7 Metaph cap. 14, num.8, 9.

SYLLOGISMVS. Syllogiſmus eſt *oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quid à poſitis neceſſe eſt contingere, eo quod hæc ſint,* Tomo 1. pag. 108, lib.1. Prior. cap. 1. numer.5, & pag.421, lib.1. Top. cap.1. numer.3.

Syllogiſmus perfectus eſt *cui nihil addi debet præter propoſitiones aſſumptas, non ſolum ad hoc, vt concluſio ſequatur neceſſario, ſed neque ad hoc, vt euidenter appareat concluſionem ſequi neceſſario.* Syllogiſmus imperfectus eſt, *cui licet nihil addi debeat ad hoc, vt concluſio ſequatur neceſſario, tamen ad hoc, vt euidenter appareat talis neceſſitas, debet addi aliquid, quod licet neceſſario ſequatur ex diſpoſitione terminorum, & propoſitionum, adhuc non eſt aſſumptum.* Omnes ſyllogiſmi præter quatuor primos primæ figuræ ſunt imperfecti. Ibid pag.108, num.6.

Afferuntur, ac demonſtrantur modi directi tum vtiles, tum inutiles primæ figuræ. Tomo 1. pag.113, lib.1. Prior. cap 5, per totum.

Omnes primi quatuor modi directi primæ figuræ ſunt perfecti, & per eos probari poſſunt omnia problemata. Ibidem pag. 118, num.17.

Afferuntur, & demonſtrantur modi tum vtiles, tum inutiles ſecundæ figuræ. Tomo 1.

mo 1. pag. 118, lib. 1. Prior. cap. 6, per totum.
In ſecunda figura ex ſexdecim modis duodecim ſunt inutiles, quatuor tantum vtiles, & omnes imperfecti. Ibid. pag. 123, num. 17, 18.
Medius terminus quo pacto diſponatur in ſecunda figura. Ibid pag. 118, num. 1.
In ſecunda figura medius terminus poſitione non eſt medius, ſed primus, cum non ponatur inter extrema: in prima figura eſt medius etiam ſitu, & poſitione, cum ponatur inter extrema. Ibid. pag. 118, num. 1.
In ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſequitur, & non concluditur affirmatiuè, ſed ſolum negatiuè. Ibid. pag. 120, num. 5, & pag. 124, num. 19.
Afferuntur, & demonſtrantur omnes modi, tum vtiles, tum inutiles tertiæ figuræ. Tomo 1. pag. 124, lib. 1, Prior. cap. 7. per totum.
In tertia figura ex ſexdecim combinationibus poſſibilibus ſex ſunt vtiles, duodecim inutiles. Ibid. pag. 128, num. 18.
Omnes ſyllogiſmi tertiæ figuræ ſunt imperfecti. Ibid. pag. 124, num. 4, & pagina 128, num. 19.
In tertia figura medius terminus poſitione eſt vltimus, & non eſt inter extrema, ſed extra extrema. Ibid. pag. 124, num. 3.
Tertia figura concludit ſolum particulariter. Ibid. pag 128, num. 19.
Quo pacto ſyllogiſmi vnius figuræ reduci poſſint in aliam figuram. Tomo 1. pag. 209, lib. 1. Prior. cap. 31, per totum.
Prima figura eſt aptiſſima ad demonſtrandum. Tomo 1. pag. 326, lib. 1 Poſt. cap. 14, num. 1, 2, 3.
Prima figura non indiget alijs figuris, ſed alia indigent prima Ibidem pag. 327, numer. 3.
Demonſtratio negatiua per cauſam remotam non commodè fit in prima figura, ſed in ſecunda. Tomo 1. pag. 324, lib. 1. Poſt cap. 13, num 6.
Omnes ſyllogiſmi ſecundæ, & tertiæ figuræ ſunt imperfecti, & perficiuntur per reductionem ad primos quatuor primæ figuræ. Darij etiam, & ferio poſſunt vlterius perfici per reductionem ad Barbara, & Celarent. Tomo 1. pag. 130, lib. 1. Prior. cap. 8, num. 3, 4, 5, 6, 7, 8
Oſtenditur figuras ſyllogiſmorum eſſe ſolum tres. Tomo 1. pag. 172, lib. 1. Prior. cap. 23, per totum.
Omnes ſyllogiſmi tum oſtenſiui, tum directi, tum per impoſſibile, debent eſſe in aliqua ex tribus figuris. Ibid.
Omnes ſyllogiſmi debent conſtare ex altera præmiſſa vniuerſali, & ex altera affirmatiua Tomo 1. pag. 175, lib. 1. Prior. cap. 24, per totum.
Omnes ſyllogiſmi conſtare debent ex tribus terminis, & ex duabus præmiſſis. Tom. 1. pag. 177, lib. 1. Prior. cap. 25, per totum.
Per quas figuras, & modos concluſiones facilius probentur, vel impugnentur. Tomo 1. pag. 181, lib. 1. Prior. cap. 26. per totum.
An per ſyllogiſmum per viam diuiſionis probari poſſint omnes concluſiones præſertim de definitione, ac de prædicatis definitiuis. Tomo 1. pag. 197, lib. 1. Prior. cap. 29, per totum.
Ad ſyllogiſmum non ſufficit, vt ſit ratio, ex qua neceſſario ſequatur concluſio, ſed requiritur, vt conſtet ex duabus præmiſſis, & ex tribus terminis certo modo diſpoſitis. Tomo 1. pag. 201, lib. 1. Prior. cap. 30, num. 6.
Explicantur ſyllogiſmi ex terminis, exponibilibus, incomplexis, complexis, obliquis, ac reduplicatiuis. Ibid. pag. 203, à num. 7, vſque ad 20.
Syllogiſmus redargutiuus quid ſit, & quo pacto poſſit impediri. Tomo 1. pag. 266, lib. 2. Prior. cap. 25, num. 1.
Omnes argumentationes, & rationes, quibus vti poſſumus ad probandum, vel perſuadendum, reduci poſſunt ad ſyllogiſmum. Tomo 1. pag. 275, cap. 29, num. 1.
Syllogiſmus inductiuus quo pacto differat à priuatiuo. Ibid. pag. 276, num. 6, 7, 8.
Syllogiſmus phyſiognomicus quo pacto poſſit fieri. Tomo 1. pag. 284. lib. 2. Prior. cap. 35. per totum.
Proponitur diuiſio ſyllogiſmi in demonſtratiuum, dialecticum, contentioſum, & pſeudographum, & explicatur quid ſint. Tomo 1. pag 421, lib. 1. Top. cap. 1. numer. 3, 4, 5, 6, 7, 8.
Syllogiſmus contentioſus alius peccat in materia, alius in forma. Ibid. pag. 421, num. 7.
SYLLOGISMI modales. Syllogiſmi alij ſunt de ineſſe, alij modales, alij miſti; ac ſyllogiſmi modales alij ſunt de neceſſario, alij de contingenti. Tomo 1. pag. 132, lib. 1. Prior. cap. 9, num. 1.
Explicantur figuræ, & modi ſyllogiſmorũ modalium de neceſſario. Ibid pag. 132, n. 2

Expli-

Digitized by Google

Explicantur ſyllogiſmi miſti ex altera de neceſſario, altera de ineſſe in prima, ſecunda, & tertia figura, & traduntur eorum modi, ac regulæ. Tomo 1. pag.133, lib.1. Prior. cap.10, 11, 12.

Per quæ principia regulentur ſyllogiſmi perfecti de contingenti. Tomo 1.pag.142, lib.1. Prior. cap.14, num.1.

Traduntur regulæ, & explicantur modi ſyllogiſmorum ex vtraque præmiſſa de contingenti in prima, ſecunda, & tertia figura. Tomo 1. pag.142, lib.1. Priorum cap.14, per totum, & pag. 157, cap.17, per totum, & pag. 166, cap.20, per totum.

Traduntur regulæ, & explicantur modi ſyllogiſmorum ex altera de contingenti, altera de ineſſe in prima, ſecunda, & tertia figura. Tomo 1. pag.145, lib.1. Prior. cap.15 per totum, & pag.161, cap.18, per totum, & pag.168, cap.21, per totum.

Traduntur regulæ, & explicantur modi ſyllogiſmorum ex altera præmiſſa de neceſſario, altera de contingenti in prima, ſecunda, & tertia figura. Tomo 1. pagina 152, lib.1 prior.cap.16, per totum, & pag. 163, cap.19, per totum, & pag.170, cap. 22, per totum.

SYLLOGISMORVM potentiæ, & virtutes. Prima virtus ſyllogiſmi eſt, vt poſſit concludere plures concluſiones, & quinam ſyllogiſmi poſſint, vel non poſſint concludere plures concluſiones. Tomo 1. pag.221, lib.2. Prior. cap.1, per totum.

Secunda virtus ſyllogiſmi eſt, vt ex præmiſſis falſis poſſit concludere concluſionem veram, & explicantur modi, quibus concluſio vera poteſt inferri ex præmiſſis falſis in prima, ſecunda, & tertia figura. Tomo 1. pag. 223, lib.2. Prior. cap.2, 3, & 4, per tota

Tertia virtus ſyllogiſmi eſt, vt poſſit per quemdam circulum ex concluſione, & altera præmiſſa inferri altera præmiſſa. Quid ſit ſyllogiſmus circularis, & quot modis poſſit fieri in prima, ſecunda, & tertia figura. Tomo 1. pag. 235, lib. 2, Prior. cap.5, 6, 7, per tota.

Quarta virtus ſyllogiſmi eſt, vt ex contradictorio concluſionis probandæ, & ex altera præmiſſa manifeſta probetur aliquid impoſſibile. Quid ſit ſyllogiſmus per impoſſibile, & quo pacto differat à conuerſiuo: & quo pacto ſyllogiſmus per impoſſibile fieri poſſit in prima, ſecunda, & tertia figura. Tomo 1. pagina 246, lib.2. Prior. cap.11, 12, 13.

Quo pacto ſyllogiſmus per impoſſibile differat ab oſtenſiuo, & quo pacto poſſit fieri mutua reductio ſyllogiſmorũ oſtenſiuorum, & per impoſſibile in prima, ſecunda, & tertia figura Tomo 1. pag.252, lib.2. Prior. cap.14, 15, 16, 17, per tota.

Sexta virtus ſyllogiſmi eſt, vt ex duabus præmiſſis contrarijs, aut contradictorijs inferatur aliquid impoſſibile, non quidem in prima, ſed in ſecunda, vel tertia figura. Explicatur, quot modis fiat. Tomo 1. pag.256, lib.2. Prior. cap.18, 19, 20, per tota.

SYLLOGISMORVM defectus, & impotentiæ. Prima impotentia, ſeu defectus ſyllogiſmi eſt petitio principij. Quid ſit petitio principij, & quot modis fiat. Tomo 1. pag.259, lib.2. Prior. cap. 21, per totum.

Secundus defectus ſyllogiſmi eſt defectus falſi non contingentis propter hoc, ſeu propter hypotheſim. Explicatur quando, & quot modis committatur hic defectus in ſyllogiſmo per impoſſibile. Tomo 1. pag. 262, lib.2. Prior. cap. 22. per totum.

Tertius defectus ſyllogiſmi eſt deceptio in opinione, eo quod opinemur contraria. Explicatur, quo pacto poſſimus opinari contraria. Tomo 1. pag.267, lib.2. Prior. cap.26, per totum.

Syllogiſmus contrarius quo pacto poſſit impediri. Tomo 1. pag.265, lib.2. Priorum cap.24. per totum.

SYLLOGISMORVM reductio. Vide reductio ſyllogiſmorum.

SYLLOGISMVS demonſtratiuus. Vide demonſtratio.

SYLLOGISMVS ſophiſticus. Vide ſophiſma.

SYLLOGISMVS inductiuus. Vide inductio.

SYLVÆ. Sylvæ nuper aduſtæ ſolent eſſe odoriferæ propter humiditatẽ bene concoctam a calore ignis, ideoque emittunt flores ſuauiter olentes. Tomo 5.pag 574, ſect.12, prob. num.3.

SYLVESTRIA animalia. Animalia ſyluestria non videntur vniuerſim differre ſpecie ab vrbanis: nam dantur animalia eiuſdem ſpeciei, quæ partim ſunt ſyluestria, partim vrbana: Ex. gr. dantur homines, equi, boues, canes ſyluestres, & vrbani: in terra etiã indica dantur ſues,

oues,

oues, capræ ſylueſtres, & vrbanæ: ideo differentiæ ſylueſtris, & vrbani videntur accidentales, non eſſentiales. Tomo 4. pag. 19, lib. 1. de Part. anim. cap. 3, numer. 10.

Plantæ ſylueſtres, ſiue agreſtes ſunt quæ nutriuntur alimento crudo, & inconcocto. Tomo 5. pag. 646; ſect. 20. prob. num. 12.

SYMBOLA elementa. Vide elementa.

SYMPATHIÆ. Anima, & corpus ſibi mutuo compatiuntur. Tomo 4. pag. 799, lib. Phyſiog. cap. 7 num. 1, 2.

Quare cum videmus aliquem ſecari, vel vri, vel torqueri, animo illi condoleamus Tomo 5. pag. 512, ſect. 7. prob. num. 3

SYMPHONIA. Quare omnes delectentur ſymphonijs. Tomo 5. pag 635, ſect 19, prob. num. 38.

Quare ex fonis qui faciunt ſymphoniam grauiorem, efficiant ſymphoniam molliorem, hoc eſt repræſentantem mores magis placidos, & ſedatos. Ibid. pagina 641, num. 50.

SYMPHONVM. Quare antiphonum, hoc eſt conſonantia conflata ex vocibus differentibus, ſuauius ſit ſymphono hoc eſt conſonantia conflata ex vocibus vniſonis. Tomo 5. pag. 626, ſect. 19. prob. numer 16 & pag 636, num 39.

SYNESIS. Syneſis, ſeu perſpicacia in iudicando de agibilibus eſt virtus prudentiæ annexa, & explicatur quid ſit, & quo pacto ſe habeat ad prudentiam, eubuliã, & gnomen. Tom. 2 pag. 174, lib. 6. Ethic. cap. 10, per totum, & pag. 175, cap. 11, num. 2, 3, & pag. 350, lib. 1. mag. mor. cap. 33, num. 9.

SYRIA. In Syria oues præditæ ſunt cauda latitudine cubitali. Capræ habent auriculas vnius palmi, & quatuor digitorum, quorum nonnullæ habent auriculas ita demiſſas, vt ſpectent ad terram: boues autem Syriæ flexuras habent ad armos inſtar camelorum. Tomo 1. pag. 976, lib. 8 de hiſt. anim. cap. 28, num. 3

Quare Syria, & arabia, quæ ſunt regiones orientales, magis abundent plantis odoriferis, quam regiones ſeptentrionales, ac meridionales. Tomo 5. pag. 574, ſect. 12. prob. num. 3. B.

T

TABANI. Tabani ſunt volatilia exanguia duobus tantum alis prædita, & aculeo armata in parte anteriori. Tomo 3. pag. 705, lib. 1. de hiſt. anim. cap. , num. 6.

Tabani lingua dura ſunt præditi. Tomo 3. pag. 810, lib. 4. de hiſt. anim. cap. 7, num. 4.

Tabani generantur ex ligno putreſcente. Tomo 3. pag. 854, lib. 5. de hiſt. animal. cap. 19, num. 18.

Tabani pereunt aqua oculorum intercute obcæcati. Ibid. pag. 856, cap. 20, num. 4.

Tabani ſanguinem hauriunt, eoque veſcuntur. Tomo 3. pag 953, lib. 8. Top cap. 11, num. 1.

Tabani aculeo ita duro ſunt præditi, vt eo perforent coria beſtiarum, & ſic ſanguinem exuguut. Tomo 4. pag. 76, lib. 2. de Part. anim. cap. 17, num. 13.

TABES, Tabum. Pili creſcunt in quibuſdam morbis, præſertim tabificis. Tomo 3 pag. 778, lib. 3. de hiſt. anim. cap. 11, num. 7.

Quare ſemen genitale in ſomnis effluat tũ in ijs, qui labore laſſeſcunt, tum in ijs, qui tabe conſumuntur. Tomo 5. pag. 506, ſect. 5 prob num. 31.

Vide Phiſis.

TACITVRNITAS. Mulieris virtus eſt taciturnitas: virtus viri non eſt vt taceat, ſed vt decenter loquatur, ideoque Poeta dixit: *Mulieri decus affert taciturnitas, ſed non ita viro.* Tomo 2. pag. 540, lib. 1. Polit. cap. 8. num. 7.

TACTVS, Tangibilia. Tactus eſt primus ſenſus, in quo primo eſt virtus ſenſitiua, & in quo fundantur cæteri ſenſus, ideoque qualitates tangibiles ſunt primæ qualitates. Tomo 3. pag. 496, lib. 2. de gen. cap. 2. num. 1, & Tomo 4. pag. 249, lib. 2. de Anima cap. 3 num. 5.

Tactus eſt communis omnibus animalibus, & aliqua animalia tangunt per carnem, alia per partem proportionalem carni. Tomo 3. pag 702, lib. 1. de hiſt. animal. cap. 3. num. 2, & pag. 703, cap. 4, num. 2.

Homo habet tactum præſtantiſſimum, & præſtantiorem cæteris ſenſibus. Tomo 3. pag. 718, lib. 1. de hiſt anim. cap. 15, numer. 31

Tactus eſt ſenſus minus ſimplex reliquis, quia reliqui ſenſus verſantur circa genus conten-

Digitized by Google

contentum vnica contrarietate, tactus autem versatur circa genus contentum pluribus contrarietatibus, nimirum circa calorem, & frigus, & circa siccum, & humidum. Ideo sensorium tactus est minus simplex sensorijs aliorum sensuum. Tomo 4. pag. 31, lib. 2. de Part. anim. cap. 1, num. 14.

Sanguis caret omni sensu etiam tactus. Tomo 4. pag 42, lib. 2. de Part. anim. cap. 3. num. 8.

Caro, vel pars proportionalis carni necessaria est animali gratia tactus, qui est primus sensus. Quia verò tactus exigit medium valde corpulentum, & crassum, exigit vt medium carnem, quæ valde est corpulenta. Tomo 4. pag. 52, lib. 2 de Part. anim. cap. 8, num. 1.

Sensus tangendi, & gustandi dependent à corde tamquam ab organo, & subiecto, quia exigunt temperamentum conforme cordi. Tomo 4. pag. 60, lib. 2. de Part. anim cap. 10, num. 9.

Quia primum sensorium tactus non est caro, neque alia pars exterior, sed aliqua pars latens intra animal, de organo tactus non est manifestum, quod sit duplex. Ibid. pag. 61, num. 17.

Quo caro est mollior, eo tactus est perfectior: & quia caro hominis est mollissima, & mollior carne aliorum animalium, ideo tactus hominis est perfectior tactu aliorum animalium. Tomo 4. pag. 72, libro 2. de Part. anim. cap. 16, num. 7, & pag. 73, cap 17, num. 2.

Animalia eo ipso, quod habent sensum tactus, possunt per ipsum percipere tum obiectum conueniens, & conseruatiuum, tum disconueniens, & corruptiuũ, adeoque habent appetitum conuenientis, & fugam disconuenientis. Tomo 4. pag 252, lib. 2. de Anima cap. 4, num. 2.

Tactus est sensus alimenti, ideoque omnia animalia sicut habent tactum, sic sunt capacia famis, & sitis. Ibid. pag. 253, numer. 3.

Ex hominibus qui habent tactum perfectiorem sunt perfectiores, & ingeniosiores: e conuerso duri tactu, inepti mente: animalia etiam, quæ habent tactum perfectiorem, sunt perfectiora, & prudentiora: & quia homo est prudentissimus animalium, habet tactum perfectissimum. Tomo 4. pag. 277, lib. 2. de Anima cap. 13, num. 3.

Sensus tactus non est vnus specie, sed dantur plures specie tactus: nam vnus sensus est vnius tantum contrarietatis: at tactus percipit duas contrarietates, calida nimirum, & frigida, sicca, & humida. Tomo 4. pag. 282, lib. 2. de Anima cap. 15, num. 3, 4, 5, 9.

Caro non videtur sensorium, sed medium coniunctum tactus. Ibid. pag. 282, num. 7, 8, 9, 13.

Tactus videtur sentire non solum per carnem tamquam per medium coniunctum, sed etiam per aquam, & aerem tamquam per medium extraneum. Ibid. pag. 283, num. 10, 11.

Alij sensus ita sentiunt per medium extraneum, vt non possint sentire sine tali medio, adeoque vt medium requiratur vt causa per se immutans sensum: at tactus, & gustus ita sentiunt per medium extraneum, vt possint sentire sine tali medio. Ibid. pag. 284, num. 12.

Organum tactus consistit in quadam mediocritate primarum qualitatum tangibilium, ideoque licet alij sensus vt perfectè sentiant, debeant esse denudati toto genere sui obiecti sensibilis, tactus non debet esse denudatus toto genere qualitatum tangibilium, vt perfectè sentiat. Ibid. pag. 284, num. 13, 14.

Tactus vt discernat calida, & frigida neque debet esse excessiuè calidus, neque excessiuè frigidus. Ibid. pag. 285, num. 14.

Tactus est perceptiuus tangibilis, & intangibilis, hoc est eius, quod quia parum habet qualitatis tangibilis, parum sentitur, vt aer. Ibid. pag. 285, num. 15.

Plantæ non sentiunt, quia non habent mediocritatem requisitã ad sensum tactus, in quo fundantur cæteri sensus. Tomo 4. pag. 287, lib. 2. de Anima cap. 16, num. 4.

Gustus, & tactus tribuuntur terræ. Tomo 4. pag 289, lib. 2. de Anima cap. 17, num. 4, & pag. 334, lib. de sensu, & sensib. cap. 2, num. 1, & pag. 339, cap. 3, num. 19.

Tactus cum consistat in quodam temperamento mediocri qualitatum contrariarum non potest dari in corporibus simplicibus, quæ habent qualitates in gradu intenso, neque in corporibus plantarum, alijsque propinquis corporibus simplicibus, quæ sunt valde dura, & terrestria. Tomo 4. pag 326, lib. 3. de Anima cap. 11. num. 2, & pag 329, cap. 12, num 5.

Necesse est, vt quodlibet animal habeat tactum: & quia gustus est quidam tactus, necesse etiam est, vt quodlibet animal habeat

beat guſtum. Ibidem pag.327, num.6,7.
Animal ſi priuatur tactu, eo ipſo moritur, & vitam amittit. Ibid. pag.330, num.6.
Senſibilia tactus cum ſunt nimis excedentia per ſe corrumpunt non ſolum ſenſum, ſed etiam ipſum animal, ſiquidem corrumpunt tactum, per quod animal definitur. Ibid. pag.330, num.7.
Reijcitur opinio antiquorum dicentium omnia ſenſibilia eſſe tangibilia, & omnes ſenſus eſſe quoſdam tactus. Ibid pagina 350, cap.4. num. 11, 12, 13, 14, 15.
Licet ſenſus communis ſequatur ad omnes ſenſus particulares, tamen maximè connectitur cum tactu. Tomo 4. pag.390, lib. de ſomn. & vig. cap.2, num.5.
Si digitis ſuprapoſitis tanganus duo grana frumenti, vel aliud ſenſibile paruum, vnum granum videtur duo grana. Affertur ratio. Tomo 4. pag.405, lib. de ſomnijs cap. 2. num.9, & Tomo 5. pag. 774, ſect.35, prob. num.10.
Senſorium tactus vel eſt ipſum corpus animalis, hoc eſt caro, vel eſt aliquid conſtituens corpus, puta nerui. Tomo 4. pag. 532, lib.2 de gen. anim. cap.4, num.72.
Ingenium ſequitur ex perfectione virtutis ſenſitiuæ, & tactiuæ. Tomo 4 pag. 796, lib. Phyſiogn. cap.6, num 3.
TALIO. Pythagorici dixerunt omne iuſtum conſiſtere in talione, hoc eſt in eo, vt quis patiatur quæ fecit. Tomo 2. pag. 134, lib.5. Ethic. cap.5, num.1.
Iuſtum diſtributiuum, & vindicatiuum non conſiſtit vniuerſaliter in talione. Ibidem pag.135, num.3, 4
Iuſtum commutatiuum quo pacto conſiſtat in talione. Ibid. pag.135, num.4,5,6.
Quodnam iuſtum conſiſtat in talione. Tomo 2. pag. 341, lib.1. mag. mor. cap 31, num.7.
TALPA. Quales oculos habeat Talpa. Tomo 3. pag. 710, lib.1 de hiſt. animal. cap. 9, num.3, & pag. 813, lib.4. cap. 8, num.1.
Talpa caret viſu, ſed habet oculos imperfectos. Ibid. pag 813, num.2.
Talpæ domicilia ſibi parant. Tomo 3. pag 700, lib 1, de hiſt. anim. cap.1. num.18.
In Bœotia in orchomenio agro talpæ ſunt multæ; at in propinquo agro Lebadico nullæ talpæ ſunt: imo ſi aliunde illuc deferantur, nolunt terram effodere. Tomo 3. pag.975, lib 8 de hiſt. animal. cap.28, num.2.
TALVS pedum. Talus dicitur genus oſſis, quod eſt in articulo pedum quorumdam animalium, & plures habet facies, quæ oſſa ab antiquis paſtoribus poſt necem victimarum collecta, in luſum conuerſa fuerunt, vnde ortum habuit luſus talorum. Quadrupedes habentes pedes non fiſſos carent talis, excepto aſino indico. Sus caret talo bene formato. Ex quadrupedibus multifidis nulla hactenus cognita habet talum, eoque caret etiam homo: multæ ex quadrupedibus bifidis habent talum. Deſcribitur talus, eiuſque facies. Tomo 3. pag.732, lib.2.de hiſtor. anim. cap.4. num.24.
Animalia cornigera, & non vtrinque dentata habent temperamentum terreum, vt patet ex eo, quia cornua habent in capite, & talos in pedibus: cornua autem, & tali habent temperamentum terreum. Tomo 1. pag. 45, lib. 2. de Part. animal. cap.5, num.6.
Animalia ſolidungula carent talo, tum quia natura vtitur materia terrea ad faciendam vngulam ſolidam, & integram, tum quia ſi haberent talum, difficilius flecterent crura poſteriora. Animalia biſulca habent talum, quia natura materia oſſea, qua non vtitur ad faciendam vngulam ſolidam, vtitur ad faciendum talum. Animalia, quæ habent pedes multifidos, hoc eſt ſciſſos in plures digitos, carent talo, quia talus impediret, ne pedes eorum findi poſſent in plures partes. Tomo 4. pag. 158, lib. 4. de Part. animal. cap. 10, num.32, 38, 39.
Qui partes circa talos habent neruoſas, & articulatas, ſolent eſſe fortes Tomo 4. pagina 804, lib. Phyſiog. cap.5, num.3.
TALI luſorij. Quare tali plumbati cum proijciuntur, concipiant motum circularem. Tomo 5. pag 601, ſect 16. probl. num.3. & pag.610, num.12.
TARDA auis. Tarda auis gulam habet ampliorem, & habet appendices inteſtinorum. Tomo 3. pag. 754, lib.2. de hiſt. anim. cap.17, num.10, 15.
Aues grandiores, vt tarda, anſer &c. triginta diebus ſolent ouis incubare. Tomo 3. pag.877, lib.6. de hiſt.anim. cap.6 num.1.
TARDI. Qui faciem habent magnam, vt boues, & aſini, ſunt tardi. Tomo 4. pag. 807, lib. Phyſiog. cap.9. num.21.
Qui frontem habent magnam, vt boues, ſunt tardi. Ibid. pag.808, num.25
Qui colorem habent melleum, ſunt tardi, quia color melleus oritur ex frigiditate. Ibid.

Digitized by Google

Ibid. pag. 810, cap. 10. num. 5.

Qui valde sunt magni, sunt tardi in agendo, & intelligendo, quia propter magnam distantiam cordis à cerebro spiritus tardè mouentur. Tomo 4. pag. 814, lib. Physiog. cap. 10. num. 54.

TARDITAS motus. Motus in ratione velocis, ac tardi mensuratur motu simplicissimo primi mobilis. Tomo 3. pag. 258, lib. 10. Metaph. cap. 2. num. 4.

TARTARVS. Proponitur, & reijcitur sententia Platonis, dicentis tartarum esse principium maris, & omnium aquarum tum stagnantium, tum fluentium in superficie terræ. Tomo 3. pag. 580, lib. Meteor. cap. 2, num. 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20.

TAVRVS. Quia tauri sanguinem habent fibris refertum sunt valde animosi, iracundi, & etiam furibundi. Tomo 4. pagina 43. lib 3. de Part. anim. cap. 4. num. 4.

Quia sanguis taurorum est valde refertus fibris, celerrimè concrescit, & durescit; at fibris detractis non concrescit. Ibid. pag. 43. num 5.

Vide Bos.

TECMYRION. Tecmyrion est signum infallibile, ac faciens scire, & ex eo tamquam ex medio fit syllogismus primæ figuræ. Tomo 1. pag. 283, lib. 2. Prior. cap. 34, num. 4.

Tecmyria sunt signa infallibilia, vt cum probatur mulierē concepisse ex eo, quod lac habeat, & per ea fit syllogismus primæ figuræ. Tomo 1. pag. 696, lib. 1. Rhet. cap. 2. num. 13.

TEMERITAS. Aliqui sunt incontinentes ex temeritate: nam quia non præconsultarunt, vincuntur à passione, & sunt minus mali, ac facilius curabiles, quam incontinentes ex imbecillitate. Tomo 2. pag. 203, lib. 7. Ethic. cap. 7, num. 7, & pag. 204, cap. 8. num. 4.

TEMO. Quid sit temo, & quo pacto constituatur in naui. Tomo 4. pag. 727, lib. qu. mechan. qu. 5. num. 1.

Temo est vectis, cuius hypomoclion est extremitas puppis, cui est affixum, pondus motum est mare, gubernator autem est mouens vectem per manubrium. Ibidem pag. 728, num. 2.

Quare temo cū sit adeo paruus, habeat vim mouendi nauigium magnum. Ibidem numer. 1, 2.

Quare temo debeat esse potius affixus parti posteriori nauis, hoc est puppi, quam parti anteriori, hoc est proræ, vel medio nauis. Ibidem pag. 729, num. 3, 4, 5, 6.

Proportionali modo, quo remus mouetur, ac mouet, etiam temo, seu gubernaculum mouetur, ac mouet. Ibid. pag. 731, num. 7.

TEMPERAMENTVM. Temperamentum misti resultat ex primis qualitatibus refractis, & non consistit in indiuisibili, sed habet latitudinem. Tomo 3. pag. 515, lib. 2. de gen. cap. 8. num. 8.

Ex temperamento corporis, & membrorū oritur differentia sensuum, morum, & propensionum: corpus autem, & membra accipiunt tale temperamentum, quale conuenit sanguini, hoc est alimento, ex quo vltimo fiunt. Tomo 4. pag. 44, lib. 2. de Part. anim. cap. 4. num. 6.

Quæ calore concrescunt, solent habere temperamentum partim aqueum, partim aereum cum aliqua portione terræ: quæ habent temperamentum aqueum calore non concrescunt: quæ habent temperamentum terreum, vel partim terreum, partim aqueum, refrigerata non possunt tota resolui in humorem humidum, & fluidum instar aquæ. Tomo 4. pag. 502, lib. 2. de gen. anim. cap. 2. num. 5, 6

Quia sanitas animalis consistit in hoc, vt conseruetur eius temperamentum naturale, hoc autem conseruatur in locis symbolis: ideo animal vt conseruetur, debet poni in locis symbolis. Tomo 4. pag. 700, lib. de iuu. & sen. cap. 13, num. 7, 8.

TEMPERANTIA, Temperans. Temperantia, & fortitudo eligibiliores sunt tempore iuuentutis, quam senectutis: prudentia è conuerso, quia iuuenes magis indigent temperantia, & fortitudine, senes magis indigent prudentia. Tomo 1. pag. 472, lib. 3. Top. cap. 2. num. 7.

Temperantia est virtus, per quam homines quoad voluptates corporis ita se habent, sicut lex præcipit. Intemperantia est, per quam homines indulgent voluptatibus corporis contra legem. Tomo 1. pag. 735, lib. 1. Rhet. cap. 9. num 5

Temperantia ponit modum appetitui delectationis, ideoque est virtus appetitus sensitiui, seu concupiscibilis. Tomo 1. pag. 80, lib. 3. Ethic. cap. 10, num. 1.

Temperantia est mediocritas inter voluptates gustus, & tactus, & inter dolores ex carentia talium voluptatum. Tomo 2. pag. 47, lib. 2. Ethic cap 7. num. 3

Temperantia ita est mediocritas circa vo-

luptates, & dolores, vt magis verſetur circa voluptates, quam circa dolores. Tomo 3. pag. 81, lib. 3. Ethic. cap. 10. num. 2, & pag. 334, lib. 1. mag. mor. cap. 20, numer. 1.

Temperantia verſatur circa voluptates non animi, ſed corporis, non omnes, ſed guſtus, & tactus, & præſertim tactus. Ibid. pag. 82, cap. 10, num 4, 5, 6, & pag 334. lib. 1 mag. mor. cap. 20, num. 2, & pag. 450. lib. 3. mor. ad Eud. cap. 4. num. 4. 5, 6, 7.

Temperans mediocriter ſe habet circa delectabilia tactus. Tomo 2. pag. 85, lib. 3. Ethic. cap. 11, num. 7.

Temperans non dolet carentia rerum, quæ voluptatem afferunt. Ibid. pag. 84, numer. 4.

Temperantia eſt conſeruatiua prudentiæ, quia ponit modum paſſionibus, quæ cum ſunt immodicæ, peruertunt iudicium prudentiæ. Tomo 2. pag. 164, lib. 6. Ethic. cap. 5, num. 5.

Temperans, & continens verſantur circa eandem materiam, hoc eſt circa delectabilia tactus. Tomo 2. pag. 194, lib. 7. Ethic. cap. 4, num. 6, & pag. 363, lib. 2. mag. mor. cap. 7. num. 15.

Temperans maximè appetit delectationes ex actibus temperantiæ Tomo 2. pag. 213. lib. 7. Ethic. cap. 12, num. 3.

Quo pacto temperantia differat à continentia. Tomo 2. pag. 201, lib. 7. Ethic. cap. 7. num. 2.

Temperantia eſt maximè laudanda in iuuenibus, & diuitibus, quia per illam abſtinent à voluptatibus, quibus maximè indigent. Tomo 5. pag. 724, ſect. 28. prob. num. 4.

Vide intemperantia.

TEMPLA. Templa quo pacto in ciuitatibus ſint conſtituenda. Tomo 2. pag. 755, lib. 7. Polit. cap. 12. num. 2.

TEMPVS. Tempus eſt quantitas continua, quia partes præteritæ, ac futuræ copulantur ad inſtans præſens tamquam ad terminum communem. Tomo 1. pag. 41. lib. Prædicam. cap. 7. num. 5.

Proponitur locus Rhetoricus ex circunſtantia temporis. Tomo 1. pag. 814, lib 2. Rhet. cap. 24 num. 5.

Proponuntur difficultates circa exiſtentiam, & naturam temporis. Tomo 3. pag. 123, lib. 4. Phyſic. cap. 12, per totum.

Quid ſit tempus. Ibid. pag. 125, cap. 13. per totum.

Tempus non eſt motus, neq ue muta tio, ſe non eſt ſine motu, & mutatione, & eſt aliquid ipſius motus, non præcisè in quantum eſt motus, ſed in quantum habet partes priores, & poſteriores. Ibidem pag. 125, num. 2, 3, 4, 5, 8.

Proponitur, & explicatur definitio, qua tempus definitur *numerus motus ſecundum prius, & poſterius*. Ibid. pag. 128, num. 9, 10.

Explicatur an tempus ſit numerus numerans, vel numeratus. Ibid. pag. 128, numer. 11.

Ex continuitate magnitudinis ſequitur cõtinuitas motus, & ex continuitate motus ſequitur continuitas temporis. Ibid. pag. 127, num 6

Quid ſit inſtans, ſeu nunc temporis, & vtrũ ſit idem in toto tempore. Tomo 3. pag. 129, lib. 4. Phyſic. cap. 14, per totum.

Tempus non poteſt eſſe ſine inſtantibus, ſeu nunc, & quo pacto tempus continuetur per ipſa nunc, ſiue inſtantia, & tamen inſtantia non ſint partes temporis. Ibid. pag. 130, cap. 15, num. 1, 2, 4.

In tempore continuo datur minimum in ratione numeri, non in ratione magnitudinis. Ibid. pag. 131, num. 5.

Quare tempus dicatur multum, aut paucum, longum, aut breue, at non dicatur velox, aut tardum. Ibid. pag. 132, num. 6.

Quo pacto tempus ſit idem, aut diuerſum, & quo pacto poſſit redire idem tempus. Ibid. pag. 132, num 7, 8.

Quare non ſolum tempus metiamur motu, ſed etiam motum tempore. Ibid. pagina 131, num. 9, 10.

Quid ſit eſſe in tempore, & oſtenditur, quod ad hoc vt res ſint in tempore, non ſufficit, vt ſint quando eſt tempus, ſed requiritur, vt menſurentur tempore ſaltem ſecundũ ſuam durationem. Tomo 3. pag. 135, lib. 4. Phyſic. cap. 16, num. 1, 2, 3, 4

Non ſolum motus, ſed etiam quies per accidens eſt in tempore. Immobilia, & impoſſibilia propriè non ſunt in tempore. Ibid. pag. 136, num. 6, 7, 8.

Quid ſignificent aduerbia temporis, nimirum nunc, aliquando, iam, modo, & olim. Tomo 3. pag. 137, lib. 4. Phyſic. cap. 17, per totum.

Tempus non eſt per ſe cauſa generationum, & corruptionum, ſed ſolum per accidens; & cur magis videatur cauſa corruptionum. Ibid. pag. 140, cap. 18, num. 1, 2, 3

Oſtenditur neceſſe eſſe, vt omnis mutatio ſit

ſit in tempore, & vt omne, quod mouetur, moueatur in tempore. Ibid. pag. 141, num. 4, 5.

Cur tempus ſit in omnibus corporibus quo pacto ſe habeat ad animam, & an ablata anima, tempus poſſit eſſe. Ibid. pag. 141, cap. 19, num. 1, 2, 3, 4.

Tempus eſt vnicum omnium motuum, & eſt ſubiectiue in motu primi mobilis. Ibidem pag. 142, cap. 20, per totum.

Oſtenditur, quod tempus nunquam deficiet. Tomo 3 pag. 139, lib. 4. Phyſic. cap. 17, num. 6.

Oſtenditur tempus eſſe proportionaliter diuiſibile ac ſit diuiſibilis magnitudo, ac nō poſſe conſtare ex inſtantibus indiuiſibilibus. Tomo 3. pag. 172, lib. 6 Phyſic. cap. 2, per totum.

Oſtenditur motum eſſe diuiſibilem ſecundum diuiſionem temporis, ac proportionaliter eſſe diuiſibilia hæc quinque, quæ ſunt tempus, motus, moueri, mobile, & id, in quo fit motus. Tomo 3. pag. 181, lib. 6. Phyſic cap. 5, num. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.

Oſtenditur non dari primum in tempore, in quo fit mutatio. Tomo 3. pag. 185, lib. 6. Phyſic. cap. 7. num. 1, 2, 3.

Oſtenditur tempus conſtare non poſſe ex indiuiſibilibus, ac inſtans indiuiſibile additum tempori non facere illud maius. Tomo 3. pag. 271, lib. 8. Phyſic. cap 13, num. 11, 12.

Afferuntur, & ſoluuntur rationes Ariſtotelis pro æternitate motus, ac temporis. Tomo 3. pag. 229, lib. 8. Phyſic. cap. 2. num 9, 10

Extra Cœlum non datur tempus, ſiquidem non datur vllus motus. Tomo 3. pagina 216, lib. 1. de Cœlo cap. 10, num. 12.

Oſtenditur non dari tempus propter paruitatem ita inſenſibile, vt lateat nos. Tomo 4 pag 367, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 8. num. 13

Quo pacto per reminiſcentiam reminiſcamur temporis. Tomo 4. pag. 382. lib. de mem. & remin. cap. 3, num. 17, 18, 19, 20.

Tempus videtur non poſſe incipere, neque deſinere. Tomo 5. pag. 329, lib. 12. Metaph. cap. 5, num. 1.

Tempus vel eſt idem cum motu, vel eſt paſſio motus. Ibid. pag. 329, num. 1.

Quo pacto debeat ſumi prius, vel poſterius in tempore. Tomo 5. pag. 612, ſect. 17. prob. num. 3.

Vide inſtans.

TEMPORALIA, Sempiterna ſunt priora, & perfectiora temporalibus. Tomo 5. pag. 247, lib. 9. Metaph. cap. 10, num. 8.

TEMPORVM mutationes. Quare temporum, & ventorum mutationes ſoleant morbos cauſare, vel auferre. Tomo 5. pag. 437, ſect. 1. prob num. 3.

Cum tempora mutantur, præcipua cura habenda eſt valetudinis. Ibid. num. 3.

Quæ ſint mutationes temporum vniuerſales, vel particulares. Ibid. num. 3.

Quare in mutationibus temporum debeat procurari vomitus. Ibid. pag. 438, num. 4.

TEMPORA animalium. Quare primo canescant tempora. Tomo 4. pag. 651, lib. 5 de gen. anim. cap. 4, num. 7.

TEMVLENTIA. Vide Ebrietas, Ebrij.

TENACITAS. Vide Auaritia.

TENDO. Tendones dicuntur quidam nerui. Tomo 3. pag. 770, lib. 3. de hiſt. animal. cap. 5, num. 4.

TENEBRÆ. Quia per viſum diſcernimus lucida à tenebroſis, dicimur per viſum percipere etiam tenebras, quæ ſunt inuiſibiles. Tomo 4. pag. 280, lib. 2 de Anima cap. 14, num. 4.

TENTATIVA. Tentatiua eſt pars dialecticæ, & conuenit cum ſophiſtica in eo, quod vtitur ſyllogiſmis apparentibus, & peccantibus in materia ad redarguendū eum, cum quo diſputat; at differt à ſophiſtica fine: nam tentatiua redarguit ignorantes, qui ſe venditant vt ſapientes, eaque vtebatur Plato ad redarguendos ſophiſtas. Tomo 1. pag. 626, lib. 1. Elench. cap. 7, num. 2.

Tentatiua non demonſtrat, ſed ſolum probabiliter arguit ex communibus. Tomo 1. pag. 637, lib. 1. Elench. cap. 11, num. 6.

TEREDINES. Teredo eſt ſimilis crabronibus, ſed eſt varia, & lata, vt apes. Eſt admodum guloſa, ideoque culinas ſectatur. Parit ſub terra vt veſpæ. Ædificat ſuum alueare, quod vocatur teredinarium, quod eſt longius, & pluribus cellis diſtinctum, quam alueare veſparum. Tomo 3. pagina 1028, lib. 9. de hiſt. anim. cap. 43, num. 2.

In aluearijs apum naſcuntur quædam erucæ, quæ vocantur teredines, quas apes non inſectantur. Tomo 3. pag. 974, lib. 8. de hiſt. anim. cap. 27, num. 2.

Teredines ſunt gregales. Tomo 3 pag. 1015. lib. 9. de hiſt. anim. cap. 40, num. 1.

TERETIZARE. Teretizare eſt canere non verba, ſed notas. Tomo 5. pag. 623, ſect. 19. prob. num. 10.

Cantus eſt ſuauior teretizatione, quia con-

tinet imitationem,quam teretizatio non continet. Ibid. pag.623, num.10.
TERGVS. Vide dorſum, Humeri.
TERMINATIO. Quo pacto humida, & ſicca ſe mutuo terminent, ita vt alterum alteri fiat veluti gluten. Tomo 3. pagina 664, lib.4. Meteor. cap.5. num.3, 4.
TERMINVS. Terminus propriè non tangit id, cuius eſt terminus. Tomo 4. pag. 783, lib. de lin. inſecab. cap.5, num.3.
Terminus dicitur quatuor modis. Primo finis magnitudinis: ſecundo finis,ad quem eſt motus, vel actio, & aliquando etiam principium,á quo eſt motus, vel actio: tertio bonum, cuius gratia operamur, quia eſt vltimum intentionis: quarto definitio dicitur terminus cognitionis. Tomo 5. pag. 147, lib. 5. Metaphyſ. cap.17, num 1, 2.
TERMINVS propoſitionum, & ſyllogiſmorum. *Terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio, vt in prædicatum, & id, de quo prædicatur, appoſito, ac diuiſo eſſe, vel non eſſe.* Tomo 1. pag.108, lib.1.Priorum cap 1. num.4.
In ſyllogiſmo quid intelligatur nomine termini primi, medij, & vltimi, & per quas litteras terminos ſyllogiſmorum deſignet Ariſtoteles. Tomo 1. pag 113, lib 1.Prior. cap.5, num.3.
Termini ſyllogiſmorum ſunt in numero diſpari, ac ſyllogiſmus conſtare debet ex tribus terminis. Tomo 1. pag.179, lib.1. Prior. cap.25, num.5.
Quid ſit terminum ſumi intrinſecus,vel extrinſecus: quo pacto termini ſyllogiſmi fiant vno plures propoſitionibus; & quo pacto ſe habeant ad propoſitiones, & concluſiones. Ibid. num 6,7,8,9.
Quinam errores poſſint accidere propter nõ rectam ſumptionem, & expoſitionem terminorum incomplexorum,& præſertim quia terminus, qui deberet ſumi in abſtracto, ſumitur in concreto. Tomo 1. pag.203, lib.1. Prior. cap.30, num.7,8.
Termini ſyllogiſmorum aliquando ſunt cõplexi, & propter quas cauſas. Ibid. pag. 203, num.9.
Termini aliquando ponuntur non in recto, ſed in obliquo; & proponũtur varij modi ſyllogiſmorum, in quibus termini ſumuntur in obliquo. Ibid. pag. 204, numer.10, 11, 12, 13, 14, 15.
Traduntur quædam regulæ de reduplicatione terminorum in ſyllogiſmo. Ibidem pag.206, num.16, 17, 18.
Termini demonſtrationis ſunt tres, & in nullo eorum poteſt procedi in infinitum. Tomo 1. pag.337, lib.1. Poſt. cap.16,per totum.
TERMINORVM conuertibilitas.Afferuntur ſex regulæ circa conuerſionem terminorum in ſyllogiſmo. Tomo 1. pag.271, lib. 1. Priorum cap.27, per totum.
Quare difficile aduertatur, an termini ſint conuertibiles. Tomo 1. pag. 321, lib. 1. Poſt. cap.12, num.12.
TERRA. Oſtenditur non dari aliam terram, quam hanc,& terram alterius mundi fore eiuſdem rationis cum terra huius mundi, ac motum iri ad idem centrum. Tomo 3. pag. 318, lib.1. de Cœlo cap.8, num.3, 4, 5, 6.
Terra debet dari, & eſſe in centro; & quia terra opponitur igni, etiam ignis debet dari. Tomo 3. pag.35,lib.2 de Cœlo cap. 3. num.4, 5.
Proponuntur variæ opiniones antiquorum circa locum, motum, quietem, & figuram terræ. Tomo 3. pag.376, lib.2. de Cœlo cap.13. per totum.
Proponuntur rationes, quibus Pythagorici probabant in centro mundi eſſe ignem, ſeu ſolem, & terram eſſe vnam ſtellarũ, ac moueri circulariter circa ſolem. Ibid. pag.376, num.2,3,4,5,6,7,8.
Proponitur opinio docens terram non eſſe ſphæricam, ſed habere figuram tympani, adeoque habere duas ſuperficies planas, tertiam ſphæricam. Ibid. pag. 378, num.9.
Oſtenditur quietem terræ in centro eſſe mirabilem. Tomo 3. pag.379, lib.2.de Cœlo cap.14, num.1.
Reijciuntur opiniones antiquorum, qui dixerunt terram quieſcere, vel quia eſt infinita deorſum, vt docuit Xenophanes, vel quia ſuſtentatur aqua,vt docuit Thales. Ibid. pag.379, num.2, 3, 4, 5, 6, 7.
Reijcitur opinio Democriti docentis latitudinem eſſe cauſam, propter quam terra manet ſuſpenſa in aere,ac non cadit. Ibidem pag.381, num.8, 9,10,11,12.
Reijcitur opinio Empedoclis, qui docuit Cœlum, quod velociſſimè mouetur, detinere terram ſuſpenſam in medio. Ibid. pag.382, num.13,14, 15,16, 17, 18.
Reijcitur opinio Anaximandri, qui docuit terram quieſcere in medio,quia cum eodẽ pacto ſe habeat ad omnes partes Cœli, non eſt ratio, cur potius feratur ad vnam partem, quam ad aliam. Ibidem

pagina 384, num. 19, 20, 21, 22, 23, 24.
Vapor eſt *excretio, per quam corpus ratione ignis combuſtiui reſoluitur in aerem, & ſpiritum ita humidum, vt madefaciat.* Quo pacto differat à ſuffitu. Tomo 3. pag. 682, lib. 4. meteor. cap. 9. num. 26.
Heraclitus cenſuit principium eſſe vaporem, hoc eſt corpus medium inter aerem & aquam, denſius aere, & rarius aqua, ac docuit animam eſſe vaporem, quia vapor videtur eſſe corpus mutabiliſſimum, & mobiliſſimum inter corpora. Tomo 4, pag. 121, lib. 1. de Anima cap. 5. num. 7.
VARI. Puſtulæ, quæ vocantur vari, cauſantur ex humore inconcocto, ideoque ſæpe oriuntur in facie, quæ propter propinquitatem cum cerebro eſt valde humida. Tomo 5, pag. 774. ſect. 36. prob. num. 3.
VARIX, Varices. Qui habent varices, hoc eſt venas plus iuſto intumeſcentes, minus caluescunt: immo nonnulli, qui coeperant eſſe calui, poſtquam varicibus fuerunt capti, rurſus facti ſunt capillati. Tomo 3, pag. 778, lib. 3. de hiſt. animal. cap. 11. num. 7.
Vitiato ſanguine, aliquando fit eius fluxio ex varicibus. Tomo 3. pag. 784, lib. 3. de hiſt. anim. cap. 19, num 12.
Mulieres cum emittunt menſtrua, non laborant varicibus. Tomo 4, pag. 476, lib. 1. de gen. anim. cap. 19, num. 9.
Quare facultas generandi auferatur ab ijs, qui varicibus laborant. Tomo 5, pag. 492 ſect. 4, prob. num. 21.
Varices, & alij tumores conferunt ad ſanitatem, cum flatus poſſunt ad eas cauitates confluere. Tomo 5, pag. 510. ſect. 6. prob. num. 3.
Pueri, ac fœminæ non ſolent varicibus laborare; & quia ſpadones, & Eunuchi quodammodo mutantur in fœminas, nec ipſi ſolent laborare varicibus. Tomo 5. pag. 538, ſect. 10. prob. num 39.
VAS Vas differt à loco per hoc, quod locus eſt continens immobile, vas eſt continens mobile. Tomo 3, pag. 104, lib. 4. Phyſic. cap 5, num. 9.
VATES. Vide Poetæ.
VATICINIA. Vide Diuinatio.
VBERA. Vide Mammæ.
VBI. Vide locus.
VECTIS. Eſt admirabile, quod magnum pondus, quod ſine vecte moueri non poteſt à magna virtute, addito pondere vectis,

vectis, moueatur à virtute multo minori. Tomo 4, pag.711, lib.Quæſt. mechan. cap. 2. num 1.

Circulus eſt principium admirabilium, quæ fiunt per libram, & ſtateram: libra eſt principium admirabilium, quæ fiunt per vectem: vectis eſt principium admirabilium, quæ fiunt per cæteras machinas. Ibid. pag.713, num.5.

Quid ſit vectis,& quæ ſpecies vectis.To.4, pag. 724, lib. qu. mechan. qu. 3,num.1.

Vectis eſt quædam libra, ſeu ſtatera inæqualium brachiorum, habens ſpartum infernè. Ibid. pag. 725. num.2.

Per vectem pondus minus exiſtens in extremitate brachij maioris eleuat pondus maius exiſtens in extremitate brachij minoris, quia pondus quo applicatur partibus remotioribus à centro, ſeu hypomochlio, eo habet rationem maioris virtutis. Ibid. pag. 725 num.3,4.

Per vectem quantum vnum brachium eſt longius, ac diſtantius ab hypomochio, tanto facilius eleuatur pondus. Ibidem pag.725, num.5.

Remi ſunt quidam vectes, ideoque quo virtus applicatur extremitati diſtantiori ab hypomoclio, eo facilius nauis mouetur. Tomo 4, pag. 726, lib. qu. mechan. qu. 4, num.1.

Temo nauis eſt vectis, ideoque facile paruo temone mouetur, & conuertitur magna nauis. Tomo 4. pag. 728. lib. quæſt. mechan. qu.5. num.1, 2.

Quo pacto Arbor nauis ſit vectis, ideoque antemna quo eſt ſublimior, tanto celerius feratur nauigium ab ijſdem velis, & ventis. Tomo 4, pag.731 lib. quæſt.mechan. qu.6, num. 1, 2.

Auxilio trochlearum facile mouentur magna pondera, quia in ijs includitur vectis.Tomo 4, pag. 741, lib. quæſt mechan. qu.18, per totam.

Quo pacto ſtatera ſit vectis, ideoque paruo appendiculo trutinentur magna pondera. Tom.4 pag.746.lib.qu. mehc.q.2 num.4.

Quo pacto vectis inueniatur in dentiforcipe,&inſtrumento nucifrago. ibid.pag.746 queſt 21.22. per totas.

Quo pacto cuneus includat duos vectes, ideoque habeat magnam vim ſcindendi, Tomo 5, pag. 740, lib.4. quæſt. mechan. qu.17. per totum.

VECTIO. Vectio fundatur vel in pulſione, vel in tractione, vel in volutatione, quia quod vehitur, mouetur per accidens: motus autem per accidens fundatur in aliquo motu per ſe. Tomo 3, pag.209, lib.7. Phyſic. cap.3, num.5.

VEGETABILIA, Vegetatio. Vita primo videtur conuenire vegetabilibus, quia in inferioribus omnia, & ſola vegetabilia viuunt. Tomo 4, pag.241, lib.1. de Anima cap.14, num.8.

Vita vegetatiua poteſt ſeparari ab alijs modis viuendi: at in inferioribus alij modi viuendi non poſſunt ſeparari à vita vegetatiua.Tomo 4,pag.249, lib.2. de Anima cap,3, num.4.

Vtrum in animalibus principium vegetãdi ſeparetur loco à principio ſentiendi.To. 4.pag.250, lib.2. de Anima cap.3,num.9

Species animarum ſunt vegetatiua, ſenſitiua, loco motiua, & intellectiua, & anima vegetatiua continetur potentialiter in ſenſitiua. Tomo 4, pag. 253. lib.2. de anima, cap.4. num.6.

Animæ vegetatiuæ duo ſunt opera, generare, & alimento vti. Ibid. pag. 255, cap.5, num.2.

Anima vegetatiua definiri poteſt *principium, quo viuentia poſſunt ſe nutrire ad conſeruandum individuum,& generare ſibi ſimile ad conſeruandam ſpeciem*: vel per quam viuens poteſt generare aliud tale, quale ipſum eſt. Tomo 4, cag.260, lib.2. de Anima cap.6, num.10.

Principium motus progreſſiui non eſt anima vegetatiua. Tomo 4. pag. 319. lib.3. de Anima cap.8, num.6.

Neceſſe eſt,vt in corporibus viuentibus inferioribus detur anima vegetatiua toto tempore, quo viuunt. Tomo 4, pag.325. lib. 3. de Anima cap.11, num.1.

Anima vegetatiua prius eſt in fœtu potentia, quam actu. Tomo 4, pag. 506, lib.2. de gen.anim. cap.3, num.4.

Conceptus humanus prius accipit animam vegetatiuam, deinde ſenſitiuam, ac demum rationalem. Ibid.pag.505.num.3.

Ex vegetabilibus quæ ſuccum habent ita immitem, vt neque coctione miteſcant, ſunt incomeſtibilia: quæ habent ſuccum mitem ſunt comeſtibilia. Tomo 5. pag. 644. ſect.20. prob. num.6.

Vide Anima vegetatiua, Plantæ.

VELA nauis. Virtus motiua nauigiorum eſt ventus exceptus velis,qui mouet vectem, hoc eſt arborem nauis. Tomo 4, pag. 732. lib. quæſt. mechan. qu. 6. numer. 2.

VELIA auis. Auis, quæ dicitur velia, facile

Digitized by Google

cile sibi victum quærit. Æstate consistit in vmbra, & aura, hyeme in locis apricis. Ex summis harundinibus paludes circumspectat. Paruo corpore, ac voce bona est prædita. Tomo 3, pagina 999, lib.9. de hist. animal. cap 16.num.1.

VELLERA. Quare vellera ouium quo longiora sunt, eo sint duriora, capilli hominum è conuerso. Tomo 5. pagina 533.sect.10.prob.num.25.

VELOX, Velocitas motus. Mobile velocius æquali tempore pertransit maiorem magnitudinem, quam tardius; imo etiam tempore minori pertransit maiorem magnitudinem, & æqualem. Tomo 3 pag.173.lib.6.Physic.cap.3.num.2,3,4,5

Ex velocitate motus ostenditur tempus esse diuisibile proportionaliter ac magnitudo, & concluditur nullum continuum constare ex indiuisibilibus. Ibid. pagina 172.cap.3.per totum.

Quo pacto licet magnitudo constet ex partibus infinitis, mobile velocius possit assequi tardius. Tomo 3. pag. 197, lib.6. Physic,cap.11.num.4.5.

Motus æquè veloces sunt, per quos mobile æquali tempore percurrit æqualem longitudinem secundum eamdem speciem mutationis. Tomo 3 pag. 199.lib. 7.Physic.cap.5.num 11.

Motus diuersorum generum, & prædicamentorum, vt alteratio, & motus localis, non possunt comparari in velocitate. Ibid.pagina 119.num.12.

Motus rectus, & circularis non possunt in velocitate comparari. Ibid.num. 13. 14,

Vtrum, & quo pacto duæ alterationes, duæ generationes,& corruptiones sint æquè veloces.Ibid.pag 220.num.17,18,19.

Velocitas motus est,qua mobile minori tempore æquale conficit spatiũ, vel æquali tempore pertransit spatium maius.To 4. pag.715. libro qu. mechan.cap.2.num.9.

Dum circulus circumuoluitur, puncta semidiametri quo sunt remotiora à centro, eo velocius mouentur. Ibid num.9.

Ex velocitate motus ostenditur partes spatij correspondere partibus temporis. Tomo 4. pagina 779, lib.de lineis insecab.cap 4 num.6.

VENÆ. Venæ, quæ sunt sanguinis receptacula, difficile obseruantur tum in animalibus viuis, tum in mortuis, & propter quam causam. Tomo 3. pagina 761, lib. 3 de Hist animal cap.2.num.8.

Proponuntur opiniones medicorum,physicorum, & ipsius Aristotelis circa originem, & progressum venarum, & explicantur alia spectantia ad venas. Ibid. pag.760.cap.2,3,& 4. per tota.

Optimus modus inspiciendi venas est, vt animalia prius emacientur, deinde non iugulentur, sed strangulentur. Ibidem pag. 764. num.6.

Duæ sunt præcipuæ venæ, vena maior, & aorta; vtraque oritur à corde, & quo pacto. Ibid. pag. 764. num.7,8.9.

Ostenditur venas originem ducere à corde. Ibid.pag.764.num.7,8.

Quo pacto vena maior, & aorta egredientes à corde dirimentur tum ad superas, tum ad inferas partes. Ibid. pag. 665. num.10,11,12,13,14, & pag.667. cap.4.per totum. Et Tomo 4. pag.97. lib. 3. de part.anim. cap.5.num.12.

Describuntur meatus, seu venæ vrinariæ. Tomo 3 pag,768.lib 3.de Hist.anim.cap. 4.num.6.7.

Omnia animalia sanguinea conueniunt in origine venarum,& in maximis venis, in cæteris venis non conueniunt. Ibid.pag. 769.num 9.

Quare compressis venis, quæ transcunt per collum, homines sensibus destituantur. Ibid.pag.766 cap.3.num.13.

Omnes venæ originem ducunt ab vno principio, hoc est à corde, & sunt ita connexæ inter se, vt nulla detur vena, quæ non sit continua, vel saltem connexa cum aliis venis. Tomo 4. pagina 54.lib.2 de Part. anim cap. 9. num.1. & pag.88.lib.3.cap.4,num 4.

Ostenditur principium venarum non esse cerebrum, neque aliud ex visceribus, sed cor. Ibid.pag.89 num.6,7,8,9.10.11. 12,13,14.

Sicut qui habent cor maius sunt timidiores sic qui habent venas ampliores sunt timidiores, quia venæ maiores sunt minus calidæ.Ibid.pag,93.num.26.

Venæ necessariæ sunt animali gratia sanguinis, hoc est vt sint vas, & receptaculum sanguinis: debent deriuari ab vno principio, ac debent esse duæ principales, vna, quæ feratur per partem anteriorem, quæ est vena magna, altera, quæ feratur per posteriorem, quæ est aorta: & quia pars anterior est nobilior posteriore, ideo vena magna est nobilior aorta. Tomo 4.pag.94.lib.3.de Part.anim. cap.5.num.1,2,3.4.

Quia sanguis vt pote vltimum alimen-

tum deferri debet per totum corpus, etiam venæ, quæ ſunt canales ſanguinis, debent deferri per totum corpus. Ibid.pag.95.num.5,6,7.

Venæ maiores diramantur in minores, & minores in minimas, quæ vocantur capillares, quarum caput, ſeu oſtium eſt ita anguſtum, vt ſanguis vt pote craſſior ſudore, non poſſit effluere, licet effluere poſſit ſudor: quia tamen aliquando capita venarum euadunt ampliora, quam oporteat, & ſanguis euadit tenuior, quam oportet, aliquando emanat ſudor ſanguineus. Ibid. pag.97. numer.11.

Ex venis narium, gingiuarum, & hæmorrhoidalibus aliquando effluit ſanguis, quia tales venæ deſinunt in capita, ſeu foramina ampliora. Ibid, pagina 97. num,11.

Venæ quaſi quidam funes per viſcera quaſi per quaſdam anchoras connectuntur corpori: ex gr. vena magna ex vno latere firmatur iecore, ex alio liene, & per duos renes firmatur parti poſteriori. To. 4.pag 101,lib.3.de Part. anim. cap. 7. numer.5.

Viſcera coniuncta ſunt capitibus venarum, quia cum debeant nutriri, debent vniri capitibus venarum, ex quibus prodeunt vapores ſanguinei, quibus aluntur. Tomo 4. pag.111.lib.3.de Part.anim, cap.11. num.2.

Qui tenues habent venas ſunt ſomniculoſi, quia vapores deſcendentes per venas propter earum anguſtiam difficile effluunt, adeoque venæ diu manent obturatæ, & à tali obturatione cauſatur ſomnus. Tomo 4. pagina 396. libro de ſomn.& Vig.cap.4.num.12.

Venæ quo pacto generentur ex ſanguine menſtruo, Tomo 4.pag 510. libro 2. de gen.anim.cap.3.num.15.

Ira tumeſcunt venæ circa collum, & circa tempora, ideoque qui circa collum, ac tempora habent venas elatas, ac tumidas ſolent eſſe valde iracundi. Tomo 4. pagina 810.lib.Phyſiog.cap.10. num. 9.

VENATORIA. Venatoria eſt modus naturalis comparandi victum, & eſt quædam bellica iuſta. Tomo 2. pagina 528. lib.1.Polit.cap,5.num.5,6.

VENENVM. Quæ licet ſumantur in parua quantitate habent vim interimendi, non ſunt medicamenta, ſed venena. Tomo 5.pagina 455.ſect.1.prob,num,48.

VENTER. Ventriculus. Ventriculus eſt *pars, in quam cibus deuoratur*, & datur in omnibus animalibus. Venter eſt *pars, in qua recipiuntur excrementa ſicca*, & datur in omnibus animalibus, in quibus datur veſica ad recipienda excrementa humida. Tomo 3, pag. 701, lib. 1.de Hiſt.anim.cap.2.num,1,

Poſt pectus ſequitur venter, cuius,radix eſt vmbilicus. Pars media inter vmbilicum, & inguina vocatur abdomen.Tom.3.pag. 714.lib.1.de Hiſt anim cap.13.num.1.

Ventriculus hominis eſt ſimilis ventriculo canum. Tom. 3. pag.721.lib. 1.de Hiſt. anim,cap.16. num. 10.

Omnia animalia habentia gulam habent illam in eodem ſitu, hoc eſt ſub diaphragmate, ſed varia animalia habent ventres diſſimiles. Tomo 3. pag.750. lib.2.de Hiſt. anim. cap.17. num.6.7.

Animalia cornigera non vtrinque dentata habent quatuor ſinus, ſeu ventres. Deſcribuntur. Ibid.pagina 750. numer. 7, 8,9,10,11.

Animalia in vtraque maxilla dentata habent vnicum ventrem, & quo pacto differant in alijs ad ventrem ſpectantibus. Ibid.pag 751.num.12.

Coſtæ non coeunt, nec coiunguntur in ventre, vt venter cibo poſſit intumeſcere, ideoque nullius animalis venter tegitur oſſibus. Tomo 3. pagina 772.lib.3. de Hiſt anim.cap.7.num,3. & Tom.4. pagina 55. lib.4. de Part. anim. cap 9. num. 5.& pagin. 155.lib.4. cap.10. numer.26.

Cibus in ore præparatus dimittitur in vētriculū,qui vocatur venter ſuperior,& deinde in ventrem inferiorē,hoc eſt in inteſtina, vt in his concoquatur. Dantur deinde alij meatus, ſeu canales,per quos membra omnia ex ventriculo, & inteſtinis tamquam ex quodam præſepio pabulum iam concoctum, & præparatum trahunt. Tomo 4. pagina 40. libro 2. de Part.anim.cap.3.num.4.

Plantæ viuntur terra tamquam ventre, ideoq; radicibus quaſi quibuſdam venis trahunt alimentum ex terra: at animalia viuntur ventre tanquam terra, ex eoque per venas quaſi per quaſdam radices trahunt alimentum. Ibid.pag.41.num.5.

De ventre, ac de variis ventrium differentiis, earumque cauſis. Tomo 4. pagina 112,lib.3.de Part.anim. cap. 14. num.à 1, vſque ad 8.

Qua-

Digitized by Google

Quadrupedes viuiparæ non vtrinque dentatæ quia non possunt cibum satis in ore præparare habent plures ventres, vt præparatum in vno ventre ad alium transmittant Tomo 4. pag. 114, lib. 3. de Part. anim. cap. 14. num 3. 4. 5.

Describuntur ventres piscium. Ibid. pag. 115. num. 6. 7, 8.

Quo pacto pisces, & quadrupedes ouiparæ conueniant, ac differant quoad ventres. Tomo 4. pagina 119, lib. 4. de Part. anim. cap 1. num. 1. 5.

Ventriculus quare constitutus sit sub corde, & pulmone. Tomo 4. pagina 147, lib. 4. de Part. anim. cap. 10. num. 5.

Auium venter quo pacto se habeat. Ibid. pag. 166. cap. 12. num. 8.

Quare animalia vnicolora quoad totam speciem ventrem habeant magis album, quam cœteras partes. Tomo 4. pagina 655. lib. 5. de Gen. anim. cap. 6, num. 4.

Venter pilosus est signum loquacitatis, quia aues, quæ habent ventrem multis pilis tectum, sunt loquaces, ac garrulæ. Tomo 4. pag. 792, lib. Physiog. cap. 4. num 3.

Venter amplus, sed non tumescens, cum sit capax multi cibi, est signum caloris, adeoque fortitudinis, quæ oritur ex calore. Tomo 4. pagina 795. lib. Physiog. cap. 6. num. 1.

Qui circa ventrem sunt pilosi, solent esse somnolenti. Tomo 4. pagina 799, libro Physiog. cap. 6. num. 20.

Qui magnum habent ventriculum solent esse voraces. Tomo 4. pagina 815, lib. Physiog. cap 9. num 12.

Venter solet esse admodum pinguis, quia est propinquissimus alimento, & parum laborat. Tomo 5. pag. 495. sect. 5 prob. num 5.

Quare cætera membra si perfricentur euadant pleniora, venter si perfricetur, extenuetur. Ibid. pagina 500, num. 14.

Quare aqua feruens non possit liquefacere, venter, seu ventriculus possit liquefacere cibum. Tomo 5. pagina 683, sect. 24. prob. num. 4.

Vide alueus,

VENTVS. Ventus an sit aer motus, vel motus aeris. Tomo 1. pagina 501. lib. 4. Top. cap. 5. num. 12.

Quidam asseruerunt aquam, aerem, ventum, & nubem esse idem corpus, quod suscipit diuersa accidentia, & ventum esse aerem, dum mouetur, nubem esse aerem, dum condensatur. Hinc aliqui intulerunt omnes ventos esse vnum ventum. Reiiciuntur: nam sicut omnes fluuii non sunt vnus fluuius sic omnes venti nō sunt vnus ventus. Tomo 3. pagina 562. lib. 1. meteor. cap 13. num. 2, 3.

Proponuntur variæ quæstiones de ventis. Ibid. pag. 562, num. 3.

Ostenditur, quod sicut halitus maiori ex parte humidi sunt materia, ex qua generantur pluuiæ, sic halitus maiori ex parte sicci sunt materia, ex qua generantur venti. Tomo 3. pagina 592, lib. 2, meteor. cap. 4. nu. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Ventus non est aer quomodocumque motus, sed qui mouetur ex aliquo veluti fonte exhalationis siccæ. Ibid. pagina 592, num. 8.

Quare fere semper spiret aliquis ventus. Ibid. pagina 593, num. 9.

Quare aliquando post pluuias exurgant venti. Ibid. pagina 594, num. 11.

Quare plures, & maiores venti flent à septentrione, & meridie, quam ab oriente, & occidente. Ibid. pagina 595. num. 12. & pag. 606. cap. 6. num. 6.

Quare venti aliquando flent in vna potius regione, quam in alia. Ibid. pagina 593. num. 10.

Ostenditur causam motus obliqui ventorum non esse deorsum, & circa terram, sed sursum in loco alto. Ibid, pagina 595. num. 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20.

Propter quam causam venti augeantur, & accipiant incrementum. Ibid. pag. 596. num. 20.

Quo pacto sol excitet ventos, eosque cessare faciat. Tomo 3. pagina 597. libro 2. meteor. cap. 5. num 1.

Redditur ratio quorumdam, quæ accidunt circa tranquillitates, ac præsertim circa ventos annuos. Ibid. pagina 597. numero 2, 3. 4. 5, 6, 7, 8.

Quinam venti sint contrarij Tomo 3. pag. 605. lib 2. meteor. cap 6. num. 4.

Explicatur situs, ordo, & nomina ventorum. Ibid. pagina 60 . num. 5, 6, 7. 8.

Quare omnes venti reducantur ad duas classes, hoc est ad ventos boreales, & australes. Ibid. pagina 606. num. 7, 8.

Venti contrarii, hoc est spirantes ex punctis diametraliter oppositis non possunt simul flare: at venti non contrarij, hoc est spirantes ex punctis non diametraliter oppositis possunt simul flare. Ibid. pagina 607. num. 9.

Venti contrarij spirare solent contrarijs

temporibus. Ibid. pagina 607.num.10.
Quinam venti ſoleant irruere in alios ventos, eosque faciant ceſſare. Ibidem pagina 608 num.11.
Quid ſint gyrationes ventorum, & quo pacto, & propter quam cauſam fiant, & quo ordine ſoleant gyrare venti annui, ſiue eteſiæ. Ibid pagina 608.num 12,15.
Quinam ſint effectus ventorum: quinam venti, & quibus anni temporibus cauſent procellas. Ibid.pagina 608.numer. 13.14.
Quare licet ſpiritus concitatiui ventorum ſint calidi, tamen venti ſentiantur vt frigidi. Tomo 3. pagina 615. lib.2. meteor.cap 8 num.14,15.
Ventorum mutationes quare morbos cauſent, & auferant. Tomo 5. pagina 437, ſect.1.prob.num.3.A.
Quia dum currimus, in aerem impingimus, aer videtur nobis ſpirare ad modum venti. Tomo 5. pagina 501. ſect. 5. prob.num,17.
Quare poſt commotionem fluctuum, & vndarum ſolear ſequi ventus. Tomo 5. pagina 673. ſect. 23. prob. num. 10. & pag.678.num.28.
Quare venti moueantur motu obliquo, & tranſuerſali. Tomo 5. pag. 693.ſect 25. prob num.14.
Quare tempore tranquillo aer in altis ædibus ſoleat agitari, & euentilari. Ibid. pagina 695.num.22.
Quare venti aliquando poſtquam flauerint verſus vnam partem reflectantur, ac reflent verſus partem contrariam, & quare ex mari reflecti ſoleant ad terram. Tomo 5. pagina 638.ſect. 26. prob. numero 8.
Quare procellæ, hoc eſt venti, qui magno impetu erumpunt ex nube, pluuia ſuperueniente ſtatim ceſſent. Ibid. pagin. 697.num.4.
Quare non iidem venti in omnibus locis afferant pluuiam. Ibid. pagina 715, numer.58.
Quare cum oritur orion excitentur venti valde importuni. Ibid pagina 701. numer.14.
Quare hyeme ſpirare ſoleant venti orientales, æſtate occidentales. Ibid. pagina 703,num.13.
Stellæ cadentes ſunt ſignum venti ſecuturi, quia cauſantur ex accenſione halituum à vento agitatorum. Ibid. pagina 703,num.23.
Venti vt plurimum in fine ſunt vehementiores, quia exhalatio ſit denſior, ideoque fertur maiori impetu. Ibid. pagina 703.num.27.
Venti magis etiam quam ſol exiccant corpora, quia non ſolum humorem exprimunt, ſed ſecum ferunt. Ibid. pagina 706 num. 31.
Venti frigidi exiccant, quia cum corpora conſtringant, humorem exprimunt. Ibid. pagina 705,num.30.
Quare ſole oriente, & ſe attollente ex horizonte, aliquando venti ceſſent, aliquando augeantur, & vehementius ſpirent. Ibid.pag.707.num.35.
An venti emergant ex aliqua veluti fontali origine: & an ſpirent ex vno puncto, vel ex loco latiori. Ibid. pag. 708. numer.38.
Quare venti reflexi ſpirent in anguſtis finibus maris, non autem in maribus latis. Ibid.pag. 709 num. 42.
Quare venti licet excitentur à calore, tamen ſint frigidi. Ibid. pagina 711.numer.50.
Quare diu tempore hyberno ex terra ſpirent venti nauigantibus ſecundi, ex mari venti ſæui: tempore æſtiuo è conuerſo. Ibid.pag.715.num.59.
Quare cum ventus inceperit mane, ſoleat diutius durare, & flare. Ibid. pag. 717, num.61.
Quare cum per aerem feruntur multæ telæ, & multa fila araneorum, ſit ſignum venti ſpiraturi. Ibid pag.717.num 63.
VENVS. Quare homines, & oues ſaliciores ſint etiam in Venerem propenſiores. Tomo 5. pagina 535. ſect. 10.prob. num.20.
Vide coitus, libido.
VENERES. Facies laterales talorum ſe mutuo reſpicientes vocantur Veneres. Tomo 3. pagina 753. lib. 2. de Hiſtoria animalium cap. 1.num.24.
VER. Vniuerſim animalia tempore veris ſunt ad coitum propenſiora. Tomo 3. pagina 897.libro de Hiſtor. anim.cap.18. num.20.
Quare ſi hyems fuerit humida, & auſtralis, ver fuerit ſiccum, & boreale, & ipſum ver, & æſtas proximè ſequens obnoxia ſit ægritudinibus. Tomo 5. pagina 440. ſect.1.prob num 9.
Ver, & autumnus ſolent morbis infeſtari, quia tunc tempus mutatur ex frigido in calidum, vel ex calido in frigidum.

Tomo 5. pagina 448. ſect. 1. prob. num.27.

VERACITAS, Verax. Veraces verbis, & factis ſunt qui oſten lunt ſe eſſe tales, quales ſunt, quia delectantur veritate, ac neque augent, neque imminuunt. Tomo 2. pagina 113. lib. 4. Ethic. cap. 7. num.2,3.

Veracitas eſt mediocritas circa veritatem, eique per exceſſum opponitur iactantia, quæ auget, per defectum diſſimulatio, quæ minuit. Ibid. pag. 113 num. 2. & pag. 339. lib. 1. mag mor. cap. 30. num. 1.

Verax videtur bonus, & æquus, & magis inclinat ad dicendum de ſe minora, quã maiora. Ibid. pagina 114. num. 4,5.

VERBASCVS herba. Piſces intereunt, ſi comedunt herbam, quæ dicitur verbaſcus. Ideo piſcatores vt piſces lacuſtres, & fluuiatiles capiant, verbaſco fluuios, & lacus inficiunt: phœnices autem hac arte piſces etiam marinos venantur. Tomo 3. pagina 968. lib. 8. de hiſtor. anim. cap. 20. num. 2.

VERBVM. Verbum eſt, quod *inſuper ad ſignificat tempus, & cuius nulla pars ſignificat ſeparata, & eſt ſemper eorum, quæ de altero ſignificantur, nota.* Explicatur. Tomo 1. pagina 69 lib. 1. Perih. cap. 3. num. 1,2,3.

Verbum debet eſſe finitum, ac rectum: in quo conueniat, ac diſconueniat cum nomine. Ibid. pag. 69. num 3.4

Verbum ſeorſim non ſignificat verum, neque falſum, ideoque correſpondet ſimplici apprehenſioni. Ibid. pag. 70 num. 4.

Verbum eſt pars dictionis, ac definitur vox *compoſita ſignificatiua cum tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparata.* Quo pacto conueniat, ac diſconueniat à nomine. Tomo 1. pagina 936. lib. Poet. cap. 20. num. 9.

VERECVNDIA, Verecundus. Verecundia eſt *dolor quidam, & perturbatio ex malis, quæ videntur infamiam, aut ignominiam afferre.* Tomo 1. pagina 771. lib. 2. Rhet. cap. 6. num. 2.

Quænam actiones, priuationes, & perpeſſiones ſint turpes, & cauſent verecundiam. Ibid. pag. 775. num 3.4,5.

Quoſnam verecundemur. Ibid. pagin. 776. num. 7,8,9 10,11,12,13.

Quo pacto homines affecti verecundentur. Ibid. pag 778. num. 14,15,16,17.

Verecundia non eſt habitus, ſed paſſio: eſt enim timor confuſionis, & fit cum aliqua immutatione corporali. Sicut enim qui timent palleſcunt, ſic qui verecundantur, erubeſcunt. Tomo 2. pagina 118, lib. 4. Ethic. cap. 9. num 2.

Verecundia non eſt virtus, tum quia non eſt habitus, ſed paſſio; tum quia virtus decet homines cuiuslibet ætatis, & præcipue probos: affectus autem verecundiæ decet ſolos iuuenes, ſenes autem, & viros probos non decet. Ibid. pagina 118. num. 3.

Verecundia, ſeu timor confuſionis maximè conuenit ætati in qua homo, quia habet paſſiones vehementes, & ſæpe peccat, indiget hoc affectu, vt eo frænetur; ideo iuuenes, non autem ſenes laudari ſolent vt verecundi. Ibid. pagina 118, num. 3.

Vir probus neque debet facere quæ ſunt turpia ex opinione, ideoque neque de his debet verecundari. Ibid. pagina 118. num. 4.

Verecundia eſt ſolum de turpibus, quæ quis ſponte agit; & quia probus vt probus nihil turpe agit ſponte, ideo probus vt probus non verecundatur. Ibid. pag. 118. num. 3.

Licet non verecundari facientem turpia ſit prauum, tamen verecundari facientem turpia non eſt bonum, ſed minus malum. Ibid. pagina 118. num. 6

Verecundia eſt media inter impudentiam, & quamdam ſtupiditatem, per quam aliqui quia cuncta, & cunctos verentur, in agendo quodammodo obſtupeſcunt. Tomo 2. pagina 338. lib. 1. Mag. mor. cap. 27. num. 1.

Aliquando Reſpublica mutatur propter verecundiam, vt accidit in Heræa, vbi cum magiſtratus crearentur non ſorte, ſed ſuffragijs, quia electio cadebat in homines turpes. & pudendos, verecundia correpti mutarunt ea parte Rempublicam, & ceperunt magiſtratus creare per ſortes. Tomo 2. pagina 671. libro 5. Polit. cap 3. num. 7.

Afferuntur quædã ſigna verecũdi, ſeu modeſti. Tõ 4 pag. 797. lib. Phyſiog. cap 6. nu 6.

Qui faciem habent rubeſcentem ſolent eſſe verecundi, quia ex verecundia erubeſcimus. Tomo 4. pag. 810. lib. Phyſiog. cap 10 num. 10.

VERGILIÆ. Ortus pleiadum, ſeu vergiliarum ſicut cauſat ventos, pluuias, &c, ſic poteſt cauſare, vel auferre ægritudines. Tomo 5. pagina 438. ſect. 1. prob. num 3. D

Quare

Quare qui morbis diuturnis laborant, moriantur præsertim tempore, quod intercipitur inter occasum Pleiadum, seu Vergiliarum, & tempus, quo spirare solent Zephyri, seu fauonij. Ibidem pag. 444. num. 17.

Ante ortum Vergiliarum, seu Pleiadum mel non fit. Pleiades autem oriuntur mense maio. Tomo 3, pag 856, lib. 5. de Hist. anim. cap. 5. num. 2.

VERISIMILE. Verisimile est *propositio probabilis secundum se præcise considerata.* To. 1 pag. 181. lib. 2. prior. cap. 33. num 1.

Signum est propositio, in quantum indicat aliquid aliud. Tomo 1, pag. 281, lib. 2. Prior. cap. 33. num. 1.

Verisimile, seu probabile est, *quod vt plurimum fit, & est ex contingentibus, quæ possunt aliter se habere, & ita se habet ad id, quod ex illo infertur, sicut vniuersale ad particulare.* Tomo 1, pag. 69, lib. 1. Rhet. cap. 2. num. 11.

Vide probabile.

VERITAS, Verum. Propositio potest mutari de vera in falsam. Tomo 1. pag. 39, lib. Prædicam. cap. 6. num. 16.

Verum, & falsum non dantur in simplici apprehensione, sed solum in compositione, ac diuisione. Tomo 1. pag. 57. lib. 1. Periherm. cap. 1. num. 2.

Opiniones veræ non possunt esse contrariæ. Tomo 1. pag. 102. lib. 2. Periherm. cap. 4, num 10.

Verum potest inferri ex falso: at falsum non potest inferri ex vero. Tomo 1. pag. 223, lib. 2. Prior. cap 2. num. 2, 3. 4.

Ex præmissis falsis potest inferri conclusio vera, sed non potest ostendi propter quid sit vera. Ibid. pag. 223. num. 2. & pag. 234. cap. 4. num. 9.

Explicantur modi, quibus conclusio vera potest inferri ex præmissis falsis in prima, secunda, & tertia figura. Ibid. pag. 223, cap. 2. 3, & 4. per tota.

Conclusio vera potest inferri ex præmissis falsis solum materialiter, & per accidens. Ibid. pag. 234 cap. 4 num 9 10.

Falsum in syllogismo semper sequitur propter aliquod primum falsum immediatè, & sine probatione suppositum. Tomo 1. pag. 265, lib. 2 Prior cap. 23. num 1.

Vero omnia consonant, falso non possunt omnia consonare. Tomo 2. pag. 19 lib. 1. Ethic. cap. 8. num. 1.

Ostenditur cognitionem veritatis esse finè & opus tum cognitionis speculatiuæ, tum practicæ. Tomo 2. pag. 159. lib. 6. Ethic. cap. 2. per totum.

Aliqui dicunt cognitionem veram fieri per hoc, quod cognoscamus, & quasi tangamus simile, deceptionem, seu cognitionem falsam fieri contrario modo, hoc est per hoc, quod cognoscamus, & quasi tangamus dissimile. Reijciuntur. Tomo 4. pag. 298, lib. 2. de Anima cap. 20, num. 4. 5.

Verum, & falsum, quæ sunt obiectum intellectus speculatiui, eiusdem generis sunt ac bonum, & malum, quæ sunt obiectum intellectus practici, & differunt solum in hoc, quod bonum, & malum considerantur applicando illa actionibus particularibus, verum, & falsum considerantur simpliciter. Tomo 4, pagina 316. lib. 3. de Anima cap. 6. num. 9.

Veritatis cognitio est partim facilis, partim difficilis, ac talis difficultas oritur partim ex eo, quod res sint parum intelligibiles, partim ex eo, quod noster intellectus est parum intellectiuus. Tomo 5. pagina 47. lib 2. metaph. cap. 1, num. 1. 2. 3.

Quis sit conueniens modus considerandi veritatem, & an sit idem in omnibus. Tomo 5. pag. 53. lib. 2. metaph. cap. 3. per totum.

Maximè intelligibilia naturæ difficile intelliguntur propter defectum nostri intellectus Tomo 5. pag. 47. lib. 2. metaph. cap. 1. num. 2.

Entia ita se habent ad veritatem sicut ad esse, adeoque primæ causæ, sicut sunt maximè entia, ita sunt maximè veræ. Ibid. pag. 48. num 3.

Metaphysica est maximè scientia veritatis, & magis quam aliæ scientiæ. Ibid. pag. 48. num. 4. 5.

Protagoras existimauit verum consistere in apparere, adeoque omne, quod apparet, esse verum, & vnde desumpserit fundamentum huius erroris. Tomo 5. pag. 100. lib. 4. metaph. cap. 5. num. 1, 2, 3. 4, 5, 6, 7. & pag. 295, lib. 11. cap. 6. numer. 1, 2. 3.

Reijcitur error Protagoræ, & ostenditur, quod non obstante mutabilitate rerum, & apparentiarum non quidquid apparet, est verum. Ibid. pag. 102. lib. 4. metaph. cap. 4. à num. 8 vsque ad finem, & lib. 11. pag. 295. cap. 6. per totum.

Redarguuntur illi, qui ex proteruia dicunt quid-

quidquid apparet esse verum. Ibid pag. 104. cap. 6. per totum.

Reijciuntur alij tres errores dicentium omnia esse vera simul, & falsa. Tomo 5. pag. 109. lib. 4. metaph. cap. 8, numero 1, 2, 3, 4, 5, 6. & pagina 299. lib. 11. cap. 7. num. 6.

Verum est cum dicitur esse quod est, vel non esse quod non est. Tom. 5. pagina 107, lib. 4. metaph, cap. 7. num. 2.

Ens aliquando significat verũ, & falsum. To. 5, pag. 128 lib. 5. metaph. cap. 7. num 4

De ente vero, & falso non agitur principaliter in metaphysica. Tomo 5. pag. 304. lib. 11. metaph. cap. 9. num. 9.

Verum, & falsum non sunt in rebus, sed in intellectu, ac non sunt in simplici apprehensione, sed in compositione, ac diuisione. Tomo 5, pag. 167. lib. 6. metaph. cap. 3. Per totum.

Ex falso potest necessario sequi verum, at ex vero non potest necessario sequi falsum. Tomo 5. pagina 239, lib 9. metaph. cap. 5. num. 2.

Verum consistit in compositione, ac diuisione intellectus, & tunc dicimus verum, cum asserimus esse composita quæ vere sunt composita, esse diuisa, quæ verè sunt diuisa. Tomo 5. pag. 251, lib. 9. metaph. cap. 13. num. 2.

Ex differentia compositionis, ac diuisionis in rebus desumitur differentia veritatis, ac falsitatis in compositione intellectuali. Ibid. pag. 251. num. 3.

Quædam opiniones, & orationes ita sunt veræ, vt eædem aliquando sint falsæ. Ibid. pag. 252. num. 4.

Ens actu est magis verum, quam ens in potentia. Ibid. pag. 252. num. 5, 6. 7.

VERMIS, Vermipara animalia. Animalia vermipara sunt formicæ, & alia plura, quæ pariunt quemdam vermiculum, qui deinde formatur in animal simile generanti. Tomo 3, pag. 703. lib. 8. de Histor. anim. cap 5. num. 1.

Ouum differt à verme per hoc, quod ouum est, *ex cuius una parte primo generatur animal, ex altera animal iam generatum alitur*: vermis est *animal informe ex quo toto paulatim formato, & aucto fit totum aliud animal simile generanti*. Ibid. num. 1. & Tomo 4, pag. 492. lib. 2. de Gener. anim. cap. 1, num. 10.

Vermium editorum ab animalibus vermiparis duo sunt genera: nam alia generant vermes, qui statim possunt se mouere; alia generant vermes, qui ab initio non possunt se mouere. Ibidem pagina 704. numero 4.

Quo pacto quidam vermes mutentur in apes, scarabæos &c. Tomo 3, pag. 852, lib. 5. de Historia animalium cap. 19, numero 6, 8, 9.

Ex niue nascuntur quidam vermes, qui si ex niue educantur, moriuntur. Ibid. pagina 854, num. 19.

Insecta omnia, quæ coeunt, quia super imperfectionem exanguis addunt imperfectionem insecti, pariunt aliquid imperfectius ouo, hoc est vermem. Tomo 4. pagina 495, lib. 2 de Gener. animalium cap. 1, num. 19

Insecta quia sunt animalia omnium frigidissima pariunt vermiculum, qui postquam prodijt, accipit formam oui, siquidem chrysalides, siue aureliæ, in quas mutantur vermiculi insectorum, habent quamdam speciem oui, ex aurelijs verò per tertiam mutationem animal fit, & sic perficitur generatio. Ibidem pagina 495. num 20.

Animalia, quæ fiunt ex verme, accipiunt à fœmina solam materiam vermis, ex qua primo fiunt, non aliam materiam, ex qua aluntur. Ibid. pag. 496. num, 23.

Animalia vermipara edunt vermem, qui post breue tempus augetur, absque eo quod sit annexus vlli corpori distincto, à quo trahat alimentum. Turgescit nimirum calore natiuo, eo pacto, quo massa fermentata turgescit calore aduentitio fermenti permisti. Tomo 4, pagina 564, lib. 3, de Generatione animalium cap. 4. num. 4.

Sicut animalia vermipara edunt vermem imperfectum, qui instar massæ fermentatæ ex se ipso augetur; sic pisces edunt ouum imperfectum, quod instar massæ fermentatæ ex se ipso augetur: sed quia vermis est imperfectior ouo, ideo indiget duabus transmutationibus, cum ouum vnica transmutatione obtineat suam finalem perfectionem. Tomo 4. pag. 570. lib. 3. de Generatione animalium cap. 7, num, 3.

Vermis, quia est imperfectior ouo, cum perficitur, mutatur in aliquid simile ouo. Tomo 4, pag. 573. lib. 3. de gen. anim. cap. 7. num. 3.

Omnia insecta tum quæ generantur ex coitu,

zu, tum quæ ſponte generantur ex vermibus, ab initio habent ſpeciem vermis. Quæ generantur ex erucis, generantur ex vermibus, ſiquidem erucæ ſunt quidam vermes. Aranei etiam producunt quoddam orbiculatum quod licet videatur ouum, verè eſt vermis. Ibid. pag. 574, num. 6.

Omnes vermiculi ab inſectis editi primo augentur, ſecundo euadunt immobiles, ac ſimiles ouis. Explicatur. Ibid. pag. 575. num. 7.

Ex vermibus aliqui habent intra ſe alimentum, quo aluntur, ita vt etiam emittant aliquod excrementum, vt vermes apum, & veſparum: alij aluntur alimento extrinſecus ſumpto, vt erucæ. Rurſus alij oriuntur ex coitu, alij ſponte. Ibid. pag. 575. num. 9.

Si homines, & quadrupedes, vt leo, equus &c, facti fuiſſent aliquando ex terra, facti fuiſſent non ex ouo, ſed ex verme. Tomo 4, pag. 586, lib. 3. de generatione anim. cap. 11. num. 16, 17.

Vermes prius augentur, & perficiuntur ſecundum partem ſuperiorem, in qua eſt principium, hoc eſt caput, deinde ſecundum inferiorem, & quare. Ibid. pag. 587, num. 17.

VERSVTIA. Vide aſtutia, Calliditas.

VERTEBRÆ. Spina dorſi componitur ex vertebris, quæ ſunt perforatæ, & coniunguntur per filum medullare tranſiens per foramen omnium vertebrarum. Tomo 3. pagina 772. lib. 3 de Hiſt. anim. cap. 7. num. 1.

VERTEX capitis. Vertex capitis eſt medium inter ſinciput, & occiput, & in eo ſolent diuidi capilli: & quia in aliquibus apparet gemina capillorum diuiſio, ideo aliqui dicuntur biuertices. Tomo 3. pag. 709, lib. 1. de Hiſtoria animalium cap. 7. num. 2.

VERTIBVLA. Vide Tethya.

VERTICILLÆ. Quo pacto coeant verticillæ, quæ ſunt quædam inſecta. Tomo 3, pag. 831, lib. 5. de Hiſt. anim. cap. 8. num. 1.

VERTIGO. Vide Volutatio.

VERTIGO maris. Vide Vortex.

VERTIGO oculorum. Vertigo oculorum cauſatur ex humiditate implente ſinus cerebri: & quia talis humiditas quieſcit, cum ſedemus, agitatur, cum ſurgimus, ideo vertigo potius accidit ſurgentibus, quam ſedentibus, & quieſcentibus. Tomo 5. pag. 510, ſect. 6. prob. num. 4.

VERVECES. Vide Sues.

VESICA. Veſica eſt illa pars animalium, in qua recipiuntur excrementa humida. Omnia animalia, quæ habent veſicam, habent etiam ventrem, in quo recipiunt excrementa ſicca: at non omnia habentia ventrem, habent veſicam. Tomo 3, pag. 701. lib. 1. de Hiſt. animal. cap. 2. num. 3.

Deſcribitur veſica. Tomo 3. pag. 724. lib. 1. de Hiſt. anim. cap 18. num. 6.

Omnes quadrupedes viuiparæ, & ex ouiparis teſtudo marina habet renes, & veſicam. Ex ouiparis acus, & piſces carent tum renibus, tum veſica. Tomo 3. pagina 749, lib. 2. de hiſt. animalium cap. 16, num. 1. & pag. 780, lib. 3, cap. 15, num. 1.

Veſica habet naturam membranæ, ſed ab alijs membranis differt in hoc, quod diſtendi poteſt, cum aliæ membranæ diſtendi non poſſint. Veſica præciſa non coaleſcit, niſi in ea parte, quæ dicitur ceruix veſicæ, quæ pars eſt carnea, ideoque præciſa coaleſcit, & ſolidatur. Euenit tamen aliquando, vt veſica præciſa coaluerit. In defunctis nihil humoris demittitur in veſicam; at in viuentibus non ſolum humor, ſed etiam excrementa quædam ſicca, & terrea in veſicam deſcendunt, ex quibus calculi generantur, qui in aliquibus nihil videntur differre à conchilijs. Tomo 3. pag 781. lib 3. de Hiſt. anim. cap. 15, num. 1, 2.

Animalia pulmone ſanguineo prædita habent veſicam, quia propter exceſſum caloris indigent copioſo alimento humido, ideoque indigent veſica, in quam tranſmittant excrementum humidum. Ex oppoſita ratione animalia, quæ habet pulmonem parum ſanguineum, carent veſica. Teſtudines tum terreſtres, tum marinæ habent veſicam, tum quia habent pulmonem ſatis ſanguineum, tum quia teſta dura inſtar ſilicis impedit, ne humor excrementitius euaporare poſſit per carnem laxiorem. Tomo 4, pag 104. lib. 3, de part. anim. cap 8, num. 1, 2, 3.

Quia renes, & veſica data ſunt animalibus ad eumdé finem attrahendi vrinã, animalia, quæ habent renes, habent etiam veſicã, quæ carent renibus, carent etiam veſica, & è conuerſo. Ibid. pag. 105, cap. 9. num.

VESPAE. Veſpæ ſunt animalia ciuilia,

quia

quia conueniunt in faciendo aliquo opere communi. Tomo 3. pag. 699. lib. 1. de Hiſt.anim. cap.1. num.16.

Veſpæ ſunt exangues. Ibid. pag. 703, cap. 4. num.3.

Veſpæ, apes,& crabrones ſunt inſecta conuenientia in aliquo genere communi innominato. Tomo 3. pag. 810, lib. 4. de hiſt. anim. cap.4. num.1.

Apes, & Veſpæ habent aculeos intus conditos. Ibid. pag.810, num.4.

Veſpæ, quæ dicuntur ichneumones & ſunt minores alijs veſpis, araneos illos, qui vocantur phalangia, a ſe interfectos ferunt intra paruum foramen, ac foramine luto ob urato, in phalangijs putrefcentibus pariunt quiddam, ex quo deinde fiunt ſimiles veſpæ. Tomo 3, pagina 855, lib.5, de Hiſtoria animal. cap.20 num.1.

Veſpæ, & crabrones reducuntur ad genus apum,cum ſint apes quædam degenerantes. Licet cum habent ducem, ac regem nidificent ſub terra,cum duce amiſſo errant palantes, ac vagi, fauos ædificant in foraminibus filijs ſuis. Deſcribuntur fœtus veſparum. Tomo 3. pagina 860, lib.5. de Hiſtoria animalium cap.13. num.1.

Crabrones, ac veſpæ ſuos fœtus edunt non vere, ſed autumno, qui fœtus potiſſimum creſcunt in plenilunijs. Ibid.

Veſpæ ſunt hoſtes apum, & capiuntur appoſita illis olla cum carnibus: tunc enim ad carnes comedendas conuolant, ſed operta olla, igne ſub ecto comburuntur. Tomo 3. pag.1025, lib.9. de Hiſtoria animalium cap.40, num,42.

Aſſignantur, ac deſcribuntur plura genera veſparum. Tomo 3. pag.1025, lib. 9. de Hiſt.anim.cap.41, num 1,2.

Duces veſparum ſunt maiores,ac placidiores veſpis operarijs, & cum veſpæ operariæ annum viuendo non compleant, duces complent,& hyeme latent ſub terra, ac vere nouas veſpas edunt. Ibidem pag.1025. num.2, 3.

Quo pacto veſpæ conſtruant ſuos fauos, quæ vocantur veſpeta, atque in ijs generent tum alios duces, tum veſpas operarias, & veſpis operarijs adultis, non amplius laborent, ſed à veſpis operarijs alantur. Ibidem pagina 1025, numero 3,4.

Duces veſparum ſicut reges apum videntur aculeum habere, ſed eo non vti ad vulnerandum. Ibidem pag 1026. numero 5.

Ex veſpis operarijs aliæ carent aculeis,aliæ aculeis ſunt præditæ, quæ ſunt pugnaciores. Ibid.

Veſpæ ſolent oriri annis ſqualentibus, ac ſiccis, & in locis aſperis, ac præruptis. Ibid. pag. 1027. num.6.

Quædam ex veſpis feris viſæ ſunt coire, ſed non videntur naſci per partum, ſed extra vterum gigni ex materia apta.Ibid. pag. 1027, num.6.

Dubitatur an mares, vel potius fœminæ veſparum aculeis armentur. Ibid. pag. 1027, num.7.8.

Inſecta, quæ aculeum gerunt in extremitate alui, vt apes, & veſpæ, ſunt animoſa. Veſpæ habent aculeum intra aluum, quia cum volent, & aculeum habeant fragilem, ac tenuem, aculeus facile frangeretur, niſi aluo eſſet reconditus. Tomo 4, pag. 138, lib.4. de Part. animal. cap.6. num.7.

Veſpæ,muſcæ,& apes habent alas integras, & carent cauda, ſed volatum dirigunt pedibus extenſis. Tomo 4. pag.195,lib.de inc. anim. cap.8. num 6.

Generatio veſparum eſt quodammodo ſimilis generationi apum, ita tamen,vt illis deſint,admirabilia, quæ dantur in generatione apum. Cum enim veſpæ nihil habeant diuini, vt apes, non eſt mirum, quod neque in generatione habeant aliquid diuini. Datur igitur in veſpis diſtinctio maris, ac fœminæ, & quæ vocantur matrices generant ex coitu, ideoque ſæpe videntur coire, ac primos fauos confingunt. Tomo 4, pag. 581,lib. 3, de gen.anim cap.10, num 22.

VESPERTILIONES. Veſpertiliones ſunt animalia ambigua inter volucres,& pedeſtria. Habent enim pedes,qui ſi comparentur cum pedibus quadrupedum,videntur pedes volucrum, ſi comparentur cum pedibus volucrum, videntur pedes quadrupedum. Carent cauda tum quadrupedis, tum volucris. Cum enim habeant alas membranaceas, deberent habere caudam membranaceam, quæ volatum impediret. Tomo 4.pag. 175.lib. 4.de Part. anim. cap.13.num.19.

Veſpertiliones habent alas membranaceas, & carent cauda, omnique inſtrumento, quo poſſint volatum dirigere, ideoque non poſſunt volatum dirigere, ſed veluti nauigia gubernaculo carentia huc, illuc-

lucque feruntur, prout fors tulerit. Tomo 4. pag. 195, lib. de inc. animal. cap. 8. num. 6.

Veſpertiliones ſunt animalia quodammodo mutila, cum pedes habeant inutiles non ſolum ad progrediendum, ſed etiam ad ſtandum. Tomo 4, pag. 208. lib. de inc. anim. cap. 18, num. 2.

Intellectus humanus ita ſe habet ad cognoſcenda maximè intelligibilia, ſicut oculi veſpertilionum ad videnda maximè viſibilia, puta lucem ſolis &c. Tomo 5. pag. 47. lib. 1. metaph. cap 1. num. 2.

Veſpertiliones noctu vagantur. Tomo 3. pag. 669, lib. 1. de hiſtor. animal. capit. 1. num. 18.

VESTIGIA pedum. Inferior pars pedis, quæ vocari ſolet veſtigium, ſeu planta, eſt carnoſa. Qui veſtigium, ſeu plantam pedis habent non concauam, ſed ita planam, vt tota planta pedis inſiſtant, ſolent eſſe verſuti. Tomo 3. pag. 716. lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 15. num. 6.

VIA lactea. Vide Galaxia.

VIBICES. Ouа fracta, & pelles arietum recenter detractæ impoſitæ vulneribus, & vibicibus impediunt ne tumeſcant, quia ſua viſcoſitate adglutinant partes colliſas, & ſic impediunt, ne hæ humorem recipiendo tumeſcant. Tomo 5. pag. 521. ſect. 14 prob. num. 1.

Vibicum inflammatio impeditur etiam imponendo illis ſal, qui aperit poros, & humorem extrahit, & acetum, quod materiam incidit. Ibid. num. 1.

Quare Vibices oculorum curentur, ſi imponamus illis æs, emplaſtrum ex raphano, vel faba, pulmonem, & argillam. Ibid. pag 523, num. 6.

Vibices oculorum curantur ære, quia ſua frigiditate impedit, ne calore euaporante, ſanguis congeletur, & curantur aceto & thapſia, quia ſuo calore cauſat eumdem effectum. Ibidem pagina 523, numero 9, 10, 12.

VICTORIA. Victoria delectationem affert non ſolum contentioſis, atque ijs, qui ſunt victoriæ amantes, ſed etiam alijs, quia ex victoria oritur quædam imaginatio excellentiæ, quam omnes cupiunt intensè, vel remiſsè. Quia iucundum eſt vincere, iucundi ſunt etiam ludi, qui ſpectant ad pugnas. Venatio etiam, & iudicialis, ac contentioſa diſputatio iucunda ſunt propter victoriam. Tomo 1. pag. 738. lib. 1. Rhet. cap. 11. num. 11.

VICTVS. Quo victu vtantur varia genera animaliuni. Tomo 3, pag. 940, lib. 8. de Hiſtoria animalium cap. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11. per tota.

Vide cibus, alimentum.

VIDERE. Vide Viſio, Viſus, Viſibile.

VIGILIA, Vigilans. Proponuntur aliquæ quæſtiones circa ſomnum, & vigiliam. Tomo 4 pagina 386, lib. de ſomn. & Vig. cap. 1, num. 1

Vigilia, & ſomnus ſunt paſſiones partis ſenſitiuæ, ſiquidem exiſtimamus animal vigilare per hoc, quod ſentiat: & quia ſenſus eſt paſſio non ſolius animæ, neque ſolius corporis, ſed compoſiti, ideo vigilia eſt paſſio compoſiti ſenſitiui, ac non conuenit plantis, vt pote carentibus ſenſu. Ibid. pag. 386, num. 2, 3, 4, 5.

Vigilia eſt paſſio primi ſenſitiui, hoc eſt ſenſus communis, per quam eſt quodāmodo ſolutus. Nullum datur animal, quod ſemper vigilet, vel ſemper dormiat, & impoſſibile eſt, vt animal neque vigilet, neque dormiat. Ibid. pag. 388, num. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Finis ſomni eſt vigilia, vt nimirum animal poſt quietem poſſit melius, & perfectius exercere operationes ſentiendi, & intelligendi, in quibus conſiſtit vigilia. Tomo 4. pag. 391, lib. de ſomn. & Vig. cap. 3. num. 2.

Propter quas cauſas animal euigilet. Tomo 4, pag. 398, lib. de ſomn. & Vig. cap. 6. per totum.

Animal euigilat, quia ſpiritus calidi in vnum locum coacti paulatim diſſoluunt vapores, qui obturabant venas. Ibid.

Vtrum poſt primam generationem vigilia præcedat ſomnum, an ſomnus vigiliam, adeoque vtrum fœtus primo conceptus dormiat, deinde procedente tempore euigilet, an è conuerſo. Tomo 4, pagina 634, lib. 5. de Gener. anim. cap. 1. num. 7, 8, 9, 10.

Vigilantibus eſt manifeſtum, quod non dormiunt, neque ſomniant. Tomo 5, pag. 103, lib. 4. metaph. cap. 6. num. 1.

Ceſſatio ab opere concoquendi eſt cauſa, vt animal euigilet. Tomo 5. pagina 535. ſect. 10. prob. num. 33.

Quare animalia maiori tempore dormiant, quam vigilent, & dormiant ita, vt identidem euigilent. Ibid. num. 33.

Longa vigilia efficit vocem aſperiorem, quia impedit ne humores concoquantur. Tomo 5, pag. 554, ſect. 11. prob. num. 11.

Vigilia consistit in quodam motu, quo mouentur organa sensuum. Tomo 5, pag. 556, sect. 33. prob num. 15. C.

VINAGO. Vide Columbus, Columba.

VINVM, Vinolentia, Vinolenti.

Mustum, ac vinum tunc dicitur concoctum cum euaporauit humiditas extranea, fæces subsederunt in fundo dolij, humidum autem vini factum est tantum, & tale, hoc est adeptum est debitam fluiditatẽ, & debitas qualitates, nimirum debitum colorem, & saporem, qui sapor, & color oriuntur ex perfecta mistione partium humidarum, & siccarum. Tomo 3, pag. 658, lib. 4. Meteor. cap. 4. num. 3.

Vinum quoddam dulce non resoluitur in vaporem, vt aqua, sed in exhalationem, vt oleum, quia habet humidum pingue. Hoc autem vinum nomine quidem est vinum, re verò ipsa potius est species olei, non autem vini. Nam frigore non concrescit, sed vritur vt oleum, non habet saporem vini, non habet vim inebriandi, sed emittit tenuem exhalationem, quæ idcirco inflammatur. Tomo 3, pagina 683. lib. 4. meteor. cap. 9, numero 27.

Vinum non est vnius speciei, adeoque aliud vinum est magis terreum, aliud est magis aqueum. Vinum nouum, seu mustum videtur magis terreum, quam vinum vetus, & ideo vinum nouum calore magis incrassatur, & frigore magis concrescit. Est etiam valde terreum vinũ quoddam arcadiæ, quod in vtribus ita exiccatur à fumo, vt potetur pene concretum. Vniuersim vinum prout habet plus, aut minus fæcis est magis, vel minus terreum aut aqueum. Tomo 3. pag 686, lib. 4. meteor. cap 10, num. 1, 6, 7.

Neque infantibus, neque infantium nutricibas dandum est vinum, quia vinum est valde vaporosum, ideoque propter multitudinem vaporum ascendentium periculum est, ne causet in infantibus epilepsiam. Tomo 4, pag. 396, lib. de somn. & Vig. cap. 4 num. 11.

Vinum augetur admistione aquæ, sed ita, vt semper euadat minus purum, minusque syncerum. Tomo 4. pag. 461. lib. 1. de Gen. anim. cap. 18, num. 11.

Vinum cum corrumpitur euadit valde frigidum, ideoque vinolenti laborant pleuritide, & alijs morbis causatis à frigore. Tomo 5. pag. 474. sect. 3. prob. numero 1, 6.

Dicuntur sentire crapulam qui sentiunt vinum externum; dicuntur sentire ebrietatem qui sentiunt vinum potatum eadem die. Ibid. pag. 474. num. 7.

Vinum immodicum absumit humidum, quo nutritur calor naturalis, ideoque corpus reddit frigidum, causat tremores, fluxiones, & hydropises. Ibid. pag. 475. num. 5.

Populi Septentrionales quia habent complexionem calidam, sunt amatores vini. Pueri licet sint calidi, quia sunt valde humidi, non sunt amatores vini. Ibid. pagina 477, num. 7.

Calor externus vini, in quo sunt multæ partes crudæ, hebetat calorem internum, & ideo concubitum impedit. Ibidem pag. 479, num 11.

Quare si quis biberit vinum generosum dilutum aqua, postridie sentiat maiorem dolorem capitis, quam si biberit vinum merum. Ibid. pag. 480, num. 14.

Quare qui laboribus gymnasticis exercentur, minus possint potare, ac difficilius leuentur vino. Ibid. pag. 480, num. 14.

Quare vinum liberalius potatum alios reddat superbos, & tardos, alios furibundos, ita vt sistere non possint. Ibid pag. 480, num. 16.

Quare vinum valde dilutum magis prouocet vomitum, quam vinum merum, vel aqua pura. Ibid. pag. 482, num. 18.

Eorum, qui vno celeri hausti multum vini bibunt, ventres exiccantur, quia totum vinum potatum descendit in vesicam, & per vrinam expellitur. Ibid. pag. 483. num. 21.

Vinum suo calore extinguit calorem naturalem, eo pacto, quo ignis vehemens extinguit ignem exiguum, ideoque qui valde sunt extenuati, si multum biberint vini meri, moriuntur. Ibid. pag. 484 nu. 22.

Vinolenti efficiũtur calidi, & humidi, præsertim in capite, ideoque sunt ad lacrymandum propensiores. Ibid. pag. 484. nu. 23.

Vinosos appellamus qui appetunt saporem vini, ideoque qui appetunt vinum medicatum, quod est dulce, non dicuntur vinolenti. Ibid pag. 487. num. 27.

Vinum dilutum quia est imbecillius, citius amittit suum odorem, quam vinum merum. Tom. 5. pag. 578. sect. 12. prob. num. 13.

Origanus musto iniecta efficit vinum dulce, quia cum sit calida, & sicca attrahit omnes partes aqueas, & fœculentas, quæ

cau-

Digitized by Google

cauſant in vino ſaporem amarum. Tomo 5.pag 655.ſect. 20.num.35.

Vinum ſi bibatur cum farina hordei videtur minus merum,quia farina hordei attrahit ad ſe partes magis ſpiritoſas vini. Tom.5.pag-662.ſect 21.prob.num.20.

Qui comedit pomum putrefactum, ſi deinde bibat vinum, ſentiet illud amarum, quia amaritiesadhærès ſuperficiei linguæ admiſcetur vino. Tomo 5.pag.666. ſect. 22.prob.num.5.

Vinum dulce eſt magis terreum,magis graue,& magis viſcoſum,quam auſterum, ideoq; aqua magis ſupernatat vino dulci,quam auſtero. Tomo 5.pag.678.ſect.23 prob.num.26.27

Viri fortes quia ſunt calidi, ſolent eſſe ſitibundi, ac vinolenti. Tomo 5. pag. 710. ſect.27,prob.num.4.

Vinum ſicut & melancholia habet virtutem tranſmutandi homines ſecundum affectus. Tomo 5. pag. 734. ſect. 30. prob. num. 1.A.

Vinum conuenit cum melancholia in flatuoſitate.Ibid.pag.736.num.1.B.

Aliqui propter immodicum vſum vini incidunt in tantam triſtitiam,vt laqueo ſe ſuſpendant. Ibid.pag.740.num.1.F.

Ii,ex quorum oculis veluti veſiculæ dependent, ſolent eſſe vinolenti,ſiue amatores vini, quia ex oculis ebriorum dependent quædam veluti veſiculæ tumidæ. Tomo 4.pag.808. lib. Phyſiog. cap 9. num. 22.

Qui genas habent rubeſcentes ſolent eſſe amatores vini, quia in ebrijs genæ rubeſcunt. Tom.4.pag.810. lib Phyſiog.cap. 10.num.11.

Vide ebrietas, Ebrius.

VIOLÆ. Violæ albæ, & quidam alij flores motu,& attritione &c.alterantur ita, vt amittant ſuum odorem. Tom 5. pag. 582.ſect.13.prob.num.11

VIOLENTVM, Violentia. Violentum eſt *cuius principium eſt extra, ita aut ad nihil conferat is, qui agit,aut patitur.* Tomo 2. pag.55.lib 3 Ethic. cap.1.num.3. & pag. 326.lib.1.mag.mor.cap.13. num.1.2.3.& pag.418.lib.2.mag.mor.cap.9.num 2.

Etiam entia inanimata poſſunt pati violentiam. Tomo 2. pag.326. lib.1. mag.mor. cap.13.num.12.

Quandonam homines agant violenter ſimpliciter, vel ſecundum quid. Tomo 2, pag.431.lib.2.mor.ad eud cap.9. num.9. 10.11.12.13.

Non ſolum motus locales,ſed etiam motus generationis,& corruptionis, alterationis,& augmentationis poſſunt eſſe naturales,aut violenti. Tom.3.pag.166. lib.5. Phyſic.cap.9.num.1.2.3.4.5.

Nullum violentum poteſt eſſe perpetuum. Tomo 3.pag.351. lib.2. de Cœlo cap.3. num.4

Natura eſt principium mouendi illud, in quo eſt: vis, ſeu violentia eſt principium mouendi aliud,in quantum aliud.Tomo 3.pag.404,lib.3.de Cœlo cap 6.num.1

Tum natura dum efficit motum naturalem,tum violentia dum efficit motum violentum, vtitur aere vt inſtrumento. Ibid.pag.404. num.2.

Violentia dicitur neceſſitas,& patiens violentiam dicitur neceſſitari. Tomo 5.pag. 120 lib.5.Metaph.cap.5.num.3.

Violentum eſt id,quod obſtat, atque impedit conſecutionem naturalis inclinationis,vel appetitus voluntarij, ideoque eſt aliquid triſte Ibid.num.3.

Vide Inuoluntarium.

VIPERA. Reliqui ſerpentes pariunt oua, at vipera cum concipiat ouum parit animal viuum,ideoq; vterum habet ab alijs ſerpentibus diſſimilem,ac ſimilem vtero animalium cartilagineorum. Tomo 3. pag.759 lib.3.de Hiſt anim.cap.1 num.19 & pag. 866, lib.5. de Hiſt. anim. cap.34. num.1.

Oua viperæ ſunt vnius coloris, ac mollia perinde ac oua piſcium: continentur in ſuperiore parte vteri: non clauduntur cortice duro, ſicut nec oua piſcium tali cortice clauduntur. Vipera parit paruas viperulas clauſas quadam membrana, quibus tertio die diſruptis,prodeunt viperulæ. Aliquando paruæ viperulæ diſrupto matris vtero, ac matre interfecta, prodeunt in lucem. Parit ſingulas viperulas ſeorſim,atque vno die omnes emittit in lucem,itaut aliquando ſint viginti Tom 3.pag.866. lib.5.de Hiſt.anim.cap 34 num.1.

Morſus viperæ eſt pernicioſior,poſtquam deuorauit ſcorpionem, quem conſtat a vipera deuorari. Tomo 3 pag.977. lib.8 de Hiſt.anim.cap 29.num.3.

Serpentes appetunt vinum, ideoque aliqui ad viperas venandas teſtas cum vino ſepibus imponunt, ac deinde viperas potu vini ebrias facile capiunt. Tomo 3. pag. 948.lib.8.de Hiſt.anim.cap.4.num.1.

Cæteri ſerpentes ſe abſcondunt intra terram,

ram ,at viperæ se abscondunt sub saxis. Tomo 3.pag.960,lib.8.de Hist.anim.cap. 15,num.1.

Vipera se exuit pelle senectutis tum vere, tum autumno,ideoque falso aliqui asseruerunt viperam nunquam se pelle senectutis exuere. Tomo 3.pag.964,lib.8. de hist.anim.cap. 7,num.4.

Viperæ generant ouum perfectum , eoque in vtero excluso,pariunt animal.Hoc autem accidit,non quia sint calidæ,sed quia sunt frigidæ.Tomo 4, pag.449, lib.1. de Gen.anim.cap 9,num.2,3.

Nullibi dantur viperæ domesticæ,sed omnes sunt feræ. Tomo 5,pag.540, sect.10, prob.num.44.

VIR, Virilis ætas . Vir est aptior ad acquirendum,fœmina ad custodiendum. Tomo 2,pag.793,lib.1.Oecon.cap.3,num.2

Quinam sint mores proprij viri,& quo pacto vir differat à muliere. Tomo 3,pag. 981.lib 9 de Hist.anim.cap.1,num.5.

Qui in virili ætate versantur habent mores medios inter senes,ac iuuenes , ac quod nimium in vtraque ætate est , à se ipsis excludunt. Tomo 1.pag.794,lib.2.Rhet. cap.24.per totum.

Virilis ætas ea bona possidet coniuncta,quę iuuentus,ac senectus possident diuisa: in ijs autem, in quibus iuuentus, ac senectus peccant per excessum,ac defectum, virilis ætas mediocriter se habet. Ibid. pag.795,num.6.

Corpus viget ab anno trigesimo vsque ad trigesimum quintum , animus vsque ad quadragesimum nonum.Ibid.

Vide homo, mas, maritus.

VIRAGO. Gignuntur aliquæ mulieres viragines,quibus proinde menstrua desunt, siquidem propter calorem quasi virilem totum pene alimentum concoquunt , & conuertunt in substantiam aliti, ideoque sunt steriles. Tomo 4,pag.541, lib.2. de Gen anim.cap.5, num.9.

VIREONES aues. Crex auis hostis est vireoni,quem ex ropo natum fuisse fabulantur. Tomo 3,pag 983, lib.9.de histor. anim,cap.1,num.16.

Vireones,seu viridones dociles sunt,& in victu quærendo ingenioſi,sed minus sunt ad volandum apti, & colore minus nitido præditi. Tomo 3.pag.999, lib.9, de Hist.anim,cap.15,num.4.

Auis , quæ dicitur vireo , tota est viridis. Hyeme non apparet,sed potissimum se videndam præbet circa solstitium æstiuum,discedit autem circa ortum arcturi, & magnitudine est æqualis turturi. Tomo 3,pag.1001, lib.9. de hist.anim.cap. 22, num.1.

VIRES vide robur, violentia.

VIRGÆ. Virgæ sunt apparentiæ quædam lucidæ circa solem,& lunam,in longum productæ ad modum virgarum . Parelij autem,ac virgæ apparent solum ad latera luminarium, hoc est ex parte boreali, vel australi, non autem ante , vel infra luminaria,ita ut illis sint ad orientem, vel occidentem. Tomo 3,pag.628, lib.3, Meteor.cap 2,num.4.

Explicatur causa apparentiæ virgarum, & cur in ijs appareant varij colores . Tomo 3,pag.649,lib.3,mereor.cap.6.num.2

Quare virgæ soleant apparere sole oriente, vel occidente , non autem sole existente in meridie. Ibid.pag.651,num.7

Quare virgæ soleant apparere ex parte australi , vel boreali solis , non autem ex parte orientali,vel occidentali.Ibid.pag. 651,num.8.

VIRGO. virgines sunt imbecillæ,ac ita se habent ad mulieres non virgines,sicut fœminæ ad mares,& crescere solent secundum latitudinem, non autem secundum cæteras dimensiones. Tomo 5. pag. 537.sect 10. prob. num.38.

VIRTVS.Propria virtus,& perfectio vniuscuiusq; est aptitudo ad finem. Quod autem habet propriam virtutem est eligibilius eo,quod non habet. Tomo 1. pag. 474.lib.3.Top.cap.3,num.1.

Virtus est facultas,quæ parat bona, & conseruat ; vel facultas , quæ beneficia facit multa, & magna , & omnia in omnibus. Explicantur,& describuntur partes subiectiuæ , seu species virtutis , quæ sunt iustitia &c. Tomo 1,pag 725,lib.1.Rhet. cap 9,num.3,4,5.

Honor appetitur vt signum virtutis,adeoq; virtus est melior honore. Tomo 2.pag. 10,lib.1,Ethic.cap.5,num 3.

Virtute præditus potest dormire,& maximis ærumnis affici,ideoque felicitas non consistit in virtute. Ibid.pag.10,num.5,6.

Felicitas consistit in perfecta operatione perfectissimæ virtutis . Tomo 2,pag.17, lib.1.Ethic, cap.7,num.7.

Felicitas quo pacto consistat in virtute cum delectatione Tomo 2,pag.21,lib.1.Ethic. cap.8,num.6.

Virtus est stabilissima inter bona humana, & stabilior scientijs. Tomo 1, pagina

26 lib. 1. Ethic. cap. 10, num. 8.
Virtute præditus eſt quodammodo quadratus, quia bene vtitur qualibet fortuna. Ibid. pag. 26, num. 8, 9.
Diuiſio virtutis in intellectualem, & moralem. Tomo 2, pag. 33, lib 1. Ethic. cap. 13, num. 9, & pag. 412, lib. 2. mor. ad Eud. cap. 2, per totum.
Virtutes intellectuales acquiruntur inuentione, doctrina, & diſciplina, virtutes morales acquiruntur aſſuetudine bene agendi, amittuntur aſſuetudine malè agẽdi. Tomo 2, pag. 34. lib. 2. Ethic. cap. 1. per totum, & pag. 414. lib. 2. mor. ad Eud. cap. 3 per totum.
Virtutes generantur per actiones conformes rectæ rationi, ac medias inter exceſſus, & defectus. Tomo 2, pag. 36, lib. 2, Ethic cap. 2. per totum.
Virtutes inclinant ad actus ſimiles ijs, ex quibus generantur. Ibid. pag. 38, num. 6.
Signum virtutis acquiſitæ eſt, cum quis delectatur operans ſecundum virtutem. Tomo 2, pag. 38, lib. 2. Ethic. cap. 3. num. 1.
Virtutes quo pacto verſentur circa delectationes, & triſtitias. Ibid. pag. 38, cap. 3. per totum, & pag. 420, lib. 2. mor. ad Eud. cap. 6, num. 1, 2, 3, 4.
Quo pacto per operationes ſecundum virtutem poſſimus virtutem acquirere. Tomo 2, pag. 40. lib. 2. Ethic. cap. 4. per totum.
Virtus vt ſic eſt *quæ facit bonum habentem, & opus eius bonum reddit.* Tomo 2. pag. 43. lib. 2. Ethic. cap. 6, num. 2.
Virtus moralis eſt, *quæ facit vt homo operetur conformiter ad rectam rationem.* Ibid. pag. 43, num. 2, 3.
Virtus moralis verſatur circa medium, & circa quod medium verſetur. Ibid. pag. 44 num. 4. 5. 6. 7.
Virtus eſt *habitus electiuus in mediocritate quoad nos conſiſtens, quæ quidem mediocritas ratione ſit definita, atque ita vt prudens determinaret.* Eſt autem virtus mediocritas, tum quia eſt media inter duo vitia, tum quia eligit medium. Ibid. pag. 45. num. 8, 9.
Virtus eſt *optima animæ diſpoſitio, quæ gignitur ab optimis animæ motibus, & eſt cauſa optimarum operationum, & affectionum, atque ab ijſdem actionibus quodammodo generatur, & corrumpitur, atque optimè animam diſponit ad vtendum ijs, quibus generatur, & corrumpitur.* Tomo 2. pag. 415. lib. 2, mor. ad Eud. cap. 3, num. 6.
Explicatur quo pacto ſingulæ virtutes ſint mediocritates inter exceſſus, ac defectus. Tomo 2. pag. 47, lib. 2. Ethic. cap. 7. per totum. & pag. 417, lib. 2. mor. ad Eud. cap 5 à num. 7. vſque ad 21.
De oppoſitione virtutum, ac vitiorum. Ibid. pag. 50, cap. 8. per totum & pag. 421. lib. 2. mor. ad Eud. cap. 6. num. 5 6, 7.
Virtus eſt ad inueniendum difficilis. Tomo 2. pag. 52. lib. 2. Ethic. cap. 9, num. 1, & pag. 322. lib. 1. mag. mor. cap. 9, num. 4.
Traduntur præcepta ad acquirendam virtutem, & ad acquirendum medium ipſius. Ibid. pag. 52, num. 2, 3, 4, 5.
Virtutes morales verſantur circa actiones, & affectus, ſeu paſſiones. Tomo 2, pag. 39. lib. 2. Ethic. cap. 3, num. 4.
Virtus non ſolum facit opus bonum, ſed facit opus bonum bene. Tomo 2. pag 40, lib 2 Ethic. cap. 4, num. 2, 3.
Virtus aliquando magis opponitur exceſſui, quam defectui: aliquando è conuerſo, & quæ ſit regula quoad hoc. Tomo 2. pag. 51. lib 2. Ethic. cap. 8, num. 2, 3, 4. & pag. 321, lib. 1. mag. mor. cap. 9, per totum. & pag. 421. lib. 2. mor. ad Eud. cap. 6. num. 6, 7.
Virtutes, ac vitia ſunt in noſtra poteſtate, adeoque ſponte euadimus boni, vel mali. Tomo 2. pag 67, lib. 3. Ethic. cap, 5. per totum, & pag. 322, lib. 1, mag. mor. cap. 10. per totum & pag. 422. lib. 2. mor. ad Eud. cap. 7. per totum.
Virtus intellectualis eſt habitus, quo verum dicimus tum per rationem ſpeculatiuam, tum per practicam. Tomo 2. pag. 160. lib 6 Ethic cap. 2, num. 3.
Virtutes intellectuales ſunt quinque, ars, prudentia, ſcientia, intellectus, ſapientia. Ibid. pag. 161, cap. 3, num. 1
Per virtutem intellectualem non contingit dicere falſum, ideoque opinio, & ſuſpicio non ſunt virtutes. Ibid. pagina 160, num. 1.
Præter virtutes morales acquiſitas dantur quædam virtutes naturales, quæ ſunt virtutes imperfectæ. Tomo 2, pag. 180, lib. 6 Ethic cap. 13, num. 2, & pag. 351, lib. 1. mag. mor cap. 33, num. 12.
Prudentia conſeruatur per virtutem moralem: ars poteſt conſeruari ſine virtute morali. Tomo 2, pag. 164, lib. 6. Ethic. cap 5, num. 5, 6.
Virtus moralis non poteſt dari ſine prudẽtia. Tomo 2, pagina 178, lib. 6. Ethic horum

rum cap. 12, numero 8, 9, 10.
Virtutes morales non ſunt quædam prudentiæ, vt docuit Socrates, licet dari non poſſint ſine prudentia. Ibid. pag. 181. cap. 13, num. 3.
Virtutes morales ſunt mutuo connexæ inter ſe, & cum prudentia. Ibid. pag. 181. num. 4.
Virtutes morales quo pacto ſe habeant ad virtutes naturales. Ibid. pag. 180, num. 1.
Virtus prout differt à continentia eſt per quam non ſolum ratio, & voluntas, ſed etiam appetitus eſt rectus. Tomo 2. pag. 183. lib. 7. Ethic cap. 1, num 8.
Virtus corrumpitur adæquatè per vitium, inadæquatè per incontinentiam. Ibid. pag. 183. num. 2.
Virtus heroica eſt, per quam homo euadit ſimilis intelligentijs: eſt rara, & opponitur feritati. Ibid. pag. 183, num. 4, & pag. 358. lib. 12. mag. mor. cap 6, num. 2.
Felicitas primario conſiſtit in contemplatione, ſecundario in exercitio virtutum moralium. Tomo 2, pag. 296, lib. 10. Ethic. cap. 8, num 1, 2, 3, 4, 5, 6.
Præſcindendo ab occaſionibus externis ſcire non poſſumus, vtrum habeamus virtutes morales. Ibid. pag. 297, num. 4.
Virtus moralis acquiritur præſertim aſſuetudine, licet ad illam conferat etiam doctrina. Tomo 2, pag. 300, lib. 10. Ethic. cap. 9, num. 1, 2, 3, 4.
Virtus moralis corrumpitur exceſſibus, ac defectibus, conſeruatur actionibus medijs, & quo pacto differat ab intellectuali. Tomo 2, pag. 318, lib. 1. mag. mor. cap. 6, num. 4, 5.
Virtus moralis eſt habitus, quo mediocriter nos habemus circa paſſiones. Ibid. pag. 319. cap. 8, per totum, & pag. 416, lib. 2. mor. ad Eud. cap. 5, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.
Virtus moralis verſatur circa voluptates, & dolores, & non eſt indita à natura, ſed acquiritur aſſuetudine. Ibid. pag. 319, cap. 7, num. 1, 2.
Virtus moralis verſatur tum circa fines, tum circa media, ſed principaliter circa finem. Tomo 2, pag. 330, lib. 1. mag. mor, cap. 18, num. 1, 2, 3, 4.
Virtus moralis nunquam efficit hominem deteriorem, ſiquidem virtute morali, & prudentia non poſſumus malè vti. Tom. 1. pag. 357, lib. 2. mag. mor cap. 4, num. 7, & pag. 374. cap. 8, num. 11. 13. & pag 501. lib. 7. mor. ad Eud. cap. 16. num. 3, 4.
Virtus moralis facit, vt intendamus finem rectum, & non peccemus in electione, & vt ratio ſit recta, Tomo 2, pag. 439, lib. 2, mor. ad Eud. cap. 12, per totum,
An, & quo pacto virtus boni viri ſit eadem, vel diuerſa ac virtus boni ciuis. Tom. 2. pag. 590. lib. 3, Polit. cap. 3, num. 3, 4, 5, 6. 7, 8, 9, 10.
Virtus imperantium an, & quo pacto ſit eadem cum virtute parentium. Ibidem pag. 591, num. 6, 7, 8, 9, 10.
Felicitas ita conſiſtit in virtute, vt ad illam requiratur virtus in gradu excellenti, ſufficiat mediocritas aliorum bonorum. Tomo 2. pag. 731, lib. 7. Polit. cap. 1, num. 3, 4. 5, 6, 7, 8, 9, 10.
Virtus ciuitatis eadem proportionaliter eſt ac virtus hominum particularium. Ibid. pag. 733, num. 10.
Ciues ſunt inſtituendi non ſolum in virtutibus belli, ſed etiam pacis, & contra hoc peccarunt Lacedæmones, & aliæ Reſpublicæ Græcorum. Tomo 2, pagina 762, lib. 7. Polit. cap. 14, num. 5, 6, 7, 8. & pag. 764, num. 1.
Virtus eſt *diſpoſitio præſtantiſſimi ad optimum*. Tomo 3, pag. 213, lib. 7. Phyſ. cap. 4. num. 6.
Virtutes corporis, vt ſanitas, pulchritudo, robur, &c. ſunt ad aliquid, ideoque in ijs dari non poteſt per ſe alteratio. Ibid. pag. 213, num. 6.
Virtutes animæ ſunt vel appetitiuæ, vel intellectiuæ, ideoque in ijs dari non poteſt per ſe alteratio, licet cum acquiruntur, fiat aliqua alteratio in corpore. Ibid. pag. 214, num. 7, 8, 9, 10.
VIS. Vide robur.
VISCERA. Sicut cor, ſic etiam alia uiſcera, nimirum iecur, pulmones, & renes ſunt partes quodammodo ſimilares, quodammodo diſſimilares, cum omnia conſtent ex ſubſtantia ſanguinea ſicut cor. Tomo 4, pag. 31. lib. 3. de Part. anim. cap. 1, num. 16.
Oſtenditur quinque uiſcera, nimirum cor, iecur, lienem, pulmones, & renes ineſſe ſolis animalibus ſanguineis, non autem exanguibus. Tomo 4, pag. 87, lib. 3. de Part. anim. cap. 4, num. 1, 2, 3, & pag. 125, lib. 4, de Part. anim cap. 5, num. 1.
Oſtenditur omnia uiſcera eſſe gemina, & bipartita, licet aliqua coeant in unum. Tomo 4, pag. 100, lib. 3. de Part. anim. cap. 7. per totum.
De uſu, neceſſitate, & utilitate uiſcerum. Ibid. pag. 191, à num. 5, uſque ad finem.

Quo pacto animalia differant in numero, & forma viscerum. Tomo 4. pag. 111, lib. 3. de Part. anim. cap. 12. per totum.

Viscera differunt à carne per hoc, quod sunt duriora carne, & quod continentur intus. Viscera enim participant naturam venarum, & sunt gratia venarum, ac non possunt esse sine venis, ideoque debent esse intus sicut venæ. Ibidem pag. 112. numero 13.

Quo pacto quadrupedes ouiparæ, serpentes, ac pisces conueniant, ac differant quoad ventrem, & viscera. Tomo 4. pag. 119. lib. 4. de Part. anim. cap. 1. per totum.

VISCOSA. Viscosum, seu lubricum est *humidum aliquid passum, propter quod partes eius habent aliquam tenacitatem*, & viscositas est secunda qualitas orta ex humiditate. Tomo 3. pag. 498, lib. 2. de gen. cap. 2. num. 3.

Viscosum est, *quod cum sit humidum trahibile, & molle ita se habet, vt vna pars sequatur alteram, itaut totum mutet figuram.* Explicatur quæ corpora sint viscosa. Tomo 3. pag. 681. lib. 4. meteor. capit. 9. num 23.

VISCVS. Quidam turdi non vescuntur alio cibo, quam visco, & resina. Tomo 3. pag. 1000. lib. 9 de Hist. animal. cap. 20. num. 1.

Viscum per se nunquam generantur ex semine, sed semper generatur in aliqua arbore. Tomo 4. pag. 441. lib. 1. de Gener. anim. cap. 1. num. 9.

VISIBILE, Visio, Visus. Sub genere visibilis, quod est sensibile proprium visus, cõprehenduntur duæ species, altera notior, ideoque nominata, quæ est color, altera ignotior, & innominata, sub qua continentur quæ videntur in tenebris, & possunt vocari sublucida. Tomo 4. pag. 266. lib. 2. de Anima cap. 10. num. 1. 11.

Tres sunt gradus visibilium. In primo sunt corpora lucida, quæ sunt ita perfectè visibilia, vt non solum possint mouere ad visionem, sed possint reddere medium perspicuum actu, hoc est tale, vt per illud videri possint alia visibilia: in secundo sunt corpora sublucida, quæ licet possint ex se mouere ad visionem, non possunt reddere medium perspicuum actu: In tertio sunt corpora colorata, quæ non possunt mouere ad videndum, nisi medium ab alio visibili perfecto sit redditum perspicuum actu. Tomo 4. pagina 269, lib. 2. de Anima cap. 11. num. 14.

Quodlibet visibile potest videri per distantiam solum finitam, vltra quam videri non potest. Tomo 4. pag. 369. lib. de sẽsu, & sensib. cap. 8. num. 20.

Qualitates tangibiles sunt priores subiecto, quam visibiles, cum sint fundamentum visibilium. Tomo 3, pag. 496. lib. 1, de gen. cap. 2. num 1.

Quo pacto Democritus per poros explicauerit, cur videamus per corpora diaphana. Tomo 3. pag. 479, lib. 1. de Gen. cap. 17. num 2. & pag. 486. num. 13, 14.

Non possumus videre nisi per hoc, quod visus patiatur ab aliquo extrinseco, non quidem à colore, qui positus supra sensorium non causaret visionem, sed à medio. Hinc reijcitur Democritus, qui docuit, quod si totum spatium medium inter nos, & Cœlum esset vacuum, per tale vacuum possemus distinctissimè videre quodlibet corpus existens in Cœlo. Tomo 4. pagina 269. lib. 2. de Anima cap. 10, num. 14.

Visus est prior tactu perfectione, non autem subiecto, cum fundetur in tactu. Tomo 3, pag. 496. lib. 2. de Generatione cap. 2. num. 1.

Probabile est animalia testacea habere sensum visus. Tomo 3. pag. 818. lib. 4. de hist. anim. cap. 8. num. 24.

Sensorium visus est in capite, ac prope cerebrum, quia est aqueum sicut cerebrum, ac rursus est sensus purissimus, sensus autem puriores debent esse in capite, vbi sãguis est purior. Tomo 4. pag. 61: lib. 2. de Part. anim. cap. 10. num. 10.

Potentia visiua dat speciem oculo, ideoque oculus non potens videre est æquiuocè oculus. Tomo 4. pag. 245, lib. 2. de Anima cap. 2. num. 3.

Quia per visum discernimus lucida à tenebrosis, per visum dicimur percipere non solum visibilia, sed etiam inuisibiliã, hoc est tenebras. Tomo 4. pag. 280. lib. 2. de Anima cap. 14. num. 4.

Visus tribuitur aquæ. Tomo 4. pag. 289. lib. 2 de Anima cap 17. num. 4.

Quo pacto visu sentiamus nos videre. Tom. 4, pag. 291. lib. 2. de Anima cap. 18. num. 3, 4, 5, 6.

Vt oculus possit videre omnes colores, non debet in se habere vllum colorem; & si in se haberet aliquem colorem, non posset discernere alios colores. Tomo 4. pag. 304 lib. 3. de Anima cap. 1. num. 3.

Visus, auditus, & odoratus non tam sunt necessarij ad esse, quam ad bene esse, ideoque

que non debent ineſſe omnibus animalibus, ſed debent ineſſe progreſſiuis. Explicatur, quo pacto moueantur à ſenſibili diſtante per medium. Tomo 4. pag. 328, lib. 3. de Anima cap. 11. num. 8,9. & pag. 330. cap. 12. num. 8. & pag. 333. lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 1. num. 7.

Vehementia viſibilia per ſe corrumpunt viſum, ſed quia animal poteſt viuere ſine viſu, non per ſe corrumpunt animal, ſed ſolum illud corrumpunt per accidens propter aliquam alterationem factam in tactu. Tomo 4. pag. 330, lib. 3. de Anima cap. 12, num. 6. 7.

Viſus, & auditus homini, & quibuſdam alijs animalibus inſunt etiam gratia cõparandi prudentiã perfectã, vel imperfectã. Viſus autẽ præeminet auditui quoad duo: primo in quantum melius dirigit ad faciendas actiones neceſſarias ad vitam: Secundo quia cum ſit magis cognoſcitiuus, quam auditus per ſe manifeſtat plures differentias obiectorum. Auditus tamen præeminet viſui, quia cum ſit ſenſus diſciplinæ per accidens magis conducit ad prudentiam, & ſcientiam. Tomo 4, pagina 333, lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 1. numero 8, 9.

Reijcitur opinio plurium antiquorum dicentium organum viſus eſſe ignem, & oculum ideo videre, quia ex oculo, quaſi ex laterna clauſa egreditur lumen. Tom. 4, pag. 334. lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 2. num 2. 3. 4. 5. 6 7. 8.

Examinatur opinio Democriti dicentis organum viſus eſſe aqueum, & viſionem conſiſtere in apparentia obiecti in oculo. Ibid. pag. 336. num. 9. 10. 11. 12. 13.

Oſtenditur viſionem non fieri per extramiſſionem luminis. Ibid. pag. 337. num. 14.

Viſio fit per hoc, quod viſibile moueat organum viſus per medium perſpicuum actu, hoc eſt actu illuminatum, ideoque rationabile eſt, vt organum viſus ſit aqueum. Ibidem pag. 338. numer. 15. 16. 17.

Viſibilia non prius mouent medium, quam ſenſum, ſed ſimul. Tom. 4. pag. 361 lib. de ſenſu, & ſenſib. cap. 7. num. 2. 3. 4.

Oſtenditur pluribus experientijs obiecta viſibilia cauſare in ſenſu viſus aliquam paſſionem, quæ remanet, ablatis talibus obiectis. Tom. 4 pag. 403. lib. de ſomnijs cap. 2. num. 4.

Seniorium viſus eſt corpus habens naturam peculiarem, & diuerſam à reliquo corpore, & vnicè factum ad videndum. Tom. 4. pag. 532. lib. 2. de Gener. anim. cap. 4. num. 72.

Cum viſus mouetur vehementius, quam par ſit, viſio turbatur, atque impeditur. Tom. 4. pag. 638. lib. 5. de Gen. anim. cap. 1. num. 8.

Viſus dicitur acutus dupliciter; primo quia poteſt videre procul; ſecundo quia poteſt diſcernere differentias etiam minimas ſenſibilium; & quare aliqui habeant viſum acutum vno modo, non alio. Tom. 4. pag. 640. lib. 5. de Gener. anim. cap. 2. num. 23. 24.

Ex puritate ſenſorij, ac membranæ oritur, vt viſus diſcernat quaſcunque minimas differentias ſenſibilium. Tom. 4. pag. 642. lib. 5. de Gen. anim. cap. 2, num. 4.

Viſus diligitur præter cæteros ſenſus, quia eſt maximè cognoſcitiuus, & manifeſtat plures differentias ſenſibilium. Tom. 5 pag. 3. lib. 1. Metaph. cap 1. num. 2.

Viſus dicit relationem ad viſibile, ſed viſibile non dicit relationem ad viſum. Tom. 5, pag. 145. lib. 5. Metaph. cap. 15. num. 8.

Similis apparentia cauſatur ex motu oculi, ac ex motu obiecti, ideoque aliquando cum mouetur oculus, videtur moueri obiectum. Tom. 5. pag. 478. ſect. 3. prob. num. 9. & pag. 483. num. 20.

Quod eodem tempore videtur diuerſo modo, videtur vt multiplex. Ibid. pag. 479. num. 10. 20. 29.

Quare viſus non poſſit pertranſire quædam corpora ſolida, quæ pertranſit vox. Tom. 5. pag. 571. ſect. 11. prob. num. 61.

Quare viſus videat per aquam, & alios liquores, per quos vox ægrè auditur. Ibid. pag. 571. num. 61. B.

Quare certius, & exquiſitius rem contemplemur vno oculo, quam duobus. Tomo 5. pag. 747. ſect. 31. prob. num. 2. 4.

Cum alterum oculum digito attollimus, videmus obiectum vt geminatum, quia radij viſuales non concurrunt in eodem puncto obiecti. Ibid. pag. 753 num. 17. 18.

Quare cum volumus videre, vtrum verſus alicuius ſcripturæ ſit rectus, vno oculo clauſo, alterum admoueamus principio, vel fini talis verſus. Ibid. pag. 754. num. 21.

Manu præ lucerna, aut Sole obiecta, melius videre poſſumus, quia ſplendor lucernæ, ac Solis debilitat aciem oculorum. Ibi-

pag. 757. num. 29.
Vide Visus, lumen, color.
VITA. Viuentia. Aliqui censentes animam esse ignem dixerunt ζῆν, quod significat viuere, dici à ζέειν quod significat ardere. Tom. 4. pagin. 222. lib. 1. de Anima cap. 5. num. 13.
Viuere videtur primo conuenire vegetabili, quod est commune omnibus viuentibus inferioribus. Tom. 4. pag. 241. lib. 1. de Anima cap 14. num. 8.
Prius sumus viuentes in actu primo per animam, quam in actu secundo per operationem vitalem. Tom. 4. pag. 244. lib. 2. de Anima cap 1. num. 9.
Viuens est corpus organicum aptum ad exercendas operationes vitales, ita vt ad illas se moueat intrinsecè per naturam, Ibid. pag 245. cap. 2. num. 1.
Dupliciter dicitur aliquid habere vitã in potentia; primo ex eo, quod licet careat anima, hoc est principio se vitaliter mouendi, tamen proximè ordinatur ad habendam animam, & hoc pacto semina habent vitam potentia: secundo quia habet principium se vitaliter mouendi. Ibid. pag. 246. num. 4.
Quatuor sunt modi viuendi. Primus est, quo viuunt habentia intellectum: secundus quo viuunt habentia sensum: tertius quo viuunt habentia motum progressiuũ: quartus quo viuunt vegetabilia. Anima autem est principium mouendi omnibus his modis. Tom. 4. pag. 248. lib. 2. de Anima. cap. 3. num. 2. 3. 4 5. 6. 7.
Vita vegetatiua potest separari ab omnibus alijs modis viuendi. Ibid. pag. 249. num. 4.
Viuere dicitur tum corpus, tum anima, tum compositum ex anima, & corpore. Ibidem pag. 251. num. 13.
Quo pacto vitæ animalium mensurentur circuitibus, ac motibus Solis, & Lunæ. Tom. 4. pag. 631. lib. 4. de Gen. anim. cap. 10. num. 3. 4. 5.
Quænam viuentia sint minus obnoxia corruptioni, adeoque viuant vitam diuturniorem. Tomo 4. pag 666. lib. de longit. & Breu. vitæ cap. 33. num 1. 2. 3. 4.
Causa vitæ est conseruatio caloris vitalis primo existentis in corde. Tomo 4. pag. 679. lib. de Iuu. & Sen. cap. 2 num. 10.
Vt conseruetur calor vitalis, adeoque vita, necesse est, vt cor refrigeretur. Ibid. pag. 681. num. 5.
VITA longa, & Breuis, Vacuitas fellis est causa longæ vitæ, ideoque quadrupedes solida vngula præditæ, vt equus, mulus, asinus, & ex quadrupedibus bifidis ceruus, Camelus etiam, & ex piscibus Delphinus carent felle, ac diu viuunt. Ratio est, quia cum fel sit excrementum iecoris carentia fellis est signum, quod iecur sit bene temperatum Tomo 4. pag. 122, lib. 4. de Part. anim. cap 2. num. 8.
Quare quædam animalia sint fœcunda simul & longæua; alia è contrario sint infœcunda, & vitæ breuioris. Tomo 4. pag. 472. lib. 1. de gen. anim. cap. 18. num. 42.
Proponuntur variæ quæstiones circa longitudinem, ac breuitatem vitæ. Tomo 4. pag. 664. lib. de longit. ac Breu. vitæ cap. 1. per totum.
Licet aliquæ plãtæ viuãt vitã breuiorẽ, quã aliqua animalia, tamen aliquæ plantæ, vt palma, cupressus &c, diutius viuunt, quã omnia animalia, adeoque plantæ ex genere diutius viuunt, quam animalia. Similiter licet aliqua animalia exanguia diutius viuant, quam quædam sanguinea, tamen quædam sanguinea, vt homo, Elephas, diutius viuunt, quam omnia exanguia. Animalia etiam terrestria sunt ex genere diuturnioris vitæ, quam marina, & vt plurimum animalia magna sunt diuturnioris vitæ, quam parua. Tomo 4. pagin. 668. lib. de Longit. ac Breu. vitæ capit. 3. num. 1. 2, 3, 4.
Causa vitæ longæ videtur esse, quia animal habet humidum non facile, nec cito exiccabile, & calidum non facile, nec cito extinguibile. Explicatur. Ibid. pag. 669. num 9. & sequ.
Animalia libidinosa cito senescunt, & moriuntur, tum quia abundant excrementis, tum quia cum semen effluit in magna copia, humidum exiccatur. Ibid. pag. 670. num. 12
Mares vt plurimum diutius viuunt, quam fœminæ, quia sunt calidiores. Ibid. pag. 670. num. 14.
Animalia aquatilia vt plurimum vitam ducunt breuiorem, quam terrestria, quia abundant humiditate aquea, quæ facile putrescit. Animalia etiam exanguia solent minus viuere, quam sanguinea, quia carent humido pingui. Ibid. pagina 671. num. 17, 18.
Quare quædam plantæ ducant vitam longiorem, quam omnia animalia. Tomo 4. pag. 671. lib. de longit. & breuit. vitæ cap. 4. per totum.

Qui

Qui in palma manus habent lineas longiores, ac ductas per totam palmam, ſolent diu viuere, quia ſignum eſt, quod habent corpus optimè articulatum. Tomo 5. pag. 542. ſect. 10. prob. num. 48.

Qui habent partem inferiorem ventris vmbilico ſubiectam maiorem parte ſuperiori ſolét viuere vitam breuem, quia habent ventriculum paruum, adeoque frigidum, & non ſatis aptum ad cibum concoquendum Ibid. pag. 549. num. 63.

Quare diutius viuant qui degunt in locis calidis. Tomo 5. pag. 585. ſect. 14. prob. num. 9.

VITELLVS oui. Vitellus, ſeu luteum oui, & album habent naturam quodammodo contrariam. Nam vitellus frigore denſatur, & concreſcit, albumen non concreſcit, ſed potius liqueſcit: è conuerſo albumen calore denſatur, & concreſcit, at vitellus calore non concreſcit, niſi peruratur, ſed remanet mollis, ac liquidus, & magis concreſcit elixatus aqua feruente, quam aſſatus calore ſicco. Vitellus ſeparatur ab albumine membrana intermedia. Tomo 3. pagina 871. lib. 6. de Hiſt. animalium cap. 2. num. 9. & Tomo 4. pagina 559, lib. 3. de Gener. anim. cap. 2. numero 16.

Vitellus, ſeu luteum eſt pars ſecundaria oui; & quia vitellus, ſeu luteum eſt frigidum, & terreum, albumen autem eſt calidum, & feruens, vitellus mouetur ad circumferentiam oui, ibique congregatur. Tomo 4, pag. 554. lib. 3. de gener. anim. cap. 1. num. 28.

VITILIGO. Vitiligo eſt morbus cutis, in quo omnes pili naſcuntur cani. Tomo 3 pag. 776. lib. 3 de hiſtor. animal. cap. 11. num. 3. & Tomo 4. pag. 650. lib. 5. de gen. anim. cap. 4. num. 23.

Vitiligo eſt fœdus color cutis maculis quibuſdam diſtinctæ. Tomo 5. pagina 526. ſect. 10. prob. num. 4.

Quare pueri, ac fœminæ rarius laborent vitiligine, quam viri, & ex fœminis iuniores natu rarius, quâ quæ prouectioris sũt ætatis. Ibid num. 4.

Quare ex animalibus ſolus homo laboret vitiligine. Ibid. pag. 526. num. 5. & pag. 536. num. 35.

Vitiligo eſt vitium cutis, canities eſt vitium pili; & quia cum laborat cutis, laborant etiam pili, qui oriuntur ex cute, non è conuerſo, ideo vbi eſt vitiligo, eſt etiam canities, non è conuerſo. Ibidem pagina 536. numero 36.

VITIS. Quia caprarum hirci valde pingues ſunt parum apti ad procreandum, ideo vites cum ſterileſcunt, dicuntur hirceſcere. Tomo 3. pag 839. lib. 5. de hiſtor. anim. cap. 14. num. 13.

Vites aliquando nimia pabuli vbertate luxuriant, & loco producendi fructum totum alimentum conuertunt in pampinos, & tunc dicuntur hirceſcere. Tomo 4. pagin. 471. lib. 1. de Generat. animalium cap. 18. num. 4.

Datur vitis quædam, quam vocant capneum, quæ ſolet producere vuam albam, ſed ſæpè generat nigram, & tunc non cenſetur generare monſtrum, quia talis eſt naturæ, vt licet vt plurimum generet albam, tamẽ aliquando debeat generare nigram. Tomo 4. pag. 610. lib. 4. de Gener. animal. cap. 4. num. 14.

VITIVM. Quo pacto ſingula vitia conſiſtant in exceſſu, vel defectu. Tomo 2. pagina 47. lib. 2. Ethicor. cap 7. per totum.

Vitia extrema magis opponuntur inter ſe, quam cum virtute. Ibid. pag. 50. cap. 8. num. 1.

Aliquando virtuti magis opponitur vitium peccans per exceſſum; aliquando peccans per defectum, & quæ in hoc ſit regula. Ibid. pag. 51. num. 4. & pag 421 lib. 2. mor. ad Bud. cap. 6. num. 6.

Malum, & vitium cur à pythagoricis dicatur infinitum. Tomo 2. pag. 45. lib. 2. Ethic. cap. 6. num. 7.

Virtutes, ac vitia ſunt in noſtra poteſtate, adeoque ſponte euadimus boni, vel mali. Tomo 2. pag. 67. lib. 3 Ethic. cap. 5. per totum; & pag 322 lib. 1. Mag. Mor. cap. 10. per totum.

Vitium prout differt ab incontinentia eſt per quod deprauatur non ſolum appetitus, ſed etiam ratio. Tomo 2. pag. 183. lib. 7. Ethic. cap. 1. num. 2.

Vitium beſtiale eſt, cum homo ita deprauatur, vt euadat ſimilis belluis, & eſt rarum. Ibid pag. 183 num. 4.

Vitium beſtiale opponitur virtuti heroicæ. Ibid.

VITVLVS. Vituli emittunt vocem grauiorem, quam tauri, quia cum habeant aſperam arteriam latam, emittunt multum aeris, & propter imbecillitatem ætatis multum aeris mouent tardè: ex multo autem aere moto tardè oritur vox grauior. Tomo 4. pag. 658. lib. 5. de Gen. animal. cap. 7. num. 7. & Tomo 5. pag. 559. ſect. 11. prob.

11. probl. num. 24.
Vide Bos.
VITVLVS marinus. Vituli marini quo pacto coeant. Tomo 3. pag. 829. lib. 5. de Gen. anim. cap. 2. num. 9.
Vitulus marinus, seu phoca est ambigui generis inter animalia terrestria, & aquatica, ac participat vtramque naturam. Participat naturam terrestrium, in quantum non recipit aquam, vt pisces, sed respirando attrahit aerem, & dormit, ac parit in terra, & prope littora. Participat naturam aquatilium, in quantum maiori parte temporis degit in aqua, in eaque victū quærit Tomo 3. pag. 885. lib. 6. de Hist. anim. cap. 12. num. 5.
Vitulus marinus non concipit ouum, sed animal vnum, idque parit: emittit secundinas, & lac habet. Parit singulos, aut geminos, & frequenter etiam ternos. Habet duo vbera. Parit quolibet anni tempore, ac præsertim eo, quo pariunt primæ capræ. Vitulos suos duodecimo circiter post partum die ducit ad mare, idque sæpius facit singulis diebus, vt illos mari assuefaciat. Potest vitulus marinus se ipsum contrahere, atque in minorem locum colligere, quippe qui carnosus est, & mollis, ac præditus ossibus cartilagineis. Difficile interficitur, nisi elisis temporibus capitis, quippe qui carnosus est, & præditus ossibus cartilagineis. Emittit vocem similem boui, ac mugit etiam dormiens. Parui vituli marini non ambulant, sed proni repunt, quia nequeunt pedibus inniti. Ibid. pag. 885. num. 6.
Quia vitulus marinus est quadrupes mutila, & læsa ficut caret alijs partibus, sic caret auriculis, & loco auricularum præditus est cauernulis, & meatibus auditorijs. Tomo 4. pag. 64. lib. 1. de Part. anim. cap. 12. num. 3.
Vitulus marinus caret felle. Tomo 4. pag. 121. lib. 4. de Gen. anim. cap. 2. num. 3.
Aiunt vitulos marinos pugnare pro loco, in quo nascuntur, & marem insurgere aduersus marem, fœminam aduersus fœminam, & catulos unius aduersus catulos alterius, nec à pugna desistere, quoad alter interficiatur, vel loco cedat. Tomo 3. pag 981. lib. 9. de Hist. anim. cap. 1. num. 6.
Vituli marini lingua bifida sunt præditi. Tomo 4. pag. 160. lib. 4. de Part. anim. cap. 11. num. 5.
VITVPERATIO. Quia vituperatio est contraria laudi, loci ad vituperandum ducuntur ex contrarijs locis ad laudandum, nec debent specialiter assignari. Tomo 1. pag. 731. lib. 1. Rhet. cap. 9. num. 34.
VIVERE. vide vita.
VIVIPARA animalia. Animalia viuipara sunt, quæ pariunt animal simile generanti, vt homo, equus, phoca, seu vitulus marinus, & alia animalia, quæ pilos habent. Ex animalibus etiam aquaticis viuipara sunt animalia cetacea, & cartilaginea. Tomo 3. pagina 703. lib. 1. de Hist. anim. cap. 5. num. 1.
Qualis sit uterus animalium viuiparorum, tum eorum, quæ concipiunt, & pariunt animal viuum, tum eorū, quæ concipiunt ouum, & pariunt animal. Tomo 4. pag. 450. lib. 1. de Gen. anim. cap. 12. n. 5, 6, 7, 8.
Quare animalia viuipara habeant uteros in parte supina, atque in aluo, animalia ouipara habeant uteros in parte prona. Ibid. pag. 452. cap 13. num. 1, 2, 3, 4.
Differentiæ viuipari, & ouipari conueniunt promiscuè tum animalibus pedatis, tum impedatis, tum bipedibus, tum quadrupedibus, ideoque non oriuntur ex impedato, vel pedato, ex bipede, vel quadrupede. Tomo 4. pagina 493. lib. 2. de Gen. anim. cap. 1. num. 14.
Animalia, quæ sunt perfectiora, & calidiora, sunt viuipara, ac nullum animal non respirans primo concipit animal viuum. Ibid. pag. 494. num. 15, 16.
Quo pacto fœtus viuipari per umbilicum adhæreant matri, & fœtus ouipari per umbilicum adhæreant ouo. Tomo 4. pag. 561. lib. 3. de Gen. anim. cap. 2. num. 20.
VLCERA. In plenis, impurisque corporibus, & in locis palustribus ulcera capitis facile sanantur, ulcera tibiarum difficile, quia abundant humoribus terreis, & grauibus, qui descendunt deorsum. Tomo 5. pag 444. sect. 1. prob. num. 18. & pagina 514. sect 14. prob. num. 6.
Quare ulcera praua, impura, & maligna curanda sint medicamentis siccis, acribus, & acerbis: e conuerso ulcera pura, & humescentia curanda sint medicamentis humidis. Ibid. pag. 456. sect. 1. prob. numero 50.
In aliquibus propter nimium laborem nascuntur tubercula, & ulcera, quia prodeuntibus excrementis subtilibus, remanent crassa, & salsa, quæ carnem exulcerant. Tomo 5. pag. 504. sect. 5. prob. n 27.
VLMVS. Boues pinguescunt comestione

foliorum ulmi. Tomo 5. pag. 951. lib. 8. de Hist. anim. cap. 7. num. 1.

Apes construunt aluearia ex floribus, & etiam ex lachrymis salicis, & ulmi. Tomo 3. pag. 1016. lib. 9. de Hist. anim. cap. 40 num. 5.

VLNA Nomine ulnæ intelligimus partem cubiti usque ad manum. Tomo 3, pag. 716 lib 1 de Hist anim. cap 15, num. 5.

VLTIO. Qui non est aptus ad ulciscendum sicut oportet uidetur uituperabilis: & quia qui non irascitur, non est aptus ad ulciscendum sicut oportet, est uituperabilis. Tomo 2. pag. 109. lib. 4. Ethicor. cap. 5. num. 6.

Cum quis ulciscitur uoluptas de ultione aufert tristitiam de contemptu, adeoque extinguit iram causatam à tali tristitia. Tomo 2. pag. 110, lib. 4. Ethicorum cap. 5. num 9.

vltio differt à castigatione. Nam castigatio fit gratia illius, qui castigatur, ut scilicet peccare desinat: at ultio fit gratia ulciscentis, ut iram expleat. Tomo 1. pag. 734. lib. 1. Rhet. cap. 10. num. 6.

VLVLA auis. Vlula est auis nocturna, carniuora, aduncis unguibus prædita, æqualis Gallinaceo, & facie similis est Asioni, & capricipiti. Tomo 3. pag. 945. lib. 8. de Hist. anim. cap. 3 num. 1.

Vlula deuorat colarim. Tomo 3, pagina 982, lib. 9. de Hist. anim. cap. 1. num. 12.

vlula, quæ etiam dicitur Aegolius, interdiu raro uisitur, & noctu uagatur, & pascitur. In speluncis, & saxis habitat, siquidem utitur uictu gemino, & tum in speluncis, tum in saxis uictum quærit, & est ingeniosa in uictu quærendo. Tom. 3. & pagina 999. lib 9. de Hist. anim. cap. 17., num. 3.

VLYSSES. Vlysses, rogante Atlantis filia, vt secum maneret, & immortalitatem vitæ pollicente, ne ob immortalitatem quidem prodere voluit vxoris fidem, maximum sibi supplicium fore arbitratus, si malus, atque vxori infidus immortalitatem haberet. Eadem fide manere noluit cum Circe, ac dixit nihil sibi gratius esse posse, quam patriam incultam, & asperam. Tomo 2. pag. 802. lib. 1. Oecon. cap. 9 num. 1.

VMBILICVS. Post pectus sequitur venter, cuius radix est vmbilicus. Fortasse vmbilicus dicitur radix, quia sicut arbores per radices affixæ sunt terræ, ex eaque alimentum trahunt, sic fœtus per vmbilicum affixus est matri, ex eaque trahit alimentum. Tom. 3. pag. 714. lib. 1. de Hist. anim. cap. 13. num. 1.

Quo pacto vmbilicus infantis sit ligandus, & abscindendus ab obstetrice. Tomo 3. pag. 931. lib. 7. de Hist. anim. cap. 10. num. 1.

Vmbilicus, quo fœtus pendet ab vtero sicut fructus ab arbore, est quoddam putamen, quo ambiuntur venæ, per quas fœtus trahit alimentum ab vtero matris. Tomo 3. pag. 930. lib. 7. de Hist. anim. cap. 8. num. 4.

Animalia perfecta intra se generant animal, atque illud habent annexum vtero per vmbilicum, quo ex vtero trahit alimentum vsque ad tempus pariendi. Tomo 4. pag. 510 lib. 2. de Gen. anim. cap. 4. num. 2.

Formato corde, natura statim in corde facit duas venulas, ex quibus ducuntur ad vterum matris venulæ, quæ dicuntur vmbilicus, per quas fœtus trahit alimentum ex vtero matris, proportionaliter ac stirpes per radices trahunt alimentum ex terra. Vmbilicus in quibusdam animalibus constat vna tantum vena, in alijs duplici, quæ venæ teguntur putamine quodam cuticulari, quod vocatur vmbilicus. Venarum siquidem imbecillitas tutelam, & operimentum desiderat. Tomo 3, pag. 520, lib. 2. de Gen anim. cap. 4. num. 27. 28. 29. 32.

Describitur vmbilicus, eiusque differentiæ in varijs animalibus. Tomo 4. pag. 538. lib. 2. de Gen. anim. cap. 5. per totum.

Quo pacto etiam in ouo detur proportionalis quidam vmbilicus. Tomo 4. pag. 556. lib. 3. de Gen. anim. cap. 2. num. 6, 7. 8, 9, 17. 18. 19. 20, 21.

Homines præditi sunt vmbilicis amplioribus, ac manifestioribus, quam alia animalia, quia homo nascitur imperfectus, alia animalia perfecta: vmbilicus autem minuitur, dum animal perficitur. Tom. 5 pagin. 541. sect. 10. Prob. num. 45.

VMBILICVS Animal. Describuntur Vmbilici, seu conchæ tortiles, & eorum partes enumerantur. Tom. 3. pag. 803. lib. 4. de Hist anim. cap 4. num. 12. 13.

Vide Conchæ.

VMBRA. Cum corpus lucidum est maius opaco, ex oppositione opaci proijcit vmbram non infinitam, sed conicam. Tomo 3. pag. 550. lib. 1. Meteor. cap. 9. num. 6.

Quare licet ſol æquali ſemper velocitate aſcendat ſuper horizontem, tamen vmbræ proiectæ à corporibus à Sole illuminatis non creſcant, ac decreſcant æqualiter. Tom. 5. pag 591. ſect. 15. prob. num. 4.

Quare Sol dum oritur, & occidit, vmbras efficiat longiſſimas, dum eſt in meridie vmbras efficiat breuiſſimas. Ibid. pagina 597. num. 8.

Quare Luna in eadem eleuatione ab horizone proijciat vmbras maiores, quam Sol. Ibid. pag 597. num 9.

Quare extremitas vmbræ ſolaris videatur tremere. Ibid. pag. 600 num. 12.

VNCTIO Quare æſtiuis laſſitudinibus balneo, hyemalibus vnctione ſit medēdum. Tom. 5. pag. 451. ſect. 1. prob. num 40.

VNCVNGVES aues. Vide Aues, aduncæ aues.

VNGVENTVM. Quare homines malè olentes ſi ſe vnguentis odoriferis vngant, peius oleant. Tom. 5. pag. 581. ſect. 13. prob. num 9.

Quare licet pleraque vnguenta odorifera ſudori admiſta malè oleant, tamen quædam vel magis ſuauiter, vel æquè ſuauiter oleant. Ibid. pag. 582. num, 11.

VNGVIS. Vngues habent naturam oſſium, vt patet ipſo tactu, & data ſunt animalibus præſidij gratia. Licet nomen vnguis tribuatur tum toti vngui, tum cuilibet parti vnguis, tamen æquiuocè tribuuntur toti, ac partibus. Totus enim vnguis habet hoc nomen propter figuram, propter quam datus eſt animali in præſidiū. Tom. 4. pag 57. lib. 2. de Part. anim. cap. 9. num. 13.

vngues ſunt terrei, & propter figuram recenſendi ſunt inter partes diſſimilares, licet quia conſtant ex partibus, quibus tribuitur nomen totius, recenſeātur etiā inter partes ſimilares Ibid. pagina 58. num. 16.

Nulla eſt auis, quæ eadem & calcari, & aduncis vnguibus ſit prædita, quia materia non ſufficit ad efficienda arma valida in locis adeo diuerſis. Tom. 4. pag. 167. lib. 4. de Part. anim. cap. 12. numer. 12.

Natura vngues auium facit ex partibus terreis, quæ feruntur deorſum. Ibid.

Vngues, & vngulæ generantur ex partibus terreis alimenti per hoc, quod poſtquam parū caloris, & humoris fuerint adeptæ, humore ſimul cum calore euaporante, concreſcunt, & dureſcunt. Et quia corpora terrea, quæ concreſcunt frigore, euaporante humido, igne molleſcunt quidem, ſed nō liqueſcunt, ideo vngues, & vngulæ igne molleſcunt, ſed non liqueſcunt. Tom. 4. pag. 530. lib. 2. de Gen. anim. cap. 4. num. 61.

Vngues non generantur ex ſanguine menſtruo, ſed ex cibo aduentitio, ideoque oriuntur in animalibus iā formatis. Ibid. pag. 535. num. 83.

Vngues ſunt eiuſdem coloris cum cute, & dantur in omnibus animalibus digitatis, & ex animalibus quædam habent vngues rectos, quædam aduncos. Tom 3 pag. 774. lib. 3. de Hiſtor. anim. cap. 9. num. 2. 4. 5.

Vide Vngula.

VNGVLA. Vngulæ tum ſolidæ, tum biſulcæ habent naturam oſſium, ac ſunt duræ, vt patet tactu, & datæ ſunt animalibus præſidij gratia. Tom. 4. pag. 57 lib. 2. de Part anim. cap. 9. num 13.

Vngulæ ſunt partes quodammodo ſimilares, quodammodo diſſimilares. Ibid. pag. 58. num. 16.

Illæ quadrupedes ſunt ſolidungulæ, hoc eſt habent pedes vnica, & ſolida vngula conſtantes, in quibus natura vtitur materia terrea, & dura, non ad facienda cornua, vel dentes exertos, ſed ad faciēdam ſolidam vngulam pedum, ideoque ex tali materia loco plurium vngularum ſit vnica vngula. Tom. 4. pag. 157. lib. 4. de Part. anim. cap 10. num. 36.

Quare animalia ſolidungula vt plurimum careant talo. Ibid. pag. 158. num. 37.

Vide Vngues.

VNICORNIA animalia. Licet pleraque animalium cornigerorum habeant duo cornua, tamen non deſunt animalia vnicornia, vt oryx, & aſinus indicus. Animalia vnicornia illud vnicum cornu habent affixum in medio capitis, quia illud vnicum cornu debet ita conſtitui, vt æquè ſit præſidio parti dextræ, ac ſiniſtræ. Plura etiam animalium vnicornium ſunt ſolipeda, quam biſulpeda, quia cum vngulæ non ſint diuiſæ, nec cornua, quæ fiunt ex eadem materia, debent diuidi. Tom. 4. pag. 81. lib. 3. de Part. anim. cap 2. num. 6.

VNIO. Anima, & corpus quo pacto faciant vnum, in quantum comparantur vt potentia, & actus. Tom. 4. pag. 244. lib. 2. de Anima cap. 1. num. 11.

Quo pacto partes eſſentiæ, ac definitionis faciant vnum, & an per vnionem diſtinctam. Tom. 5. pag. 130. lib. 8. Metaph. cap. 8. per totum.

Non datur vnio, quæ ſit copula animæ, & corporis ad modum glutinis. Tom. 5. pagin. 232. lib. 8. Metaph. cap. 8. num. 6.

VNIPARA animalia. Conſtat experientia, quod animalium maxima, qualia ſunt Elephas, & Camelus, ſunt vnipara, quia cum totum penè alimentum conuertant in magnitudinem corporis, non ſupereſt illis excrementum ſufficiens ad generandam multiplicem prolem. Tom. 4. pag. 611. lib. 4. de Gen. animal. cap. 4. numer. 16. 17.

Animalia ſolipeda quia ſolent eſſe magna, ſolent eſſe vnipara. Ibid. pag. 612. num. 17.

Animalia vnipara propter hoc ipſum, quod ſunt vnipara, non poſſunt ſuperfœtare. Tom. 4. pag. 619. lib. 4 de Gen. animal. cap. 5. num. 2.

VNITAS, Vnum. Vnum dicitur multipliciter, vnum continuum, vnum indiuiſibile, & vnum ratione, & hoc non aduertentes antiqui errarunt dicentes omnia eſſe vnum. Tom 3. pag 9. lib. 1. Phyſic. cap. 3. num 5. 9. 10.

Quæ vno modo ſũt vnum, alio modo poſſunt eſſe multa. Ibid. pag. 10. num. 9. 10.

Pũcta, & vnitates differunt primo, quod inter vnitates non datur contactus, ſed vna vnitas conſequenter ſe habet ad alteram: at in punctis datur contractus. Rurſus inter vnitates nihil mediat; at inter duo puncta eiuſdem lineæ ſemper mediat pars lineæ. Tom. 3. pag. 156. lib. 5. Phyſic. cap. 4. num. 10.

Quia Plato exiſtimauit principia rerũ eſſe vnitatem, & numeros, docuit animam componi ex vnitate, & numeris, ac docuit intellectum eſſe vnum, quia ſimplici intelligentia vnum intelligit. Tomo 4. pag. 219. lib. 1. de Anima cap. 4. num. 13.

Vnitas eſt communis menſura, quæ finities ſumpta menſurat omnes numeros. Tom. 4. pag. 733. lib. de lin. Inſecab. cap. 3. num. 4.

Pythagorici dicebant vnum virtualiter eſſe ſimul par, & impar. Tom. 5. pag. 10. lib. 1. metaph. cap. 5. num. 4.

Omnia eſſe vnũ ens, & vnã naturã dixerũt Parmenides, Xenophanes, & Meliſſus, & quo inuicem diſcreparint. Tom. 5. pag. 21. lib. 1. metaph. cap. 6. per totum.

In quo ſenſu Plato dixerit vnum eſſe principium ex parte formæ. Tomo 5. pag. 25. lib. 1. metaph. cap. 7. num. 3.

Ens, & vnum non ſunt genera, quia per ſe, & formaliter prædicantur de omnibus differentijs. Tomo 5. pagina 66. lib. 3. metaph. cap. 4. num. 9. & pag. 286. lib. 11. cap. 1. num. 13. & pag. 289. cap. 2. num. 5.

Vnum & ens an ſint ſubſtantiæ ſeparatæ, & quidditas omnium rerum, an potius ſemper detur aliqua prior ſubſtantia, & quidditas, de qua dicatur ipſum ens, & vnum. Tom. 5. pag. 74. lib. 3. metaph. cap. 7. per totum.

Plato docuit entia fieri ex per ſe vno, tamquam ex principio formali. Ibid. pag. 76. num 6.

Metaphyſica conſiderat vnum, & ſpecies vnius, quæ ſpecies ſunt idem, æquale, ſimile &c. Tom. 5. pag. 84. lib. 4. metaph. cap. 2. num. 4. & 8.

Vnum eſt idem re cum ente, ſed differt ratione ab ente, generatur, & corrumpitur ſimul cum ente, ac dicitur de omnibus, de quibus dicitur ens. Ibid. pag. 84. num. 4. 5. 6. 7.

Vnum per accidens dicitur dupliciter: primo in quantum accidens dicitur vnum cum ſubiecto: ſecundo in quantum accidens dicitur vnum cum alio accidente. Tomo 5. pag. 122. lib. 5. metaph. cap. 6. num. 1. 2.

Vnum per ſe dicitur quinque modis, continuitate, forma, ſeu ſpecie, genere, definitione, & intellectione. Explicantur tales modi. Ibid. pag. 123. num 3, 4. 5. 6, 7. 8. & pag. 254. lib. 10. cap. 1. num. 1 2, 3, 4.

Omnia quæ dicuntur vnum, conueniunt in hoc, quod habent quandam indiuiſibilitatem, & indiuiſionem. Ibid. pag. 125. lib. 5. cap. 6. num. 9. & pag. 255. lib. 10. cap. 1. num. 4.

Quædam dicuntur vnum, quia faciunt vnum, quædam quia patiuntur vnum, quædam quia habent vnum. Ibid. pag. 125. num. 9.

Quædam dicuntur vnum, quia habent ſpeciem perfectam. Ibid. pag 125. num. 10.

Quid ſint vnum numero, genere, & analogia. Ibid pag 126. num. 13.

Vnitas eſt quod eſt omnino indiuiſibile, & non habet poſitionem in continuo. Ibid. pag. 126. num. 12.

Vni-

Vnitas eſt prima menſura numerorum, & eſt principium numeri, & eſt prima menſura omnium menſurabilium. Ibid. pag 126. num. 11, & pag. 256, lib 10. cap. 2. per totum, & pag. 395. lib. 14. cap. 3. num. 5.

Ens, & vnum prædicantur eſſentialiter de omnibus ijſdem. Tom. 5. pag 213. lib. 7. metaph cap. 21, num 1. 2.

Vtrum ens, & vnum ſint ſubſtantiæ rerum in ſenſu Platonico Tom. 5. pag. 213. lib. 7. metaph. cap. 21. per totum.

Quo pacto partes eſſentiæ, ac definitionis faciant vnum, & an per vnionem diſtinctam. Tom. 5. pag. 230. lib. 8. metaph. cap. 8. per totum.

Oſtenditur contra Pythagoreos, & Platonicos vnum non eſſe ſubſtantiam per ſe ſubſiſtentem, & ſeparatam ab omnibus decem prædicamentis, ſed ſemper ſupponere aliquam naturam, & illud vnũ, quod eſt abſolutè primum principium, eſſe ſubſtantiam maximè vnam, & indiuiſibilem. Tom. 5. pag. 260. lib. 10. metaph. cap. 4. per totum, & pag. 394. lib. 14. cap. 3. num. 3.

Vnum, & multa opponuntur ſicut diuiſibile, & indiuiſibile. Tom. 5. pag. 262. lib. 10. metaph. cap. 5. num. 1.

Species vnius ſunt idem, ſimile, & æquale, & quid ſingula ſint. Ibidem pag. 262. num. 2.

Quo pacto multa opponantur tum vni, tum paucis. Tom. 5. pag. 272 lib. 10. metaph. cap. 9. per totum.

Vnum, & multa opponuntur relatiuè, ſicut menſura, & menſuratum. Ibid pag 274. num. 8.

Vnum eſt quid minus omni numero, & eſt quid minimum, ſed non eſt paucum. Ibid. pag. 274. num. 9.

Vtrum principia, quæ maximè conſiderat metaphyſica, ſint ens, & vnum. Tom. 5. pag. 286. lib. 11. metaph. cap. 1. num. 13. & pag 289. cap. 2. num. 5.

Vnitas differt à puncto per hoc, quod in vnitatibus non datur contactus, at in punctis datur contactus; inter vnitates nihil mediat, inter duo puncta lineæ mediat pars lineæ. Tom. 5. pag. 320. lib. 11. cap. 13. num. 9.

Vnitates vel ſunt combinabiles, hoc eſt eiuſdẽ rationis, vel incombinabiles, hoc eſt diuerſæ rationis. Tom. 5. pag. 367. lib. 13. metaph. cap. 7. num. 2. 5.

Oſtenditur nec omnes vnitates eſſe combinabiles, hoc eſt eiuſdem rationis, nec omnes eſſe incombinabiles, hoc eſt diuerſæ rationis. Tom. 5. pag. 370. lib. 13. metaph. cap 8. à num. 1. vſque ad 13.

Oſtenditur non poſſe omnes vnitates conſtitutiuas vnius numeri eſſe eiuſdem rationis, vnitates conſtitutiuas diuerſorum numerorum eſſe diuerſæ rationis. Ibid. pag 373. cap. 8. num 14.

Reijciuntur Pythagorici, in quantum dicunt vnitates conſtare ex magno, & paruo. Tomo 5. pag. 380. lib. 13. Metaph. cap. 9, num. 6.

Quo pacto vnum ſit prius, vel poſterius numero. Tomo 5. pag. 383. lib. 13 Metaph. cap. 9. num 18.

Quare antiqui dixerint vnum eſſe prius numero tum in ratione materiæ, tum in ratione definitionis. Ibidem pag. 384. num. 20.

Oſtenditur impoſſibile eſſe, vt primum principium ſit ipſum vnum in ſenſu antiquorum. Tomo 5. pag. 408. lib. 14 Metaph. cap. 6. num 7. 8.

Xenophanes docuit id, quod eſt, eſſe vnum, adeoque dari vnum tantum ens. Tomo 5. pag. 416. lib. de Xenophane capit. 1. num. 3.

Oſtenditur contra Xenophanem ex eo, quod ens ſit infinitum, non ſequi quod ſit vnum, & ſibi vndique ſimile. Tomo 5. pag. 422. lib. de Xenoph. cap. 5. per totum,

VNITAS ſcientiæ. Vide ſcientia.

VNITAS motus. Vide motus.

VNIVALVIA teſtacea. Vide teſtacea 1

VNIVERSALE. Difficiliores quæſtiones de vniuerſalibus non ſpectant ad logicam, ſed ad metaphyſicam. Tom. 1 pag. 6. lib. Prædicab. cap. 1. num. 2.

Dici vniuerſaliter quid ſit, & quo pacto ſe habeat ad dici de omni, & per ſe. Tomo 1. pag 200. lib. 1. Poſt. cap. 4. num. 9. 10. 11. 12, 13.

Quot modis in demonſtratione erretur ſumendo vt vniuerſaliter demonſtratum quod non eſt vniuerſaliter demonſtratum. Tomo 1. pag. 301. lib. 1. Poſt. cap. 5. per totum.

Vniuerſale eſt magis vnum, & magis ſcibile, quam ſingulare. Tomo 2. pag. 357. lib. 1. Poſt. cap. 18. num. 8.

Quo pacto vniuerſale, & vniuerſalium cognitio abſtrahatur à ſingularibus. Tomo 1. pag. 414. lib. 2. Poſt. cap. 11. num. 4, 5, 6, 7, 8, 9.

Vni-

Vniuerſaliora, ac magis confuſa ſunt nobis notiora. Tomo 3. pag. 5. lib. 1. Phyſic. cap. 1. num. 2. 3. 4.
Vniuerſale eſt quoddam totum. Ibid.
Vniuerſale aut nihil eſt, & nullo modo datur, vel datur ſolum in ſingularibus, & eſt poſterius ſingularibus. Tomo 4. pag. 212. lib. 1. de Anima cap. 2. num. 7.
Intellectus vniuerſalia cognoſcit abſtractione. Explicatur. Tomo 4. pag. 316. lib. 3. de Anima cap. 6. num. 10.
Magis generat ſingulare, quam vniuerſale, & ex vniuerſalibus illud magis generat, quod eſt propinquius ſingularibus. Tomo 4. pag. 600. lib. 4. de gen. anim. cap. 3. num. 6.
Quare Plato poſuerit vniuerſalia ſeparata à ſenſibilibus, eaque vocauerit ideas. Tomo 5. pag. 14. lib. 1. Metaph. cap. 7. num. 2.
Rationes vniuerſales vtrum ſint principia & elementa rerum. Tomo 5. pagina 65. lib. 3. Metaph. cap. 4. num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.
Vtrum dentur vniuerſalia ſeparata à ſingularibus. Tomo 3. pag. 68. lib. 3. metaph. cap. 5. num. 1, 2, 3, & pag. 289 lib. 11. cap. 2. num. 1, 2, 3.
Vtrum dentur vniuerſalia ſeparata à compoſitis ex materia, & forma. Tomo 5. pag. 69. lib. 3. Metaph. cap. 5. num. 4, 5. 6, 7.
Vniuerſalia videntur non eſſe ſubſtantiæ. Tomo 5. pag. 81. lib. 3. Metaph cap. 10. num. 4. 5. 6.
Vniuerſalia in quo ſenſu ab antiquis dicerentur elementa ſingularium. Tomo 5. pag. 117. lib. 5. Metaph. cap. 3. num. 5.
Vniuerſalia ſecundum intellectum ſunt priora ſingularibus, at ſingularia ſunt priora ſecundum ſenſum. Tomo 5. pag. 134. lib. 5. Metaph. cap. 11. num. 7.
Totum vniuerſale eſt, quod ita continet omnes ſuas partes, vt poſſit ſeorſim prædicari de ſingulis. Tomo 5. pag. 154. lib. 5. metaph. cap. 26. num. 2.
Oſtenditur vniuerſalia non eſſe ſubſtantias diſtinctas à ſingularibus. Tomo 5. pag. 205. lib. 7. metaph. cap. 17. per totum.
Oſtenditur vniuerſalia non eſſe ſubſtantias ſeparatas à ſingularibus, & ſenſibilibus. Tomo 5. pag. 208. lib. 7. Metaph. cap. 18. per totum.
Vnum vniuerſale eſt quod ita habet vnam, atque indiuiſibilem rationem, atque intellectionem, vt ſit prædicabile de pluribus. Tomo 5. pag. 255. lib. 10. Metaph. cap. 1. num. 3.
Non dantur vniuerſalia ſeparata conuenientia ſpecie cum ſingularibus. Tomo 5. pag. 283. lib. 10. Metaph. cap. 13. numero 4.
Ideæ videntur vniuerſales ſimul, & ſingulares. Tomo 5. pag. 389. lib. 13. Metaph. cap. 10. num. 2.
Quo pacto ſcientiæ ſint de vniuerſalibus, & tamen vniuerſalia non dentur. Tomo 5. pag. 391. lib. 13. Metaph. cap. 11. numer. 6.
Vide Ideæ.
VNIVERSALIS demonſtratio. Vide Demonſtratio.
VNIVERSVM. Vide mundus.
VNIVOCA. Vniuoca ſunt, quorum nomen commune eſt, & ſecundum nomen eadem ſubſtantiæ ratio. Tomo 1. pag. 30 lib. Prædicab cap. 1. num. 2.
Generatio vniuoca eſt, cum forma genitī præexiſtit in generante ſecundū eumdem modū eſſendi, & in materia omnino ſimili. Tomo 5. pag 191. lib. 7. Metaph. cap. 12. num. 1.
VNVM. Vide Vnitas.
VOCALES. Vocalis eſt vox, *quæ habet ſonum per ſe audibilem abſque conſortio alterius vocis, & abſque ictu, per quem impetu quodam dentibus allidatur.* To. 1. pag. 934. lib. Poet. cap. 20. num. 3.
Vocales fiunt ex voce tanquam ex materia, & per guttur tamquam per inſtrumentum. Tomo 3. pag. 818. lib. de hiſt. anim. cap. 9. num. 2.
VOCES. Vide Vox.
VOCIFERATIO. Quare qui dolent, clament, & vociferentur, qui metuunt ſileant. Tomo 5. pag. 721. ſect. 27. prob. num. 9.
Vide vox.
VOLA manus. Vide Palma manus.
VOLATILIA. Proponuntur plures claſſes volatilium. Tomo 4. pag. 195. lib. de Inc. anim. cap. 8. num. 6. 7.
Vide Aues.
VOLATVS. Volatilia volant per hoc, quod alas vicißim modo flectant, modo dirigant. Tomo 4. pag. 193. lib. de inc. anim. cap. 7. num. 17.
Aues vtuntur cauda ad dirigendum volatum, & quæ cauda carent non poſſunt volatum dirigere. Ibid. pag. 194. cap. 8. num. 5.

Quo

Quo pacto quædam aues habeant totum corpus ad volandum aptiſſimum, Ibid. pag. 195. num. 6.
Vide Aues.
VOLVCRES. Vide Aues.
VOLVNTARIVM. Voluntarium eſt, *cuius principium eſt in ipſo agente ſciente ſingula, in quibus eſt actus*. Tomo 2. pag. 59. lib. 3. Ethic. cap. 3. num. 20.
Vtrum voluntarium ſit, quod ſit ex appetitu, vel quod ſit ex electione, vel quod ſit ex cognitione. Tomo 2. pag. 425 lib. 2. mor. ad Bud. cap. 8. per totum.
Continens, & incontinens vtrum agant voluntariè, vel inuoluntariè. Ibid. pag. 429. cap. 9. num. 4, 5, 6, 7, 8.
VOLVNTAS, Volibile. Voluntas dicitur actus, per quem potentia volitiua verſatur circa finem. Tomo 2. pag. 66, lib 3. Ethic. cap. 4. num. 1.
Voluntas differt ab electione. Ibid. pag. 61. cap. 2. num. 6.
Volumus etiam impoſſibilia. Ibid. pag. 61. num. 6.
Volibile ſimpliciter eſt ſolum bonum verum, volibile reſpectu vniuſcuiuſque eſt etiam bonum apparens, Ibid. pag. 66 cap. 4. num. 2, 3, 4.
In homine duplex eſt appetitus, appetitus nimirum ſenſitiuus ſequens phantaſiam, & appetitus rationalis ſequens rationem. Aliquando verò appetitus ſenſitiuus vincit rationalem, & facit, vt operetur contra rationem, vt accidit in incontinente. Tomo 4. pag. 325. lib. 3. de Anima cap. 10. num. 5.
VOLVPTAS. Omnia animalia naturaliter appetunt voluptatem, ſiquidem appetitus fertur in obiectum iucundum. Tomo 4. pag. 75. lib. 2. de Part. anim. cap. 17. num. 11.
Ad ſenſum ſequitur dolor, aut voluptas, & vbi eſt dolor, aut voluptas eſt etiam appetitus. Tomo 4. pag 250. lib. 2. de Anima cap. 3. num. 9.
Vide delectatio. Iucunda.
VOLVTATIO. Volutatio eſt motus cõpoſitus partim ex tractione, partim ex pulſione. Tomo 3. pag. 210. lib. 7. Phyſic. cap. 3. num 7.
VOMITVS. Quare in mutationibus temporum debeat procurari vomitus. Tomo 5. pag. 438. ſect. 1. prob. num. 4.
Quænam medicamenta moueant ventrem ſuperiorem, & prouocent vomitum, Ibid pag. 452. num. 42.
Quare qui ſudant, ſi refrigerentur aqua, vel vento, nauſeent & diſponantur ad vomitum. Tomo 5. pag. 465. ſect. 2. prob. num. 18.
Quare vinum valde dilutum magis prouocet vomitum, quam vinum merum, vel aqua pura. Tomo 5. pag. 482. ſect. 3. prob. num 18.
Quare licet vomitus cauſet quamdam laſſitudinem, tamen medici laſſis præcipiant, vt procurent vomitum Tomo 5. pag. 496. ſect. 5. prob. num. 7.
VORACITAS, voraces. Animalibus, quæ natura voluit eſſe minus voracia, & minus famelica, natura dedit inteſtina anguſtiora, & pluribus circumuolutionibus, & anfractibus implicata, vt cibum diutius retinerent: at quæ inteſtino amplo, & recto ſunt prædita, aut cibum copioſius capiunt, aut ſæpius cibum ſumunt. Tomo 4. pag. 117, lib. 3. de Part. anim. cap. 14. num. 17. & pag. 446. lib. 1. de Gen. anim. cap. 4. num. 3.
Signum voracis eſt, vt pars illa, quæ ab vmbilico protenditur ad pectus ſit maior parte, quæ à pectore protenditur ad collum. Tomo 4. pag. 698. lib. phyſiog. cap. 6. num. 18. & pag. 805. cap. 9, numer. 12.
VORAGINES in Cœlo apparentes. Quænam ſit cauſa voraginum in Cœlo apparentium. Tomo 3. pag 541. lib. 1. meteor. cap. 6. num. 3.
VORAGINES ſubterraneæ. Oſtenditur dari voragines ſubterraneas, per quas flumina abſorbentur. Tomo 3. pag. 566. lib. 1. meteor. cap. 13. num 11.
VORTEX. Quare quæ feruntur in vorticibus ad medium tandem propellantur. Tomo 4. pag. 763. lib. quæſt. mechan. qu. 35. per totam.
Vide Typhon.
VOX, Vociferatio. Voces ſunt ſigna paſſionum, quas habemus in anima. Tom. 1. pag. 67. lib. 1. Perihерm. cap. 1. numer. 2.
Voces, ac ſcripturæ non ſunt eædem apud omnes, conceptus ſunt ijdem. Ibid. pag. 67. num. 2.
Voces non ſignificant naturaliter. Ibidem pag. 70. num. 1.
Vox quo pacto dicatur acuta, vel grauis. Tom. 1. pag. 437. lib. 1. Top. cap. 13. numer. 3. 4. 6. 10.
Vox eſt communis homini cum brutis, ac differt à locutione, quod vox eſt ſignum ſolum

ſolum moleſti,& iucundi,locutio eſt ſignum veri, ac falſi. Tom. 2. pag. 515. lib. 1. Polit. cap 2. num. 3.

Vox quo pacto differat à ſono, & locutio à voce. Tom. 3. pag. 818. lib 4. de Hiſtor. anim. cap 9. num. 1.

Vox eſt ſonus editus gutture & labijs, ideoque animalia carentia pulmone, adeoque etiam gutture, carent voce. Ibidem pag. 818. num. 2.

Inſecta & mollia, piſces, & multa cartilaginea cum careant pulmone, & gutture, proprie non emittunt vocem, licet emittant quendam ſtridorem. Ibid. pag. 819. num. 3. 4. 5. 6.

Quadrupedes ouiparæ, ac reptilia emittunt vocem, ſed exiguam. Ranæ emittunt vocem ſui generis propriam. Aues emittunt vocem, & quædam etiam illam articulant. Quadrupedes viuiparæ emittunt vocem, aliæ aliam. Ibid. pag. 820. num. 7. 8. 9. 10.

Explicantur aliquæ differentiæ vocum. Ibid. pag. 821. num. 11.

In homine & in pluribus alijs animalibus ætas apta ad coeundum ſignificatur mutatione vocis. Explicantur aliqua circa vocem, eiuſque mutationem. Tomo 3. pag. 837. lib 5. de Hiſt. anim. cap. 14. num 5. 6.

Quadrupedes ſanguineæ, & viuiparæ, vt equus, bos &c. parum poſſunt vocem articulare, quia lingua dura, craſſa, & minimè abſoluta ſunt præditæ. Plures aues ſunt polyphonæ, & plurimas voces variant. Animalia terreſtria ſanguinea, & ouipara vt plurimum prædita ſunt lingua parum abſoluta, adeoque parum vtili ad officium formandæ vocis. Tom. 4 pag 74. lib 2. de Part. anim cap. 17. num. 5.

Vox eſt ſonus conueniens ſoli animali. Ideo ſonus lyræ non eſt propriè vox. Vox non conuenit omnibus animalibus ſiquidem exanguia carere ſolent voce, & ex ſanguineis piſces cum degunt in aqua, ſolent carere voce, quæ eſt motus aeris. Tom. 4. pag. 273. lib. 2. de Anima cap. 11. num. 1. 2.

Quia ad formandam vocem requiruntur tria, percutiens, percuſſum, & aer medius, illa tantum animalia, quæ reſpirando, & expirando aerem trahunt, & emittunt, edunt vocem, ideoque natura vtitur aere per reſpirationem attracto ad munus refrigerãdi cor, & ad munus formandi vocem. Ibidem pag. 271. num. 3. 4.

Vox eſt *ſonus editus ab animæ reſidente in partibus circa cor ex percuſſione, & allisione aeris reſpirati ad aſperam arteriam, dependenter ab imaginatione, & appetitu ſignificatiuus moleſti, & iucundi.* Explicatur. Ibid. pag. 275, num. 5, 6.

In animalibus pubeſcentibus vox alteratur, quia cor, & pulmones magis calefiunt, ideoque dilatantur meatus, quibus emittitur vox. Tom. 4. pagin. 628. lib. 4. de Gen. anim. cap. 8. num. 4.

Audientes voces addiſcimus modum loquendi, & formandi ſimiles voces, quia vox audita terminatur ad cor, in eoque efficit quandam impreſſionem, ideoque mouentes cor ſimili motu, formamus ſimilem vocem, eamque per os emittimus. Tom. 4. pag. 642. lib. 5. de Gen. anim. cap. 3. num. 4.

Ex animalibus quædam emittunt vocem acutam, quædam grauem, quædam mediam, quædam magnam, quædam paruam, quædam læuem, alia aſperam, alia flexibilem, alia rigidam. Explicantur tales differentiæ, & afferuntur earum cauſæ. Tom. 4. pag. 656. lib. 5. de Gen. anim. cap. 7. per totum.

Vox grauis eſt perfectior acuta, ac proprium naturæ generoſioris eſt emittere vocem grauem. Ibidem pagina 657. numer. 5.

Quo pacto vox poſſit eſſe magna ſimul, & acuta, & parua, ac grauis. Ibid. pag. 658. num. 7.

Cur vt plurimum animalia minora natu, ac fœminæ habeant vocem acutiorem; at contrarium accidat in genere boum, in quo vaccæ, ac vituli emittunt vocem grauiorem, quam tauri. Ibid. pag. 658. num. 8. 9.

Quare animalia per caſtrationem acquirãt vocem fœmineam. Ibid. pag. 659. numer. 10.

Vnde oriatur vocis aſperitas, vel læuitas, æqualitas, vel inæqualitas, flexibilitas, vel rigiditas. Ibid. pag 660. num. 1.

Voces quo ſunt debiliores, eo ſunt acutiores, & ideo qui patiuntur deliquia, emittunt vocem acutam. Tom. 5. pag. 495. ſect. 5. prob. num. 2.

Vox magna fit, cùm multum aeris emittitur, et, ſi emittatur celeriter, fit vox acuta, ſi tardè, fit vox grauis; & quia qui valdè ſunt calidi multum aeris trahunt, & emit-

& emittunt ad cor refrigerandum, ſolent emittere vocem magnam. Tom. 5. pag 551. ſect. 11. prob. num. 3.

Voces melius audiuntur nocte, quia cum ſol omnia moueat, noctes ſolent eſſe quietiores. Ibid. pag 551. num. 5, & pag. 563. num. 33.

Quare voces, quæ audiuntur è longinquo, videantur acutiores. Ibid. pag. 551. num. 6. & pag. 557 num 19.

Qui diu abſtinuerunt à ſomno, vocem emittunt aſperiorem, quia abundant humoribus crudis, qui vocem aſperant. Ibid. pag. 554. num 11.

Quare vox poſt cibum fiat fractior. Ibid. pag. 554. num. 12.

Quare qui lugent vocem emittant acutiorem, qui rident vocem emittant grauiorem. Ibid. pag 554 num. 13. 15.

Pueri, & vniuerſim animalia recenter nata vocem emittunt acutiorem, quia cum habeant aſperam arteriam anguſtam, mouent parum aeris, adeoque velocius, ex quo ſequitur vox acuta. Ibid. pag. pag. 555 num. 14.

Quare qui ſemen non emittunt, vt pueri, mulieres, eunuchi, & decrepiti, vocem emittant acutam: at viri robuſtæ ætatis emittant vocem grauem. Ibid. pag. 556. num. 16. 34. 65.

Quare tempore hyemis ſoleamus emittere vocem acutiorem. Ibid. pag. 556. num. 17. & pag. 572. num. 64.

Quare vox grauis valdè audiatur ex propinquo, parum ex longinquo. Ibidem pag. 557. num 19.

Quare potus, vomitus, & frigiditas ambientis vocem efficiant grauiorem. Ibidem pag. 557. num. 18.

Quare tum ij, qui laboribus gymnaſticis exercentur, tum debiles emittant vocem acutam. Ibidem pag. 558. num. 21.

Quare ij, qui poſt cibum vociferantur, vocem corrumpant. Ibidem pag. 558. numer. 22.

Quare cum vox conſiſtat in quadam aeris figuratione, aliquando talis figuratio diſſoluatur, aliquando non diſſoluatur & fiat echo. Ibidem pag. 558. num. 23. & pag. 568. num. 51.

Quare vituli emittant vocem grauiorem, quam boues. Ibid. pag. 559, num. 24.

Cum paleæ ſparguntur ſupra pauimentũ orcheſtræ vox minus auditur, quia pauimentum paleis ſtratum minus vocem reflectit, Ibid. pag. 559. num. 25.

Quare vox tum metuentium, tum anxiorum ſoleat eſſe tremula, ſed ita, vt vox anxiorum ſit grauis, vox metuentium ſit acuta. Ibidem pag. 500. num. 31. 32.

Quare cætera animalia cum validiora ſunt, tum emittant vocem acutiorem, homo è conuerſo. Ibid. pagina 564. num. 40.

Quare melius audiamus, cum vox è loco ſuperiore fertur deorſum. Ibid pagina 566. num. 45.

Voces acutiores magis audiuntur à longe, quia per illas aer mouetur velocius, adeoque maiori impetu, & maiori ſpatio. Ibid. pag. 567. num. 47.

Quare qui trepidant ex pudore vocem emittant grauem, qui trepidant ex metu vocem emittant acutam. Ibid. pag. 568. num. 53.

Quare cum multi ſimul vociferantur vox omnium eſt quidem maior voce vnius, ſed non poragatur ſecundũ porportionem quodammodo Arithmeticam. Ibid. pag. 568. num. 52.

Quare ſobrij emittant vocem grauiorem, quam ebrij. Ibid num. 56.

In hominibus vox tardius perficitur, quam in alijs animalibus, quia debent emittere innumeras differentias vocum. Ibid. pag. 560. num. 58.

Quare vox poſſit penetrare aliqua corpora, quæ à luce penetrari non poſſunt. Ibid. pag. 567. num. 49. & pag. 571. numero 61.

Quare vox ita poſſit minui, vt ſeruet eumdem characterem, ex. gr. vt remaneat acuta, vel grauis. Ibidem pag. 572. numer. 62.

Quare idem eadem voce canens, aut vociferans, ſi vociferetur ſimul cum aliis, longius audiatur, quam ſi vociferetur ſolus. Tom. 5. pag. 618. ſect. 19. prob numer. 2.

Vox grauis continet in potentia acutam, quia eſt maior acuta. Tom. 5. pag. 622. ſect. 19. num. 8.

Vox deſinens euadit acutior, quia fit imbecillior. Ibid. pag. 623. num. 11.

Vox grauis, & intenſa ſignificat fortem, vox acuta, & remiſſa ſignificat timidum. Tomo 4. pag. 794. lib. Phyſiog. cap. 5. num. 6.

Vox acuta ex vno capite videtur ſignificare iracundiam, ex alio timiditatem: vox grauis ex vno capite videtur ſignificare manſuetudinem, ex alio fortitudinem.

Ibid. pag. 594, num. 5.
Qui vocem habent grauem, & ſpiritu plenam, ſolent eſſe modeſti, ac verecundi. Tom. 4, pag. 597, lib. Phyſiog. cap. 6. num. 6.
Afferuntur plura alia ſigna, quæ deſumuntur ex voce. Tom. 4. pag. 613, lib. Phyſiog. cap. 10 numer. 47, 48, 49, 50. 51. 52.
VPVPA auis. Vpupa colit montes. Tom. 3. pag. 700. lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 1. numer. 21.
Ex auibus ſola vpupa non nidificat, ſed ingrediens intra cauos arborum truncos ibi parit ſua oua ſine vllo ſuppoſito ſtramento feſtucarum, vel palearum. Tomo 3. pag. 868. lib. 6. de Hiſt. animal. cap. 1. num. 8.
Epops, ſiue vpupa nidum conſtruit ex hominum ſtercore. Mutat formam, atque alia forma prædita eſt æſtate, alia hyeme. Tom. 3. pag. 998. lib. 9. de Hiſtoria animal. cap. 15. num. 1. & pagina 1034, cap. 49. num. 3.
VRBANA dicta. Dicta vrbana, ſiue acuta, & arguta ſunt, quæ *faciunt, vt facile, & celeriter addiſcamus*. Tom. 1. pag. 855. lib. 3 Rhet. cap. 10, num. 1.
Ad dicta vrbana, per quæ facile addiſcamus, valdè conferunt translata, & ſimilitudines, ſed magis translata. Ibidem pag. 855. num. 2, 3. 4.
Quæ argumenta faciant orationem vrbanam. Ibid. pag. 856. num. 5.
Quænam ſe tenentia ex parte elocutionis faciant orationem vrbanam. Ibid. pag. 856. num. 6.
Afferuntur plura exempla vrbanorum fundatorum in metaphora proportionis. Ibid. pag. 856. num. 7.
Afferuntur alij fontes dictorum vrbanorum, & eorum exempla Ibid. 859, cap. 11, à num. 5. vſque ad finem.
Vrbanitas, Vrbanus. Vide Eutrapelia.
VRBS. Vide Ciuitas.
VRI. Vide Vſtibilia.
VRINA. Aliquando poſt emiſſionem vrinæ tremimus, quia ſpiritus celeriter accurrens ad implendam veſicam reflectitur, & ſic cauſat tremorem. Tom. 3. pag 614. lib. 2. Meteor. cap. 8, num. 10.
Vrinæ cum habent partes, & humores non diuulſos, ſed benè permiſtos, ſunt ſigna ſanitatis, quia indicant calorem dominari humido, adeoque humores bene concoquere, ac terminare. Tom. 3. pagina 658. lib. 4. Meteor. cap. 3. numer. 4.
Quare natura eodem meatu vtatur ad emiſſionem ſeminis, & vrinæ. Tom. 4. pag. 453. lib. 1. de Gen. anim. cap. 13. num. 5.
Medici debent intueri vrinam, quia ex ea deprehenduntur ſigna cõcoctionis, & inconcoctionis, ſiquidem vrina rufa præſertim in parua copia eſt ſignum concoctionis. Tom. 5, pag. 457, ſect. 1. prob. num. 153.
Qui abundant humoribus ſuperfluis facile, & copiosè vrinam emittunt, ac ſi multũ potauerint, facilè leuantur vino. Tomo 5. pag. 480, ſect. 3, prob. num. 15.
Iuniores potius, quam ſeniores ſi ſe inebriauerint, mingũt, quia cum ſint humidi, parum humoris abſumunt, adeoque pene totum emittunt ad veſicam. Ibid. pag. 489, num. 133.
Homo plus ſumit alimenti humidi, quam ſicci, ideoque plus emittit vrinæ, quam ſtercoris: equi, & aſini è conuerſo. Tomo 5, pag. 547, ſect. 10, prob. num. 58.
Vrina quo diutius in veſica detinetur, eo euadit craſſior, & lutulentior, ideoque fætidior. Tomo 5, pag. 578, ſect. 13, num. 1.
Quare ſi quis comederit allia, emittat vriram redolentem allium, ſi comederit alios cibos, non emittat vrinam redolẽtem illos cibos. Ibid. pag. 580, num 6.
Allium eſt diureticum, ſeu prouocatiuum vrinæ. Ibid. num. 6.
VRINA oua. Vide oua.
VRINATORES. Vide natatio, natatores.
VROPYGIVM auium. Vide Cauda.
VRSVS, Vrſa. Vrſus veſcitur cibis cuiuslibet generis. Veſcitur enim fructibus, & cum corpore agili ſit præditus, aſcendit arbores: veſcitur leguminibus: alueari-bus apum diffractis, comedit mel: veſcitur cancris, & formicis: veſcitur carnibus: & cum magnis viribus ſit præditus, non ſolum ceruos, ſed etiam apros inuadit, ſi clam poſſit illos aggredi. Carnes omnes præmaceratas, ac pene putreſcentes comedit. Tom. 3. pag. 949, lib. 8. de Hiſt. anim. cap. 5, num. 3.
Vrſus taurum aperto marte aggreditur, ac conſerta pugna ſe humi reſupinat, dumque taurus cornibus vrſum reſupinatũ ferire conatur, Vrſus brachiis cornua amplexus, ore morſum armis tauri defigit, vſq; dum taurum proſternat. Vrſus aliquando incedit erectus, & bipes. Ibid.

Ex quadrupedibus viuiparis se occultant Vrsi, & hystrices.

Non constat propter quam causam vrsi se occultent, an vt fugiant frigus, an propter aliam causam. Circa tempus se octandi euadunt ita pingues, vt vix possint se mouere. Vrsa fœmina per id tempus parit, & tamdiu latet quoad tempus sit filios suos in apertum producendi, quod verno tempore facit tertio mense post solstitium hyemale. Vrsus vt minimum diebus quadraginta latet. Diebus quatuordecim dormit ita, vt nō se moueat: alijs diebus, latet, sed ita, vt moueatur, & surgat. Tomo 3. pag. 963, lib. 8, de Hist. anim. cap. 17. num. 1.

Vrsus dum latet nullum cibū sumit, ideoque cum eo tempore fuit captus, inuentus est cum ventre, & intestino prorsus inani. Asserunt eo tempore intestinum vrsi propter inediam promemodum cohærescere, ideoque vrsum statim ac egreditur ex latibulo comedere quādam herbam, quæ vocatur arus, & virtutem habet laxandi intestinum. Ibid.

In genere vrsi fœminæ videntur animosiores, & fortiores maribus. Tomo 3, pag. 980, lib. 9. de Histor. animalium, cap. 1. num. 4.

Vrsi quo pacto coeant. Vrsa vterum gerit diebus triginta, & parit singulos, aut binos, nec vnquam plures quinis. Edit fœtum proportionaliter minimum: siquidem fœtus vrsi est quidem maior mure, sed est minor mustela, ac fele: edit etiam fœtum nudum, cœcum, & cruribus pene, aliisque membris indiscretum, ac rudem. Coit mense Februario, parit autem eo tempore, quo latet. Educatis catulis prodeunt tertio mense, ac tempore veris. Vrsa prægnans difficile capitur. Tom. 3. pag. 913. lib. 6. de Hist. anim. cap. 30. num. 1.

Vrsus bibit non lambendo, neque sorbendo sed morsu aquam apprehensam quodammodo mandendo. Tom. 3. pag. 950. lib. 8. de Hist. anim. cap. 6, num. 1.

Vrsi tempore coitus acrius in eos, qui ad ipsos accesserint, sæuiunt, licet inter se minus pugnent, quia non sunt gregales. Vrsa filios enixa euadit etiam efferatior. Tom. 3 pag. 896, lib. 6. de Hist animal cap. 18, num. 2.

Vrsæ cum venatores illas insectantur, fugiunt, ac suos catulos ad fugam propellunt, ac secum ferunt: cum autem eas assecutus venator fuerit, in arbores ascendunt. Eædem vrsæ cum ex suis latibulis prodeunt, arum herbam comedunt, quæ habet vim laxandi intestina, ac ligna masticant quasi nouos dentes emittant. Tom. 3. pag. 989, lib. 9. de Hist. animal. cap. 6. num. 1.

Vrsa habet quatuor mammas in pectore, vel paulo infra pectus. Tom. 3, pag. 733, lib. 2. de Hist. anim. cap. 1, num. 27.

Vrsus habet totum corpus pilosum, saltem quoad partem pronam, qua Cœlum respicit. Tom. 3. pag 719, lib. 2. de Histor. anim. cap. 1, num. 18.

Visa est aliquando Vrsa alba. Tom. 4, pag. 654. lib. 5. de Gen. anim. cap. 6, numer. 2.

VRSAE dicuntur quædam animalia crustacea, & quo tempore pariant. Tom. 3, pag 848. lib. 5, de Historia animalium, cap. 17, num. 7.

VRTICA animal. Vrtica constituit speciale genus animalium, licet cum multis testaceis conueniat in eo, quod adhæret saxis, ita tamen, vt aliquæ quandoque à saxis abiunctæ vagentur per mare. Vrtica caret testa, totoque corpore est carnosa. Sentit, vt patet ex eo, quia manum cortipit, illique perinde ac polypus suis brachijs adhærescit, itaut manus intumescat. Habet os in medio corporis, ac viuit in saxis perinde ac testacea in suis testis. Piscículos circum natantes captat, & si aliquid esculenti adlabatur loco, cui est affixa, illud deuorat. Obseruatum est quoddam genus vrticarum à saxis absolui, atque echinos, ac pectunculos, in quos incidit, corrodere. Videntur carere excrementis, vt plantæ. Tom. 3, pag. 809, lib. 4, de Hist. anim. cap. 6. num. 4, & pag. 845. lib. 5, cap. 16, num. 1. & pag. 941, lib. 8, cap. 2. num. 12.

Duo sunt vrticarum genera. In primo sunt minores, quæ sunt aptiores ad hoc, vt comedantur. In secundo sunt maiores, ac duriores, quæ circa Chalcidē gignuntur. Tempore hyemis habent carnem cōpactam, & solidam, & frequenter captantur, vt comedantur. Aestate euadunt deteriores, ac fiunt fluidæ, ita vt tactu soluantur, ac auelli non possint. Dum æstu nimis laborant, recipiunt se in partes interiores saxorum. Ibid. pag. 809. num 5.

Vrticæ carent testa, & toto corpore sunt carno-

carnoſæ,ac naturam habent mediam inter animalia,& plantas. Conueniunt cũ animalibus in hoc,quod aliquæ poſsunt à ſaxis abſolui,et moueri ad eſcã quærẽdam,ac ſentire occurrentia,atque etiam aſperitate corporis vti ad ſe tuendum. Conueniũt cum plantis in hoc,quod habent corpus valdè imperfectè organizatum. Plerumque ſaxis adhærent, & quamquam ore ſint præditæ,non emittunt excrementa manifeſta. Tom. 4. pag. 134. lib.4. de Part. anim. cap.4.num. 30.

VRTICA herba. Paſtores in monte octa vrtica perfricant vbera caprarum coitũ non paſſarum ita vehementer, vt primo eliciatur humor ſanguineus, poſt quem ſequitur humor purulentus, ac demum eliciatur lac non in minori copia,quam à venerem paſſis. Tom.3,pag.786,lib.3, de Hiſt.anim.cap.20.num.6.

VSTIBILIA. Vſtibilia ſunt quæ habẽt meatus idoneos ad recipiendum ignem, & in ijs meatibus habent humiditatem benè conuertibilem in ignem. Tom.3.pag.682 lib.4. Meteor.cap.9. num.25.

VTERVS. Deſcribuntur vteri, & eorum ſinus. Tomo 5, pag. 758, lib. 3. de Hiſt. anim. cap.1, num.13, 14.

Explicantur differentiæ vterorum, ac variorum animalium quoad vteros. Ibid. pag.758,num: 15, 16,17,18, 19, 20.21.

De ijs, quæ accidunt vteris mulierum poſt conceptionem. Tomo 3. pag. 923, lib.7. de Hiſt. anim. cap.4. per totum.

Vterus recepto ſemine in pleriſque mulieribus ſtatim clauditur, & aperitur octauo menſe. Ibid. pag.923, num.1.

Vterus, ſeu vulua eſt pars propria fœminarum. Tomo 4, pag.443, lib.1.de Gen. anim. cap.2, num.6.

Omnia animalia habent vteros diuiſos in duos ſinus. Quo pacto, & quare animalia differant quoad ſitus vterorum. Tomo 4, pag.444,lib.1. de Gen anim.cap. 3, num.4, & pag.448,cap. 8,num.1,2,3, 4, & pag.548, lib.3. de Gen. anim. cap. 1, num.4.

Quare licet teſtes in aliquibus animalibus ſint extra, tamen vteri in omnibus ſint intra. Tomo 4, pag.451, lib.1.de Gener. anim. cap.12. per totum.

Quare quædam animalia habeant vteros in parte prona, quædam in ſupina. Ibid. pag.452.cap.13.per totum.

Oſtenditur ſemen trahi ab vtero,Tomo 4. pag.517. lib.2.de Gen.anim. cap.4, numero 20.21.

Aliquando in eodem ſinu vteri generantur plures fœtus. Tomo 4, pag.613,lib. 4. de Gen. anim. cap.4, num.21,22.

Equa,&omnia animalia habentia vterum denſum ſunt valde libidinoſa: & quo pacto ex vtero oriatur libido. Tomo 4, pag. 620, lib.4. de Gen. animal. cap. 5. num.4, 5, 6.

VTILE. Vtile eſt quod eſt effectiuum, vel conſeruatiuum boni, vel eſt prohibitiuum, aut corruptiuum mali contrarij. Tomo 2, pag. 710, lib. 1. Rhet. cap.6, num.3.

Vide bonum.

VTILITATIS amicitia. Vide Amicitia.

VTRES inflati. Si injciamus manum, aut pedem intra vtres inflatos,dolore afficimur, quia aer clauſus, dum conatur prodire,premit, & dolore afficit mẽbra intra vtres coniecta. Tomo 5, pag. 688, ſect.25, prob.num,1.

Si vinum, vel alius liquor, qui dum erat in dolio, implebat dolium, immittatur in vtres,dolium non ſolum capiet vtres, ſed relinquetur in eo ſpatium vacuum, quia dum liquor immittitur in vtres, exprimitur multum aeris admiſti tali liquori. Ibid. pag. 690, num.8. A.

Vtres inflati ſupernatant in aqua, quia aer eſt leuis, & leuior aqua. Ibid.pag.692 num.13.

Quæ continentur in vtribus inflatis diu conſeruantur incorrupta, quia per aerem denſum minus alterantur ab ambiente. Ibid. pag. 693, num.17.

VVA. Vua paſſa diu conſeruatur incorrupta, quia ex ea expreſſum eſt calidum & humidum extraneum. Tomo 5. pag. 583, ſect.14. prob. num.3.

Grana vuarum quo ſunt minora, eo ſunt enucleatiora, ita vt vel omnino careant nucleo, vel nucleum habeant admodum exiguum, quia quo ſunt imperfectiora, eo cõtinent ſemen imperfectius, minuſque diſcretum. Tomo 5 pag.651, ſect.20. prob.num.24.

Botri vuarum dum ſunt vendemiati, dulciores ſentiuntur,quia muſtum,quod eſt dulce, dum vindemiantur, melius diffunditur. Ibid. pag. 651, num.23,

VVA. Caput aſperæ arteriæ ex parte ſuperiori, qua pertinet ad os, clauditur epiglottide, ſeu vua, & lingula, cuius vſus eſt, vt claudat os aſperæ arteriæ

Tomo 3, pag. 720, lib. 1. de Hist. anim. cap.16, num.4,

Animalia ouipara carent vuea, sed possunt meatum asperæ arteriæ contrahere, vel dilatare, & sic impedire, ne aliquid in ipsum intrans spiritum intercludat. Tomo 3, pag.743, lib. 2. de Hist. animal. cap.12, num.5,

VVLNERA Pelles præsertim arietum recenter detractæ,& oua fracta si imponantur vulneribus, & vibicibus verberum, impediunt,ne tumescant, quia sua viscositate adglutinant partes collisas, adeoque impediunt,ne recipiant humorem confluentem. Tomo 5, pagin. 321, sect.9. prob. num.1,

VVLPANSERES aues reducuntur ad genus anserum,& edunt oua subuentanea, ac dicuntur à vulpe,& anse re. Tomo 3, pag.870, lib. 6. de Histor. anim. cap.2, num.5,

Vulpanser viuit prope mare. Tomo 3,pag. 947, lib,8. de Histor. animalium cap.3, num.8,

VVLPES. Vulpes quo pacto coeat. Parit cæcos, vt vrsa, eiusque partus est etiam informior partu vrsæ. Instante partu, ita secedit, vt raro capta sit vulpes prægnans. Nunquam gignit plures, quam quatuor, & partum editum lingua lambendo fouet, format, & perficit. Tomo 3, pag.914, lib.6. de Hist. animal. cap.34, num.1,

Vulpes sunt astutæ, & malitiosæ. Tomo 3 pag. 701, lib.1. de Histor. animal.cap.1, num.25,

Vulpes venantur, & interficiunt mures. Tomo 3, pag.916, lib.6. de Hist. animal. cap.6, num.5,

Vulpes sunt minores in Ægypto, quam in Græcia. Tomo 3, pag.976, lib.8.de Hist. animal. cap.28, num.6.

Ex vulpe, & cane nascuntur canes laconici. Ibid. pag 977, num.12.

Lupus est inimicus vulpi, eamque inuadit, vt eius carnibus vescatur. Tomo 3,pag. 983, lib.9. de Histor. animalium cap.1, num.15,

Pella auis pugnat cum vulpe, quia vulpes noctu deuorat oua pellæ. Ibid.pag. 984, num.19,

Aesalo auis inimica est vulpi, ideoque eam ferit, & vellicat, & cum aduncis vnguibus sit prædita, catulos vulpis interficit. Quia verò coruus inimicus est æsalonis, est amicus vulpis, & cum vulpes ab æsalone est vulnerata, coruus opem fert vulpi contra communem hostem. Ibid.pag.984, num.21,

VVLPES marina. Piscis, qui vocatur vulpes marina, cum sentit se deglutisse hamum, procurrens antrorsum ad filum lineum, illud abrodit. Multis in locis capiuntur hamo multiplici in aquis fluentibus, ac profundis.Tomo 3,pag.1010. lib. 9. de Historia animalium cap. 37, num.8.

Vulpeculæ marinæ quo pacto generentur Tomo 3, pag. 882, lib. 6 de Hist. anim. cap.10. num.7,

Quo pacto vulpeculæ marinæ ex ouis cõceptis, & ante partum exclusis animal edant. Ibidem pag. 884, capit. 11, numer.3.

VVLPECVLA volucris. Vulpeculæ,seu vulpes vocantur quædam volucres habentes alas coriaceas, vt vespertiliones Tomo 3, pag. 705, lib.1. de Hist. anim. cap.5, num.8,

VVLTVRES. Vultur nidum ponit in locis inaccessis, ideoque raro nidus,& pullus vulturis cernuntur. Propterea Herodotus quidam censuit vultures ad nostras regiones aduolare ex terra altera nobis incognita, idque confirmauit ex eo, quod repente vultures apparent in magno numero sequentes exercitus, allecti nimirum odore cadauerum, quæ sæpe in exercitibus relinquuntur insepulta. Aliquando tamen deprehensi sunt vulturum nidi. Pariunt oua bina. Tomo 3, pag. 877, lib. 6. de Historia animal. cap.5, num.1, & pag.996, lib.9, cap.11, num.3.

Vultur, & Aesalo hostes sunt inuicem, siquidem vterque aduncis vnguibus est præditus. Vultur pugnat etiam cum Aquila. Tomo 3, pag. 984, lib. 9. de Hist.anim. cap.2, num.22.

VVLVA. Vide vterus.

VXOR. Traduntur leges ab vxore cum viro seruandæ. Tomo 3, pag. 797, lib. 1.Oecon. cap.7. per totum.

Vxor debet curam genere omnium, quæ sunt intra domum. Non debet permittere quemquam in domum ingredi sine permissu viri. Debet vti sumptu,vestitu,& apparatu etiam minori,quam permittant leges ciuitatis. Non debet se negotijs externis immiscere: debet existimare mores viri esse legem sibi a Deo impositam, ac debet viro esse concors, eiusque

Digitized by Google

eiuſque amans non ſolum in fortuna proſpera, ſed etiam in aduerſa. Ibid.
Vxor debet virum non ſolum diligere, ſed etiam venerari, & admirari. Ibid. pag. 801, cap 9, num.1,
Vide Coniuges.
VXORVM communitas. Plato in ſua Republica voluit, vt vxores, & filij eſſent communes, vt ciuitas eſſet maximè vna, & maxime concors. Tomo 2, pag. 543, lib.2. Polit. cap.1, num.3,4,
Per communitatem vxorum ciuitas non cuaderet maximè concors, nec auferentur diſcordiæ. Ibid. pag. 545, cap. 2, & 3. per tota.
Ex communitate vxorum orirentur patricidia, inceſtus &c. Ibid. pag.546, cap.2, num.7,8,9,10.
Communitas vxorum non conduceret ad augendam amicitiam ciuium. Ibid.pag. 547, cap.2, num 11,
Per communitatem vxorum vitari non poſſet, ne multi filij, & parentes ſe mutuo agnoſcerent propter ſimilitudinem. Ibid. pag.546, num.6.

X

XANTHVS. Vide Scamander.
XENOPHANES. Xenophanes docuit omnia eſſe vnum. Tomo 5, pag. 21, lib. 1 Metaph cap 6. per totum.
Proponitur, ac reijcitur ſententia Xenophanis dicentis ens eſſe æternum, infinitum, vnum, immobile, ac prorſus immutabile. Tom.5, pag. 415, lib. de Xenoph. cap.1,2,3,4,5,6, per tota.
XYLOPTHERVS. Datur vermiculus quidam, quem græci vocant Xyloptherum, qui nulli cedit abſurditate, & inſolentia formæ. Deſcribitur, & explicatur, quo pacto euadat immobilis, ac mutetur in chryſalida. Tomo 3, pag. 865, lib. 5. de Hiſt. anim. cap.32, num.4,

Z

ZALEVCVS. leges poſuit locris orientalibus. Tomo 2, pag 583, lib.2. Polit.cap.10, num.5.
Zanclei, qui Samios receperunt, mox à ſamijs ex ciuitate fuerunt electi. Tomo 2. pag.678 lib. 5, Polit. cap.2, num.10.
ZENO. Proponitur, & examinatur opinio Zenonis circa Deum. Tomo 5, pag.424, lib. de Xenoph. cap.7,8. per tota.
ZEPHYRVS. Zephyrus eſt ventus ſpirans ab occidente æquinoctiali. Tomo 3, pag. 605, lib.2. meteor. cap.6, num.5.
Quædam aues ſponte, ac ſine coitu generant oua, quæ vocantur ſubuentanea, quia generari ſolent ſpirante zephyro, ſeu fauonio. Tomo 4, pag. 548, lib. 3. de Gen.anim.cap.1, num.5.
Spirante Zephyro, canes minus odorati percipiunt veſtigia feræ, quia Zephyrus cum ſit maximè continuus & ſpiret prope terram, halitus odoriferos aufert, & confundit. Tomo 5, pag.703, ſect.26 prob. num. 24.
Zephyrus, ſeu fauonius præ omnibus ventis in Græcia nubes maximas cogit, quia ſpirat ex mari, adeoq; defert plurimos vapores. Tomo 5, pag. 703, ſect. 26, prob num.26.
Zephyrus eſt iucundiſſimus omnium ventorum, ac fingitur ab Homero ſpirare per campos elyſios, quia cum ſit medius inter auſtrum, qui eſt calidiſſimus, & aquilonem, qui eſt frigidiſſimus, eſt temperatiſſimus. Ibid. pag. 706, num.33 54, 57.
Zephyrus ſpirare ſolet Sole ad Oceanum vergente, quia Sol vergens ad Oceanum aerem calefaciens, & mouens, Zephyrum excitat. Ibid. pag. 707, num 34,36.
Quare tempore hyemis mane ſoleat ſpirare auſter ab oriente; tempore autem æſtiuo veſpere ſoleat ſpirare Zephyrus ab occidente. Ibid. pag 714. num.56,
ZEVSIS. Zeuſis pingebat imagines non moratas, ac non exprimentes mores. Tomo 1, pag.904, lib. Poet. cap. 4, numero 6.
ZODIACVS Zodiacus eſt neceſſarius ad cauſandam viciſſitudinem generationum, & corruptionum. Tomo 3, pag.753. lib.

lib.2. de Cœlo cap.3, num.9,
Motus obliquus Zodiaci eſt cauſa, vt generationes, & corruptiones ſibi mutuo ſuccedant, & quodammodo ſint circulares. Tomo 3, pag.510, lib.2, de Gen. cap.10, num.2,3,4.
ZONÆ. Deſcribuntur Zonæ terræ, & oſtenditur duas tantum eſſe habitabiles. Tomo 3, pag. 599, lib.2. meteor. cap. 5, num 10,11,12,13.
ZOOPHYTA Zoophyta ſunt animalia valde imperfecta, ac ſimilia plantis Tomo 3, pag.934, lib.8. de Hiſt.anim.cap. 1. num.2,
Zoophyta propter defectum caloris ſunt immobilia, atque omni penè ſenſu carentia. Tomo 4, pag.150, lib.4.de part. anim.cap.10,num.12, & pag.249, lib.2, de Anima cap.3, num.5
In Zoophytis, quæ ſunt affixa loco, datur nutritiuum, ſenſitiuum, & appetitiuum ſine loco motiuo. Ibid. pag. 253, numero 4,
Qualis ſit phantaſia Zoophytorum habentium ſolum ſenſum tactus. Tomo 4,pag. 324, lib.3. de Anima cap.10, num.2,3.
Zoophyta non habent motum progreſſiuum, quia in loco, in quo naſcuntur, habent alimentum ſufficiens. Tomo 4, pag.326. lib.3. de Anima cap.11.num.3,
Zoophyta, quæ ſunt media inter plantas, & animalia, quare careant munere generandi tum more plantarum,tum more animalium. Tomo 4, pag.489, lib.1. de Gen.anim. cap.20, num.28.

REGESTVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr.

Omnes ſunt duerniones.

ROMAE,

Typis Angeli Bernabò, M.DC.LXVIII.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google